Dendrographias sive historiae naturalis de arboribus et fructibus tam nostri quam peregrini orbis libri decem. Figuris aeneis adornati / Johannes Jonstonus ... concinnavit, & ex veterum ac neotericorum commentariis propriaqúe observatione summâ fide recensuit. Adjectus est in fine operis index locupletissimus.

Contributors

Jonstonus, Joannes, 1603-1675.
Merian, Matthaeus, 1593-1650
Küsel, Melchior, 1626-1683.
Hieronymi Polichii.
Matthaei Meriani.

Publication/Creation

Francofurti ad Moenum : Typis Hieronymi Polichii : Sumptibus haeredum Matthaei Meriani, 1662.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/kdbezt9m

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

V. C.
30642/D

39. g8714

HISTORIA NATURALIS
DE
ARBORIBUS
ET FRUTICIBUS
JOHANNIS JONSTONI
MEDICINÆ DOCTORIS.

Matthæus Merian Inuent.

Melchior Küsell Sculps.

DENDROGRAPHIAS

Sive

HISTORIÆ NATURALIS

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS TAM NOSTRI QVAM PEREGRINI ORBIS

LIBRI DECEM:

Figuris æneis adornati.

JOHANNES JONSTONUS Med. D.
concinnavit, & ex Veterum ac Neotericorum Commentariis
propriaque Obſervatione ſummâ fide
recenſuit.

Adjectus eſt in fine Operis Index locupletiſſimus.

Cum Gratia & Privilegio Sacr. Cæſar. Majeſtatis.

Joh. Georg Volgel 1694

FRANCOFURTI AD MOENUM.
Typis Hieronymi Polichii.
Sumptibus Hæredum Matthæi Meriani.
Anno M DC LXII.

DENDROGRAPHIAS

Sive

HISTORIÆ NATURALIS

DE ARBORIBUS

ET FRUTICIBUS TAM

NOSTRI QUAM PEREGRINI

ORBIS

LIBRI DECEM:

Figuris æneis adornati.

JOHANNES JONSTONUS Med. D.

concinnavit, & ex Veterum ac Neotericorum Commentariis

præcipuasque Observationes summâ fide

recensuit.

Cum Gratia & Privilegio Sacræ Regiæ Majestatis.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

FRANCOFURTI AD MOENUM

Typis Hieronymi Polichii.

Sumptibus Herculum Matthæi Meriani.

ANNO M DC LXII

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,

DN. LUDOVICO,
D. G. DUCI SILESIÆ,
LIGNICENSI, BREGENSI,
GOLDTBERGENSI,

PRINCIPI SUO GRATIOSISSIMO

HANC
ARBORUM ET FRUTICUM,
QVOTQVOT FERE IN NOTITIAM NOSTRAM
PERVENERE,

HISTORIAM:

OPUS
SUB
CELSITUDINIS SUÆ PATROCINIO
NATUM ET ABSOLUTUM
FIDEI ET OBSEQVII TENAX
GRATIÆ TOTIES EXHIBITÆ MEMOR,
EJUSDEM IN FUTURUM CERTUS
CUM
NOVI QVEM INGREDIMUR ANNI,
ET PERPETUÆ FELICITATIS
IN SEQVENTES
VOTO,
SUBMISSE OFFERT
ET
AD PEDES DEPONIT,
ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS
FIDELIS
SUBDITUS ET CLIENS
JOHANNES JONSTONUS Medic. Doctor.

PRÆ-

PRÆFATIO
ad
LECTOREM.

Tamus, ecce, promiſſis, *Benevole & Erudite Lector*, abſolutisque Animalium omnium quæ noſci potuere naturis, terrâ edita ſeu plantas, & ex his *Arbores* cum *fruticibus* jam damus: daturi mox *Herbas* cum *ſuffruticibus*, ſi ſupremus voluerit, ut ſic & terrâ eruta dicantur, & nullum ſileatur rerum naturæ opus. Quòd diu cunctati ſumus, ne mirere. Ingens & immenſa in his laſcivientis ad miraculum naturæ ποικιλότης, quæ facilè obruere poſſet exactiſſimos Botanologos, ne dicam me in his balbutientem. Nec tam prompta in ſculpendis figuris celeritas, etiam transmiſſo ante aliquot annos noſtro manuſcripto. Quin & diu deliberabamus, an & quo ordine hiſtoriam iſtam aggrederemur: tum verò maximè, cum poſt Hiſtoriam plantarum univerſalem *Johannis Bauhini* & *Cherleri*, virorum Excellentiſſimorum, primus Theatri Botanici liber incomparabilis Botanici *Caſparis Bauhini* prodiret, & reliquos nobis omninò polliceremur. Nec citius nos deducendis his accinximus, quàm conſulto magno magni Patris filio, *Johanne Caſpare*, Profeſſore & Archiatro, amico noſtro honorandiſſimo, cum ſufflaminibus luctari reſciremus. Cum plantis ergò nobis negocium, de earumque *primo ortu*, *conſtitutione*, *attributis*, *differentiis* & *uſu*, quædam Lectoris commodo præmittere viſum, omiſſis *Nominibus*, quæ in Notitia regni vegetabilis expoſuimus. Et *Ortus* quidem à DEO in creatione primus, qui ut univerſum hoc verbo potente condidit: ſic germinare die tertio terram fe-
Geneſ. I. 12. cit ut ſtirpes produceret, & hæc ſemina abundè κατὰ γένη καὶ ὁμοιότητα funderent. Hinc cauſis ſecundis virtus, & ſpontanea plantarum progenies. Et ſanè in Creta inſula quocunque quis terram loco moverit, niſi ſeratur quid aliud, gignitur cupreſſus. Terra virgo ad quam nulla ſemina perveniſſe ſuſpiceris, commodo loco repoſita ſuas dabit ſtirpes Et
Porta Pythogn. l. II. c. 1.

Por-

Porta, cum è profundiſſimis ædium fundamentis egeſtam humum convaſaſſet, atque ſub dio expoſuiſſet, paucis poſt diebus, è variis terræ qualitatibus, varia herbarum prodire genera, Neapolitano cœlo ſoloque familiaria conſpexit: aliasque argilla, alias pulvis Puteolanus, alias contriti lapilli vel tophi produxere, ut benè Virgilius Porta l.c.

> *Namque aliæ nullis hominum cogentibus ipſæ*
> *Sponte ſua veniunt, Camposque & flumina latè*
> *Curva tenent.* Virgil. Georg. l.II.

Nec minorum tantum hic ortus: dantur & in majoribus exempla, inprimis ſi ἐπομβρίαι, aut aliqua circa aërem aut terram ἰδιότητες intervenerit, vel ſemina aquis, vel ventis deferantur. Dixi de Cupreſſo in Candia. Laſer ab imbre quodam picoſo in Africa exiliiſſe circa Heſperium Syrtenque majorem apud Theophraſtum & Plinium legimus: integra malorum Citriorum & arantiorum nemora, delatis hinc inde per illuviones quæ in via ſparſa erant ſeminibus, in Peruana, nova Hiſpania, & vicinis locis exorta, à Coſta author eſt; & inventum ſuo tempore, quod pridem ex America petebatur in radicibus ſylvæ Thuringiacæ tabacum, Libavius. Theophr. de Cauſ. plantar. l.1. c.5. Plin. H.N. l.XVI. c.33. & XIX. c.5. Joſeph. à Coſta Hiſtor. Occid. l.IV. c.31. Libavius de Orig. rerum l.IV.

Conſtitutio corpore & vegetabili anima abſolvitur: ex liquidisque illud & ſolidis conſtitutum partibus, in quibus *ſpiritus*, *ſal*, *ſulfur*, præter *aquam* & *terram* habitant; ideò etiam inde eliciuntur. *Liquida* pars ſuccus, qui ſi tenuis & quaſi ſanguis earum intelligitur, χύλος eſt; ſi craſſus *lachryma*, vel ſponte vel inciſione defluens, eaque *gummi* ſi aquea magis coagulaturque in truncis; *reſina*, ſi pinguior & oleoſa. De *ſolidis* in notitia regni vegetabilis diximus, compoſitis inprimis, radice nempe, ſtipite & ejus partibus, ramis, foliis, floribus & fructu, quorum omnium magna etiam in Arboribus differentia. *Copioſæ* namque *Radices* fico, robori, platano; *breves anguſtæ* malo; *ſingulares*, ſed minimis in latera diſperſis abieti; *craſſiores* & inæquales lauro; *ramoſæ* oleæ; *carnoſæ* robori, quæque in profundum aguntur. Sunt & κιναγκυλοειδεῖς, cancrorum more expanſæ ſeu cancellatæ, quas Plinius *fibris ſuis* ſeu *ramis radicari* dixit: & θυσανώδεις *fimbriatæ*, quales in veſtium oris fimbriæ, quæ inciſuras ſerræ dentibus non abſimiles habent. Decurrunt & nonnnullæ per ſumma cæſpitum, recto vel flexuoſo meatu. Abieti multisque ſylveſtrium minutis capillamentis *hirſutæ*, è quibus montani prætenuia fila decerpentes, ſpectabiles lagenas & alia vaſa nectunt. In *Caudicibus* Plin. H.N. l.16. c.31. & l.18. c.7. Theophr. H.P. l.1. c.8.

Kircherus Artis Magnet. l.3. p.5.c.1. qui aliquando *longi* & erecti, aliquando *coactæ brevitatis*, & contorti, sectarum arborum plures in plano *circuli* à Neotericis Kirchero inprimis observati sunt, *Eccentrici* apud nos, quibus una pars propinquior, latior altera, in quibusdam Ellipticum parabolicum aut hyperbolicum quid, in aliquibus irregulare & angulosum ostentantes; in Zona torrida *Concentrici*, ut in Ebeno & ligno Brasiliensi videre est. Venas vegetabiles κυλινδροειδῶς in longum deductas diceres, per quas hausto nutrimento arbor vivat: proque ratione situs & obversionis ad solem variare. Densiores ad Boream, rariores ad Austrum, Laxiores in illa parte cui ille semper incumbit; strictiores quam radiis suis dedignatur, sub Zona torrida totius anni spacio à sole aspiciuntur. Strictas versus Boream & Austrum in Sublacensi agro, versus ortum & occasum dilatatas, ingeniosissimus Kircherus observavit; quòd vallis illa recta ex ortu in occasum porrecta, versus Meridiem projecto quodam monte ita subtenderetur, ut magna anni parte tam Orientis quàm Occidentis solis radiis pateret: ad meridiem obumbratione ejus, omnis benignæ lucis aspectus arboribus subtraheretur.

Kircherus Artis Magnet. l.c.

Theophr. H.P.l.I.c.8. *Cortex* caudicis in lauro *tenuis*; in robore *crassus*; in malo *lævis*; in palma *scaber*; in subere *carnosus*; in tilia *multiplex* tunicis; *simplex* fico & mollis; *nervosus* abieti; *libris similis* ceraso; omnibus in senecta rugosior. *Medulla ferrea* cuidam in India, *fungosa* sambuco; *nigra* robori; *lignosa* piceæ; *carnosa* punicæ. Inter *Nodos* quidam *Cæci*, quibus μαδεὶς βλαστὸς, quod natura fit, si non evaluere; aut pœna, cum deputatos cicatrix hebetavit, κρήδας, γόγγρους & alia quæ in hesperia dicentur. Inter *Folia*, quæ fructus tegumentum, vides, latissima, crassissima, mollia, capillata, aculeata, cute spinosa, mucronata, circinata, angulosa, pectinum modo secta, ensiformia, κορωνοποειδῆ seu cornicis pedibus similia, toto ambitu sinuosa, crenata, incana, concava, ramulosa, duplicata, plura eodem pediculo exeuntia, &c. τὰ ὕπτια ποωδεστέρα Theophrasto, quia insolatum trahunt humidum, quod in inferiore esse deberet. *Perpetua* phillyreæ: *myrica* vix mensem iis carere comperta est: *decidua* plærisque. *Mutantur* & pro ætate. Explicat per initia rotunda *Ricinus*, quæ post triangulari sectione laciniata visuntur. Triquetra infanti hederæ, quæ adulta quadantenus rotundantur. Ne herbæ in exemplum veniant, *Flores* pleni veris indicium, & anni renascentis, arborumque gaudium Plinio; παμφόρου γαίας τέκνα Æschylo, ἔαρος Chæremoni apud Athenæum.

Plin. H.N. l.XVI.c.25. Æschylus in Persis. Athen. Dipnos. l.3.

Tum

Tum se arbores alias quam sunt ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant: & facilius hic naturæ pingere, quam nobis tantam varietatem exprimere, vix tot colorum species pictoribus notæ, quot in Floræ theatro visuntur. Nulli quibusdam secundum Plinium: sed experientia convincitur. Floret quippe ilex apud Theophrastum, pyro pro flore squammatim compactilis meta, quæ κώνους: larix verò eundem è cacuminibus ramulorum mittit. Nulli esse putantur, quia non ita conspicui, & facilè marcescunt. Par *Fructuum* ratio, qui *semen* intus gerunt, ab iisdem cortice & libro separabile. Magnæ hi matris fætura; vegetantis animæ soboles, collecta in compendium planta: morientis plantæ fotus ac renascentis genius: universi denique animalis vegetabilis compendium. Si *situm* spectes, è medio floris tuberis instar erumpere solent Citria; imo subsunt mala Granata, caudici adhærent Sycomora, cacuminibus insident alia: *si partes* ex quibus componuntur, *pulpa osse & semine* constant, pruna: *pulpa & semine sine osse medio*, mala & pyra. *Corticem amarum* gerunt cum acri fructu & succo acido limones; *lignosum* & osse semen continent, pinus; *fungosum* & *squammosum*, Cupressus; *Cartilagineum*, abies. Si *figuram*, coni gerit, abietis; *juli* piper longum & Betre, *congeriem dentium*, pineæ æmulatur; *gutturis longam annulorum effigiem* Catharticæ Cassiæ siliqua; *vesicam* Coluteæ vesicariæ.

Plin. H.N. l.c. Theophr. H.P. l.11. c.6.

De *succis* ita Plinius. *Vinosus* pyro moro myrto: minimè, (quod miremur) uvis. At *pingvis* olivæ, lauro, nuci juglandi, amygdalæ: *dulcis* uvis ficis palmis; *aquosus* prunis. Magna & in *colore* differentia. *Sangvineus* moris, cerasis, cornis, uvis nigris; *lacteus* in capite ficis, in corpore non item; *spumeus* malis; *nullus* Persicis; cum præsertim duracina succo abundent: sed quis ejus ullum dixerit colorem. Iam verò diversa gratia & commendatio. *Carne* palmæ placent; *crusta* Thebaicæ; *succo* uvæ & Cariotæ; *callo* pyra ac mala; *corpore* melimela; mora *cartilagine*; nuclei *grano*. De *Semine* in Tomo de Herbis agemus prolixius: hic meminisse sufficiat, *loculis*, in pulpæ medio inhabitare semina pomorum & pyrorum; *echino* Cortice condi castaneæ & fagi in globum confertum *Echinum* referre Platani; *siliquis* claudi Cassiæ fistularis; sine cortice & in totum dura, piper & Cubebas. Et tantum de organico plantarum corpore ejusque partibus. *Animæ* vegetativę beneficio, spiritu & humore administris vivunt, *germinant*, *nutriuntur*, *crescunt*, *folia* & *flores* protrudunt, *fructusque* fun-

Plin. H.N. l.XV. c.18.

 dunt

dunt arbores; felicius, si cœli, aëris, soli, & hominis acces-
Plin. H.N. l.XVI.c.25. serit favor & cura. Primus conceptus flare incipientè Favonio, qui ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. *Catulitionem* rustici vocant, gestiente naturâ semina accipere, eoque animam inferente omnibus satis. Hoc & Equas in Lusitania concipere proditum. Concipiunt *variis diebus & pro sua quæque natura.* Alia protinus ut animalia: tardius aliqua, & diutius gravida partus gerunt, quod *germinatio* vocatur. Primo Favonio germinat cornus, proximè laurus,, paulumque ante æquinoctium tilia, inter primas populus.
Theophr. H.P.l.III. c.7. Priora ex eodem genere quæ in palustribus: mox campestria, novissima in sylvis. Quæ ad ortum Canis & Arcturi fit manifestior in urbanis; maximè fico & punica. Perpetuifolia si ob hybernum tempus folia amiserint, non germinabunt ante æstatem: eratque juglans Vasoniæ quæ ante diem Iohanni sacrum neque folia neque nuces ostendebat, temporis illius accessu foliis & fructu par reliquis. Quin & reliquæ arbores ut primum cæpere continuant germinationem: Ro-
Plin. H.N. l.XVII.c.26 bur & abies & larix intermittunt tripartito, ac terna germina edunt. Præcoces si excurrant evocatæ cœli indulgentia secutis frigoribus exuruntur. Cæterum observatione habemus ex plantis & jam exsiccatis & quasi emortuis prodiisse germen, exerente se sine dubio accessu caloris spiritus & humidi anima, quæ antehac his destituta & otiosa latuerat. Clavam sanè Herculis quæ ex Oleastro fuit authores fide di-
Plutarch. in vita Romuli. gni germinasse referunt. Idem de hasta Romuli, quæ ex Orno apud Plutarchum legitur. Ex Oleæ durissimo ligno car-
Plin. H.N. l.XVI. c.43. dines in foribus diutius immotos plantæ modo germinasse apud Plinium. Scinditur in Hispania prodente *de la*
Ludovic. de la Cerda in Comm. *Cerda*, Oleæ caudex, amputata radice & ramis, infossaque
ad Georg.2. terræ, promit radicem mox arborem. Et vide quid de oleæ sa-
Licet l.3. de his qui diu sine alim. vivunt c.7. tivæ stipite per decennium & ultra à trunco separato scribat Fortunius Licetus. Memineris verò quod de cœli, & aëris favore, hominisque cura diximus. *Cœli.* Sol quippe radiis suis aëri transfusis, calorem terræ vitalem fovet & excitat, ita ut longinquo ejus abscessu omnia vegetabilia marcescant & exspirent quasi. Idem cum luna & stellis, ut primigeniæ lucis receptaculis, pro diversa communicatione influxus, & terræ situ, ita eam afficit, ut India piper, Africa suas plantas, Brasilia suum lignum, proferat, aquæ suas eructent, omnes numero formis, signis, proprietatibusque diversissimas. *Aëre.* Nam hyemem Aquiloniam esse omnibus satis utilissimum: tepidam esse, ut ab-

sumto

sumto partu arborum sequatur protinus conceptus, id est germinatio, ac deinde alia florescendi exinanitio inutilissimum experimentis creditur. Quin imò si plures ita continuentur anni, etiam ipsæ moriuntur arbores, quando nemini dubia pæna est in fame laborantium. In majore parte orbis cum præcoces excurrere germinationes evocatæ indulgentia cœli, secutis frigoribus exuruntur. Quibusdam denique locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles: quibusdam satis è longinquo aspicere maria jucundum; propius admoveri halitui inutile. Plin. H.N. l.XVII. c.1.

Plin. H.N. l.XVII. c.4.

Cultura ab homine multiplex. Eligit is terram (nec enim quælibet cuilibet conveniens: pingvi & humecta olera liberaliter funduntur; in arida & tenui, ruta, allium, petroselinum, felicius proveniunt; mediocris floribus debetur) excolit eandem dum fodit & pastinat, ut inutilibus herbis liberata & soluta, semina solem & pluvias gremio suo excipiat, dumque eandem stercorat, ut ex macra pingvem, ex nimis humida mediocrem, ex tristi lætam efficiat: vel limo, cinere, corticibus quernis, sabulo, margâ, corrigit. Ab eo & artificialis propagatio. Agitur res aliquando per lachrymam, cujus Theophrastus mentionem facit, flores & folia, vulgariter per semen: aliquando per viviradices, stolones, quos per lasciviam à radice arbores protrudunt, quod illis qui uno singulari caule assurgunt negatum. Sæpè per avulsos malleolos taleas aut ramulos; quod saliceto, oleæ, lauro, populo &c. competit. Vites & rosæ per submersionem vere factam ab hortulanis multiplicantur. Nuces, poma, pyra & alia per circumpositionem assurgunt. Multis & terebratio in usu, commodusque huic salicis stipes. Frequentissima est *insitio* per surculos, cui emplastrum emphyteuticum inservit, casusque hanc magister invenit, dum Agricola sedulus casam sepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen ex hedera subderet, & illæ vivaci morsu apprehensæ, suam ex alieno fecissent vitam, apparuissetque truncum esse pro terra. Surculi annui sunt & de πολυκάρπῳ arboris trunco decerpuntur; vividiores si Orientem solem salutare solebant. Sub cortice seu *per delibrationem* inseruntur illæ, quæ densiore libro vestitæ ex terrâ copiosum humorem fugunt. Græcis ἐμφυτεύσεις dicitur. Nobilissima & quæ majore artificio peragitur *Inoculatio* est. Oculus arboris alteri ad modum emplastri applicatur. Græci ἐνοφθαλμισμὸν vocant. Nec contemnenda *ablactatio*, quâ stipiti vicinæ arboris surculus imprimitur: viditq; Plinius, Cerasum in salice, platanum in lauro, laurum

Plin. H.N. l.XVII. c.14.

laurum in Ceraſo & baccas ſimul discolores. De *Nutritione* habe, ali ſucco ſibi congruo & tali ex qua primævam ſui originem duxit, ſub certa humidi radicalis, calidi primigenii & ſicci terreſtris combinatione. Elicitur is & exſugitur à radicibus ex terra, delatusque ſeu per caudicis & ramorum poros & fibras, de quibus ſuperius, ſeu inter corticem & corpus, & ab Archeo ſuo ſubactus & digeſtus, in arboris ſubſtantiam rejectis aliquando per corticem ſuperfluis abit. Hinc diverſi pro ſucci & digeſtionis genio plantarum & fructuum ſapores, aſſumuntque ſæpè terræ cui implantantur naturam, ſeu hæc mineralis ſeu etiam metallica fuerit. Braſſicam mala olent, ſi illius vicina effluvia excepta, vectore aëre imbiberint. Vina alia ſulfur ſpirant, amareſcunt & alvum laxant alia, quædam urinam pellunt. Arbor in Philippinis inſulis qua Orientalem plagam reſpicit, ſalutifera profert, qua Occidentem venenoſa. Herbæ quædam ſupra fodinas creſcentes Mercurium glaciare dicuntur. In Germania ad Danubium & Hungaria, neſcio quid auri in ipſis uvis: cujus apud Principem Rakotzium Excellentiſſimus Medicus D. Heldius Compater meus *αὐτόπτης*. De *Incremento* hoc di-
Plin. H.N. l.XVII.c.15 xiſſe ſufficiat, tardè naturâ quasdam creſcere, & in primis ſemine tantum naſcentia, & longo durantia ævo: Velocia ficum punicam, malum pyrum & ſalicem: Omniaque celerius adoleſcere ſtolonibus ablatis, unamque in ſtirpem redactis alimentis. *Ætatem* nemo negabit qui vitam concedit. Immenſa verò quarundam arborum credi poteſt, ſi quis profunda mundi & ſaltus inacceſſos cogitet. Sex loti in æ-
Plin. H.N. l.XVII.c.1. dibus Gnei Domitii anno V. C. DCLXV. patula ramorum opacitate laſcivæ, ad Neronis Principis incendia, quibus cremavit urbem, annis CLXXX. duravere. Olympiæ Oleaſter quo primum Hercules coronatus eſt, & nunc cuſtoditur re-
Plin. H.N. l.XVI.c.44. ligioſè, *inquit Plinius*. Amſtelodami in Cæmiterio populus
Bodæus ad Theophr. H.l.IV.c.14 eſt, quæ jam CC. annos numerat. Oleas annos CC. durare convenit inter authores: durabatque tempore Plinii Athenis in certamine à Minerva edita, ſi traditioni credendum. E diverſo *breviſſima* Punicis, fico, malis: & ex his præcocibus brevior quàm ſerotinis, dulcibus quàm acutis. Videntur & aquatica celerius interire, ſeneſcentiumque indicium ubi muſco tegi incipiunt. Nec tamen ſemper inconcuſſa valetudo, ſæpe cum ſuis morbis confligantur. *Vermiculatione* nempe quando à vermibus eroduntur, quod aves cavi corticis experiuntur ſono; *Sphaceliſmo*, quando radices ſtipites & folia nigreſcunt; *Syderatione* ſeu *ἀστροβολία*, quando injuria cæli

tabe-

tabescunt; *scabie*, quæ roribus lentis post Vergilias gignitur: κηδὼ quando in articulos, hoc est, cacuminum digitos erumpit vis morbi, denigranturque rami, in ficu inprimis; *roratione*, vites præsertim, defloreſcentes, cum acini priusquam crescant decoquuntur in callum; *hirculatione*, quando eædem pauperiem fœtuum ubertate foliorum compensant. Aduruntur & à flatibus, hinc *uredo*; consternantur à frigore & gelu, hinc ἐκπαλιξις. *Araneus* vocatur cum veluti telæ fructum involvunt & absumunt, quod oleæ & vitibus commune: ut illi & ficui *clavus fungus* & *patella*. De *Cochleis*, *impetigine*, *erucis*, & his similibus taceo. *Moriuntur* summo cacumine quædam, *decacuminatioque* dicitur, cum detractâ comâ præciditur extremitas: maxima ex parte vel fisso caudice, vel ulcere altiore: Omnes, si radices amputentur, vel omnes vel plurimæ, inprimis κυριώτατα τῆς ζωῆς, seu quæ *vitæ custodes*. *Loci* absit obliviscamur; quatuor namque de eo singularia occurrunt. I. *Nullibi non ferè in terraqueo globo provenire*. Prodeunt in montibus, promontoriis, petris, saxis, campis, vallibus, convallibus, collibus, incultis, tesquis, sepibus, semitis, cultis, sylvis, hortis, vinetis, parietibus, maceriis: prodeunt & in mari, unde mari del Sargosso & mari algoso nomen, fluminibus, paludibus, lacunis, fontium riguis, pratis, voraginibus, littoribus & scopulis: prodeunt & in arboribus, Cervorum cornibus, ruderibus, marmore &c. Spicam farris in naso cujusdam mulieris exortam, pullulasse & rubum floribus coronatum in abdomine, sericeum filum in mulieris supercilio, prunelem in medio thoracis cuidam pastori; flosculos in ore naso & auribus alteri, observatum Neotericis. II. *Omnes* οἰκείους τόπους seu *domesticis locis delectari, non tantum si regiones & climata respicias, sed & si solum ipsum*. Fastidit balsamum alibi nasci, Assyria malus alibi ferre: nec non & palma nasci ubique, aut nata parere: vel cum promisit etiam ostenditque ea educare, quæ tanquam invita peperit. Non habet frutex Cinnami in Syriæ vicina perveniendi, non ferunt amomi nardique deliciæ ne in Arabia quidem ex India nave peregrinari. *Montes* amant Cedrus larix & cæteræ è quibus resina gignitur. *Montes* & *valles* diligit abies, castanea, tilia, ilex, cornus. *Aquosis montibus* gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia. Non temerè in montibus visæ, prunus, oleastri, juglans, sambuci. Descendunt & in *plana* Cornus, Corylus, Quercus, Ornus, Carpinus, subeunt & in montosa, ulmus, malus, pyrus. Meridionalem plagam adeò quædam depereunt, ut vel per crassam maceriam diductis ramis & radicibus perforatam, vio-

Theophr. H.P.l.IV. c.19.& 20.

Nieremb. in Historia peregrina. Borell. Obscrv. Medic. Cent.I.10.

Plin.H.N. l.XVI.c.18. Plin. H.N. l.XVI.c.31.

lenter ſibi ad eam aditum faciant. Cupreſſi in ſylvis non creſcunt. Nymphææ verò, quæ humoris appetentiſſima, ſi in ſicco plantatæ vas aquâ plenum ſuppoſueris, toto corpore verſus illud inclinatur. Nonniſi denique in aquoſis proveniunt ſalices, alni, populi & aliæ. Hinc fit quod ſuis non data locis degenerent vel intereant, in genuinis grandiora pulchriora & meliora evadant. Piper ſub alio cœlo abit in hederam. Abies Macedonica præſtantior quam Parnaſſia. Sylveſtris materies parte montis Aquilonia pulchrior, commodior, & copioſior quàm meridiana enaſcitur. Sed & formam externam pro cœli & ſoli diverſitate mutari notum: cum *tithymallus*, ex mari in hortos translatus aliam induat faciem. III. *Omnes appetitum ad ſuum naturalem ſitum, poſitionemque ad univerſum, juxta pororum diſpoſitionem habere.* Hinc certè fit, quod rami depreſſi vel quantum poſſibile ſe erigunt, vel ſurculos aut ſtolones qui ſurſum tendunt protrudunt: quod Cabeus obſervavit: hinc quod in transplantatione adulterum, ſi diverſo à priore pororum ſitu poſueris, emarceſcat: vanusque ſit labor in inſitione, ſi in ſurculo fibrarum ductus ſeptentrionales Auſtralibus inſerantur. IV. *Exorari plærumque ipſas arbores ut vivant atque transmigrent; aliquando & à ſolo impetrari ut alienas alat, advenasque nutriat: cœlum nullo modo flecti.* *Vivit*, inquit Plinius de ſuo tempore, *in Italia piperis arbor* (fruticem fortè qui officinis Ribes nigrum, intelligit) *Caſiæ verò in ſeptentrionali plaga: vixit & in Lydia thuris. Sed unde ſorbentes ſuccum omnem ex iis ſoles, coquentesque lachrymam?* V. *Mutari naturam in iisdem locis, naſcique in calidis quæ frigida gignunt & vice verſa.* Cedrum æſtuoſis partibus dederunt: at in Lyciis Phrygiisque montibus naſcitur. Frigus inimicum lauro fecerat: ſed in Olympo copioſior nulla eſt. Iuxta Romam ipſam Plinii ævo Caſtaneæ & Ceraſi proveniebant ægrè, Perſica in Tuſculano, nec non nuces Græcæ cum tædio inſerebantur, Tarracina ſylvis earum ſcatente. *Uſum* ſi ſpectes, nullum ferè vitę genus innoxiis carere poteſt. Materies arborum ædificiis, navigiis, caſis, rhedis, ſcriniis, ſepibus, ciſtellis, ſcutis, cardinibus, &c. folia, flores, fructus, ſemina medicinæ cibis & oblectationi inſerviunt. Maximè fida ilex iis quæ teruntur, ut rotarum axibus, vaginæ terebris ex oleaſtro utiliſſimæ. Cato vectes ulmeos fieri jubet aut aquifolios, firmiſſima ad tectum abies, pinus, parataque ædificiis, valvarum repagulis, & ad quæcunque libeat inteſtina opera aptiſſima eadem. Ex calidis igniaria, ad ſcuta facta ſalix, betula, tilia; ad jacula cornus, ad cardines aſſamentaque portarum ulmus, quia minimè torquetur, ad ciſtas

Theophr. H.P.l.1.c.14

Cabeusl.de Magnete.

Plin.H.N. l.XVI.c.32.

quæ-

quęque flexili crate constant, levissima. Cedrus trabibus, fagus sectilibus laminis, capsis & scriniis utilis. *Differentias* omnes exequi nostri quidem instituti non est; placet tamen quasdam ponere, Coronidis quasi loco. Sunt si *quantitatem* earum spectes, proceræ, breves, crassæ, graciles, si *radices* sunt ἐπιπολαιόῤῥιζοι, πολύῤῥιζοι, ἀκρόῤῥιζοι, ὀλιγόῤῥιζοι, βαθύῤῥιζοι. Si *caudices* sunt nodosę, & enodes, non quòd nullum nodum habeant, sed quòd paucos, quales omnes quibus cortex levis, quæque concavo & laxo corpore surgunt. Sunt πολύκλαδοι, inter quas μείζω τὸν ὄγκον ἔχει τὸν ἄνω, & ὀλιγόκλαδοι. Sunt παραβλαστικαὶ, quæ progeniē sobolescentem habent, quas Plinius *plantigeras imis partibus* dixit, & quæ adnatis carent. Si *folia* sunt perdifolia, sunt & perpetuifolia, quæ sempiternâ comâ virent: tantaque hic vis locorum, ut circa Memphim Ægypti & in Elephantine Thebaidis nulli arborum folia decidant, ne vitibus quidem; prospiciebaturque in Thurino agro ubi Sybaris fuit ex ipsa urbe quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. Si *vitam* sunt μακρόβιοι vel βραχύβιοι; quales quæ fœcundissimæ. Si *ætatem*, sunt novellæ, mediæ ætatis, annosæ. Si *germinationem*, sunt & τρίσλιπα δένδρα, quæ pingvi vitalique humore turgescunt. Si *fructificationem*, sunt fœcundæ, sunt & steriles. Si *loci*, sunt hortenses seu mites, sylvestres, marinæ, fluviatiles, palustres. Si *virium* & *usus* sunt salubres, noxiæ, venenatæ, medicatæ, cibariæ, coronariæ &c. Et tantum de plantis in genere præmisisse sufficiat: jam de *labore* ipso nonnulla monenda sunt. Et primò quidem mecum deliberabam, quomodo historiam hanc deducere deberem. Potest enim vel per species ipsas tradi, vel per specierum sub suis classibus partes & accidentia, adscitis, vel in singularem librum rejectis, quę in speciebus occurrunt singularibus. Et ista quidem methodus formandis de rerum natura universalibus pręceptis egregiè conducit, prima historica est: tertia ad uniuscujusque arbitrium componitur. Sed cum animadverterem Veteribus & Neotericis secundam placuisse, ut in Dioscoride, Theophrasto, Plinio, Lobelio, Dodonęo, Matthiolo, Cęsalpino, Tabernomontano, Bauhinis fratribus, Clusio, Alpino, Dalechampio & aliis videre est: visum & mihi istam arripere. Hanc ergò ingressus viam, ductum *Casparis Bauhini*, viri in hoc eruditionis genere Principis, secutus sum: qui admirabili & stupendo artificio, ad aliquot centurias, immensum illum ex terra erumpentium exercitum, tanquam sub sua signa reduxit, nomina singulis ita imposuit, ut Characteribus quasi suis signatę videantur, & ne aliorum monumenta

Theophr. H.P.l.I.c.13.

Plin.H.N. LXVI.c.21.

pro-

protererentur, ſynonimias quoque addidit. Vtinam aliquando, tot luſtris elaboratum opus, & auro contra charum, publicæ famæ comiter ſiſteretur! II. Additas & ſuis locis inſertas videbis plantas, quæ poſt ejus obitum innotuere, quæque nobis partim Anglorum navigationes, partim Batavorum in utramque Indiam expeditiones, partim Hiſpanorum & Gallorum in utroque illo orbe obſervationes dedere. Habes ergò hic quicquid apud *Purchaſium* in Anglorum & aliorum navigationibus, *Alpinum* in Plantis Exoticis, *Veslingium* in obſervatis ad eundem, *Columnam* Neapolitanum,* *Piſonem* & *Marcgravium* in Hiſtoria naturali Braſilienſi, *Euſebium Nierembergium* in peregrinâ, *Franciſcum Hernandem* in Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ theſauro à Nardo Antonio Reccho edito, *Terentium* Ieſuitam, *Bontium* in notis ad Garciam & Hiſtoria nuper emiſſa, quam ego periiſſe putaram, *Bodæum Stapelium* in egregiis ſuper Theophraſtum Commentariis, *Martinium* Ieſuitam nuper ex Sinis reducem in deſcriptione regni illius, *Ferrarium* in Hortis Heſperidum & Flora, *Aldinum* in Horto Farneſiano, & authorem floræ Sinenſis occurrunt. Habebis & inter Herbas quas *Cornutus* in Canada, quem bibliotheca Excellentiſſimi *Volckmari* Noricorum Medici celeberrimi poſſidet, obſervavit: & quæ Nobiliſſimus *Hoffmannus*, Floræ Altorfinæ delicium, vir eruditiſſimus, parario amiciſſimo *Urſino*, Botanico Lipſenſium induſtrio, mecum communicavit. III. Has omnes quantum per ingenii in hiſce tenuitatem poteram, in ſuas claſſes redigere conatus ſum, ut iter aliquod ad cognitionem ſtructuræ plantarum ſternerem, feliciore fortè quandoque ſydere, minus favente ſine dubio aliquando. Tutemet enim ipſe obſervabis, ſæpè ſub Claſſibus occurrere, quæ titulo non reſpondent, etſi cognatione gaudeant. Occurrere & quæ diverſis ſubjici, vel ad aliud genus commodius referri poſſunt. Sed verò impoſſibile ferè eſt, tantam creſcentium congeriem ſub ſuos eosque paucos exactè reducere ordines: niſi fortè unius decies aliquando mentionem facere velimus. Vni ſe ſigno quoad folia debent, alteri quoad caules flores, fructus, radices, loca &c. Dabis ergò veniam Lector, & ſuccines illud. *In magnis rebus & voluiſſe ſat eſt.* IV. Icones nollebam omninò abeſſe: non quòd ex iis plantas ſufficienter cognoſci poſſe putarem, dictum enim ſuperius formam ætate variare, panax rotunda folia fundit dum pullulat, diſſecta ad ultimum: multumque hic ſoli & cœli diverſitas poteſt: ſed quòd exiſtimem in earum ad

primum

*in de plantis ignotis, ab Excellentiſſimo Johanne Michaelis transmiſſum.

primum aspectum γνῶσιν, (quis enim vel platanum vel Cannam Indicam visam non agnoscat, si sculptæ sibi imaginem impresserit?) & reducere in memoriam, eas inprimis quibus felicius cœlum obtigit. Sine præceptoris harum peritissimi inductu & frequenti tam cum germinant & adolescunt; quàm cum ad justam ætatem pervenere, & fatiscunt inspectione, nunquam quisquam in harum cognitionem perveniet: tamque fluxa res ista, ut nisi eam perpetuò tractes, facillimè elabatur, & obliteretur elapsa. Nec tantum vel in ipsis vivis herbariis adjumenti: tum quod sæpè vividus ille vigor, marcorem contrahat, nativaque facies situ obducatur: tum quod linimento, torsione, & rugarum contractu ita quandoque peccetur, ut species ipsa quasi esse desinat. Et hic fortè in Exoticis inprimis aliquoties erratum est, in tantum remoto ab Operis authore, nec præsente qui tantum suis negotiis subtrahere voluerit, ut revidisset. Ipsum Chalcographorum vulgus, tam imperitum rerum harum est, ut paucæ sint plantæ, in quarum exprimendis nominibus peccatum non sit. Properabam verò & ego, inprimis cum mihi affectio hypochondriaca metum incuteret, & tentaret vertigine cerebrum, quod liberum & defæcatum hic labor requirebat. Accedunt huc varia unius plantæ apud Indos aliquando nomina, quæ vel ipso sono horrorem incutiunt, tantum abest ut memoriæ tam facilè infigi possint, vel diu retineri infixæ. Nollem tamen negare, interveniſſe in nonnullis operarum incuriam, non expungentium, quæ expungi author voluit. Non miraberis ergò bis quasdam seu sub una eademque appellatione & diversis classibus positas, seu sub alia & una, transpositos alicubi titulos, alicubi non expressos integros; alicubi planè omissos; nec plantas ubique ea facie exhibitas quâ debebant, ut in erratis monebimus. Hoc interim monendus es *Lector*, duas aliquando unius plantæ descriptiones datas, ubi aliqua inter authores occurrebat discrepantia: binas quoque & unius figuras, quando in foliis, floribus vel fructu aliquid diversitatis inesse, icon innuere videbatur. Non suo loco repositas, prout monueram, quæ fagum sequuntur ad Nucem moschatam, & quæ Cardamomo majori & minori apposita sunt, doleo. Quod reliquum est, Veterum primò historiam dedi, hinc recentiorum, ut quantum rei plantariæ accesserit videres: Exoticas seorsim posui, ut eas quasi in numerato habe-

haberes: datâ operâ Græca Latinè non reddidi, ne authores ipsi à juventute negligerentur, labor in molem excresceret: brevior esse volui, ne tædio afficereris: ita tamen, ut nihil ferè omiserim in descriptione, quod ex icone non possit colligi, si ea ad amussim expressa. Plura non addo. Vale ergò mi *Lector*, & in Historia herbarum interea pergenti fave. Dabam ex Musæo in epibda Paschatos Anni M. DC. LXI.

HISTO-

Malus vulgaris.
Apffelbaum.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER I.

De Arboribus Pomiferis & similibus.

Malus.

Titulus I.

De Pom-aciniferis.

Caput I.

De Pom-aciniferis Classis primæ.

Articulus I.

De Malo.

Tab. I. ARBORES POMIferas quas vocem superius dixi. Sunt autem hæ vel *Pom-aciniferæ* vel *Pom-ossiferæ*. *Illæ* in tres classes distribuuntur: in quarum prima 1. *Pomus* seu *Malus*. 2. *Malus Cydonia*, 3. *Malus Citria*, 4. *Malus Limonia*, 5. *Malus Arantia*, 6. *Malus Punica* & 7. *Pyrus* habentur: de quibus quid apud *Veteres* & *Recentiores* occurrat, videbimus: ad easq; ex Exoticis nonnullas referemus.

Plin. H.N. l.13.c.13.l.15.c.18.l.16 c.18.24.25. 26. 28. 30. 32.44.& l. 17.c.13.

I. Pomus seu *Malus* Veterum, ex *Arbore* & *Fructu* differentias sortitur.

1. *Pomus arbor* duplex est apud eos 1. *Domestica*, 2. *Sylvestris*. 1. *Pomus arbor Domestica Veterum*, est τὴν ὄψιν ἐντελής, & illico in ramos σχίζεται. *Radices* ἐπιπολαίοι, paucæ. *Caudex* corporis rari unus, cui nodi ἰδιωτάτοι, ferarum rostra reddentes, adhærentibus uni maximo minoribus. *Folia* carnosa, mucronata. *Flores* φυλλώδεις, fructuum integumento insident. *Fructus* callo se commendat, succi spumei, odoris acuti, ex annotinis surculis gignitur; & facillimè ante maturitatem amittitur. Semina intus ἐν κελύφεσι δερματικοῖς, ἀθρόαμετ' ἀλλήλων. Citissimè senescit, minoraque tum vermibusque obnoxia poma fundit. Sed & ipsæ arbores celerrimè vermiculantur; sed iterum è radicibus repullulant. *Reperitur* ubique, & in Ponto. Subit & montosa, quamvis pingue & lætum solum amet. *Vsus* foliorum florum & germinum in adstringendo. Ex fructu vinum paratur. 2. *Pomus arbor sylvestris Veterum*, bifera Plinio. Mala sunt parva, vernis similia, urbanis acutiora odore. Id peculiare acerbitatis & improbitatis convicium & vis tanta, ut aciem gladii perstringat.

Theoph. H.P.l.1.c 5 9.13.14.18. 21.22.23.l. 2.c.3.l.4.c. 6.14.l.5.c. 4.10. Theoph. de C.P.l.4. c.1.l.2.c.16

Diosco. M. M.l.1.c.159 Plin.H.N. l.15.c.14.

II. Pomorum varia sunt apud Plinium, Columellam, Varronem, Macrobium, Athenæum *Genera*, quæ à tempore maturescendi, Personis, Locis, Figura, Colore, Sapore & aliis

Malus. accidentibus sumsere. 1. *A tempore maturescendi*, sunt *Verna* & *serotina*, quorum illa Cultura mitescunt, & aliquando sine nucleis nascuntur. Dioscoridi μελίμηλα, γλυκύμηλα; Catoni *mala mustea*. Arbor δίφορα est. bis se flore induit & fœtificat, nisi hyems prohibeat. 2. A *personis* sunt. *Appiana*, Cotoneo insita, magnitudine Claudianorum, rubentia. *Scandiana* quæ melius quàm Claudiana dicuntur. *Sceptiana* vel potius Sestiana ab inventore liberto, insigni rotunditate. Aliis *Sextiana*, *Cestiana*, *Cestomela*, & *Pezomela*. *Quiriana*, quæ aliis *Quiriniana*. *Dionysiaca* minuta, ex quibus coronæ statuarum Bacchi. 3. A *Locis*, *Pelusina* cum Petisiis fortè eadem. *Ameriana* quæ maximè durant, *Temeriana* quibusdam. *Epirotica* quæ primum in Epiro provenere. *Tiburtia*, quæ succo Picenis cedunt, facie præstant. *Martiana* vel *Mattiana* ex quodam in Alpibus vico. *Delphica* quæ Delphis crescebant. *Dacica* prima adventu & decerpi properantia. *Mordiana* à Mordia, speciosissima, optima, & orbiculatis respondent. *Sylvatica*, quotannis olim Romæ condiri solita. 4. *A Figura* sunt. *Orbiculata*, figurâ orbis in rotunditatem circumacti. *Orthomastica*, à mammarum effigie. *Spadonia* à contritione castrati seminis. *Gemella* in quibus unum imò geminum in latere medio erumpit folium. *Melophylla* aliis. *Panucea*, quę celerrimè in rugas marcescunt. *Pulmonea*, quę stolidè tument. *Melapia* denique quæ cognationem cum pyris habent. 5. *A Colore*, sunt *Syrica*, rubentia & rutila. *Sanguinea*, quæ moro insita fuere. 6. *A sapore*. *Austera*, *Acida*, *Acria*, *Acerba*, *Dubia*, *Aphratomela*, à celeritate mitescendi dicta, γλυκύμηλα & *Melimela* quæ se sapore commendant nec nervos lædunt. κακοστόμαχα & καύσου ποιητικά. 7. *Ab aliis accidentibus*, *Scantiana* in doliis condi jussa. *Petisia* parva, gratissimi saporis, paulò ante Plinium adoptata. *Prasina* forte cum Petisiis & Pelusinis eadem. *Varina*, *Ograna* seu *Ogratina*, *Veriana* de quib⁹ nihil occurrit. *Setania* & *Platanaria* quæ ἔυχυλα & ἔυκρατα. *Lapidosa*, quæ calculos intus habent.

Diosc. M. M. l. 1. 161. Cato de Re Rustica.

Diosc. M. M. l. 1. 16. Plin. H. N. l. XXIII. 5.

II. *Recentiores* ab *Arbore* quoque & *Fructu* differentiam Mali deducunt. TAB. II

I. Malus Arbor vel est *Domestica* vel *Sylvestris*.

1. *Malus Domestica* est multiplex nempe 1. *Vulgaris*, 2. *Pumila*, 3. *Non florens fructificans tamen*. 4. *Floribus pallidis exigua*. 5. *Flore pleno*. 6 *Folio pyri*. 7. *Sine semine interius in fructu*. 8. *Fructu exiguo*.

1. *Malus domestica vulgaris* non est quod multum describatur. Nota namque. *Radices* ipsi paucę, obliquæ, & quæ summa telluris stringunt. *Rami* è stipite inconditi, *folia* carnosa, decidua. *Flores* πενταφύλλοι, quos vere emittit. *Fructus* qui *Malum* seu *pomum* vocatur, cute, carne, semine in membranaceis loculis contento constat, & pediculo appenditur: Varium esse mox videbimus. Quædam tertio quoque anno melius ferunt, quod de sua suburbana prodidit Scaliger. *Vsus florum* in maculis faciei, si aqua ex iis destillata laventur: *fructus* in Ophtalmia, si cocti cum aqua rosacea, lacte muliebri, medulla triticei panis cocta, cum saccaro Saturni & croco permista, oculis apponantur: in ambustione partis, si in aqua plantaginis coquantur. 2. *Malus domestica pumila*, χαμαιμηλία, fruticis est magnitudine. Poma quæ Brabantis *poma Paradysi & S. Iohannis*, præcocia sunt, mediocriter dulcia, ex diluto flava, albicantia. 3. *Malum domesticam non florentem, fructificantem* tamen in Gesnero invenies. 4. *Mali domesticæ floribus pallidis exiguæ* fructus, poma nana Camerario, & ipso vere funduntur. 5 *Malus domestica flore pleno*, in Eystettensi flore multiplice & pleniflora dicitur. 6. *De malo domestica, quæ folio est pyri*, nihil occurrit. 7. Nec de illa *quæ fructum sine semine fert*, quæ eadem cum non florente, quicquam. 8. *Malus domestica fructu exiguo* in Italia conspicitur. Magnitudo sorbi domesticę; color partim puniceus, partim glaucus; loculi membranei radiatæ stellæ instar intus; sapor subacidus.

Scalig. ad Theoph. de Causis l. 1. 16.

Dodon. Pempt. 6. s. 3. c. 1. Gesn. in Horto.

Ges. in Append. horti

Camera, in Horto.

Bauhin. H. P. l. 1. 1.

2. *Malus sylvestris* plura mala producit quam domestica, sed rarò juglādem æquantia, at rotundiora, cortice te-

Malus pleniflora;
Gefüllete Opffelblüte.

Malus non florens.

Malus pumila.
S. Iohannes äpffel.

Malus Sylvestris major fructu alba.
Weis gros Holtzäpffel.

Malus Sylvestris minor.
Klein Holtzäpffel.

Malus Sylvestris major fructu rubente.
Holtz Strönling

Oenomelum Wirtenbergicum.
Wein Apffel.

Malum Welsch Italicum minus.
Welsch Wettich.

Malum Wettich viridans.
Grün Wettich.

Malum Wettich aliud minus.
Klein Wettich.

Malum Wirtenbergicum.
Gel Wettich.

Pomum orbiculatum Waldensium.
Scheibling Apffel.

Pomum Granosum Zellense.
Kern Apffel in Zell.

Pomum Sacerdotum primum.
Pfaffen Apffel.

Duracinum Waldense acido dulce.
Schal Hartling.

Malum duracinum latum Waldense.
Breit Hartling.

Oenomelum magnum Blanspachianum
Weinling.

Orbiculatum aliud
Kreisling.

Orbiculatum Bollense album acidum.
Scheibling.

Duracinum album Zellense.
Weis Hartling.

Malum Striatum Balnei peregrans.
Strömlins Apffel.

Malum Tauricum æstivum.
Sommer Taurich.

Erythromelon fugax
Rother Weidling.

Erythromelon diu durans
Roth Bach Apffel

Malum Conchatum Venereum inde maculatum.
Seij-Apffel.

Malum Iuppenschweneck Bollensibus.
Iuppenschweneck.

Praemelon Bollense.
Grüninger Apffel.

Erythromelon Sabaudicum.
Paris Apffel.

Malum Divi Matthiæ.
Matthis Apffel.

Oenomelum Bollense album alterum.
Seitzling.

Oenomelum Bollense album.
Weis Scheibling.

Pomum Sacerdotum secundum.
Zenentling.

Malum Loracinum zdum.

Malum Loracinum primum.
Leijer Apffel.

ce tenui, pediculo longo. Succus loco aceti Gallis: impinguantur iis & sues. Theocrito. Est duplex, *Major* nempe, quæ vel *Rubens* vel *alba*, & *Minor*.

Theocrit. Eydill. 5.

II. *Fructus* seu *Pomi* varia ex Gallis, Cordo & Bauh. recēsebimus genera.

1. *Galli* faciunt mentionem 1. *Canamilorum*, quę coloris lutei, saporis jucundi. 2. *Paradisiacorum*, quæ præparva, præcocia, melleæ dulcedinis. 3. *Rambureorum*, quæ prægrandia, callo fragili & in ore liquescunt. 4. *Castinianorum*, castaneæ cartilagine, austerioris gustus. 5. *Francerinorum*, quę rotunda, duriore callo. 6. *Iohanninorum*, quæ parva, albentia, & prima, quia circa festum Johan. prodeunt, eduntur. 7. *Præpomorum*, quæ in Augusto matura odorata & suavia. 8. *Roscorum*, quæ toto anno durant. 9. *Passipomorum*, quæ turbinatiora & fugacia; semen in utero sonat. 10. *Capenduorum*, quæ principatum in Gallia obtinent. Cartilagine dura, saporis grati, in annum durabilia.

Cordus in Hist. Plan.

II. *Cordiana* mala sunt vel *rotunda* & *globosa*, vel *non rotunda*.

I. *Cordiana mala, rotunda* denominantur 1. *A pulpa*, ut 1 *Pulmentaria* eaq; vel *majora*, quæ rubent & longis in purpura roseis vibicibus distinguuntur: carne succosa, miti: vel *minora*, quæ à majoribus non abeunt: vel *flava*, quæ una parte raris sanguineis vibicib. consperguntur. 2. *Duracina*, tàm *alba*, quæ una parte in flavo rubent, altera ex viridi candicant, intus albescentibus maculis, quæ per cutim transparent: quàm *ruffa*, quæ carne solida, densa. II. *A Colore*, ut sunt *Bresiliana*, *Crocina*, eaq; tam *vulgaria*, quæ serenis æstatib. puniceæ maculæ distinguunt, pluviosis non item; aromatici halitus; quam *rubentia*, *rosacea* & *sanguinea*. III. *A Sapore*, *Dulcia* tam *majora* quam *minora*, *Oenoximela*, *Oximela* majora & minora. IV. *A Similitudine* sunt. *Pulmonea* quæ vel *simplicia* dulcium omnium maxima, carne fungosa: vel *salici inserta*, carne magis rara & aliquantulum amaricante. *Vitrea*, carne vitri obscuri instar pellucida. V *Ab aliis accidentibus*. *Episcopia* quæ omnium dulcium nobilissima, carne nivea, colore ab una parte roseis tenuissimis vibicib. cōsperso, ab altera in candido pallido, cum vibicibus incerto & descriptu difficili: Vocantur & *Cartectiana*, *Porstorfiana*, quæ carne Duracinis simili, gustu vehemēter generoso. *Augustina* quæ parva, colore flavo, carne tenera.

Malus.

II. *Cordiana mala non rotunda* sunt 1. *Lata* eaq; vel *Pulmentaria*, quæ rubent & carne omnis succi experte constant. Vel *Paterniana* flava, è sanguineo maculosa, subacida. 2 *Acuminata* seu κορυφίτρια, quorum *pythmen papillas virginum aspectu repræsentat*. 3. *Oblonga* eaq; vel *Gothardina*, quorum pythmē superius profundiusculè veluti lacunę insidet. Sunt in spadiceo ruffa: vel *Præsomela*, quæ colore in viridi pallido. Carne dulci simulq; acida. 4. *Angulosa*, eaq; vel *Longa*, quæ à pediculo ad pythmena usq; undique angulis crassioribus sulcantur. Vel *Rotunda*, præteritis, longitudine excepta similia. *Epirotica* non describit.

III. *Bauhiniana* mala sunt triplicia, nempe *Rotunda*, *Oblonga*, *& aliarū fig.*

Bauh. Hist. Plant. l. 1. 1.

1. *Bauhiniana mala rotunda* vel sunt *Minora* vel *Majora*. 1. *Minora* sunt 1. *VVirtembergicum*, Wettich/ *subflavum* ex pago Bliespach. 2. Wettich *aliud minus*, quod nonnihil angulosum, non grandescit ut ajunt. 3. Wettich *tertiū*, quod planè album & ad Ianuarium usq; durat. 4. Wettich viridans, in luteolo subviridi, pediculo satis lōgo. 5. Wettich *Ital. minus*, cujus descriptio in minore. 6. *Oenomelum VVirtemb.* ♀ candidum & umbilico tenus angulosum. Durat ad April. 7. *Duracinum latum VValdense* Rothärtling von Walde/ sessile. Durat ad Oporam usq;. 8. *Duracinum acido-dulce*, Härtling im Walde/ quod ad triennium, saltem biennium durare perhibent. 9. *Granosum Zellense* Kornapfel in Zell/ & Zenithapfel/ quod in segmenta cæsum diutissimè asservatur. 10. *Sacerdotum*, Zenendtling/ colore album, quibusdā partibus subluteum. 2. Vel *Majora* ut 1. *Pomum orbiculatum* Waldensium Scheiblingapfel/ carne tenera & alba. 2. *Duracinum*, quod vel *album Zellense*, paulò angulosum, carne duriuscula. Vel *album Bollense*, idem fortè cum præterito. Gall. *Blanc durè*. Vel *striatum* seu D. Matthiæ, Hartling Apfel/

Tab. III.

Malus. ſupernè anguloſum, rubore punctа inſperguntur. 3 *Virgineũ acidum*, ſeſſile, ex albo ſubluteũ, cũ aliquot ſtriis rubeis. 4. *Orbiculatum*, ꝙ vel *Bollenſe* album, acidum, modicè depreſſum. vel **Kreißling** dictum, quibuſdam **Bichenbrunner** quaſi fontiphagia dicas, quod Maii medio adhuc incorruptũ manet. 5 *Oenomelum magnum Blienſpachianum*, elegans & anguloſum ſimul. 6. *Erythromelom*, vel *diu durans*, **Roth Bachapfel**/ qſ. rubrum frixorium dicas, variegatum. Vmbilicus profundº eſt: vel *Fugax*, **rother Weitlingapfel**: vel *Acidum ſubadſtringens*, **Schamapfel**/ quod rubedo faciei pudoris ſignum eſſe ſoleat. 7 *Tauricum æſtivum*, magnum rubẽs valde. Sed Blienſpacenſe multa albedine perfunditur. 8. *Striatum Balnei*, **Strimlinsapfel**/ anguloſum & multis ſtriis ac punctis rubens, & veluti pictoratum. 9. *Lotharingicum*, *cambour* dictum, ex flavo virideſcens, punctis quibuſdam fuſcis araneoſiſq; conſperſum. 10. *Æſtivum dulce*, ſeſſile, cute lęviſſima, cum elegãti circa pediculum purpuriſſo.

Tab. IV. II. *Bauhiniana mala oblonga* vel ſunt *Minora*, vel *Majora*. I. *Minora* ſunt 1. *Praſomelum Bollenſe* **Grüningerapfel**/ colore omnium virideſcente, punctis albis aſperſum, anguloſum. 2. **Juppenſchwencker** *Bollenſibus dictum*, cum luteolo vireſcens, & guttis rubentib. aſperſum. 3. *Concharum Venerearum modo maculatum*, **Seyapfel** & **Kernapfel**/ quod ex granis & ſemine proveniat. Una parte eſt album, rubellũ, altera cum maculis rubentib. 4. *Loracinum*, **Leyerapfel**/ quia Loram potionis genꝰ ingreditur, perfuſum multo rubore, per quem ſtriæ & guttæ magis rubentes diſcurrunt. 5. *Sacerdotum*, **Pfaffenapfel**/ *aliis* **Zenendting**/ album & ſubluteum. 2. *Majora* ſunt 1. *Oenomelum Bollenſe albũ* **Weinapfel** & **Seißling**/ quod duplex, *primum* altera parte albicans, altera rubens: *ſecundum* anguloſum, carne candida ſubacida. 2. *Erythromelum Pariſiacum*, quod rubris ſtriis pulchrè picturatur, aſperſis hinc inde punctis albis, non ſine luteolo colore. 3. *Taurinum hyemale*, **Winter Tauricher**/ Taurico æſtivo ſimile, prædictis minus ſeſſile, & magis anguloſum. 4. *Tigurinum majus*, ſpecioſum, nonnihil turbinatum, carne friabili, dulcacida. 5. *Rubellum VValdenſe*, cujus ſuperior pars valdè rubet, inferior hinc inde albicat cum pulchris ſtriis & veluti guttis rubris. 6. *Phrygomelum ſtriatum*, **Bachapfel**/ **Strebling** dicto ſimillimum. 7. **Feinſterling** Zellenſib. dictũ, medio, una parte cum ſtriis rubet. 8. **Haßlecher** dictum, multum rubens, intercurſantibus quibusdam partibus luteolis & virescentibus. Maturantur circa Paſcha, eſuiq; ſunt apta. 9. *Rubellum Bliensbachianum*, totum ferè rubrum, ſatis anguloſum. 10. *Heiningium Bollenſe*, **Heimingsapfel**/ latiuſculum, ſeſſile, ſupernè nonnihil turbinatum, ex albo ſubluteum & ſubviride. Circa ferias natalitias ſunt bona. 11. **Tröſling** dictum, ſeſſile infernâ parte, ſuperiore turbinatum; rubet & palleſcit. 12 *Duracinum album & dulce* **Grübling**/ album cum virore & maculis oblongis luteis. 13. *Vlmenſe*, **Vlmerapfel**/ ex luteo ſubalbidum. Contortum eſt aliquando & bipartitum.

III. *Bauh. mala aliarum figurarum* ſunt 1. *Turbinatum*, hocq; quintuplex. *Dulce* **Meylinapfel**. *Album* **Vlmerpfälling**/ longiuſculum. *Ex flavo vireſcens punctatum* **Linckerapfel**/ ex albo ſubluteum & punctis candidis. *Majus vireſcens*, **Hüttlinsapfel**/ quod pileum turbine ſuo referat, quibusdam **Lauchsapfel**/ quaſi praſinum, & *Lactescentibus punctulis conſperſum*. 2. *Criſtatum*, in uno ſcilicet latere, ſecundum longitudinem, pediculus eſt contortus. 3. *Curtipendulũ*, ſeu *Capenduum*, de quo ſupra. Eſt vel *majus*, cui cutis ſubcrocea, maculis verrucoſis ſcatens: durat biennium. Vel *minus*, quæ Curtio Capendina. 4. *Curtipedaneum* ex inſitione fortè Curtipenduli cum alia orta, carne flaveſcẽte, umbilico magno, profundo: quædã punctis araneoſis ꝓſperſa ſunt. 5 *Pentagonum*, utrinq; ſeſſile, angulis quinque protuberantibus. 6. *Quadratum*, quod aliquando pentagonum, hexagonum, heptagonũ, angulis nimirũ protuberantib. quorũ pars ſuprema ꝓpter umbilicũ, in gibbos & tubercula elevatur. Flavum eſt, & punctis araneoſis nigricantib. conſperſum.

EXO-

Malum rubellum Waldense
Rötling.

Malum Tigurinum majus.
Weis Züricb Apffel.

Malum Tauriacum hyemale.
Winter Taurich.

Erÿsiromelon Parisiacum
Paris Apffel.

Malum Heningium
Bollense.
Henninger Apffel.

Rubellum Blinspacbis
Rötling.

Malum Hasslacher dictum
Hasslacher.

Malum Feinsterling.
Feinsterling.

Prÿgomelon Striatum.
Bach Apffel.

Malum Ulmense.
Ulmer Apffel.

Malum duracinum album et dulce
Grübling.

Malum Tröstling dictum.
Tröstling Apffel.

Malum turbinatum ex flavo
virescens punctatum.
Lincker Apffel.

Malum turbinatū album
Ulmer Pfäffling

Malum Turbinatum dulce
Meÿling.

Carambolifera Malabarum.

Pomum pentagonum.

Malum turbinatum lacteſcentibus punctulis.
Weisling.

Malum turbinatum
majus virescens.
Hütlins Apffel.

EXOTICA.

Vid. Tab. V.

Ex Exoticis tam Asiaticis quàm Africanis & Americanis sequentia ad Malum ἑξωτέρους dictam refero. 1. *Caramboliferam Malabarum.* 2. *Ianipabam Brasilienſium.* 3. *Anonam Oviedi.* 4. *Bruſathaër Chinenſium.* 5. *Pinipinichiſtillam.* 6. *Ovejerovam Maragnanæ inſulæ.* 7. *Pompoquam Taraſcorum.* 8. *Texocotliferam Mexicanorum.* 9. *Higuero Oviedi.* 10. *Acabam.* 11. *Iarapandibam Braſilienſium.* 12. *Arbores inſulæ Maragnanæ ſex.* 13. *Fruticem Braſilienſem innominatum.* 14. *Fructus Exoticos quatuor mala æmulantes.* 15. *Malorum Americanorum quatuor genera.* 16. *Macoquer Virginianorum.*

Garzias Arom. l. 2. c. 15 Acoſta de Aſt. c. 47.

I. *Caramboliferæ* duplex deſcriptio, *Garziæ* & *Bontii*. *Illi* eſt magnitudine coronæ: *foliis* mali longioribus: *flore* πενταφύλλῳ ex albo rubeſcente, guſtu oxalidis: fructu canino teſticulo ſimili, per ſulcos altè impreſſos in quatuor partes diviſo. Malabaribus *Carambola*, Decanenſibus *Camarix*, Canariis *Carabelli*, Malayis *Bolymba*, Paludano *Botumbax*, Perſis *Chamaroch* dicitur. Apud *Bontium* habet folia pruni, & ſubtus populi, flores faſciculatos è pallido puniceos; quibus ſiliquæ oblongæ quadrangulares, aliquando pentagonæ ſuccedunt, in iis ſemina acida. *Vſus* fructus in bilioſis febribus: in pulverem contriti cum betele in ſecundinis pellendis: *ſucci* in nubeculis oculorum tollendis.

Palud. ad l. 4. Orient. Ind. c. 10. Linſchott. Ind. Orien. l. 4. c. 10. Bont. Med. Indo. p. 57.

Cluſ. Exotic. l. 1. c. 10. Marcgrav. Hiſt. Plant. Braſ. l. 5. c. 1. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 3. Piſo de fac. med. ſimp. Braſ. l. 4. c. 15 Bauh. H. P. l. 5. c. 5.

II. *Ianipaba Braſilienſium*, aliis *Genipat*, *Xagua*, *Ienipapo*, *Iunipappe*, duplex eſt. 1. *Fructu majore*, quæ figura fagi, *ligno* medulloſo, *frondibus* bubulæ linguæ inſtar, & ſesquipedem longis (Piſoni folia ſunt cubitum longa, quæ ſingulis annis menſe inprimis Decembri defluunt) *flore* Narciſſi æmulo, πενταφύλλῳ, deorſum vergente, flavo, quem Aprili & Majo protrudit. *Fructus* qui in ramorum extremo, aliis aliis impoſitis, miranda modo provenit, eſt rotundus, magnitudine mali aurantii, cortice lento cinereo, ſub quo caro flaveſcens, vinoſa in medio cavitas, ſeminibus quorum grana compreſſa, ſuborbicularia prægnans. Immaturus tingit colore ex nigro ſubcæruleſcente, qui nullo modo ablui poteſt, ſed poſt octo & novem dies ſponte evaneſcit. Ungues nunquam colorem mutant, niſi & ipſi mutentur. Ex eodem liquor contra ventris fluxum & ardores inſervit. Ex maturo qui Meſpilorum inſtar putreſcit, vinum exprimitur. Naſcitur in locis ſylveſtribus ad flumen S. Franciſci. 2. *Fructu minore*, Ximeni *Xahuali*, *Folia* fraxinea, quæ ſingulis menſibus mutantur: *materia* gravis, pardi coloris: *fructus* capitello papaveris ſimilis, ſed absque corona. Aqua ex eo expreſſa tinctum corpus nigredinem concipit, quæ deleri non poteſt, decimo quinto die ſponte evaneſcit.

Malus.

III. *Anona Oviedi*, novæ Hiſpaniæ incolis *Quauhtzapotl* & *Texaltzapotl* dicitur. Arbor eſt Guanabano magnitudine & forma ſimillima. *Folia* Aurantiæ mali ſed anguſtioribus. *Floribus* candidis, & in tres angulos diviſis, qui pyrorum præcocium flores, odoris ſuavitate æmulantur. *Fructus* rubris & herboſis notis variegatur, nec Melonis Americanæ magnitudinem excedit, intus nucleis exiguis & nigris ſcatet. Magno eſt apud Americanos in precio. Nierembergius ſaporem juſculi, quod *Maniar blanco* Hiſpanis, æmulari; Cluſius Guanabanum utpote firmiore carne, ſuperare judicat: Flatus generare, nucleos alvum ſiſtere, apud de Laetium invenies. germina reſiſtere venenis, apud Nierembergium. Naſcitur in inſula Haitina, & provincia novæ Hiſpaniæ Quaunahuacenſi. Dicitur tamen propè Tzontzonate, ac D. Servatoris oppidum, *genus* quoddam provenire, cujus ſeminis nuclei decem duodecemque ſumpti, leviter ac ſine moleſtia bilem ac pituitam purgent.

Ovie. Hiſt. Ind. 8. 18. Reccus Theſ. Rer. Med. Nov. Hiſp. l. 1. 60

Nieremb. Hiſt. Exot. l. 14. c. 108.

Cluſius ad Gar. l. 2. c. 9

De Laet Ind. Occ. l. l. 5. c. 3. Nieremb. Hiſt. Exot. l. 1. c. 75.

IV. *Bruſathaër* Chinenſium, viſenda eſt vaſtitate, & tanta ut in ea immenſæ magnitudinis avibus ſtabulari liceat. Tam grandes ſunt, ut eis etiam graviora animalia ſuſtollantur & auferantur. Fructus fert Anguriis non minores.

Scalig. Ex. 181. ſect. 10. Pigafettain itinerario. Bauh. H. P. l. 1. c. 50.

V. *Pinipinichiſt.* deſcriptionē apud nullum ferè auth. invenio. Mali tamen

Mon. Med. ſimpl. c. 50. Bauh. H. P. l. 1. c. 62.

Malus. men est similitudine. Fundit lacteũ eumq; aliquantulum densum & viscosum, è recisis ramis liquorẽ, qui *Pinipinichi* incolis dicitur. 3. vel 4. ipsius guttæ ex vino sumptæ, bilẽ & aquas per alvũ validissimè purgant, nisi vinum, jusculũ, vel aliud quid superfuderis. Tum n. operatio sistitur. Calidũ & siccũ Monardes ponit in tertio.

De Laet Ind. Occid. l. 10, c. 11. VI. *Ovajerova* Maragnanæ insulæ incola est. Arbor alta & vasta, *foliis* quercus sed paulo majorib. floribus dilutè flavescentib. *Fructum* fert pedem longum, majorib. melonib. parem, extra & intus flavum, suavissimi & fragrantissimi odoris, sed exilibus & nigricantibus nucleis plenum.

Ximenes apud de Laet. Ind. Occid. l. 5. c. 3. & 11. Reccus Rer. Medicar. Novæ Hisp. l. 1. c. 48. VII. *Pompoquã* Tarascorũ Indi plerũq; *Copalxocotl* vocãt. Materies ejus Copal redolet; & quia facilè secatur, nec unquã se findit aut cariẽ sentit, ꝓ cõmodissima ad sculpẽdas imagines habetur. Fert *fructũ* exiguis pomis similẽ, dulcẽ quidẽ, sed adstringentẽ. Salivã hic vicosa fundit, q̃ febres & sanguineas dejectiones applicata sanat. Et quia cerasi fert folia, *Cerasũ gummosũ* ab Hisp. dicitur.

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 62. VIII. *Texoctlifera Mexic.* arbor est mediocris, permultis *spinis* horrens, *foliis* malorũ nostratiũ, sed asperioribus & serratis. *Mala* fert nostratib. similia sed parva, nec nucib. juglãdib. majora, lutea, ante maturitatẽ prædura, postq̃ maturuere, adipi mollitudine quadã paria, ingrato sapore, sed qui à multis non habetur insuavis. *Semẽ*, q; in singulis pomis triplex, lunatũ, magnũ, duob. angulis & uno dorso insigne, lapidi duritie non cedit. Mexicani permissa prius putrescere, in emporiis venditant. Diutiꝰ ut incorrupta serventur, aqua nitri conspergunt. Germina tusa & ex aqua sumpta exanthematis medentur. Montosis locis sponte provenit.

IX. *Higuero Oviedi* Brasilie. *Cujete*, corruptè *Cochine* dicitur. Nascitur contortè. *folia* semipedem longa ad tubercula ramorũ, q̃ digiti intervallo à se distant, 6. 7. 8. frondatim & alternatim apponũtur: uno die omnia certis temporib. amittuntur, aliis biduo succrescentibus. *flores* 3. aut 4. in ramis & caudice figura pene lilii, ex albo viridi, venulis dilutè purpureis variegati, 5. incisuris in 5. acuminata folia dehiscentes; in quorũ medio 5. stamina: ultimũ auripurgii figuram refert, eiq; flos insidet, odoris nauseabundi, detrahiq; potest ut caro de veru. *Fructus* vel ovi struthionis, vel capitis humani figura, oblongus quandoq;, initio viridis, per maturitatẽ niger & durus, *semina* in eo cucurbitina, fusca, fascia simplici convoluta, per totã pulpã, q̃ alba, odoris Nasturtii, sparguntur. Immaturus saccaro cõditur. Maturus patinarũ, poculorũ & lagenarũ loco habetur.

X. *Acaba* fulvo maculatur colore. *Fructũ* habet parvũ & tenuẽ, odorũ, oris halitũ in multas horas cõmendantẽ, colore extra viridi, magnitudine diversa, sapore grato ac nostris Apianis malis, si exquisitè maturuerint, minime cedẽte. In 3. præcipuas dividitur differẽtias, *Tologdato*, *Goyot* & *Bolongon* vocatus. Flatũ & pituitã generat, & ventrem emollit. Mos indigenis post esum, ab omni potionis genere, ne ob immodicum humorem putrescant, abstinere. Nieremb. Hist Exot. l. 15. c. 83.

XI. *Iarapandibæ Brasil.* q̃ Lusitani *Ieniparanduba* vocant, pauci rami, *folia* sine pediculis ullis figura penè linguæ, pedem longa: *flos* ἀκτοφύλλος, rosaceus, orbicularis, trium digitorum diametro, crasso ligneo pediculo insidet: in medio ejus staminula in orbem composita, semilunæ instar incurvata, lutea, apice flavo & tremulo. *Fructus* maliformis, superna parte planus, extra gryseus, intus flavus, in quo nuclei magnitudine Amygdalæ, cordis humani figurâ, cortice epatico, in duas partes fissiles, albi. Quilibet filamentosam substantiam arteriæ figurâ, superiꝰ insertã habet, quæ ex omnib. nucleis prodeũtes, in media fructꝰ cavitate uniũtur. Forte, *Macoquer Virgin.* quod C. Bauh. ad Pepones, Ioh. ad Nuciferas retulit. Piso facult. simplic. l. 4 c. 102. Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 9.

XII. *Arbores insulæ Maragnanæ sex* sunt istæ: 1. *Bannana* arbor procera, *foliis* prægrandibus, cubitum longis & binos palmos latis: fructu cucumeris pene magnitudine, cortice croceo, sed carne pomi instar albicante. 2. *Pacourii* vasta arbor, pomi frondib. flore albo, fructu duorũ pugnorũ magnitudine, cortice dimidiũ pollicẽ crasso, binos aut ternos haud De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11.

haud insuaves nucleos continet. Cortex coctus aut saccaro conditus, in deliciis. 3. *VVameabec*, magnitudine, frondibus, floribus atq; fructibus à pomo non multum abludit. Sunt isti crocei, sed nuclei ob insignem acrimoniam non manduntur. 4. *Acaja*, ingens arbor, foliis pyri, floribus rubicundis, fructu minoris pomi instar, sed oblongi forma, & acidioris saporis. 5. *Vva-Cavæ* pomi arboris est magnitudo, frondes aurantiæ, flos subcroceus, fructus instar ovi oblongus, flavus, & palato gratus. 6. *Vva-pyrus* arbor est aculeata, foliis juglandis, floribus è flavo, cæruleo & rubro colore eleganter distinctis. Fructus quem fert orbicularem, & mensis pergratum, nonnisi pluviis mensibus decerpitur.

Marcgr. Hist. Plant. Bras. l. 11. 4. XIII. *Frutex Brasilienſis innominatus*, similis est arbori Janipabæ. *Folia* in frondes congesta, sed longe minora. *Flores* figura Narcissi πυγταφύλλου, confertim in uno ramulo duodecim, viginti, & plures; quorum quinque ex quib⁹ constant folia, sunt idem cum scapo cavo per quem filum quoddã transit usque ad medium floris corpus. *Fructus* est nucis juglandis figura, viridis, per maturitatem niger: in quo multa semina, malorum modo transversim posita, & caro spongiosa. Maturus semper cavus invenitur.

XIV. *Fructus Exotici mala æmulantes* sunt isti: 1. *Fructus Brasilianus Iuni-pappeyvvæ non valdè dissimilis*, supernã parte planus, & quodammodo in tenerum umbilicum desinens. Semina in eo rugosa, Staphysagriæ seminib. non dissimilia, quæ nucleum in duas partes divisum continent. 2. *Fructus alter Brasilianus*, ovali figura instar mali Citrii, supernè tamen mucronatus, duro sed lento cortice, pulpam nigram continens, quę vetustate in pollinem facessit. 3. *Locos* fructus in insula Magador, in arbore ramis & foliis carente, putamine fibroso, nucleo amygdalino. 4. *Brindoyn* Linschottano, *Brindones* Garziç, fructus Indię Orientalis. Modicum, deforis rubet, saturatè interius, nigredo maturatione contrahitur. Sapo-

Clusius Exot. l. 2. c. 7

Clus. ibid.

Ind. Occid. p. 8.

Linsch. p. 4 Ind. Orien. c. 10.

ris est admodum acidi, delectanturque eo genialiter Indi, & à tinctoribus frequenter usurpatur. Cortices conficiendo aceto inserviunt. 5. *Beguill* fructus in sinu S. Augustini, prope Sierram Lionam proveniens, magnitudine mali, cute aspera & nodosa vestitus, sub quo pulpa fragorum instar, sive coloris sive granorum rationem habeas. 6. *Beninganion* fructus ejusdem loci, limonis magnitudine, cute rubida, ventriculo gratus. 7. Agmen *Poma Sodomæ & Gomorrhæ* claudant. Viridantia hæc, adspectu ridentia & nitida, quæq; edendi generent spectantib. cupiditatem, sed int⁹ favilla & cinere plena. Si carpas fatiscunt, & in cinerem resolvuntur.

Malus.

Purchas. Navigat. T. 1. l. 4. c. 4. l. 1. p. 415

Cotov. Itl. Hierosol. l. 11. c. 18.

XV. *Malorum Americanorum* genera sunt *Mala Guianenſia*, *Poma Nicaraguæ Bentzoni*, *Hiaci*, & *Poma Diuretica*. 1. *Mala Guianenſia*, *Pinas* dicuntur, & totius mundi poma superant, nec ullibi meliora quam in Guiana. 2. *Pomum Nicaraguæ Bentzoni*, nulli alteri Indiæ parti concessum est. Est pyri nostri fermè specie, ligno interiore rotundo, nucis crassitudine & dimidio amplius, dulcissimi & jucundissimi saporis. Arbor ipsa procera exiguis foliis vestitur. Johannes Bauhinus ad myrabolanos retulit. 3. *Hiaci*, poma maris mortui imitantur. Inania sunt, ferè nihil habent, nisi corticem, & officulum intestinum, præterea vacua. 4. *Poma Diuretica*, comesta urinam provocant, & emittere cogunt ad sanguinis colorem.

Ind. Occid. p. 8.

Clus. Exot. l. 11. c. 8.

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 87.

XVI. *Macoquer Virginenſium* secundum Clusium fructus est orbicularis, cortice exterius duro, lævi & subfusco, interius nigra membrana inducto, per quem fibræ à pediculo ad summum sparguntur. *Pulpæ* nigræ, acidæ vel potius salsæ insunt, *grana* subfusca, plana, cordis effigie, medulla albicante. Datur & oblongior. Barbari re aliqua vel bello defuncti, foco assidentes, exemptis granis, lapillis eum implent, & bacillis strepitum excitant. De Laet Macoquer, peponem potius esse putat. Bauhinus vix à Janipabę fructu differre. Et certè magna inter utrũq; æmulatio.

Cluſ. Exotic. l. 11. c. 12. Bauhin. H. P. l. 3. c. 5. De Laet Ind. Occid. l. 3. c. 22.

ARTI-

Malus Cydonia.

Articulus II.

De Malo Cydonia.

Tab. V ET de Arbore itidem & de fructu hic ex Antiquis dicendum.

I. Mali Cydoniæ arboris, nulla apud eos occurrit differentia. Sed nec ejus integram descriptionem apud Theophrastum, Dioscoridem & alios invenies. Ex isto colligitur, *folia* illi similia arbutum; longiora, asperiora & crassiora, salviam habere. Galenus plus interdiu quam noctu redolere scribit. *Fructus* sunt λιπτὰ πεπιεσμένα ἄχρη: incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere parentem. Succus diu durat. In Creta primo *prodiere*, inde in Græciã allata sunt. Ferunt statum mediocris situs, & in planis & in declivibus proveniunt. *Vsus foliorum & florum* vitidium & siccorum in inflammationibus oculorum, hæmoptysi, & mulierum mensibus: exq; illis oleum melinum: *Lanuginis* in sanandis carbunculis. *Poma* decocta, πεπτικὰ σύμματα sunt δακτυλίων χάριν ἐφθὰ πεπτικά: cruda, in cataplasmatibus περὶ σίγωσιν κεφαλῆς, στόμαχον ἀναστρόφων καὶ πύρωσιν adhibentur. De vi contra venena inferius habebis. Utilissima quæ ex Sicilia veniunt. Ex carne cum melle cocta, fiebat in Iberia & Syria *edulium*, quod recens adhuc Romam perferebatur. Olim salutatoriis cubilibus ad odorem includebantur, simulachris etiam noctium conscriis imposita.

Galen. de alim. facul. l. 2. c. 23. Plin. H.N. l. 15. c. 11. Dioscor. M. M. l. 1. c. 160 Galen. de Alim. facu. l. 2. c. 23. Plin. H.N. l. 15. c. 11.

II. Poma Cydonia varias apud Dioscoridem & Plinium sortiuntur differentias.

1. *Dioscoridi* alia sunt ἀληθινὰ seu *vera & germana*, quæ parva, rotunda & odorata sunt, qualia & ad usum legi oportet. Alia *Struthia* & magna, quæ Galenus *Struthiomela* appellat. in Asia ita vocari, dulciora & majora, minusque acerba esse scribit. Nicander Thyatirenus cum malis cydoniis confundit, ut apud Athenæũ legimus. Fit ex iis medicamentum, quod cum melle, piperis albi, Zingiberis & aceti pauxillo, componitur, ultra annos septem durat, & ventriculo exsoluto robur conciliat. 2. Plinio plura sunt genera. Chrysomela incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quæ candidiora. *Nostratia* cognominata, odoris præstantissimi, *Neapolitana* quibus & suus honos. Struthea, ex eodem genere, quæ odoratius vibrant, serotino proventu. Mustea, quorum & Columella meminit, quæ inter præcocia referuntur. *Mulviana* cotoneorum strutheis insitorum genus; quæ sola ex his vel cruda manduntur. *Lanata* denique, quæ penè peregrina sunt, in uno Italiæ agro Veronenti nascentia. Lanugo ea obducit, strutheis quidem Perficisq; plurima; his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 160 Gal. de tuend sanit. l. 6. Athen. Dipnos. l. 3. Plin. H.N. l. 15. c. 14. Plin. H.N. l. 15. c. 14.

III. Recentioribus & *Arboris* & *Fructus* diversa sunt Genera.

I. Malus Cydonia arbor vel est 1. *Sativa*, vel 2. *Sylvestris*.

I. Malus Cydonia sativa, aliis *Cotonea*, est humilis fruticis instar. *Radicibus* spadiceus & fuscus cortex. *Caudex* nonnihil incurvus, squamoso libro. *Folia* subrotunda, carnosa, pronè laniginosa pube candicantia. *Flores*, sole ab ariete ad Taurum properante, fundit, in purpureo candidos, sylvestris rosæ figura. *Fructus* incisuris quandoque crispati, lanugine obsiti, & juxta suum πυθμένα plerunque foliati, quibus caro lutea, & semen nigricans in membranis quinque cellulis inclusum. *Vsus Floris* viridis in oculorum rubore, si cum aliis convenientibus contundatur. *Lanuginis* in hæmorrhagia, & carbunculis. *Pomi* in vaporibus vini reprimendis, dysenteria & cholera si adsletur: in cohibendo vomitu, singultu &c. si crudum cum oleo mastichino imponatur. in urina movenda, si conditum cum melle fumatur: in pruritu scorbutico, si in essentiam, in imbecillitate ventriculi, si in spiritum redigatur, in dysenteria, hæmoptysi, menstruorum fluxu, si in succum versus, cum Corallis rubris succo Macis, hypocistide decoctus

Dodon. Pempt. 6. l. 3. c. 5. Tabern. l. 3. s. 2. c. 49. Trag. part. 3. c. 43. Camer. in Epit. Matt. p. 142. Port. Vill. l. 5. c. 11. Cord. H. P. l. 3. c. 11. Matth. in Dioscor. l. 2. c. 204. Ruell. H. P. l. 1. c. 72. Bauhin. H. P. l. 1. c. 3.

pro-

Iaparandiba Brasiliensium
Pompoqua Tarascorum
Ianipaba Brasiliensi Tab V
Frutex Brasiliensis innominatus.
Macocquer Virginensium.
Higuero Oviedo.
Tliltzapotl
Malus Cotonea sativa fructu majore Gros Quiten.
Malus Cotonea sativa fructu minore Klein Quiten.

propinetur: in peste, si bibatur, excitat senibus sudorem: in purgandis corporibus si vitro Antimonii imprægnetur, vel Diacydonium inde fiat. Lethalium venenorum vires odore retundere, juvisleque qui sagittis viperina sanie & humano sanguine tinctis icti erant, proditum. Sed & Celtiberi Veratri succum, quo sagittas inficiebant, ad mala Cydonia repositum elanguescere deprehenderunt; restitui vires si super excrementi virus suspenderetur.

Athen. Dipnos. l. III.

Plin. H.N. l. 11. c. 53. Rhodigin. variar. lect. l. 12. 42.

2. Malus Cydonia sylvestris sativæ per omnia similis est, flore numerosiore, ramis minoribus & fructu minore. In Danubii petrosis ripis & in collibus, sponte sua provenit.

IV. Poma *Cotonea* Recentioribus sunt 1. *Minora* Cordo struthea, aliis χυσομηλα, pyrorum modo turbinata, striis profundioribus, lanugine densiore, carne qua seminum conceptacula ambit lapidosa: quæ magis odorem vibrant. 2. *Majora* Gesnero *pyra Cotonea*, Castori *struthea*, superficie glabra, lanugine pauca vel nulla, carne fungosa. Maturescunt Septembri & Octobri. Neapoli trilibria habentur. *Cruda* si pensilibus uvis per hyemem appendantur, in tantum eas acerrimo suo sapore vitiant, ut marcore conficiantur. 3. *Media* quæ aliis *Milviana* seu *Notha*. Proveniunt ex Cotoneis, quæ strutheis aut contra insita fuere. Majora sunt primis, minora secundis.

EXOTICA.

EXOTICA quæ ad eam referuntur sunt 1. Igbucamici Brasilianorum. 2. Melocorcopali. 3. Sirifolifera Bengalensium. 4. Cochiz Tzapotl Tabascensium. 5. Tliltzapotl & 6. Apeiba Brasiliensium.

I. *Igbucamici Brasilianorum* est arbor præfecturæ S. Vincentii perfamiliaris. fert *fructum* exiguis malis similem, intus exiguis granis refertum, præsentissimum, ut ferunt, adversus dysenteriam remedium.

De Laet Ind. Occid. l. 14. c. 8.

Malus Cydonia.

II. *Melocorcopali* à Corcopal provincia Indiæ nomen sumsit. Cydonii est magnitudine & foliis. Præ grandem gerit fructum, Melonis figura, eodemq; sulcatum modo, intra quem terna quaternave grana, acinorum uvæ facie, acore cerasi. Est & edendo, quia suavissimus, & ad Medicinas, quia pravos humores per alvum expurgat, utilis. *Corcopal*, Thevetus, qui & in promontorio Comari fertilissimo provenire scribit, & ex eo Lugdunensis vocat.

Scalig. Exerc. 181. l. 13. Bauh. H.P. T. 1. l. 1. c. 30.

III. *Sirifolifera Bengalensium* oleæ magnitudo, folia Persicæ, flores pauci & statim decidui; fructu per initia tenero, ex viridi nigricante, cortice tenui, (siccatus nucis Indicæ putaminis instar durus est) qui maturus Cydonii mali magnitudinem sortitur. Lusitanis *Marmelos de Bengala*, Garziæ Cydonium Bengalense, vulgo Indor. *Sirifole*, Medicis *Beli*, aliis *Chicocapotes* dicitur: & eandem ferè cum Capotes Novæ Hispaniæ faciem gerit. Nascitur in Bengala; Fructus tenellus saccaro vel aceto conditur. Si dum assatur, crepet, pulpa excussa tormentarii pulveris instar adurit.

Ind. Occid. p. 6. l. 4. c. 23.

Bauhin. H. P. l. 1. c. 59.

IV. *Cochiz Tzapotl Tabascensium* seu *Arbor somnifera*, arbor est incondita, terni stipitis, albis nævis distincti, *Cortex* paulum dulcis, *flores* pallentes, *fructus* cotonei formâ. Hispanis Tzapotl & Zapolo blanco, edulis, sed ossis nucleo lethali. Folia tusa & nutricum papillis apposita, infantum diarrhæas cohibent. Ossa usta & in farinam redacta, ulcera putrida mirabiliter sanant. Poma somnum conciliant. Forte eadem cum *Capote* Herreræ.

Nieremb. H. B. l. 15. c. 74. Reccus Thesaur. Rer. Medic. Nov. Hispan. l. 3. c. 59. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 30.

V. *De Tlilzapotl* hoc duntaxat habeo quod scribam, pomum ferre brevi pediculo, simile cydonio, sulcatum & colore Castaneæ.

Ter. apud Reccum R. M.H.N. 430.

VI. *Apeiba* arbor est vasta. *folia* in frondem congesta & inferius densè pubescentia: *flores* stellati, δικαπφύλλοι, quorum quinque flavi,

Malus Citria. Marcgrav. H.N. Brasil. l. 3. c. 14.

quinque ex viridi flavi, suavissimi odoris. *fructus* orbicularis, compressus, exterius hispidus, instar spongiæ marinæ villosus, ex mucoso fuscus, qui maturus in tres partes sponte dehiscit. Intus globulus caricæ magnitudine, ex seminibus brunnis, grani sinapi magnitudine, sed compressis. Ligno utuntur ad limbos piscatorios.

Articulus III.

De Malo Citria.

Tab. VI. Virgil. Ecloga 2.

I.

Malus Citria *Veteribus*, lauro est similis. *Folia* unedonis æmula, intercurrentibus spinis, nullis labentia ventis. *Florum* qui tenaces, alii καθάπερ ἡλικάτην in medio sui gerunt; ex his *fructus* enascitur: alii eo carent & labuntur ἄγονοι. *Pomorum* illi tanta ubertas, ut onere proventus semper gravetur: præcarpuntur, alia interim maturescunt; eaque tantum est opimitati mora, fœtus ut decidant antè nati. Pomum est oblongum ἐῤῥυτιδόμενον, χρυσίζον τῇ χροᾷ, acerrimi odoris; & cui pyri semen, tristes succi, tardusque sapor. Redditur aliquando arte εἰδωλόμορφον: modum Cassianus prodidit. Diversos subinde apud Theophrastum ꝓducit, quasi consumpta certos in fructus priore materia, ex alia nova novos alius ideę, secundaria in scenam manus daret, & anima simplex & una, multiplicem potestatem testaretur. Beneficium ejus *soli* aliquando Mediæ datum: apud quos in Perside nasci voluit: natura resistente, terra alia non potuit mutuari. Vicit tandem Palladii diligentia. hic semine, ramo, talea, clavo, in Italia posse seri ostendit. Inde in Hispaniam peregrinata, campos & nemora occupavit. In Sardinia & fundis Palladii, per gradus quosdam sibi semper poma succedebant, cum maturis se acerba substituerent, acerborum verò ætatem florentia subsequerentur, orbem quendam continuum fœcunditatis sibi subministrante natura, prout superius dictum est. Sola omnium ab Austro opem sentit, à Borea læditur. De *Vsu* nota. Non adhibitum Plinii tempore in *cibis* pomum. Odore quo præcellit, commendatur. Transit, inquit Plinius, in vestes una conditus, arcetque animalia noxia. *Grana* quæ amara & digerentia, Parthis ἀφέψημα πρὸς στόματος εὐωδίαν: hoc esculentis incocto animos & olentia ora fovebant. Θανασίμοις ἀντενέργειν, exemplis ostenditur in vino propinata. Aspidum in Ægypto expositi duo, intacti prægustato pomo evasêre apud Athenæum. Clearchum Heracleotam Ponti tyrannum multos veneno sustulisse, Theopompus author est: plures sublaturum, nisi vis mali Medici nota fuisset subditis. *Cortex* robur stomacho inducit, si parce sumatur; ideò & dejicientibus medicamentis miscetur.

Theoph. C.P. l. 2. c. 12.

Macrob. Saturn. l. 2. c. 15. Solin. Polyh. c. 46 Plin. H.N. l. 27. c. 6.

Cass. Geopon. l. 10. c. 9.

Solin. Polyhist. c. 46

Pall. mense Martio Tit. 80.

Cassian. Geopon. l. 10. c. 9. Plin. H.N. l. 12. c. 3.

Galen. de Alim. facu. l. 2. c. 37. Athe. Dipnos. l. 3. c. 6. Theopom. Hist. 38.

II. Apud *Recentiores* aliquot ipsius sunt genera. Est enim 1. *Vulgaris.* 2. *Dulci fructu.* 3. *Fructu prægnante.* 4. *Fructu multiformi & digitato.* 5. *Fructu maximo, pulpa plurima.* 6. *Fructu ingenti tuberoso.* 7. *A Carolo V. in Hispaniam delata*, quibus adde. 8. *Tria mala Citria rara.*

1. *Malus Citria vulgaris*, quæ & *Citrum, Citrus, Cedrus, Malus Medica, Citria, Cedromela*, & Monardo *Citrangula* dicitur, arbor est non admodum magna, *Rami* obsequiosi. *Cortex* spinis multis, robustis, viridibus mense Octobri frequentioribus & prolixioribus sub foliorum annexibus obsitus. *Folia* laurinis similia, juglandis magnitudine, foraminib. visum effugientibus pertusa, odoris latè spirantis, cum gravitate cimicem imitante, qui in Batavia decidunt, alibi servantur. *Flores* confertim summis ramulis, carnosi, foris subpurpurei, cæterum candidi: albescentibus flavo sub apice crocis benè capillati: languidè olentes: primo subdulces, mox amari: partim frugiferi, extante inter crocos longulo infantis pomi rudimento, pistil-

Ferrar. Hesper. l. 2. c. 3

Samacifera.

Citron
Monstrosum.

Malus Citria vulgaris.
Citron.

Malum Citreum vulgare
Cucurbitinum.

Malum Citreum vulgare
belluatum.

Flores mali Citri.
Citronen Blüte.

Malum Citreum dulci
medulla.

Malum Citreum multi-
formæ.



pistilli effigie: partim citra hoc indicium infœcundi: & hi quidem cito decidui, at illi tenacius hærentes, steriles nullum post se tuberculum producunt, fructiferos à tergo fructus rudimento sibi annexo, comitantur. Iidem in medio aliud insigne, pensum colo involutum æmulans, exerunt. *Fructus* qui florem sequuntur singuli, sæpius oblongi sunt, ventre plerumque tumido, nonnunquam etiam substricto interpressoque: fastigio autem aliàs mucronato, aliàs retuso. Magnitudo variat. Sed & pondus diversum. Sex aut novem librarum Calabris consuetum, insuetum triginta, quod compertum est in Ligustico. Salodiensis ab libra in sexdecim: &, si quosdam audiamus, in quadraginta. Romani nonnunquam ad vicenas usque libras. Recens natis corium rubens; adolescentibus virens; adultis aureum, rugosum, & quodammodo verrucosum. Caro candida, subdulcis. Medulla succi plena, membranis intercursantibus, aliquando quaterdenis, à fungoso meditullio distincta. *Semina* aliquando quinquagena supra centena, albida, amara. Ex Pomis alia cadunt vel carpuntur, alia maturescunt, alia subnascuntur. Per autumnum proventus uberior. Mense Majo præflorentibus, acris medulla, semina copiosa: Augusto vel Septembri natis plurimum succi, parum seminum, eorumq; inanium & exsuccorum. Octobri vel Novembri exorta, succo & semine prope destituuntur: ipsa admodum tument. *Nascitur* locis calidioribus in Europa, Asia, Africa, America. Regii in tanta copia, ut poma trivialium lapidum instar habeantur. In Insulæ S. Antonii quodam horto, LM. aliquando decerpi possunt. Propè Benacum lacum minores fructus fert. *Vsus* omnium in medicina multiplex & singularis. *Foliorum* in flatib. discutiendis. *Germinum recentissimorum* in vulnerib. si succus cum therebinthina veneta in fictili vitreato confusus & ad ignem consumtus, percolatus, adhibeatur: in stomachi afflictu, si aqua stillatitia ex iis educatur, & cum saccharo misceatur. *Flores* dant oleũ succini odore, flavens; quinquaginta libræ unam unciam. Ex pomo fit conditum; decoctum cum saccaro & aqua in febribus acutis egregium; Magisterium seu quinta essentia; q̃ ventos dissipat, & drachmæ unius pondere animalia ventris enecat, noxiosq; humores per urinam & sudores pellit. Ferunt calido pane Citriis superposito celerius putrilaginẽ concipere: oculum, noctem integrã succo oblitum, in obliquũ torqueri. Ex *cortice* in oleum redacto, & saccaro imprægnato, fit apud Salam Elæosaccharum: sudorem movet, & egregio contra fungos, seu illitum cordi, seu haustum, remedio. Viridis in pastillos quos Hispani *Alcorzas* vocant, cogitur. Ex *Medulla* fit Syrupus, nec non Citreum rosaceũ Mynsichto. Ex *seminibus* seu pressis, seu ignis beneficio, fit oleum flatuum & venenorum averruncus: sed redolet aliquando empyreuma graviter. In Valentini olim in Hisp. pomario, vivi parietes è citreis arboribus, quæ ad normam consitæ adultæq;, contigua truncorum serie, ramorum rimas explentiũ interjectu, tonsilię quabiliq; frondiũ vestitu, speciem exhibebant parietũ solidorum & viridibus peristromatis ornatorum. Quinq; ejus pono genera. 1. *Salodianũ* quod in ora Salodii ad Benacum provenit, flore peramplo, magnitudine mirabili: formâ sæpius oblongâ, in medio tumida, in longitudinem striata: cute verrucosâ, languide flava, odoris suaviter vibrantis: duum digitorum carne, præter cæterorum morem prætenerâ, jucundeque vesca: medulla in decem ferè spicas dividua, densa, leniter acri, seminibus perpaucis, & magnam partem inanibus aspersâ: deniq; ad cibi delicias, & ad cordis auxilium accommodata. 2. *Genuense*, quod magni quoque incrementi, dulcius, sed minus odorem vibrans. 3. *Parvum* bonitate primum, ex arbore proveniens humiliore: cui folium brevius & viridissimum:

Malus Citria.

Ferrar. l. 2. c. 3.

Mynf. sect. 3.

Laur. Valla in Ferd. R. Arragon. Vita l. 3.

Malus Citria.

flos item contractior. Ipsius autem pomi cutis, ardenter lutea, satis lævis, odoratissima. Medulla modicè jucundeque acris, concretione tenuis, denis ferè nucleis coagmentata, seminum ferax. 4. *Corcyræum*, quod pineæ nuci par, sed oblongius à cortice asperrimè rugoso Crispum incolæ appellant: & carne insulsum, succoque defectum, medulla vero peracerbum, ædibus duntaxat odorandis ornandisque, aut vestibus à tinearum noxa tuendis adhibent. 5. *Cretense*, quod incolæ *Malum Citreum Mazzacanum* vocant. Perpusillum est, duritudine, scabritia, & acerbitate illaudatum. Utrumq; inventu rarum, quippe Sylvaticum.

II. *Malo Citriæ fructu dulci* rarior aculeus, folium pallidius. ramorum cacumina languidè virent, flores sine ruboris lactei mistura. Pomo cortex coloratior; apex non ita cuspidatus; caro suavis & tenera: medulla, quæ duodecim spicarum, & seminum paucorum, dulcis. Invenitur in India & Canariis.

III. *Malus citria fructu prægnante*, in insulis Fortunatis invenitur. Juglandis hic in media medulla magnitudine: alter dulci succo: acri alter. Loyselius nuper de tali scripsit.

IV. *Malus Citria fructu multiformi & digitato* procerior est vulgari. rami densiores: folium spissius, viridius: cortex magis pallescens: aculei frequentes sed breves, vita ad XL. annos. Senescens pomorum varietate variat. Aliud digitatum expanditur in manum: aliud sororiantes extumescit in mammas. Visitur hoc avium ritu rostratum: illud facie gallinacea cristatum. Hoc hircino, illud bubulo more corniculatum. Pomi cutis tenuis, caro candida; boni saporis, medullæ vestigium pertenui. Semina quina vel sena. Summum pondus libræ duodecim. Provenit in Rhegino solo. Romæ triennio exacto degenerat.

V. *Malus Citria maxima, fructu pulpâ plurimâ.* Fructus fert quos à Citriis melopeponis magnitudine Cæsalpinus distinguit, & *Ponzires* vocat, easdemque inter Limones & Arantiam ambigere scribit. Cortice vestitur crasso, pollicem æquante, pulvillis & torulis rugosis papillatim extuberante, tam dulci, ut cum carne simul mandi possit. Ferunt id Surrentina & Amalphœa littora. Forte Amalphitanus Limon Ferrario. Quia pulpæ plurimum habent, saccaro vel melle asservanda, officinis expetuntur.

Cæsalpi. in Hist. Plan. Porta Villæ l. 5. c. 9.

VI. *Malus Citria fructu ingenti tuberoso*, fert in Provincia fructum capitis humani magnitudine, ut Camerarius scribit. *Melangula & Citrangula*, per quæ Monachi in Mesuem, non solum Citria, sed etiam Arantia & Limonia intelligunt, dicuntur. Bauh. Pinnac. l. 11. s. 6.

VII. *Malus Citria à Carolo V. ex Hungaria in Hispaniã delata*, frigoris est patientissima. Fructus meliore quam Arantiæ gustu est. Succus ad acorem dulcem quam proximè accedit. Clus. Hist. l. 1. c. 4.

VIII. *Tria mala Citriaraa* sunt 1 *Citrium monstrosum Stutgardianum*, quod Stutgardiæ in hortis Principis Wirtembergici visum est, thorulis canulatum, calceum Polon. & Turcicum referens. In acumen desinens aduncum, sursum recurvum: lacunam largiorem, prominentibus utrinque parietibus, ostendebat. è media lacuna costa longa elatiuscula, declivibus in parietes circumjectos lateribus, suberigebatur. 2. *Citrium belluatum*, cujus iconem exhibemus. 3. *Citrium cucurbitinum*, de quo etiam nihil præter iconem damus.

EXOTICA.

Ex Exoticis referri ad Malum Citriam debent 1. *Samacifera Iavanorum*. 2. *Ibacamuci*. 3. *Quauhyyac Ocuilensium*.

I. Samacifera sunt folia Cittii, sed rotundiora. *Fructus*, qui *Samaca*, Citrei mali magnitudine, ex viridi rubescens, succulentus, saporis acidi, grana intus nigricantia ferens. Saccaro plerumque conditur, & Tamarindorum instar, contra omnes Bauh. H. P. l. 1. c. 44.

Limon Ligusticus S. Rhenni.
Limon Apffel.

Malus Limonia.
Lemonen Blüe.

Limon Ligusticus Crispus.



Limon Cajetanus.

Limon à Rico Italis dictus.

Limon Amalphitanus.

Limon Digitatus.

Limon Laureæ.

Limon dulci medulla vulgaris.

Limon Imperialis.

Limon Spathafora Rheginorum.

Limon dulci medulla Ulyssis ponensis.

Limon Refolinus.

Limon Racemosus

Limon Amalphitanus striatus.

Limō Citratus primæ notæ levior

mnes inflammationes & febres ardentes adhibetur. In aceto muriave asservatur, roborando ventriculo.

Marcgrav. Hist. Plan. Brasil. l. 3. c. ult.

II. Ibacamuci, sylvis Parataningæ familiaris est, fructu limoni simili, pellicula tenui, succo copioso & labruscæ instar acido, intus exigua & pauca grana, dentibus noxia. Paucis visa est. Marcgravius tamen lustravit, & à Mamogira, de qua infra, differre scribit.

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 74.

III. Quauhyyac Ocuilensium arbor est magna, ferens mali medicæ folia, sed tamen acuminata. *Cortex* adstringit, gravem odorem spirat, calidaque & sicca constat temperie: fluxum alvi coercet, ac elicit sudorem. Naribus instillatus succus, sternutamentum excitat: caput purgat, atque ita febres tollit, & capitis arcet dolorem; quarum rerum gratiâ, in annuos usus recondi consuevit. Nascitur Ocuilæ saxosis locis.

Articulus IV.

De Malo Limonia.

Punctum I.

De Limonia fructu oblongo.

Tab. VII.

DE Malo Limonia nihil omnino apud Veteres. *A Recentioribus in octo genera* cum congenere dispescitur. nempe 1. *Limoniam fructu oblongo.* 2. *Limoniam fructu ovali.* 3. *Limoniam fructu pyriformi.* 4. *Limoniam fructu rotundo.* 5. *Limoniam fructu picto.* 6. *Limoniam fructu Lumia dicto.* 7. *Limoniam fructu Lima vocato.* 8. *Limonio congeneres.*

Tab. VIII. IX.

1. Sub *Limonia fructu oblongo* sedecem continentur. 1. *Limonia vulgaris.* 2. *Ligustica.* 3. *Cajetana.* 4. *Amalphitana.* 5. *A Rivo Italis dicta.* 6. *Digitata.* 7. *Laura.* 8. *Imperialis.* 9. *Dulcis.* 10. *Rhegina.* 11. *Racemosa.* 12. *Rosalina.* 13. *Scabiosa.* 14. *Citrata sylvestris.* 15. *Spongina verrucosa.* 16. *Succulenta.*

1. *Limonia vulgaris*, vel est *Domestica* vel *Sylvestris.* 1. *Domestica*, aliis Limon arbor ex Citrii genere, Cardon, Medicam æmulatur. Spinæ sunt hamatæ. *Folium* breve, lauri παραπλησίου. *Flores* foris purpurascentes, intus candidi. *Poma* oblonga, cortice tenui, colore diluto, carne densa, succo acido, in quo semina minus frequentia & amara. Provenit in locis calidis, maritimis præsertim, Lucensi potissimum agro. Ex Pomo succus, aqua, syrupus, pulvis, conditum, pastilli in *usu. Succus* præsumtus à scorbuto præservat; artus limonio inunguntur, immaturorum cum vino potus, calculus renum pellit. Margaritæ colato si immergantur, sex dierum spacio, mellis consistentiam acquirunt. Aureo affusus, leviorem intra aliquot horas reddit. *Aqua* destillata, corporis & faciei maculas delet. *E corticibus* cum vesicariæ majoris acinis factæ, unciæ tres, cum semuncia saccari pellucidi, & duabus vini albi imbecillioris perpetim noctem maceratur, per lunæ senium sumptæ, renum & vesicæ calculos pellunt. *Syrupus* bilis fervorem, sitim & febrium malignarum æstum compescit: cum aqua haustus tineas enecat. Pulverem, condituras & pastillos apud Ferrarium vide. Differentiæ ex fructu sumuntur. Cordus observavit quadruplicem. 1. *Ovi anserini forma* & magnitudine. 2. *Minus globosum*, utroque capite veluti umbilico insignem. 3. *Ovi gallinarum figura* & quantitate. 4. *Tertio æqualem*, globosum, superficie æqualem. Sunt quidam oblongiores, asperiores, crassiores, cucumeris effigie, quos *Limas* Adversf. authores vocant. Sunt & alii cortice læviore, tenuiore, succo acidiore. Porta duplex genus ponit. *Majus* & *Minus.* Illud est oblongi ductus, protensi corporis, cortice non adeo crasso, & modo semine caret, modo per longitudinem striatur, interdum tam duro tegitur cortice, ut gestatum toleret; aliud corticem, aliud medullam tam dulcem continet, ut simul mandantur. Ex *Minoribus* aliud est *sine semine*, aliud *Portæ adinventum*, ut cortex & caro simul vorentur, os & fauces jucundissimo cinnamomi o-

Malus Limon.

Cordus H. P. l. 3. c. 14.

Adv. p. 415 Bauh. Phytopin. l. 6. Porta Villæ l. 5. c. 6.

Malus Limon.

dore repleant. 11. *Limonia ſylveſtris*, circa Cairum non minores ovo columbino fructus gignit, ut Bellonius notavit. Tales & in Syria provenire apud Scaligerum legimus.

Bellon. in Obſ. l. 2. Scalig. Exerc. 181.

2. *Limonia Liguſtica* duplex eſt. 1. *S. Rhemi* (oppidum eſt Liguriæ) fructu vulgari majore. Cortice luteo alte pervadente, rugis ac tuberculis inæquali: carne ubi maturitate conſenuit, ſtupea: medulla laxiore, & quæ primo guſtatu ingratè aceat. Denique ſeminibus foliisque à vulgari limone non diſtat, una patriæ, pomorum cæteroqui optimorum feraciſſimæ, commendatione inſignis: nulla privatim dote commendabilis. 2. *Cerieſca*, quæ ab extrema intimaque citreorum ſimilitudine ita dicitur. Arbor proceritate ad palmos vicenos, craſſitudine proficit ad quaternos. *Folia* à Lumia non admodum abhorrent. Quater anno florem, quater fructum inducit: menſe videlicet Majo, Quintili, Sextili atq; Septembri. Forma hic inter oblongam rotundamque modicè faſtigiatur, ſeptenarum ſæpe librarum pondere. Cutis craſſa, obtusè olens, quæ acutè jucundeque ſapit. Caro pingui dulcitudine humecta, ſpicæ duodecem, medulla ſubflavi coloris, mordax: ſemina ut in præcoqua nulla. Exportantur in Germaniam & Galliam Ciſalpinam, ubi toti manduntur. Contumaces ſunt experimenti.

Ferrar. Heſper. l. 3. c. 2. Ferrar. Heſper. l. 3. c. 3.

Ferrar. Heſper. l. 3. c. 4

3. *Limoniæ Cajetanæ* folia ut in Citro productiſſima: ſed citra pediculum ſubſtrictiora: inde laxa & in ſummo plerumque acuminata, temperateque virentia. Pomum vulgarem ſæpe ultra modum, ovatâ & cacumine eſt faſtigiata longitudine: cute leviter lutea, plerumque fuſa, minutimq; compuncta: carne prætenera ſuavique: medulla denique novem decemve ſpicarum, ſufflavi coloris, acritudinis per jucundæ, ac perparum ſeminis habente.

Ferrar. ibi.

4. *Limonia Amalphitana* ab urbe Amalphi ita dicta, eſt duplex. 1. *Fructu non ſtriato, eoque majore vel minore.* Forma utrique oblonga; apex nonnihil eminens: cutis aſpera, nec tamen verrucoſa, modice craſſa, & ex flavo albicans, languide odorata, & in guſtu tenera: caro contigua, digitalis ferè craſſitudinis, & cibatui ſuavis: medullæ in octo ſeu novem discretæ ſpicas, & ſemine propemodum deſtitutæ, acrimonia non ingratè auſtera. 2. *Fructu ſtriato*, cui cortex verrucoſus, odoris ignavi, coloris non ita exuberantis, ſaporis ſubdulcis, caro craſſa, inſulſa: medullâ novem ſpicis compacta, diluto pallore, mitioris acrimoniæ; ſemina perpauca & exigua.

Idem l. 3. c. 14.

5. *Limonia à Rivo Italo* dicta eſt, quod ſecundum rivum aliquem flumenve extiterit. Romanos Piorum hortos incolit, fictili vaſis vehiculo ambulatilis. *Foliis* viret blandè dilutis; ſplendidè lævibus, anguſtis, acuminatis exuctisque. *Floribus* albet de more ſubrubentibus. Pomis flavet languidi coloris, mediocris incrementi, notabilis gracilitatis, cuſpidatis inſigniter: qua pediculo adhærent, extuberante velut oſculo vitam exugentibus. Utrinque multum, in medio minimum inſulſæ carnis habentibus: novem decemve ſpicarum ampla & ſuaviter acri medullâ ſuccoſis: nec omnino ſemine carentibus. Eadem medulla non per ſe modò, ſed etiam cum ipſa cute, quæ dulcis eſt, jucundè manditur.

Ferrar. l. 3. c. 6.

6. *Limonia digitata* digitum & geminam manum, digitos pectinatim jungentem, abortu verius quam partu mentientes, profert fructus. Perlatum eſt tale pomum Romam ex arbore Liguſtici Ponzini collectum, lævigata cute ac leviter flava, tenui carne, nulla prorſus medulla.

Idem ibid.

7. *Limonia Lauræ* à Laura muliere Neapolitana, in cujus horto provenit, dicta eſt. Arbor eſt frangi perfacilis, ramis gracilibus, denſis, ſemperque prægravantibus, folio retuſo, denticulato, rugoſo, ob tenuitatem perlucido. Limon ipſe decenter prælongus, plærumque faſtigiatus, cute aliquando verruculis aſpe-

Ferrar. Heſper. l. 3. c. 7.

ra,

Malus. Limon.

ra, carne molli ac suavi; medulla octo spicarum, amabilis acrimoniæ.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 9

8. *Limoniæ Imperiali* pomi digna imperio species nomen dedit. *Folium* à vulgari non abhorret. Limoni corpus præ limonibus cæteris productius, satisque crassum. Cutis lævore ac tenuitate notabilis, ex flavo in album inclinans, & acuto sapore grata. Caro dulcis atque ob teneritudinem in ore mandenti colliquescens. Modica medulla septenis octonisve membranulis particulatim divisa, perpaucis seminibus prædita, & arguta acritudine leniter mordax.

9. *Limonia dulcis*, dulcis medullæ fructum fert, estque duplex 1. *Dulcis Italica*, cujus arbor ramorum densitate & statura aurantiam refert, tota æstate flores fructusque fundens folium fuscæ viriditatis; flos lacteus, latè repandus. Pomo media inter limonium & aurantium natura. Oblongum namque summa parte nonnihil subsidens, cutis granosa, & aurescens: caro exilis, dura insipida. Medullæ, quæ aurea, spicæ denæ succus subdulcis, semina pauca, aliquatenus compressa. Ubi pediculus pomo committitur, in eminulam squamam rotundatur. 2. *Dulcis Olyssiponensis*, quæ crebris aculeis asperatur, folium dilutè viret. flos intus albus, extra levi rubore interfunditur. Pomo figura & magnitudo succosi Liguriæ limonis; cutis rugosa subflava; caro modica; spicæ in medulla novem.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 11

10. *Limoniæ Rheginæ* ingens statura: flexiles rami, folia longiuscula, retusa, & saturo virore picta: flores perquam candidi. Limonem ipsum Spathaforæ nomine indigitant Rhegini. Forma illi mediocriter oblonga, crassoque mucrone fastigiata: pondus bilibre. Cortex punctim lacunosus, minutim corrugatus, nonnunquam etiam tuberculis per intervalla eminentibus callosus, leviterque striatus, & aromatum anima beneolidus. Caro fermè digitalis. Medullæ satis amplæ, duodenis circiter divisæ membraneis conceptaculis, & nonnihil arentis acrimonia leniter austera.

Ferrar. l. 3. c. 13.

11. *Limonia racemosa*, summis è ramis terna, quaterna, quina poma conjunctim suspendit. Valentinæ lumiæ consimilis. Poma ipsa pondere circiter sequilibræ porriguntur in palmum: & ima parte laxiora, mediam substringunt: summam verò paulatim extenuant in apicem cuspidatum. Corium scabrum, ad aurantii colorem inclinans: corpus carnosum spissè & subdulce: quadripartitæ medullæ succus ferè insulsus; semina subrotunda & subamara.

12. *Limonia Rosolina*, in horto Hieronymi Rosolini Bergomatis Romæ crevit, unde & nomen. Trunco saturus viror: rami ex viridi flaventes, inconditi, rarò subrecti: folium citrino suppar, mucronatum, serratum, sinuosum, pediculo foliato. Pomo pondus ferè bilibre; cortex verrucosæ scabritiei rudis, aureus, subamaræ mordacitatis. Caro digiti semissem lata, mollis sapida; in medulla gustu peracerba, undecim nuclei: semina numeri & amaroris modici.

13. *Limonia scabiosa*, à fructus constitutione ita dicitur. Asperatur creberrimis tumoribus; quorum quidam flavescunt, virétque alii scabiei facie. Cutis ejusdem etiamnum virentis sapor sine amaritudine amabilis. Caro dimidiatum digitum crassa, nonnihil spissa, & argutè subdulcis. Medulla palloris albidi, spicis ferè denis coagmentata, temperatæ acritudinis, paucis exuctisque seminibus intermistis.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 10.

14. *Limonia citrata sylvestris*, folio est citri contractiore, Limonii corpus novem uncias circiter pendens; figura leviter fastigiata; cortex primum rubens, deinde viridis; tandem mediocriter flavus; caro digitalis, dura; medulla denis spicis constans, peracerba; semina pauciſſima minutaque.

15. *De Limonia spongina verrucosa*, nihil occurrit, præter id quod inferius

Malus Limon. rius de eadem Limonia fructu rotundo dicetur.

Cluſ. Hiſt. l. 1. c. 4. 16. *Limonia ſucculenta*, quæ *Limas primum genus* Cluſio, *Limonia folio ſerrato, fructu oblongo, cortice tenuiſſimo*, Bauhino *Limera* Hiſpanis dicitur; magno caudice aſſurgit. *ramos* habet tenuiores, longos, firmis, longis & virentibus ſpinis armatos. *folia* per ambitum nonnihil ſerrata. *florem* candidum, *fructum* Limonio paulo minorem oblongiusculum, ubi maturuit flaveſcentem, cortice tenui, ut nihil niſi ſuccum ferè contineat, eumque acidiſſimum. Semper flore & fructu onuſta conſpicitur.

Punctum II.

De Limonia fructu ovali.

Tab. X Limonia fructu ovali habet ſub ſe. 1. *Limoniam incomparabilem.* 2. *Sbardoniam.* 3. *Barbadoram.* 4. *Citratam ſecundæ notæ.* 5. *Pſeudo Citratam Barberinorum.* 6. *Ponzinam rubentem*, & 7. *Calabram.*

Ferrar. Heſperid. l. 3. c. 14. *I. Limoniæ incomparabili folium* præcraſſum, exuberâte virore nigricat. *Fructus* figura ovata, leniter obtuſa, & mediocris ambitus: Diluti ei coloris aurei cuticula, eaque prætenuis; caro dulcis; medulla duplo major, in undenas tributa ſpicas; rariſque ſeminibus diſtincta, gratè acida. Cum ipſius pomi carne commanducata, ſuavitate omnia reliqua ſuperat. Arbuſcula Cajeta ad Matthæorum hortos Romam transmiſſa eſt.

Ferrar. Heſperid. l. 3. c. 15 *II. Limoniæ Sbardoniæ*, Fabritius Sbardonius, Romanis Piorum familiæ hortis præfectus, nomen dedit. *Folium* arbori prolixum, ſaturo virore fuſcum, & undatim criſpatum. *Pomi* magnitudo mediocris: Circum pediculi commiſſuram turgidulum callum, roſæ aſpectu multifidum: ſummæ parti papilla, manente floris apiculo roſtrata. *Cortex* flavus & rugoſus, aliquando ſtriatus. *Caro* digiti dimidium craſſa, tenera, & dulci propior. *Medulla* in decem ſpinas diſtributa, ſucci denſioris, modicè acida, cui ſemina rara & craſſa.

Ferrar. Heſperid. l. 3. c. 17. *III. Limoniæ Barbadoræ* familia Florentina Barbadora, in cujus primum hortis crevit, nomen impoſuit. Arbori *codex* è viridi fuſcus. Aculei longi, in planum porrecti. *Folia* oblonga, ſerrata, viridi atrore picta, hyperici more veluti pertuſa; odoris, ſi terantur, peracuti. *Flores* Citrinis ſimiles, & leviter odoriferi: hoc tamen diſparet, quòd hi ſemper exeũt in fructum. *Limon* ipſe bilibris, cute ſcabra, palearum inſtar pallida, nonnihil odoratâ & dulci; carne digitalis craſſamenti, jucundæ dulcedinis; medullâ ſuaviter acris membranis duodenis diſpertita, & ſeminis ferè experta.

Ferrar. Heſperidi. l. 3. c. 20. *IV. Limonia Citrata ſecundæ notæ* duplex eſt. 1. *Limonia Citrata ſecundæ notæ Amalphitana*, citrata, primæ notæ, de qua inferius, ſpinoſior eſt. *Pomi* quod vernaculo Coſtæ à natali ſolo nominatur, ſumma pars ſeſſilis eſt: Cutis ſcabra & flava, oletque languidius, digitalis carnis menſura. Reliqua cum ſuperiore paria. 2. *Limonia Citrata ſecundæ notæ Romana*, quam diſcalceati Divæ Thereſiæ Patres in Cœnobio ſuo trans Tybeberino alunt, aculeis caret. *Folia* altè ſerrata: *flores* perampli, folioſi, plærumque ſinguli: *Limon* longitudine palmari; Cute prætenui, ſubdulci, odorata; carne digiti dimidiũ craſſa, duriuſcula; medullâ, ſulfurei coloris diluti, novem ſpicarum, acritudinis conditiſſimæ, cui perpauca & perparva ſemina.

Ferrar. l. c. *V. Limonia Pſeudo Citrata Barberinorum*, in hortis eorum Quirinalibus invenitur. *Limon*, quem fert, ſimili turbinatione, colore, ſcabritie & folio citratum refert; Cætero diſſimilis & auſtera acritudine inguſtabilis.

Ferrar. Heſperid. l. 3. c. 21. *VI. Limonia Ponzina* dicitur, quod Ponzinum, ut Irali vocant, i. e. grandius limonis genus, idque ferè globoſum ferat. Multiplex eſt. *Liguſtica* nempe, *Romana*, *Chalcedonia*, & *Rubens*. Hæc ſola huc pertinet; de reli-

Limon Sbardonius.

Limon incomparabilis.

Limon Citratus Sylvester.

Limon Barbadorus.

Limon Citratus pragnans.

Limon Pseudæ Citratus Barberinorum.

Limon Citratus secundæ notæ Romanus.

Limon Citratus secundæ notæ Amalphitanus.





Limon Ponzeinus. Chalcedonius

Limon Ligusticus Ponzinus.

Limon Pyriformis Minor.

Limon Pyriformis Major.

Limon pyriformis striatus vulgatior.

Limon pyriformis Striatus.

Limon Citratus primæ notæ scabor.

Limon Citratus prægnans.

reliquis superius. *Flos* huic foris ardenter purpurat: *folium* benè virens, duriusculum & mucronatum. *Limon* ipse ad flavam usque maturitatem rubet, sæpius est oblongus & cacuminatus; magnitudine limonis; Cortice luteo, rugato, inolente, insulso; Carne crassitudinis digitalis, subdulci; medulla octo spicarum, acri, & cui rara semina.

VII. Limonia Calabra, est vel *Non spinosa*, vel *spinosa*.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 5. 1. *Limonia Calabra non spinosa*, est triplex. 1. *Limonia Calabra non spinosa prior*, quæ in octonas aliquando ulnas assurgit. *Caudex* est saturatè cinereus: *rami* spinarum expertes. *folia* laurea, quibus binę juxta pediculum appendices. *Flores* obsoleto candore albicantes, odore lilei Convalli, bis anno juveneſcunt. *Poma* magnitudine ovum æquant, tenui & aromatica cute, nulla carne, subviridi & suavis acrimoniæ succo, qui nullum semen includit. 2. *Limonia Calabra altera* quæ *Neapolitana* dicitur. Brevius illi *folium*: Crassiuscula & granosa *Cutis*; minuta semina ferè quater dena. 3. *Limonia Calabra tertia*, quæ habet *folium* minusculum & nigricans: *Corium* proximè superiori consimile: medullam denis undenisve spicis compactilem, & seminibus defectam.

2. *Limonia Calabra spinosa* est etiam duplex. 1. *Limonia Calabra spinosa prima*, quæ non spinosæ persimilis, *foliis* paulò minutioribus. Nullo non mense floret ac parit. *Limon* orbiculatus ad nucis juglandis magnitudinem extumescit; & à tenuissima cute, totus in medullam acidulam abit, denis duodenisve intermediis membranulis, pariter dispertitam, & nonnullo semine gravidam. In ipsa viriditate præmaturus est ad cibum. A spinis maternis *spineolus*; ab acuto sapore palatum vellicante, *Irritator appetentiæ*, nominatur. 2. *Limonia Calabra spinosa altera*, est *folio* phyliræ, *fructu* superiore minore, cassis & inanibus seminibus infœcundo.

Malus Limon.

Punctum III.

De Limonia fructu pyriformi, rotundo & picto.

Tab. XI. I. Limonia fructu pyriformi est fructu 1. *Minore*. 2 *Majore*. 3 *Striato*. 4 *Consimilis*. Ad quas & 5. *Limonia Citrata* primæ notæ referri potest.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 11. *I. Limonia fructu pyriformi minore*, ramulosa est, exiguum aculeata, ramis fragilibus: *folio* longulo, densissimo; *flore* citrino porrectiore, subrubido, ramorum sæpè lateri adnascēte, interque foliorum densitatem semiconspicuo. *Pomo* quod Peretta dicitur, turbinatio pyri; cortex granosus, jucundè olens, mediumq; floris prætenuem apicem exertans. Caro minimum digitalis: medulla modica, septenis octonisq; spicis distincta, citraq; austeritatem suaviter acida: pauca semina: magnitudo varia: rhegino summa in solo librarum ferè quatuor. Totum estur pyri sapore.

II. Limonia fructu pyriformi majore rhegino in agro ut ipsi populares asserunt, mira magnitudine adolescit: totoque anno uberrimè & speciosè parit. Limon ipse minoris pomi saporem non æquat: etiamsi longiore ornetur folio, duploque vel triplo sit major corpore.

III. Limonia fructu pyriformi striato, à Johanne Baptista Mortelleto Romano, qui eam primus ex agro Neapolitano transtulit, *Limoniæ Mortelleti* nomen sortita est. Arborem à prędicta discernunt, materia durior, *folium*q; sparsius dilutius, & magis mucronatum, *flos* rubrior & odoratior. *Pomi* brevitas vulgari Perettæ compar, forma dispar, imis angustiis in pediculi commissuram exertis, ventre in rotūditatem compacto, apice in mucronē turbinato, striis ab imo pomo ad sumū sic ꝓcurrentib. ut in medio sese laxantes utrinq; coeant. Cortex coloris modicè flavi, & odoris jucundi. Caro crassitudinis exiguæ. Medulla palloris sulphurei, 9. circiter spicarum, acoris arguti, nulliusq; seminis. Estur instar pyri tota.

Ferrar. Hesper. l. 3. c. 11.

Malus Limon.

IV. Limonia pyriformi consimili folium pallidè virens, acuminatum, flaccidum & longè porrectum. Limon imâ parte longulè gracilescit: mediâ jejune tumet. summâ protuberat. Ejus cortex leviter flavet, æquabiliterque funditur: caro pertenuis est: medulla perampla, nullorũ seminũ, 7. ferè spicarũ, diluti coloris, saporis a. inter acrẽ dulcemq; medii, una manditur cum carne & cortice tam degeneri suavitate, ut acidulum tibi pyrum comesse videaris.

Ferrar. Hesperid. l.3.c.29.

V. Limonia citrata primæ notæ duplex est. *Lævis & Scabra.* 1. *Limonia Citratæ primæ notæ lævis*, q̃ non ita scabrũ fructum fert, delicata habitudo, senorum aliquando cubitorum proceritas, folium crassum & nonnunquam crispum. Pomum vel *Simplex vel Prægnans: Illud* Florentino quam Romano solo plærumq; est majus, magnâ ex parte tumens, inde paulatim gracilescens, & sæpius papillato mammosa. Cutis maturo aurea, perspicua, verrucosa, rugosa & punctim lacunosa, aromatici odoris. Caro duorum digitorum, suavis. Medulla denis undenisve loculosis membranis comprehenditur subacidula. Semina vicena. *Prægnantia* in agro Petræ Sanctæ vicino proveniunt. His forma sæpè obtusior, interdum quoque turbinatior. Eorundem aliquo à summo ad imum in plura segmina summatim conciso, limon alter interior apparet. Et hic medius si dissecetur: post auream cutem, candidamque carnem albida medulla sese in conspectum dabit, tertium non raro pomum pomive rudimentum circumplexa. Quinetiam extimi è pomi feneſtrata incisura minutorum nonnunquam limonum congesta pullities introspicitur. Interdum a. suæ spontis hiatu multiplici patescens exterioris pomi uterus alios limones, tanquam fœtus inclusos cohærentesq; fraterculos parturit, quia patefacit: nec tamen parit, quia non excludit. Animadversum præterea est, id genꝰ limonẽ cæteris odoratius vibrare, intimumq; fructũ extimo teneriorẽ esse ac suaviorem.

2. *Limonia Citrata primæ notæ scabra* à scabritie fructꝰ, cujus plana eminentiorib. tuberculis interrumpuntur, dicitur. Est prædicto grandior, & sæpe aliorum fœtura gravida. Cortex insigniter verrucosus, & ubi benè maturuit, penetrabili luce spendidꝰ. Caro digitorũ duorũ suavissima, medulla jucundè subacris, duodenis intercisa mẽbranis. semina rara, plerũque inania. *Foliũ* sparsim crispũ, saturati viroris. *flos* grãdior. Arbor adjuta toto anno florebit. Sed ea poma quę vere concipiuntur, ad justã absolutionẽ pveniũtq; cæteris anni partib. ætate plerumq; nulla tenerescunt.

II. *Limonia fructu rotundo* habet sub se. 1. *Limoniam Genuensem.* 2. *Ponzinam & 3. Sponginam.*

1. *Limonia Genuensis* arbor est formosa simul & ferax: eademq; dura, & frigori tolerando robusta. *Folium* oppidò virens, laurino majus, & undatim crispum. *Flos* latis amplꝰ, foris valde punicans & perparum redolens. Ipsum verò pomum blandè aureum, bene magnum, leviterq; fastigiata rotunditate conspicuum, non admodũ probatur aut adhibetur ad cibum, cum propter crassioris carnis duritiam, tum propter inopiam succi. Usui tamen pharmacopolis est, qui medullam ejꝰ acrem cum citrea permiscent: quod ea viribus pollere consimilibus existimant. Incolæ à figura orbiculata *pusillam pilã* vocant. Ferrar. Hesperid. l.3.c.3.

II. *Limonia Ponzina* quadruplex est *Ligustica, Romana, Chalcedonia, & Rubens.* 1. *Limoniæ Ponzinæ Ligusticæ* foliũ crispicans & arcuatum: *flos* citri. Limon ipse ab imis angustiis tumidũ laxatur in ventrẽ; orbiculato tamen propiorquam oblongo. Cortex subrugosus pallet verius quam flavet. Caro digitalis, suavis. Medulla haud peracris quæ membraneis dissepimentis in decẽ ferè nucleos dispertitur, & rara semina complectitur. 2. *Limoniæ Ponzinæ Romanæ* Matthæiorũ horti nomen fecêre. Arbor partibus plerisq; lumiã exhibet, fortè lumia dulcis lumę insitiva filia. Pomũ sępiꝰ lumiæ instar globosũ, summa parte papillam porrigit. Cortex leviſſimus palea- Ferrar. Hesper. l.3.c.22

Limon Calaber duplex.

Lumia Divi Dominici.

Lumia Valentina.

Lumia olulæ aspectu.

Lumia falis seu spatæ fera notha.



Tab. XIII.

Lima dulcis.

Lumia expers medulla.

Lima ; acris.



Lima Citrata oblonga.

Lima Citrata rotunda.

palearum pallore. Medullæ, quæ novem in nucleos ſpicatur, color ſulphureus, acor emendatus, ſemina pauciſſima & ſubdubiè amara. 3. *Limoniæ Ponzinæ Chalcedoniæ* à Chalcedone, unde Florentiam transportatur nomen. Materia fragilis, folium criſpum, fuſci viroris, nõ admodum latum. Pomum teres & rotundum; cui cutis granoſa: caro digitalis, ſed pertinaciter prædura. Medulla in octonas diviſa ſpicas translucida, ſulphurei coloris, ſanum duplice tunica veſtita. Tripoli ad libras quindenas excreſcit. 3. *Limoniam Ponzinam Rubentem* ſuperius vide.

Ferrar. Heſper. l. 3. c. 22. III. *Limoniæ ſponginæ* pulchritudo egregia. *Folia* ſunt prolixa, arcuatim recurva, & per intervalla ſinuoſa. Pomum admodum flavens, grande, octonarum aliquando librarum, cucurbitina ſæpè amplitudine; cui corium ſæpius enormiter verrucoſum & inodorum; caro ſpongioſa ac duriuſcula; medulla in octo decemve nucleos discreta, mordax; ſemine oblongo, minuto, raro, plerumque inani, & leviter amaro. Hoc nonnemo pomum Poncerii vocabulo aſſerit ſignificari. Minimè eſt veſcum. Eſt & rugoſum & verrucoſum.

III. *Limonia fructu picto* ex Fortunatis inſulis delata, pomum in Hiſpania apud Simeonem de Tovar gerebat, totum ferè carneum, & varias figuras repræſentans.

Punctum IV.

De Limonia fructu Lumiæ dicto, de eadem fructu Limæ dicto, & Limoniæ congeneribus.

Tab. XII. XIII. I. *Limonia fructu Lumiæ dicto* (vocãt autem Lumiam proſtabile Limonis genus, cui nobilitatem ex loci temporiſq; longinquitate conquirentes, malum Aſſyrium & Pomum Adami, recentiorũ quidam vocant) pro ratione loci & fructus variat. Eſt namq; 1. *Valentina.* 2. *D. Dominici.* 3. *Genuenſis.* 4 *Lumia ollulæ aſpectu.* 5. *Lumia mammoſa.* 6. *Lumia medullâ experte.* 7. *Lumia medullâ dulci.*

Malus Limon. Ferrar. Heſpe. l. 3. c. 25

I. Limoniæ Lumiæ valentinæ ramoſa libertas. Cortex æneo colore, albidis lineis intermeantibus variatur. Spinæ citrinis rariores, ſed craſſiores. *Folia* ſæpius retuſa, aliquando acuminata, ovato aſpectu: nonnunquã muricatim intorquentur. *Flores* leviter rubri, ore modico. Variæ magnitudinis poma decem alicubi pondo librarum rotundè tument, cute ſufflava, æquabili, inolente, ſaporisque jucundi: carne plurima, prætenera, ſuccoſa dulcique: medulla verò jucundè acida, denis duodenisve membraneis thecis incluſa, & pauca propè rotunda ſemina includente.

Ferrar. l. c. *II. Limonia Lumia D. Dominici*, nomen habet à D. Dominico, atque etiam à ſale: (verba ſunt Ferrarii) ſive quod mandi cum eo condimento ſolet: ſive quod ſalillum quadantenus referr. Hanc præterea ſpuriæ ſpataforæ vocabulo appellant, qui magis ex vero rem æſtimant. Arbor eſt lędifacilis, ramis ſequacibus: *folio* minuſculo, in modum ſpirę intorto; *flore* ſueto, ſed qui crocis complurib. benè capillatus eſt, ideo forte folioſus. Pomũ ſuo in ſolo Appiano malo par, duplo majus in Rhegino: cortice tenui, minuta ſcabritie granoſo, temperatè flavo, & aromaticã ſuavitatẽ reſpiciente: carne digiti ſemiſſẽ craſſa, ſcitiq; ſaporis: medulla ſubalbida multaque, denis duodenisque membranaceis veſiculis concluſa, blandè mordaci, perexigui, rariq; ſeminis. Mira vis huic pomo ad nauſeas ſaporis acumine diſcutiendas, quas uncti cibi oleoſique faciunt.

Ferrar. l. c. *III. Limoniæ Lumiæ Genuenſi* materies Valentinæ eſt conſimilis. Folium brevius & bene virens. Flos binos ferè digitos latus, intus albus, foris rubellus, & odoris perexigui. Pomum ipſum non ita magnum, cute flava, medulla peramplã, nucleis propè quindenis compactili: ſucco peracri, ægrotisque ſaluberrimo, ſi in ore contineatur.

Ferrar. l. c. *IV. Limonia Lumia ollula aſpectu*, eſt arbor procera, flexibilis, ſpinoſa, magnorum foliorum, candidorum florum. Lumia ipſa imis ab

Malus Limon. anguſtiis, ramo proximis, paulatim laxatur in uterum: inde retuſum coanguſtatur in faſtigium, umbilico nonnunquam eminulo. Amplitudine mediocrem æquat Valentiæ lumiam, effigie malum cotoneum. Corticem habet modice flavum, ſtriatum, tenuem, levem, ſaporis haud ingrati: carnem præterea digitum craſſam & mollem, nonnullaque dulcedine conditam: at vero medullam acri ſucco mordacem, duodenis ferè membranaceis diſſepimentis à ſeipſa diviſam, & valentinæ inſtar lumiæ pauca ſemina continentem.

Ferrar. l. c. V. *Limoniæ lumiæ mammoſæ*, anguſta, oblonga & mucronata folia; aculei in ramis frequentes. Pomum Rheginis *Vber vaccinum*. In eo enim nonnihil oblonga mammæ rotunditas, ſatis eminentem acuitur in papillam. Cutis prætenuis ex flavo candicans, & nativis tanquam vulnuſculis compuncta, humorem quendam præſudat. Caro tenera, candoris eximii; medulla anguſtiſſimi orbis, in octo ſpicas obliquè diſpertita dulceſcit. Semina circiter quaterna, intima cuticula rubentia, & non ita magna, in uberis pomo neſciunt multum amareſcere.

Ferrar. Heſper. l. 3. c. 25. VI. *De Limonia lumia medullæ expers* ita Ferrarius: Non abſimilem huic limonem Rhegina ferunt pomaria, quem loci ejus incolæ nominant Hieroſolymæ lumiam, figurâ oblongum, prolixè faſtigiatum, palearum pallore albicantem, æquabili lævore mollem, peracuto nares odore ferientem: ſpatioſæ carnis teneritudine atque dulcedine ſuaviſſimum. Medullæ arctiſſimæ, ſuccoque ac ſemine carentis rudimento illuſum. Quare hoc etiam pomum ab aſpectu guſtuque non nemini videtur poſſe inter Paradiſi poma, obſcuro (ſi quod eſt) diſcrimine numerari.

VII. *De Limonia lumia medulla dulci conſtante*, nihil occurrit, quàm, Hiſpanicam ab ipſis Rheginis vocari. Dari tales in Hiſpania vix nucis amplitudine, Cæſalpinus teſtis eſt.

II. *Limonia fructu lima dicto* (Eſt autem lima inter Limonem & Aurantiam media, ſed limoni propior) eſt multiplex, 1. *Lima medulla dulci*. 2. *Lima medulla acri*. 3. *Lima medullâ ſemine ferè experte*. 4. *Lima medullâ ſeminibus grandibus refertiſſima*. 5. *Lima ſcabioſa*.

I. Limoniam limam medulla dulci largitur arbos ferruginei caudicis, foliorum ſeſe plerumque carinantium. Pomi rotunditas mediocri aurantio par, ſed ex retuſo cavatoq; in orbem faſtigio papillam exertans. Cortex prætenuis, lævis & aurantio ferè concolor: non tamen æquè amarus aut oleoſus: ipſis verò foliis odoratior. Caro perquam anguſta. Medulla perdulcis, in octonos ferè membranaceos loculos contributa, & qualis in limone, ſulphurei coloris. Rarum ſemen, ovatum, breve.

II. Limoniam limam medullâ acri, diſcriminat à dulci lima medullæ acritudo, colorque dilutior, nec non ſemen gracilius & longiuſculum. Supradictæ cõſimilis in agro Privernate naſcitur, minuſcula tamen & oblonga: cortice limonum ſubalbido, medullâ puſillum calabrum limonem imitante, folioque perbrevi. Culturam exigit propè nullam.

III. Limonia lima ſeminis ferè expers Ferrario *citrata* dicitur. Crebri & minuti arbori aculei; folium ovatum, cacuminatum, ſerratum, criſpum, vix odorum: flores numeroſi; quorum quisque felici ſucceſſu defloreſcit in fructum. Lima ſimilitudine dulcem exæquat, ſed ejusdem magnitudinem excedit: penditque circiter ſelibram. Forma ei ſæpius nonnihil ovata, & in papillam deſinens. Cutis lutea, rugans, ſæpe ſtriata, craſſa, odoris & ſaporis ignavi. Caro digiti dimidium ampla, ſtupea & ferè inſulſa. Medulla denis frequenter nucleis rotans, exalbida agritatis argutæ, ac ſemine propemodum deſtituta.

IV. Limoniam limam ſeminibus grandibus refertiſſimam Ferrarius *Romanam* vocat, quod ibidem in Piorum hortis

hortis colatur. *Foliis* est prolixis & crispis: *spinis* crassis & longissimis. Pomo mediocri, cutis callosa, cui diluti auri pallor: summa pars subsidet, & velut exuctæ papillæ imagine illudit; caro exilis & flaccida, leviter dulcis: medulla novem spicarum, subviridi ingratissimæ asperitatis: semina grandia, carnosa atque subdulcia.

V. Limoniam limam scabiosam nonnulli *Citratam*, alii *monstrosam* vocant. Nascitur in ora Ligustica. *Flos* ejus (verba sunt Ferrarii) intimum candorem extimo rubore floridiorem facit. *Folium* viridissimum, crassum, sinuosum, & in pediculo alatum, folia spongini limonis, & pomi cui nomen ab Adamo, videtur aliquatenus imitari. Lima ipsa maxima capit incrementa, præsertim si anno diutius pendeat. Toto fusa cortice scabritia, tuberculis baccata, enormique frequenter callo sparsim extuberans, persuadet oculis verrucosas cucurbitas: striatura verò seros discoloris asperitatis pepones è limonia pendere. Color eidem pariter cortici ut in aurantio, saturatus: crassitudo aversi cultri: odor aurantii citrati: nec sine aromatum suavitate amaritudo. Carnis differentiæ præcipuæ sunt digitale crassamentum, flaccida raritas, & modica dulcedo. Medullam verò languidè sulphuream, modicè siccam, in gustu austeram, & seminibus admodum infrequentem, denæ circiter spicæ partiuntur. Solet medium pomo rudimentum innasci, figurâ varium, inchoato cortice duriusculum, carne medullaque absolutis molle. Legitur lima hæc, dum adhuc viret: habeturque in cubiculis ad oculos immaturitate conspicua pascendos. Rarissima est Romæ: Insitam aurantiæ in ædibus D. Mariæ patrum Lucensium, in porticu Octaviæ Sororis Augusti videre licet. Pomum est vel Rotundum vel Oblongum. Unaque & eadem ubertim utrumque fert: ut Citri & Adami poma concordi partu fraterculare videantur.

III. *Limonia congeneres* sunt 1. *Arbor poma paradysi ferens.* 2. *Arbor poma Adami ferens.* Malus Limon. Vid. TAB. XIV. Dodon. Pempt. 6. l. 3. c. 2. Tabet. H. P. l. 2. c. 16. Lobel. Adversf. p. 425. Cordus H. P. l. 3. c. 22.

I. Arbor poma paradysi ferens materia est fragilis, ramosa. *Folia* viridia, longula angusta. *flores* parcè rubentes. *Poma* corporis oblõgi filo & magnitudine Lauræ limonem frequenter æquant: & mucronatum fastigium valdè prolixant: interdum etiam propè rotundam globantur in pilam; sæpe in Citrei modum molemque grandescunt: nonnunquam verò malignè augescunt, abortiente natura. Corticem diluto colore inaurant: æquabili lævore molliunt, aut minutè granosa scabritie leniter asperant: & odore grato leviter imbuunt. Corpus reliquum dulcis carnis denso albumine coagmentant. In intimo meditullio formant vestigium rude medullæ, unguis amplitudine definitæ, ac senas in spicas undatim crispas distributæ, perexiguo succo, non admodum acri madentis, aut veriùs exuctæ: binis ternisve minutis seminibus intermistis. Quin etiam eandem interdum medullam in rosam rotulamve tam fabrè circinnant, interjectisq; membranulis tam æquè diradiant: ut ea non opificio naturæ, sed artis penicillo elaborata videatur. Poma sunt vel *grandiora* quę lumiam cibi suavitate superant: vel *Pusilla* & modica, quæ utpote abortiva, dura sunt minimeque vesca.

II. Arbor poma Adami ferens est duplex. 1. *Communis* aliis *malus Assyria*, cui aculei prælongi, validi, in latera plærumque directi. *folium* ex viridi nigricans, cuspidatim ovatum, crispum: *flos* numerosus, aurantii flore amplior, & sæpius anno proveniens. *Pomum* in rotunditatem supra infraque leviter depressum; impressi juxta umbilicum dentis nota plerumque cicatricosum; cui medulla succi plurimi; duodenis vel denis cum folliculis membraneis pluribus & seminibus paucis. Superfætat aliquando numeroso conceptu. Græci è fructibus succum exprimunt,

Malus Auran.

eoque dolia implent, quæ Constantinopolim & in alias subjectas Turcæ regiones vehunt. Turcæ succo agrestæ seu omphacii loco utuntur. in officinis quoque, in quibus salsamenta & garum prostant, venalis reperitur. Valent & ad scabiem, si per medium secta, & tenuissimo pulvere aspersa, ferventibus cineribus calefacta, scabiosis corporis partibus infricentur. 2. *Rhegina* cui folium longum, latum ac mucronatum. Pomo amplus majorum limonum modus: forma oblonga: cortex validè luteus, languidè odoratus, durus, instarque citrini scabrosus. Caro digitum, itidem dura & subdulcis. Medulla subalbida, peracris, undenas in spicas discreta, & seminibus abundans præ pomi amplitudine minutis. Id pomum, quamvis aureum, quia sapor à colore degenerat, palato pretiosum non est: interque cibos illiberales habetur.

Articulus V.

De Malo Aurantia.

Tab. XIV. XV. XVI. XVII

MAlus Aurantia veteribus fortè ignota, plurima apud recentiores invenit genera, sed quæ ad *Vulgarem* & *Non vulgarem* reduci possunt.

I. *Malo Aurantiæ vulgari* subjiciuntur 1. *Major.* 2. *pomo semine carente.* 3. *pomo umbilicum rosæ instar gerente.* 4. *pediculo stellato.* 5. *foliis suavius olentibus.*

Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.166. Tabern. l. 3. f. 2. c. 14. Tragus p. 3. c. 41. Stapel. ad Theoph. H. l. 4. c. 4. Ferrar. Hesper. l. 4. c. 1 Cordus H. B. l. 3. c. 13. Porta Villæ l. 5. c. 7. Lobel. Adversar. p. 415.

1. *Malus Aurantia vulgaris major, Aurantia, Aurengia, Aurea, Anarantia, Nerantia, Arangius* seu *Citreus* aliis dicitur. *Radix* ipsi crassa, lignosa, sublutea. *Truncus* ferrugineus. Spinæ prælongæ, nisi insitio mitiget. *Folia* magna, in exilitatem fastigiata, saturi viroris, & pediculi pyxidato aspectu foliati. *Flores* qui Majo fundunt, in racemi effigiem conferti, nivales. *Fructus* haud ignotus, cortice qui aurei colore fulget; carne, senis plerumque aut octonis membranis distincta, & seminibus constans. Quæ sua consenescunt in arbore hornotina poma, parentis fœcunditatem non impediunt, quo minus illa novo florum partu, superfœtare valeat. Quin etiam (quod ipso interdum periculo compertum est) avulsus à matre ramus vetustis pomis conjunctim racematus, post annum adnatos summatim flores etiam pusillos conniventesque, contra quam consuescant aurantiæ florentes ramuli pariter avulsi, justo incremento perficit expanditque: quia (ut ego interpretor) cohærentium pomorum calorem humoremque idem ramus ad florum absolutionem trahit. Et fœcunda & longæva arbor est. *Fœcunda.* Nam in S. Rhemi agro è singulis alternis annis, bina millia pomorum, imo & quaterna legi solent. *Longæva.* Nam quæ in veteri Divæ Balbinæ Cœnobio Romæ visitur, à Guilelmo ex Aquitaniæ Duce Cœnobita, creditur esse consita, quingentis scilicet ab hinc annis. Seculo minor est, quæ in Aventino Divæ Sabinæ Dominicanorum Cœnobio ab ipso Dominico sata est. De reliquis vide Ferrarium. Nascitur in Oriente, Hispania, Italia, Gallia. In India sylvæ earum occurrunt. Medicis folia, flores, fructus inserviunt. *Folia*, contusioni tibiæ, si bis de die applicentur. Ex *Floribus* aqua, quæ Napha & Angelica, sesquunciæ pondo sudorem movet: cum aqua pulegii in difficili partu propinatur; stomachum potui mensali immissa roborat; Spiritus, in febribus malignis cum aqua acetosæ exhibentur. *Pomum*, ipsum totum dissectum, oleo amydalarum amararum irroratum, tostum & umbilico impositum, verminæ opitulatulatur. *Corticis* pulvis in ovo molli haustus, icteritiam pellit. Scrupuli pondo cum idoneo liquore, nephriticis & colicis levamento est: in frustula confectus mane vel vesperi naribus injectus, sternutamenta ciet: in aqua Chærefolii oblatus, dysuriæ medetur. Septalius trium acrium & subviridium aurantiorum cortices in septem aquæ libris ad duarum par-

Camer. Epito. p. 125.

Tabern. l. 3. f. 2.

Sim. Pauli de medica. class. 3.

Animadv. l. 7. 344.

Pomum Adami
Rheginum.
Pomum Para=
dysi.
Pomum Adami
commune.
Pomum Adamj
foetum.
Flores Arantiæ.
Arantium dulce.
Arantium
acre.



Arantium semine carens rotundum.

Arantium sicciore medulla.

Arantium roseum.

Arantium limonis effigie.

Arantium foliis suavius olentibus.

Arantium stellatum.

Malus Arantia.
flore duplici.

Malus Arantia.
pumila.

Malus Arantia.
folio crispo. Tab. XVI

Arantium Virgatum.

Arantium Corniculatum.

Arantium striatum.

Arantium foetiferum

Arantium distortum.

Arantium Callosum.

Arantium Citratum.

Arantium Cortice dulci.

Malum Arantium sinense.

partium casum incoquebat. Hujus octo unciis immodicos menses sistere solitus. Aqua *seminum* cum binis ternisve spiritus vitrioli guttulis, renum & vesicæ calculos pellit. Succus ex virente expressus, colatus, & cum tertia parte olei olivarū exactè mistus, lumbricos necat. Ex eodem *Syrupi* fiunt. *Medulla* cum *semine* leviter contuso, dissecto sed non decorticato pomo, addito momento theriaces, aloës & olei absynthii tosta, expressa & abdomini inuncta, idem facit. *Differentiæ fructus* plures à cultura & insitione sumuntur. Neapoli quædam maris & fœminæ genitalia effingunt; & ex his nonnulla, duplicem spicarum ordinem alterum in altero contentum, ut nihil speciosius videri possit, obtinent. Cumque cæteræ arbores casu talia poma ferant; hujusmodi genus quoddam omnia producit. quin reperiuntur, quorum spicæ aliæ dulcem, aliæ acrem in eodem pomo referunt saporem: quam commistionem casu accidisse proditum. Sunt alia *Cortice* amaro, crasso aureo; alia subvirente, alia tenuissimo, subrubente, aliqua dulci; quædam in uno pomo duo botrorum dant genera; alia absque semine sunt. *Pulpam* si attendas. In agro Congiano nec dulcia, nec nimis acria habentur. In insula Fayal suavissima, in China dulcedine saccarum vincunt. Triplex tamen præcipuè vulgarium Aurantiorum genus. Est 1. *Acre*, cui subtristis color, granosa scabrities, odor peracutus, amaritudo peracris. Medulla in sylvaticis sine semine natis, quam in insitivis *dilutioris est palloris & asperioris acrimoniæ.* 2. *Dulce*, cui cortex tenuis, *color ardenter croceus, medulla* sulphurea, succo largo, cui & hyems *parcit, laxiore frequenter orbe. Ligustica* notatio est, tanti esse ad saporis *commendationem dulci* commodum aurantio situm, ut id genus pomum ostento solibus loco cum levis acrimoniæ mistura moderatè ac suaviter, Opaco autem prædum ingrateque dulcescat; adeoq; in amarorem vergere videatur. 3. *Medium* seu *temperatum*, quod ut saporis, ita coloris lævorisque temperiem sortitum, ægrè distinguitur à prædictis, ambigua facie acris dulcisque confundente discrimina. His autem omnibus grana complura, interdum supra quadragena. Huc spectat 4. *Aurantium ficciore medullâ hybernum*, quod in Rhegino, Neapolitano & Siculo agro provenit. Acris aurantii faciem præfert. *Medullæ* concretus & modicus succus, emendati dulcedine acoris, miram temperiem sapit. Mensibus hybernis præcipuè tempestivum est. Tale & Senensibus in Huquang. Cum cessant reliqua, hæc matureſcunt; sunt suavissimi saporis.

Porta de-still. l. 3. c. 5.

Ferrar. Hesper. l. 4. c. 3.

Malus Auran.

Martin. & Adanse Sinens.

II. *Aurantia pomo semine carente* in summo ramulosa, aculeis caret. *Folium* ovata specie leviter fastigiatum. *flos* denso racemo numerosus, & raro abortiens. *Pomo* magnitudo modica; cortex scaber; caro pauca; medulla perampla, sufflava, dulcacida. Et hoc aurantium oblongi novitate vultus, limonis gemellum insitio peperit: & insitivis è nuptiis partus extitit formosè adulterinus.

Ferrar. Hesper. l. 4. c. 4.

III. *Aurantiæ pomo umbilicum rosæ instar gerenti* folium est tenue, angustum satisque prolixum: *flos* pusillus, folioſus & leviter odoratus. *Pomi* magnitudo instar Sinensis vulgaris brevior: rotunditas utrinque compressa, & à summo ad imum striis æqualibus distincta: corium modicè rugosum & cerinum, caro exigua: medulla pallida, non multi succi, ejusque asperi & subamari.

Ferrar. l. c.

IV. *In Aurantia pediculo stellato* summa pediculi pars, divisuris quinis flaventibus ac turgidulis in *stellulam diradiata, pomo adhærescit.* Cætera ejusdem pomi facies *vel indiscreta, vel obscuro discrimine* ambigua, non dignoscitur à prædictis. *Cortex crocea temperie flavet.* Caro densa est. Diluto sulphuris *colore medulla tingitur.* Nonnullam illa suavitatem, hæc aut dulcedinem aut *acredinem* resipit. Quare id pomum, si dulci medulla sit,

Malus Auran.

sit, vulgaris mali instar decoriatum jucundè estur. Minor illi plerunque mensura: semina quoque minuscula. Ligures aurantium Chium nominant.

Ferrar. Hesper. l. 4. c. 83.

V. *Aurantia foliis suavius olentibus*, dicitur & *Sinensis*, quod è regno Sinarum Olysiponam transvecta fuerit. Circinnatę rotunditatis pomum mediocrem supra modum tumet. Caro cum ipsa cute ferè confunditur, & estur jucundissimè. Novem spicarum medulla, blandè mordacis dulcedinis, tam vehementer flavescit, ut aurum in eam distabuisse credas.

II. Malo Aurantiæ non vulgari multa genera subjiciuntur, quę à magnitudine arboris, folio, flore, fructu, & patria denominationem sortiuntur. Suntque sequentia. 1. *Malus Arantia pumila*. 2. *Folio crispo*. 3. *Flore duplici*. 4. *Fructu virgato*. 5. *Fructu striato*. 6. *Fructu fœtifero*. 7. *Fructu corniculato*. 8. *Fructu calloso*. 9. *Fructu distorto*. 10. *Fructu citrato*. 11. *Fructu cortice dulci*. 12. μονοσπερμοφίλο. 13. *Fructu maximo*. 14. *Philippina*. 15. *Goana*. 16. *Sinensis*.

Clus. Hist. l. 2, c. 4.

1. *Malus Aurantia pumila*, Clusio *pumilio*, inoculatione propagatur. Liberaliorem floribus & malis ferendis in frigidis etiam regionibus esse, modo ritè curetur, observatione quorundam accepimus. Fructum, poma Aurantia *Nana* Eystettensis appellat. Fortè eadem cum Goana. Et folium arboris & fructus magnitudo respondet.

Ferrar. Hesper. l. 4. c. 5

2. *Malus aurantia folio crispo*, ramos habet inermes; folium densum, breve, sine pediculo foliato, bullulis quibusdam velut turgida, & prona parte in cirros quodammodo vibrata. Fructui qui rotundus, summa imaque parte planus, cortex temperatè croceus, & modice granosus; caro admodum exilis & solutiva: medulla in octo vel decem spicas divisa, mediocriter flavescens, ob acrimoniæ temperiem suavissima: semina rotunda, pauca.

3. *Malus Aurantia flore duplici*, serie foliorum multiplici, damascenæ interdum rosę speciem præbet. Pomũ incremento magnum, quo maxima solent esse vulgaria: in summo imoque planum: cute scabrum: carne perexiguum: medulla croceum, peramplum & seminosum: sapore demum, inter acrem dulcemq; medium.

4. *Malo Aurantiæ fructu virgato*, nomen dedit geminus qui cutem variat color. *Folia* plæraque viridi albentisque sulphuris colore maculantur. Cortex ipse à summo pomo ad imum ante maturitatem viridi albidoque colore alternante, in quædam veluti segmenta, sæpius inter se inæqualia, distinguitur. Ubi maturitas accessit, color viridis in flavum, albicans migrat in croceum. Ex iis verò segmentis, quæ primum virent, leviter subsidunt, & angustiora sunt: quæ flavent, etiam eminent, magisque patent. Ut propterea striatum quoque aurantium appelletur. Eadem cutis, velut in acido aurantio, scabre granosa. Caro dimidiatum fere digitum lata. Coloris medulla sulphurei, jucundè acris ac denis sæpè membraneis dissepimentis inclusa. Semina grandiuscula. Totum pomumè rotundo vergens in oblongum. Ferrar. Hesperid. l. 4. c. 7.

5. *Malus Aurantia fructu striato*, folium habet breve, florem minutum. Missa est Neapoli Romam ad Alexandrum Caëtanum. Pomi rotunditas est angusta: cutis modicè scabra, torisque crebra per intervalla extantibus undique striata; medulla diffusa, dulciter mordax, & auri colore blandiens.

Ferrar. Hesp. l. 4. c. 8.

6. *Malus Aurantia fructu fœtifero*, dicitur & *fœmina*. Forma est fructus utrinque sessili presleque rotunda: cortice lævigato, vehementer croceo, productis à pediculi commissura usque ad medium ventrem rugis crispato, amaritudinis consuetæ, odoratus peracuti: carne perexigua, & instar aversi cultri crassa, flaccida subdulci, & in sulphureum colorem inclinante: medulla verè alias decem spicarum, alias plurium, coloris lutei, & quidem saturi, saporis autem jucundè acris. Extimo in pomo

pomo alterum ineſt circumveſtiente aliquando cuticula, plerumque nuda duntaxat carne, intimaque quatuor ferè ſpicarum medulla coagmentatum: per hiantem umbilicum promente ſe nunc quidem magis, nunc verò minus, confertim ſemiconſpicua pomorum quadam pullitie: quæ retinet aliquandiu viriditatem, flavente matre. Cajetæ proveniunt.

Ferrar. Heſper. l. 4. c. 9

7. *Malus Aurantia fructu corniculato*, quem & *hermaphroditum* & *androgynon* vocant, nihil ſingulare habet. Pomi cortex ſimplici multiplicive callo juxta pediculum cornicula quædam exertat, & rimas agit: ſubtilioribus nimirum partibus, quibus abundat id pomum, in acutum ſeſe promentibus, & ad exitum viam aperientibus. Caro fungoſa & inſulſa, dimidiati digiti craſſitudinẽ æquat. Membranaceis medulla folliculis undenis duodenisve, gemina ſerie altera alteram continẽte diſpoſitis, concluditur. Quare diſſecto in pomo cancellatim reticulata diſtinctio apparet.

Ferrar. Heſpe. l. 4. c. 10

8. *De Malo Aurantia fructu calloſo & multiformi*, hoc duntaxat dicã, Neapoli Ferrario fuiſſe miſſum. Adnatũ callũ, ab imo pomo ad ſumum, lunato adhærebat excurſu. Rotunda illi duum ferè digitorũ craſſitudo. Cutis oppidò rugoſa, perpetuisq; tuberculis, viridi luteoq; colore alternatis, inſtar anguinei ſpolii maculoſa. Pulpa verò alba, duriuſcula, ſubamara. Luſus ergò naturæ tantum.

9. *Mali Aurantia fructu diſtorto*, folia ſunt minuta, pediculis anguſtè foliatis. Flores ſemihiulci & abortivi. Pomum totum è pluribus verrucis, & quaſi puſillis depravatæ figuræ pomis coagmentatur. Caro multa fungoſaq;. Medulla ſpicæ ſimplicis, vehementer flavæ, & nullius ſeminis. Eadem puſilla poma, ferè in totum corpus diſcreta, juxta pediculos cohæreſcunt. Hinc ei facies varia, & alicujus interdum animantis imitamento perſonata.

Ferrar. Heſper. l. 4. c. 12.

10. *Malus Aurantia fructu citrato*, folio citrum & limoniam mentitur. Durum eſt, è viridi fuſcum, undatim criſpum. flos confertim in ſummis ramis racemoſus, & ingrati odoris. Pomi cortex à medulla ſejungi facilis: ipſum complanata rotunditate aurantium; extuberante papillâ, limam; magnitudine lumiam; verrucoſa ſcabritie citrium refert. Malus Auran.

11. *Malus Aurantia fructu cortice dulci* duplex eſt. 1. *Sinenſis*, quæ fructum fert, prodente Alvaro Semedo è Societate Jeſu Valentinæ olivæ magnitudine, cumque cute ſuavi & medullâ dulci; ideo totum manditur. 2. *Aliarum regionum.* Hiſpali apud Rheginos, Siculos, Ligures & in Zeylon viſam, Cluſius, Scaliger & Ferrarius authores. Pomum triplo aliis majus. Caro Armeniorum modo firma, & ſucculenta. Medulla impensè ſulphurea, cui ſpicæ octonę, ſemen exiguum. Uſurpatur apud Rhegionos in trivialibus ludis pro globulis ligneis. Ferrar. Heſpe. l. 4. c. 15 Clus. Hiſt. l. 1. c. 4. Scal. Exer. 181. ſ. 11.

12. De μονοσπερμοφόρῳ nihil occurrit, ſuccum qui acidus eſt, ſi excipias.

13. *Mali Aurantia fructu maximo*, pomum, quod quibusdam *Hipponerantzion*, in palmos quidem interdum quinos tumet, ſed juſtam magnitudinem, ante biennii vel triennii elapſum capere non poteſt. Cortex vehementer cum atrore croceus; caro plurima, fungoſa, obſoletæ albedinis. Medulla brevis, & vel ſuaviter dulcis; vel acerrimo ſapore propè inguſtabilis. Semen rarum & inane. Eſt vel compreſſæ rotunditatis, cujus medulla ſuaviter editur: vel formæ rotundioris, cujus medulla injucunda. Ferrar. Heſperid. l. 4. c. 17.

14. *Malus Aurantia Philippina*, à Philippinis inſulis nomen ſortita eſt. Quintuplex pomorum genus profert. *Primum* è Sinarum tractu, minutum, prædulce, cute aureum. *Alterum* peramplum, & palmorum interdũ ferè quinq;, rotunditate præ tumidũ earũ inſularum fœcunditas nativa largitur. *Tertiò* ibi pariter provenienti Genuenſis aurantii par magnitudo, & mira graviditas, latẽte intra medullæ meditulliũ pomo exiguo, conſimilis coloris ſaporisq;, Ferrar. Heſpe l. 4. c. 14

Malus Auran. sed cutis experte. Ex eo fœtu aurantium filiorum nominatur. *Quarti* generis aurantium in iisdem insulis nascens, colore flavo, & sapore dulci, cum ipso totum cortice manditur, emolumento non levi. Quippe bilem, dulcium esu pomorum creari solitam, cortex commanducatus emendat. Id genus aurantium corrupto Indico nomine Hispani Darandanas vocant. *Postremò* aliud prædictæ ferunt insulæ aurantium, Genuensi æquale, ac plerisque partibus consimile: attamen purpurei coloris medullâ, quæ uvam sapiat, mirè dispar.

Ferrar. Hesper. l. 4. c. 25. 15. *Malus Aurantia Goana*, quod copiosè intra Goam & in Salletanis insulis visatur, arbuscula est trium ferè cubitorum, ramulosa, minusculis foliis densissima, & floscul is pomorum fœcundis ubertim vernante. Pusillam globatur in pilam, & Appiani mali minuto incremento dignum se matre nana filiũ probat. Hilari corticis colore flavet: minutè granoso lævore nitet: minimum habet carnis, coagmentante corpus interius novem decemve spicarum medulla, bene flava, jucundè acida, semine destituta. Fortèeadem cum pumila.

16. *Malus Aurantia Sinensis*, nostratibus par est: at fructus comestus, uvam moschatam sapore refert. Peculiare eidem corticem suum densiorem facilè dimittere. Pulpa quoque inter pelliculas quibus vestitur eadem facilitate, in suas particulas dividi solet. Pressa inter asseres, conditur saccaro.

Martin. in Atl. Sinen.

EXOTICA.

Vid. Tab. XVIII. Inter Exoticas spectant huc sequentes. 1. *Arbor Nigritica fructu Arantio simili.* 2. *Coru Canariensium.* 3. *Carcapuli Malabarensium.* 4. *Pequea eorundem.* 5. *Tres arbores Maragnanæ insulæ.* 6. *Iva Brasilienſium.* 7. *Vençu Sinensium.* 8. *Duo fructus Exotici.*

Clus. Exot. l. 1. c. 15. Bauh. H. P. l. 1. c. 32. 1. *De Arbore Nigritica* ex ramulo inde delato judicandum est. Fuit quadrangulus, nodis fragilibus distinctus. Fructus è calyce quatuor veluti squammis constante prodibat, orbiculatus, niger, fungosa pulpa, cui parva ut in ficubus grana, saporis initio adstringente.

2. *Coru Canariensium*, Malabarensibus *Curo* & *Curo de Pala*, Bramanis *Cura*, Lusitanis *herba Malavarica* dicitur. Acostæ fructus est pumilæ malo aureæ similis, *foliis* ejusdem, sed medius nervus crassior, alii octo aut novem in latera excurrunt. Garziæ in Arbuti altitudinem assurgit, *foliis* mali Persicæ, *floribus* candidis, Peryclimeni odorem æmulantibus. *Radicis* cortex, qui lævis & tenuis, dilutè virescit; vulneratus aut fractus, lacteum eumque multum, viscidum, insipidi potius quàm subamari gustus succum profundit. Invenit singularem *in Medicina usum. Foliorum* cum Tamarindorum foliis decocti vapore, crura tumentia foventur; pannos in eodem intinctos, feliciter in tympanite applicaveris. Radicis cum oryza decoctum hęmorrhoidibus & scissuris ani reluctatur. Virentis succus fluxus alvi sistit. Contusæ & in sero maceratæ Aqua, per organa vitrea, additis Ammeos, apii, Coriandri sicci, & Cumini nigri seminibus torrefactis, cum pauxillo butyri prolecta, & cum aliis stringentibus liquoribus propinata, vel per Clysterem ingesta; Dysenteriæ præsentaneum remedium est, inprimis si à Malavarensibus paretur. Cum aqua menthæ & mastiches pulvere sumta, vomitus compescere dicitur. Acosta cortices Myrabolanorum Chebulæ adjicit. Acosta de Arom. c. 13. Aromat. l. 2. c. 7.

3. *Carcapuli Malabarensium*, Canarinis *Garcapuli* dicitur. Arbor est vasta, *fructu* aurantio simili, ex grumis inseparabilibus constante, *cortice* ubi maturuit aureo, gustus austeri. Fluxum alvi ex nimia Venere ortum, cum oxygala comestus sistit; pulvere partus facilitantur, secundinæ deturbantur, & lactis prolicitur ubertas. Succum cum aliis plantis in oculorum suffusionibus ungui majoris digiti ejusdem lateris imponere, apud Malabarenses moris, inde se levamentum sentire credunt. Linschottani *Carcapuli* fructus cerasi magnitudine profert. Acosta Arom. c. 46. in itiner.

4. *Pe-*

Tab. XVIII.

Arantium maximum.



Yyacxibuitl.

Arbor Nigrifica fructu Arantio simili.

Iva Brasilienssium.

Flos Mali Wilde Granat

Punicæ seu Balaustia äpffelblütt.

Malus punica. Granatäpfel.

De Laet Ind Occid. l.15.c.7.

4. *Pequeæ Brasiliensium* duæ sunt species. *Vna* fructum arantio malo similem, crasso cortice, quo melleus quidam, cum saccaro certans dulcedine humor, continetur, cui nuclei aliquot sunt permixti, producit. *Alterius* lignum, quod Lusitanis *Setim*, omnium quæ in Brasilia nascuntur durissimum & gravissimum, idemque omnis putredinis expers judicatur.

Id.l.16.l.11.

5. *Tres arbores Maragnanæ insulæ* sunt Gojave, Uvavytou & Caoup. 1. *Gojave*, quæ & *Morgoya* fruticis est species, quæ arbores complectitur, foliis campanellæ, flore eleganti & palmum lato, echinatis & stellæ in modum diductis foliis, purpurei coloris. *Fructum* fert ovi magnitudine, sed rotundiorem, granis plenum, cortice è viridi & luteo mixto tectum. Grati si coctus fuerit saporis, ideo & saccaro conditur. 2. *Vvavytou* folia fert longa, flores cæruleos, fructus aurantiis haud absimiles, sed suaviores. 3. *Caoup* frondibus est pomi, sed magis patulis floribus, è luteo & rubro mixtis; fert fructum malo aurantio forma & sapore haud dissimilem, nucleis plenum.

Marcgrav. H.N.B.l.2 c.5.

6. *Iua Brasiliensium* frutex est *caudice* spinoso & leniter hirsuto: *foliis* lanatis inordinate positis; *floribus* πενταφύλλοις, lacteis, stellæ instar. *Fructus* majoris pomi magnitudine, rotundus, qui brunna lanugine tegitur, & citrei per maturitatē coloris est. *Cortex* ei testæ ovi instar frangibilis; pulpa flavescens, dulcis & formicis grata, in qua semina plurima lentium magnitudine, figura & colore.

Martin. in Atl. Sinen.

7. *Vençu Sinensium*, Lusitanis est *Iamboa*, arbor spinosa, limoniâ major: *flores* albi suavissimi odoris; *fructus* capitis magnitudine; cui cortex pomorum aureorum, pulpa rubescens, uvæ non omninò maturæ sapore, qui suspensus domi ad annum durat. Provenit in Fokien. Ex *floribus* fragrantissima aqua elicitur. Ex *fructu* liquor pro potu exprimi solet.

Bauh. T.1.

8. *Duo fructus* sunt *Aracynnappil* & *Rucma*. 1. De *Aracynnappil* hoc duntaxat dicere possum, esse fructum malo Arantio parvis fructibus similem, orbicularem, nigricantem, rugosum & ejusdem saporis. 2. *Rucma*, Hispanis, *Lucma*, fructus est, qui forma & mole ad aurantia mala accedit; intra medullam officulum castaneæ tam colore corticis, quam nuclei, qui amarus & cibo ineptus, albedine, valde simile, aliquando duo continet. Inter crassos censetur cibos. Sapore tamen est magis dulci quam acri.

Malus Auran. l.1.c.31.H.P.

De Laet Ind. Occi. l.10.c.3.

9. Addo his *Tyacxihuitl* fruticem, si benè ex ramis colligitur. Folium habet aurantii: ramos paucos.

Ter. apud Recc.R.M. NH.p.448

Articulus VI.

De Malo Punica.

I. *Veteribus* & *Arboris* & *Fructus* diversa sunt genera.

I. *Malus Punica* vel est *Domestica* vel *Sylvestris*.

Tab. XVIII.

1. *Malus Punica Domestica* arbor fabulosa ortu, inter μὴ πολύῤῥιζα & ἐπιπολαιόῤῥιζα numeratur. *Caudicibus* est σκωλεότερη & βραχυστελέχη: *medullâ* carnosa; *ramis* sparsis, ὄγκῳ superius grandiore. *Flos* super fructum insidet, phæniceus, densus & copiosus, superius globosus, rosæ instar expansus; inferius angustior, unde ἐκτετρημμένος κύτινος, cui τὰ ἄνω χειλώδη, vel μυχώδη. Serius apparet, & quando ψεκάδη δρόσοι decidunt, humectati amittuntur. *Fructus* ex vetustis gignitur corio & membrana ἐκ χύμου καὶ κόκκων, quibus vascula, constans, puniceus principio, postea ποώδης, tandem iterum puniceus; qui sub Autumni initium τῶν καυμάτων μαραινομένων, excoquitur; soli expositus mox obarescit: & σκιατροφούμενος, vel solem modicè sentiens, οἰκείαν ὑγρότητα servat, & coquitur. Brevi ideò intervallo conseri arbores solent, ut προβολὴν τοῦ ἡλίου invicem habeant.

Plin.H.N. l.15.c.28.

Theoph.G P.l.2.c.9.

Malus Punica.

Velociter ſeneſcunt: ramisque & palis laxato primum meatu ſeruntur. Ex nucleis dulcibus ἀγρευτῆς; ex enucleatis duri & plerumque acidi fructus evadunt. *Locus* eis Creta & Carthago: nec non Thmolus, Olympus, Myſius, montes, Pontus, in quo φλογοπαζομένη, & tractus ille cui *Sida* nomen. Ἐμφυλεῖς in ſicciotibus proveniunt. Quoad *Uſum*. *Radix* decocta contra latas tineas, Victoriati pondere datur. *Rami* in manibus ſerpentes fugant; *Corticis* fumus culices. Pomum cum nucleo πέπειρον eſt; ſine eo, ἀβρεχωγηπὸν. *Nuclei* acinorum toſti tuſive, ſtomachum ſi cibo aut potui inſpergantur, juvant. Ex *Cytinis* ſuccus adſtringens elicitur.

Plin. H.N. l.17.c.17.
Plin.H H. l.13.c.19.
Dioſc. M. M.l.1.c.151.
Hippocr. περὶ παθῶν.
Dioſc. M. M.l 1.c.154

II. *Malus Punica ſylveſtris* à ſimilitudine ita appellatur. *Flos* ejus *Balauſtium*, quod Dioſcoridi vel *Candidum*; vel πυῤῥὸν *rutilum*; vel potius πορφυροῦν, & coloris roſacei ῥοδόχρουν, ſcorpionibus adverſatur: potu menſes fœminarum ſiſtit: tuſorum farina dyſentericos à morte revocat. Idoneus & tingendis veſtibus: quorum color, (puniceus ſcilicet) inde nomen accepit.

Plin H.N. l.23.c.6.
Ibidem.

II. Fructus ſeu *Malorum*, novem Plinius poſuit *genera*; quæ ad *Apyrena* & *Nucleum habentia* revocari poſſunt. 1. *Apyrena* circa Solos Ciliciæ juxta amnem Pinarum, ubi contra Darium ab Alexandro dimicatum eſt, Theophraſtus ſurgere ſcribit. Non omni nucleo deſtituuntur; ſed ligne duntaxat carent. Hinc Athenæus punicas in σκληροστόκους & ἀπυρήνους diſtinxit. 2. *Nucleum habentium* aliquot ſunt differentiæ. Sunt 1. *Dulcia*, quæ ἡσεμαίαν circa ſtomachum excitant, & inflationes pariunt. 2. *Auſtera* potius quam Acria. 3. *Miſta* quæ cum vinoſis eadem. Nam Dioſcorides μίαν ἰσχὺν δύναμιν, poſuit. 4. *Acida*, quæ æſtuanti ſtomacho auxiliantur. Nucleus in ſole ſiccatus, & obſoniis inſperſus, (θηπευτικὸν ὀψοφαγήμασιν) vel cum iis decoctus, alvi fluxiones ſiſtit. Succus ex acinis expreſſus, coctus, cum melle, oris, genitalium & ſedis ulceribus opitulatur. Hisce accedunt Plinii *Samia* & *Ægyptia* quæ *Erythrocomis* & *Leucocomis*, vel potius *Erythrococcis* & *Leucoccis*, diſtinguuntur. Nec non Nicandri *Promenea* à Promeno quodam Cretenſi, ut Scholiaſtes ponit; & *Ægineuſia*, ab urbe Ægina, ſic dicta.

Lib. 7.
l.14.
Dioſc. l. 1. M.M.c.151.
Dioſc.l.c.
in Alexiph.

II. *Recentioribus* Malus Punica in quadruplici eſt Differentia. 1. *Sativa*. 2. *Sylveſtris*. 3. *Pleniflora*. 4. *Fructu maximo granis aureis*. 5. *Apyrenos*.

1. *Malus Punica ſativa*, aliis *ſimplici* flore, *Granata*, humilis eſt arbor. *Rami* ſunt tenues, ſubrectis aculeis ſpicoſi. Lignum flavum. *Folia* myrti æmula, halitum canumfeliumque urinam redolentia. *Ecalycibus* oblongis calathi modo patulis, hyoſciami vaſculis æqualibus, in ſeptem rimulas fatiſcentibus, floribus aſari majoribus, *flores* fœcundi, ex ſeptem foliis tenuibus conſtantes, colore coccineo, agreſtis papaveris æmuli, cum granulis quibusdam mediis capillamentis appenſis, ut in roſa, emergunt. Steriles nudo latoque calici inſident, & cum ad juſtam conſiſtentiam pervenerunt, ſponte delabuntur. Imbecilliorum quoque ex fœcundis capita, quę *fructuum* rudimenta, & inferior pars, ſucco ſuo, quem robuſtiora præripiunt, orbata, decidunt; validiora pugni magnitudine adoleſcunt, & in poma globoſa, ramis brevi pediculo annexa, umbilico in ſummo lato, amplo, ac dolii plærumque inſtar concavo ac profundo, evadunt, ſuperior denticulata, una cum ſtaminibus ipſi medio inſidet. Teguntur *poma* membranâ coriaceâ, ſubſcabrâ, foris in obſura purpura ſubruſſa, intus flaveſcente ſubſtantia, guſtu & denigrandi facultate gallis nondiſſimili. Intus oblongi, anguloſi, confracti, tenui carne, vinoſo ſucco & oſſiculo conſtantes acini, intercurſantibus flavis tenuibusque membranis, ad favorum aliquam ſimilitudinem diſpoſitis latent; quidam ruſſi, in purpura candicantes, alii dulces, acidi, vinoſi, mixti, quos Arabes *Muza* appellant. Provenit in calidis regionibus,

Stapel. ad Theoph. H.P.l.4. c.6 Dodo. Pemptad. 6.l.3.c.3. Tabern. l. 3.f.2.c.56. Cord. H. P.l.3.c.15. Lobel. obſerv. p.563. & Adverſar.p.419. Porta Villæ l.5. c.31. Camer. Epito. p.130 Ruell. H. P.l.1.c.124.

Durionifera seu Batan Malayensium.
Balaustium flore minore Roman
Tab: XIX.
Guanabanus Oviedi.
Guayaba Ximenis.
Araticu ponbe.
Guayaba Monardis.
Tapia Brasiliensium.
Aracaiba.
Babobab.



nibus, regno Granatæ præcipuè. *Vsus foliorum* in doloribus capitis, si cum oleo rosaceo contusa fronti & temporibus imponantur: *Florum* in hernia, gingivarum laxitate &c. quia adstringunt. *Corticum* contra lachrymas oculorum, si in aquis convenientibus macerentur: fluxu hæmorrhoidum, & ructu, si cum masticis momento in vini aceto cocti applicentur. Ferrum in chalybem mutare scripsit Cardanus. *Acinorum* contra hæmoptysin, si in aqua pluviali macerentur. Succi in vinum redacti in febribus pestilentialibus, cholera, & aliis.

Bauh. Pin. l. 11. f. 6. Stapel. in Theoph. l. 4. c. 6.

2. *Malus Punica sylvestris*, sativæ per omnia similis, spinis tamen incultior videtur. *Flos* ipsi exiguo quidem sed plano & aperto, inq; quatuor aut quinque partes dissecto calyce exit, densis frequentibusque foliis stipatus, colore ut plurimum rutilo, ac inter sanguinem roseumque medio, aliquando candido, ex albo & rutilo mixto nonnunquam. Nascitur in Africa, circa Alepum in Asia, Granata, & vicina freto Herculeo Hispania. In horto Westmonasterien si Londini quotannis floret, nullo subsequente fructu.

Eyst. de arb. & frut. æsti v. ord. 2. fol. 8.

3. *Malus Punica plenissora* ex sylvestribus est, eaque duplex. 1. *Flore pleno majore* quæ *Balaustium Orientale* Castori, *Balaustium* Eystetensi. Adeo est flore multiplici, ut *rosæ* videantur *centifoliæ*, colore saturato. Majorem in Medicina usum habet, & de ea, quæ superius dixi, præcipuè sunt intelligenda. Eliges Balaustia densa, rutila, roseo colore conferta, sanguineo decore, aquam inter macerandum vel coquendum tingentia.

l. c. fol. 9.

2. *Flore pleno minore*, quam Eystetensis *Balaustium flore minore Romanum* vocavit. Foliis est atro virentibus: calyce crassiore, flore minore, & saturata purpura punicante.

Pempt. 6. l. 3. c. 4.

4. *Malum Punicam fructu maximo granis aureis* Dodonæus *Malum auream* vocat. Arbor est procera, foliis tres cubitos longis, duos latis: fructu humani capitis magnitudine, colore punico simili, intra quem grana auri luteo splendentia. Panormi in horto cujusdam Medici habebantur. Malus Punica.

V. De Malo Punica fructu Apyreno cujus & supra facta mentio, ita *Scaliger. In agro Babylonio sunt* Punica malorum magna, *cortice valdè tenui, quo ablato manduntur ut pyra. Non enim veluti nostra distinguuntur carnis dissepimentis, nisi perquam parum in imo medio. Duorum sunt* genera. *Partim ligneum pyrena habent, adeò tenerum, ut mansum pro nihilo habeatur, partim nullum.* Cordus H. P. l. 3. c. 15. exerc. 18.

EXOTICA.

Ad Malum Punicam referemus: 1. *Durionifera seu Batan Malayensium.* 2. *Guanabanum Oviedi.* 3. *Guajabo Americanorum.* 4. *Araticu Brasilienssium.* 5. *Baobab Alpini.* 6. *Aracaibam Brasilienssium.* 7. *Tapiam eorundem.* 8. *Pitohajabam Nierembergii.* 9. *Arbores duas Maragnanæ insulæ.* 10. *Fructum Quitensem Guabam.* & 11. *Pomum sucu Sinensium.* Tab. XIX.

1. *Durionifera seu Batan Mayalensium*, aliis *Guanabanus*, *Durianus*, & *Iaca major* dicitur. Arbor est juglandis magnitudine, *ligno* valido; *foliis* dimidium palmum longis, quibus cuspidis lanceæ effigies, ducto per longitudinem nervo, è quo deinde aliæ venulæ per folii latitudinem evagantur. *Flores*, qui ex cãdido luteoli, *Buta* incolis. *Fructus* quẽ vel quadragesimo demum anno proferre dicitur, capitis humani est magnitudine, cortice duro, per medium ambitum aculeato; intra quem quatuor cellæ, singulæ tribus aut quatuor receptaculis constantes, quibus singulis fructus ut lac candidi, ovi gallinacei magnitudine, aurantii figura. Cuilibet *nucleus* mali Persici nucleo similis, triangularis aliquando, qui *Daryæn* vocatur. Dum intus sunt, flavescunt; ab aere tacti corrumpuntur. Acosta *Durionem*, Linschottanus *Duriaconem* vocat. Nascitur in Malacca, Baly, Java, mensibus Junio, Julio & Augusto. Appositus Betele foliis, corrũpitur; & si ventri-

Ovied. H. Amer. l. 8. Scal. Exercit. 181. l. 14 Clus. ad Acostæ H. Arom. c. 41 Garzias H. Arom. l. 2. c. 13.

Malus Punica.

culum in tumorem agat, iisdem impositis compescitur. Primum gustamen nares cœparum odore ferit; postquam degustaveris, butyri saporem refert, condimentum Hispanicum, quod *Maniar blanco* superans. Immodicè sumtus hepatis inflammationem, exanthemata in facie, & pruritum in cute excitat. Quia urinas copiosè ciet & sudores, calidæ & siccæ creditur esse qualitatis. Est & *Minor* foliis platani profundè laciniatis, cujus fructus *Champidaca* dicitur & salubrioris succi est. Ex combustis corticibus paratur eluendis vestibus lixivium.

Bontius H. N. & Med. l. 6. c. 51.

Ovied H. Americ. l. 8. c. 17. De Lact Ind. Occid. l. 8. c. 8.

2. *Guanabano Oviedi*, quæ Laetio *Guanabus*, infirmum lignum, folium Medici malis frutex melonis mediocris, interdum capitis pueri magnitudine. Cortex ei tenuis, viridis, squammis ut strobilus, lenioribus tamen distinctus. Caro saporis delicatissimi (acidam ponit Nierembergius, unde *Gossypium in aceto* dicitur) quæ cremoris lactis instar in ore dissolvitur; & per quam semina magna, cucurbitarum seminibus aliquando majora & nigricantia, sparsa sunt. *Provenit* in Præfecturæ Panamensis hortis & montibus, Benzo arborem modicam facit & gracilem; fructu cordis effigie. Est & croceicoloris, cui ut aliis, exiles, spadicei coloris acini intus. Clusius cum Durionibus convenire putat: ego addo cum Araticu ponhe. Imò istæ aliquot videatur duntaxat diversæ unius arboris species. Sed & *Guanambanus Africanus* vix ultra humanæ staturæ medium assurgit. *Folia* Cardui profundè incisa, *caules* sarmentosos cingunt. *flores* flavi, fructus oblongi, cum eminentibus per longitudinem incisuris, quæ in coronam octofoliam desinunt.

Exot. l. 14. c. 109.

Bontius H. N. & Med. l. 6. c. 59.

Ovied. H. Americ. l. 8. c. 19. Monardes H. simplic. medi. c. 64.

3. *Guajabo Americanorum*, quæ & *Guajavas*, *Guyabo*, *Guajavos*, *Guajaba*, dupliciter describitur. 1. *Monardem* & *Gomaram* si sequaris, arbor est grandis, *foliis* aurantiæ, *flore* candido, *fructu* malis nostris simili, initio viridi, per maturitatem aureo; pulpâ interiore alba, interdum rosea. Quatuor intus concamerationibus dividitur, in quibus *semina* Mespilorum similia, colore fusco, omnino ossea, medullæ & saporis expertiâ. Adeò ubicunque seritur, luxuriat & serpit, ut in vitiorum terræ numero habeatur. In nova Hispania & provincia Quitensi ut plurimum provenit. *Fructus* edi dempto cortice solet. Immaturus, quia asper, valdè adstringit. Nimium talis, colorem amittit, & vermibus infestatur; medius si assetur, febricitantibus levamento erit. Ideo viridis decerpitur. Plura ejus sunt *genera*, eademque varietas in fructu. Alia sunt *Rotunda*, alia *Longiuscula*, *Lutea* aut *Viridia*; *pulpa* aliis rubra, aliis candida. 2. Secundum *Maregravium & Pisonem* habet *radicem* succulentam & subdulcem, corticem auri æmulum, *folia* fagi similia, quæ nervus media secat, venis parallelis lunaribus obliquè discurrentibus. *florem* album πενταφυλλον, cum villosis in medio staminulis, cristæ pavonum figurâ. *Fructui* qui florem ad hyemis initium excipit, pomi nostratis figura & magnitudo, cortex rugosus ex viridi croceus; pulpa rosacea, lapidibus multis parvis scatens. Numeroso totis sex mensibus proventu funditur: etiam in locis arenosis, in quibus grana ab avibus emissa pullulavere. Triplici blanditur sapore. Austerus est nondum flavescens nec mollis, maturus tamen; flavus nec planè mollis, seu coquatur seu non, optimus est: plane flavus & mollis, fructum rubi idæi æmulatur, & alvum mollit. Facilè tum corrumpitur & vermes fundit. *Radix* in aqua decocta, mirificè dysenteriæ mederi dicitur. *Ximenes* duas ejus species describit: *Prioris folia* sunt viridia acida, valdè odorata; *fructus* rotundus, grandis, instar ficus plenus; ideo *Xalxocatl*, quod fructum arenosum sonat, Mexicanis dicitur. *Corticis* decoctum inflationes crurum discutere; plagas fistulosas sanare, & occultâ quadam proprietate surditati & doloribus ventriculi consulere dicitur. *Folia* in balneis adhibentur, & scabiem sanant.

Gomara H. general. Ind. Occid. c. 67.

Marcgrav. H. N. B. l. 5. c. 7. Piso Hist. Med. simp. Brasil. l. 4. c. 26.

apud de Lact Ind. Occ. l. 5. c. 3 Reccus R. M. N. H. l. 3. c. 51.

sanant. Pars *fructus* exterior solida, calida & sicca, interior, quæ tenera & moderati caloris, cimices quodammodo redolet, nihilominus cum voluptate gustatur. *Nascitur* in campestribus & præcipuè Quauhnahuaci. *Alteri* speciei longè majores, nec tam malè olentes fructus, ideo in deliciis habentur: *folia* virentia, Aurantiæ instar. Utraque in locis calidis montosis ac planis, præcipuè in Cuarnavaca, & toto Marchionatu *nascitur*: & syrupum adversus alvi fluxum utilissimum suppeditat. Paratur is ex foliorum benè contusorum, & in aquæ libris XII. per noctem maceratorum libris sex, cum totidem saccari.

Marcgrav. Hist. Plant. Brasil. l. 5. c. 2

4. *Araticu Brasilienſium* quadruplex est. 1. *Araticu Ponhe*. 2. *Araticu pana*. 3. *Araticu ape*. 4. *Araticu domato id est sylvestris*. 1. *Araticu ponhe* caudice & ramorum figurâ aurantiæ respondet. *Folia* semipedem longa, crassa, linguæ humanæ figura. *Flos* è tribus foliis cordiformibus, fritillariæ floribus major, flavus, corticis mali aurantiæ crassitie, nauseabundi odoris, contextus, quæ in medio sui alia tria minora, dimidiæ crassitiei, quorum quodlibet semiglobum excavatum refert, continent. Deciduus est, & dum cadit, strepitum quasi baculo feriretur arbor, edit. *Fructus*, qui turbinatus, & ubi pediculo insedit, durioris carnis corpus, suppositorii figurâ in se continet, quod eximi solet, ex albo virescit, & ex squammis, quarum cuilibet exiguum in medio tuberculum insidet, nucem pineam repræsentans, componitur. Intus pulpa subflava ex pyramidibus contexta, filamentis intermixta, & nucleis referta residet, quæ saporis ex dulci subacidi & subacris, panem fermentatum, cui aliquid mellis admistum, refert. Maturatur Decembri & Januario & dum decidit mollis est, & instar casei veteris decorticari potest. Prope ad eam accedit Ahate de Pancho, vel *Ate Panucenſis* seu *Tzypipatlis* Mexicanorum. Rami ipsi coloris castanei: folia juglandis, vel mali aurei: *fructus* pineæ nucis figurâ, rotundus, ex glandibus quasi constans, cœruleus, in nigrum tendens, ferro polito similis. Placet huc adjicere *Yllamatzapotli*, quæ ex Recci icone videtur arbor cortice cinereo, fructu cono pini simili squamoso, tres & dimidium digitos longo, duo cum dimidio lato. Folia igne adusta & cum oleo apostemati imposita, illud maturant. 2. *Araticu pana*, de Laet *Araticu panania* vocat, haud grandis arbor est. *Radicibus* insidet profundis, crassissimis & longis. *Lignum* instar suberi, levi, ex quo clypei formantur. *Rami* superiori assimilantur. *Folia* nostratis ferè pyri. *Flos* superiori figurâ par, sed minor, intus sanguinei coloris, tales enim ungues habet: cætera totus luteus. *Fructus*. Araticu ponhe similis, fructu primo viridi, per maturitatem flavo: qui pulpâ aurea, odoris casei puttidi, nucleis ex flavo albicantibus referta est. Propter frigiditatem inter venena reponitur. 3. *Araticu ape*, figurâ & magnitudine convenit cum Ponhe, semine in hoc differt, quod coloris brunni est. 4. *Araticu domato* seu sylvestris excrescit ut Pana, & talia fert folia. De *floribus* nihil occurrit. *Fructus* ei congesti, oblongi, cæpæ junioris figurâ, virides: singulis duo semina, amygdalæ figurâ & magnitudine, sed in uno extremo acutiora, coloris coracini, splendentia, in quibus nucleus.

Malus Punica.

Ib. p. 444.

Ind. Occid. l. 15. c. 7.

Piso facult. simplic. l. 3. c. ult.

Ter. apud Recc. R. M. N. H. p. 348

5. Quam *Boabab* Alpinus vocat; ea Honorio Belli *Abavo*, Clusio *Baobab* sive *Abavi* dicitur. *Radice* nititur tuberosa, ovi magnitudine, substantia raphano simili, quæ præmansa tota in aqueum & subdulcem succum vertitur, salivamque copiosè prolicit. *Folia* ex unius fructus semine diversa prodiere: alia non serrata, malo citrio: alia serrata, castaneæ folio similis. *Fructus* est aurantii mali magnitudine, cortice duro, fusco; qui primo aspectu cucurbita sicca apparet. Pulpa intus subrubra, fibrosa, in pollinem friabilis, ori grata, per quam semina re-

Clus. Exot. l. 1. c. 11. Alpin. de P. Ægy. c. 17. Vesl. in obser. ad Id. c. Bellus Ep. 4. & 5. ad Clusium.

nibus

Malus Punica.

nibus animalium similia, seminum Anagyridis æmula, vel ut Alpinus, in unum semiarcum quasi inclinante, duro cortice tecta sparguntur. Rubente hic quadam membranâ vestitur; quâ demptâ, semina fusim ad nigrum inclinantia & splendentia conspiciuntur; medulla nigra, (albicantem vocat Veslingius) eduli, & avellanæ gustu. Adfertur ex Zeila, nobili Æthiopiæ emporio. *Usus* pulpæ in squallentibus Æthiopiæ locis, contra sitim, febres, & omnes calidos affectus. Castigatur à ditioribus saccaro, cũ quo & syrupus paratur. Cairi incolæ pulverem drachmæ unius pondere, cum terra Lemnia, contra sputum sanguinis, lienteriam, fluxum hepaticum, mensium fluores in decocto infuso, vel aqua plantaginis propinant.

Alpin. de Plant. Ægypt. c. 17.

Margr. H. P. Brasil. l. 5. c. 7.

6. *Araca-iba Brasiliensium* est duplex. 1. *Araca iba fructu majore*, qui *Araca guacu* incolis, figurâ, cortice, ligno, Guajabæ est similis. *Folio* glabro, latè viridi, figurâ & odore Lauro multum simili. De *flore* hoc duntaxat habetur, bis quotannis protrudi. *Fructus* mediocre malum æquat, rotundus, umbilicatus, in maturitate viridis, carne alba, *Araca miri* carni, odore, sapore & substantia simili. In medio lapides multi, pisorum minorum mole, obrotundi, paululum compressi, ex albo subflavi, nucleorum in cerasis duritie, nucleum intus complexi, per multa filamenta tenuissima, carni adhærent. Accedere videtur aliqua ratione si fructum spectes ad Guayiba fructum. 2. *Araca Iba minor*, cujus fructus *Araca miri* incolis, frutex est, ligno foliis & floribus Guajabæ respondens. *Fructum* magnitudine pruni, umbilico cinctum, qui per maturitatem flavescit, & in carne albida multa parva grana gerit, bis quotannis, mense nempe Martio & Sept. parit. Subdulcis is, paululum adstringens, fragorum sapore. *Radix* fruticis in aqua cocta mirificè dysenteriæ medetur. Piso summè diureticam scribit, lienisque & renum affectibus conducere. Ex *foliis* & *oculis* balnea, contra varios affectus parantur. Fructus conditus egregiè refrigerat, roborat & adstringit.

Margr. H. P. Brasil. l. 2. c. 4. Piso simpl. l. 4. c. 25.

7. *Tapia Brasiliensium*, in fagi aut quercus altitudinem assurgit. *Medulla* ligni sambucea; *folia* tria in quolibet pediculo sibi opposita, splendente, sex digitos longa. Octodecim, interdum viginti & triginta cerasinis pedunculis, qui in ramorum extremitate, totidem *flores*, quadrifolii, albi, digitum longi. Cuilibet foliolo suum est *petiolum*, figura ferri venabuli; nervus per medium cum venulis obliquis virescentibus; & quatuor folia brevia virescentia alternatim posita. Inter hæc staminula multa subruffa erumpunt; in medio pediculus ut plurimum sesquidigitum longus. *Fructum* fert mediocris pomi magnitudine, rotundum, in maturitate aurantii instar flavum. Cortice aurantiæ simili qui pulpâ scatet albâ, molli dulci, sed odore nauseabunda: cui multi lapilli duri, oblongi, flavi, magnitudine seminis cerasorum, nucleum album continentis insident. *Folia* contusa excellentissimo sunt in Brasilia remedio contra malum quod ibi *Bichos del cul* vocatur, si succus eorum tædarumque tum simplex tum compositus ano jejuno ventriculo indatur. Incendium enim restinguit, immunditiem abstergit, & dolores lenit. Eadem contusa & auribus indita, doloribus capitis, ex calore natis, nullo alio adhibito remedio, medentur.

Margr. H. N. B. l. 5. c. 4.

8. *De Pytahaja* ita Nierembergius. *In scissuris saxorum nascitur* Pytahaja. *Odit pingue solum: fructus acro dulci mixtus, sapidus, quemadmodum malum Punicum. Rubri coloris intus & extra est: malum aureum æquat magnitudine.*

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 20.

9. *Arbores Maragnanæ insulæ* sunt *Pekey* & *Agoutitreva*. 1. *Pekey* habet tam crassum *truncum*, ut vix trium quatuorve hominum complexu ambiri possit. *frondes* fert pruni; *fructus* duorum pugnorũ magnitudine, cortice crasso duroque qui intus

De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11.

tres

Pÿrus Sativa
Birenbaum.

Tab. XX.


Tab. XXI.
Pira Brumalia. Reiffacherbirn.
Pira regia Bollensium. Königsbirn.
Hidrapia Ulmer Wasserbirn.
Pirus Polvilleriana. Rotbirn.
Pira Bohemica Bohemisch Birn
Pira Angelica. Engelsbirn.
Pira Cicloniata. Kütenbirn.
Pira herilia Herrnbirn.
Pira picea globosa. Pech Kuglen.
Pira Laterum Ziegelbirn.
Pira hiemalia. Winterbirn.
Pira serotina Waldensium. Spathbrechern.
Pira Angelica magna.
Pira quedam fugacia. Reincelkembirn.
Pira Francofortiana. Franckforterbirn.
Pira serotina viridia Spathig Grünbirn.
Pira Zellensia dicta. Zellnerbirn.
Pira longa pediculo. Langstiler.
Pira pugillaria Bollensium Faustbirn.
Pira domestica. Hausbirn.
Pirum pentagonum. Schelisbirn.
Pira aquosa majora. Wasserbirn.



tres quatuorve fructus luteos, formâ renis, optimi odoris, saporis non ingrati, osse aculeato, continet. 11. *Agontitreva foliis* est aurantiorum sed levioribus *floribus* roscidis, *fructu* amplo, cortice viridiore. Concludit intus acinos granatorum instar, exiles, dulces & palato non ingratos.

De Laet Ind. Occid. l. 10. c. 6.

10. *Guabam* fructus est binos palmos longus, cinereo cortice, pulpâ candida, durissimis quibusdam nucleis permista, suavis & refrigerans. Provenit in calidioribus Quitensis præfecturæ regionibus.

Martin. in Atl. Sinen.

11. *Pomum Sucu Sinensium*, nascitur in mediocri arbore, & quæ vix ullâ culturâ opus habet. Majus est nostratibus, rotundum, puniceum, aut rubicundum. Pulpa intra, aliquando exos, plærumque ad superficiem acinos teruncii mole, planos & rotundos, verticaliterq; erectos, cortice lignoso, quinque vel decem continet. *Caro* tota rubescit; mollescit sorbi instar, matura, & suavissimi saporis. Siccatum, crustum mellis vel saccari emittit. Est & *cortice viridi*, quod non mollescit, sed cultro vel dentibus detrahitur. Provenit in Xantung, & extra Sinas nullibi.

Articulus VII.

De Pyro.

Tab. XX. XXI. Theoph. H.P.l.3.c.7 Theophr. H.P.l.1.c.3 3.13.16.21. Plin.H.N. l.16.c.25. Theophr. C.P.l.1.c. 23.l.4.c.1. Plin.H.N. l.17.c.13.

EAdem Pyri Arboris & Fructus apud Veteres ratio.

I. *Veteribus Pyrus arbor* vel est *Domestica* vel *Sylvestris*.

I. Pyrus domestica, est ut ἰυμαλὲς, sic ab imis seu radice, plantigera, nec tantum propè stipitem, sed etiam longè ab eo, ubi nempe illa μετίωρος, brachiata quasi promotione prolificat. *Radix* prolixa: *caudex* culturâ unus, nodosior, qui ex matrice, humore & carne constat. *Folia* orbiculata: *flores* foliati. *Fructus* ὠδαρὲς vel vinosus; callo placet; & celerrimè interit. *Semina* intus putamine & tunica contenta, ἀκόλως πᾶς πυρηνώδεα, καὶ πολλὰ φλοιῶδη habentia, quæ μείζοσι φλοιοῖς, iisdemque πυρηνώδεσι includuntur, quo plus temporis perdurare valeant. Fertur ex annotinis: in trimatu enim, seriusaliquando ferre incipit. *Provenit* ubique in Europa; in Ponto frigidis locis. In Peloponeso tanta copia, ut Apiæ nomen dedisse credatur. Solo convenienti nasci diligit: læto, & validæ arbores, & fructus plenior. Mense Novembri calidis, Februario frigidis consita, plurimum florem & turgens magnitudine pomum rependit. De *Usu* parum. Adstringunt omnia. *Cruda* jejunos esitata lædunt. *Siccatorum* decoctum alvum sistit. Jumentis mirè gravia sunt vel pauca. Remedio ajunt esse, si prius edenda dentur aliqua, vel utique ostendantur.

Pyrus. Theophr. H.P. l. 1. c. 13. Plin. H. P. l. 15. c. 18. Pall. mense Feb. Tit. 15 Dioscor. M. M. l. 1. c. 167

II. Pyrus Sylvestris horrescit spinis: sed quas adhibito cultu translata deponit. Tardius per se germinare quam cætera apud Plinium habemus. Objici *fructus* porcis solet; eoque ὑς πυραίνεται. *Ligni* cinis πρὸς ἕλκη μυκήτων πυιγμένοις opitulatur. Sunt & qui dicant, innoxios reddi, si cum iis pyra ista coquantur. Genus ejus est Achaïcum, quod βοηθοῦσι πυραίνεται.

Plin. H. N. l. 16. c. 25. Aristot. H. A. l. 8. c. 6. Plin. H. N. l. 13. c. 7. Dioscor. M. M. l. 1. c. 165

III. *Pyrorum genera apud Veteres ab Authoribus, Loco seu Patria, Tempore, colore, odore, sapore, Magnitudine, Figurâ* denominantur: quædam *incerta* sunt.

1. Pyra quæ *authores* suos nobilitavêre; sunt *Decimiana*, *Dolabelliana*, *Pompejana*, *Lyceriana*, *Severiniana*, *Tyranniana*, *Lateriana*, *Anitiana*, *Coriolana & Brutia*. *Decimiana* antiquo Codici & Columellæ *Decumana*, Macrobio *Decimana* dicuntur, & inter ea quæ servari possunt locum invenere. *Dolabelliana* longissimi sunt pediculi. *Pompejana*, seu ut in altero Codice extat, *Pomponiana*, cognomen *Mammosarum* sunt adepta, eademq; cum Macrobii *Orbiculatis* esse putantur. De *Licerianis* & *Severianis* vix quicquam potest statui, cum alii *Lycerniana* & *Seviana*, alii *Nævia*, & *Veniana* legant. *Tyranniana* seu potius *Turuniana*, aut quod optimum, *Turaniana* à Turanio Graculo, qui in Indice libri tertii à Plinio citatur, ex prioribus nata sunt, & longitudine pediculi distant.

Pyrus. *Lateriana* Macrobio *Latereſiana*, Colu-
Plin. H.N. lib. 15. 17. mellæ *Lateritana* dicuntur. *Anitiana* ſervantur & in paſſo. *Tiberiana* principi Tiberio maximè placuere. Colorantur magis ſole, grandeſcuntque, alioquin eadem eſſent, quæ Liceriana. *Coriolana*, & *Brutia* aciduli ſucci ſunt.

2. *Patriæ* nomen debent, *Cruſtumina*, *Amerina*, *Picentina*, *Numantina*, *Alexandrina*, *Numidiana*, *Græca*, *Tarentina* & *Signina*. *Cruſtumina* à Cruſtumio
Georg. l. 2. Plin. H.N. l. 15. c. 15. 17 Italiæ oppido ſic dicta, ideò Virgilius *Cruſtumia* maluit, gratiſſima ſunt decocta, & ſalubria, fragilia Celſo, & ex parte rubentia, ut Servius ait. *Tarentina* ad hyemem usque ad matrem pendent, gelu matureſcentia. Seriſſimè legi alibi dixit Plinius. De reliquis nihil occurrit.

3. *A Tempore* dicuntur *Favoniana*, *Poſt-autumnalia*, *Hordearia*, *Sementina*. *Favoniana* rubra, paulò ſuperbis majora ſunt. *Poſt-autumnalibus* acidulus & jucundus ſapor. *Hordearia* hordei meſſis tempore matureſcunt. *Sementina* à ſementinis feriis (hoc vocabulo Varro utitur) quę inclinante æſtate ſationis cauſa celebrabātur, apud
R. R. l. 1. 2. Catonem nomen habent, *Præcocium* & *Serotinorum* vocabula, multis ex iſtis communia ſunt.

4. *A Colore* traxere nomen *Syria*, coloris nigri, (Theocriti Scholiaſti ἀνεμώνη eſt μέλαινα ὅτι ἥλιος, ſeu ἡλιόκαυτος) ſeriſſima omnium, & quæ cum Tarentinis eadem Columella facit. *Lactea* quæ candida. *Teſtacea* quæ & ſignina. *Onychina*, quæ, cum Alabaſtrites Onyx dicatur, unde Propertio, *murrheus Onyx* pro poculis quæ ex Alabaſtro fiebant, alabaſtro colore ſunt ſimilia, vel unguis inſtar candicant. *Purpurea*, de quibus nihil habeo quod dicam.

5. *Ab Odore* ſunt *Myrapia*, *Laurea*, *Nardina*.

6. *A Sapore*, *Muſtea* & *Falerna*, quib. à potu nomen, quoniam tanta vis ſucci abundat. Adde his *Lanugine ſalsâ* Theophr. Extra hæc inſidet, & quidem tam tenaciter, ut comedi non poſſit, niſi abluatur. Naſcitur in Caria. Theop. χνῶν ἀγρίαν δὲ ἰωμαῖον vocat.

7. *A magnitudine* nominantur. *Voluma* apud Virgilium, quod volam manus impleant, & *Libralia* quæ amplitudinem ſibi ponderis, nomine aſſerunt; quibus Μύρεπσος Galeni addere poteris. pyra ſunt magna, & aliquantum nutrientia. In tenues ſecta orbes ſiccantur, elixa hyeme & vere in cibos abeunt. Plin. H.N. l. 15. 11. Galen. de facu. Alim. l. 2. c. 24.

8. *A Figura* ſunt *Ampullacea* & *Cucurbitina*, acidula ſucci. Illa ad hyemem quoq; usque ad matrem pendent, gelu matureſcentia. Plin. H.N. l. 15. c. 15.

9. *Incerta nominum cauſa* eſt *Barbaricis Venereisq;* quæ colorata dicunt. *Regiis* quæ minimo pediculo ſeſſilia; *Patriciis*, *Voconiis* viridibus, oblongisque, *Superba* per antiphraſin forte dicuntur. Eadem cum *Dacis* malis cauſâ, in pyris taxantur. Parva hæc, ſed ocyſtima. Malè à quibusdam cum præcocibus confunduntur. Nam Columella ſeparat. De Macrobii *Cerritis*, *Cerviſiis*, *Calculoſis*, *Lollianis*, *Lanuvinis*, *Mileſiis*, *Orbiculatis*, *Præcianis*, *Rubilis*, *Fullianis*, *Titianis*, *Rimoſis*, *Meſpillis*, *Seris*, *Sextilianis ſeris*, *Valerianis ſeris*, nihil habeo quod dicam.

II. Apud *Recentiores* in pyrorum deſcriptione tria obveniunt. 1. *Pyrus ſativa*. 2. *Pyrus ſylveſtris*. 3. *Variæ fructus differentiæ*.

1. *Pyrus ſativa* duplex eſt, *Communis* & *Polvilleriana*. 1. *Pyrus ſativa communis*, major aliquando malo eſt. *Radix* recta: *ſtipes* craſſus: *materia* ligni criſpa; & ad typos idonea. ſiccata fit magis rutila. *Folia* longiuſculo pediculo hærent. *Flores* foliati, candidi, apicibus purpureis, qui Aprili & Majo prodeunt. *Fructus* diverſi, turbinati, qui cute, carne & ſemine conſtant. Quidam Junio, Julio, alii & Auguſto, plurimi Septembre, Octobre nonnulli maturātur. Apud Batavos hoſpes, & ſi quæ, fructum vix fert. In Palma inſula adeo proficit, ut à ſedecim ad triginta uncias pendat. Viſum in Vaſconia à Scalig. humanam faciē bellè repræſentans. Viſa & ſpecies, cujus fructus non à floris parte, ſed à pediculo matureſcere incipit. *De Uſu in Medicina* nota. Pyri *radicem* à muliere portatam impedire conceptum,

ceptum, si Alberto fides est. *Folia* non malè vulneribus imponi, ex iisdemque balnea & insessus ad uteri & ani procidentias parari. *Flores* frigidæ & humidæ naturæ, quia albi; secundum Portam: quasi nihil quod album est calcat. *Fructus*, si in parturientis lecto lateat, aut illuc transportetur, partum difficiliorem reddere dicitur: fabulosè sine dubio. Certius, *pulpam* vulnera glutinare. Succum & conditum fluxus bilioſos cohibere: *grana* peculiari quadam proprietate pulmonis vitiis mederi, sed renibus officere &c. Mirum verò est quod apud Gratarolum invenio, pyrum vino injectum, fundum petere si aquâ dilutum est: supernatare, si meracum fuerit. 2. *Pyrus sativa Polvilleriana* procera est. *Folia* oblonga, supra pilosa, infra incana lanugine pubescentia, atrovirentia. *Flores* quinque-folii, sublutei, quadraginta simul, qui umbellam referunt. *Fructus* pyriformes, punctulis albis aliquando notati, intra lutei. Polvillæ primum in Alsatia visa: post Wattevillæ in horto Flachslanderiano; tandem Massocovii in horto Baronum à Polviller, & quidem pyris sylvestribus inserta.

Porta in Pythagoo. Matthiol. ad Dioſc. l. 2. c. 122.

Tabernæ. H. P. l. 3. l. 2. c. 52.

II. *Pyrum Sylvestrem* Gaza *Pyrastrum* vocat; cui *caudex* rimosus, *cortex* hiulcus; materia rutila; *rami* spinosi; *folia* arbore florente subtus & in ambitu cana lanugine obsita. *Flores* quinquefolii, albi, cochlearis modo concavi, de hirsutis pediculis dependent. *Fructus* est major, minor, medius, parvus, rotundus, turbinatus, pediculo longo, brevi, &c. Unde *differentiæ*. Usus *Folior.* ad uteri & ani procidentiam, si fomenti instar apponantur. Aquæ ex fructibus ad hæmorrhoidum fluxum, si sæpiùs bibatur. *Nuclei* phtisicis prosunt, sed renibus nocent. Ex contusis fructibus aqua affusa paratur in Hassia potus.

III. *Pyrorum* ipsorum prout apud *Recentiores*, *Curtium* nempe, *Ruellium*, *Cæsalpinum*, *Cordum*, *Bauhinum*, & alios occurrunt genera, denominationem 1. *ab Insitione*, 2. *Maturitatis tempore*, 3. *Constitutione interna*, 4. *Magnitudine*, 5. *Figura*, 6. *Colore*, 7. *Sapore*, 8. *Odore*, 9. *Præstantia*, 10. *Effectu*, 11. *Loco*, 12. *Authore*, 13. *variis accidentibus*, sumunt. Pyrus.

I. Ab insitione sunt 1. *Morapora*, quæ ex pyro moro insita nascuntur. Eleganti interioris pulpæ blandiuntur rubore. Arbor pauca fert, sed raritate commendantur. *Coccinea* Camerario. 2. *Pomapora*, quæ ex pyro malo inserta apud Batavos nascuntur. Forma mala referunt, pyra sapore, succo dulci, aqueo, plena. *Pyrophylla* Dalechampi° vocat alii *Apiophylla* & *Pyrifolia*. E medio corpore folium exoritur. ad Plin. H. N. l. 14. c. 14.

II. A maturationis tempore sunt 1. *Præcocia*, quæ citò matureſcunt. 2. *Serotina*, eaque 1. *Valdensium*, inæqualiter anguloſa, lutea, una parte rubentia. Ajunt ad Februarium durare. 2. *Viridia*, quæ magna, ventricosa, sessilia', leviter turbinata, turbine nonnihil ad latus inclinante. Videntur alicubi in duas partes dividi. 3. *Ruffa*, quibus una pars turbinata & nutans; altera quæ circa umbilicum sessilis, caro acerba & dura. leguntur post autumnum. 4. *Iohannina*, quæ circa festum S. Johannis Baptistæ esui accommoda. 5. *Laurentiana*, quæ circa D. Laurentii diem. 6. *Mariana* seu Divæ Mariæ, quæ aquosa dulcedine suavia, sed fugaciora. 7. *Iuniola*, quæ mense Junio matureſcunt, Moscatulis paulò majora', colore virente, succoso, forte Plinio Falerna à potu, quia tanta vis succi abundat. 8. *Martiniana*, quæ ad hyemem usque in parente propendent, suavi gustu, carne firmiuscula: teneriora ubi gelicidia sensere, hybernas etiam mēsas finiunt. 9. *Vvacea*, quæ cum uvis matureſcunt. 10. *Brumalia*, quæ fortè Basileensibus **Staffelbirn**/ aspera ad tactum, lutea, dulcia. Durant in Jan. 11. *Margarethana*, q̄ in oblongū collum fastigiantur, colore in cereo rubēte, carne in ore resolubili. Habentur Brunsuici in Saxon. 12 *Hyemalia*, quæ ex rotundo modicè turbinantur. Bauh. H. P. l. 1. p. 49. &c.

Pyrus. Caro vix dentibus cedit, succi aquei & austeri. 13. *Augustana*, quæ Augusto mense matureſcunt, ex rotundo in brevem mucronē desinentia: coloris in pallido rubentis. 14. *Fœnaria*, quæ ipso fœnisecio matureſcunt, muscatellinis quodammodo similia, carne dulci, aliquando solida & grandinosa, aliquando molliora. 15. *Autumnalia* sub quibus *Bergomatica*, *Bonchristiana*, *Garavella*, & *Bazaraveschia* Gallus habet.

III. A constitutione interna denominantur 1. *Hydrapia* quæ vel *Hildesheimensia*, quæ ventricosa, partim pallida punctisque conspersa, partim rubentia, carne aquea; vel *Alsatica*, gallinaceo ovo paulò minora, quædam æqualia, circa pediculum turbinata, opposita parte sessili. Vix mensem durant: vel *Virtembergica*, turbinata parte unâ, sessilia alterâ, ventricosa, lutea. Durant ad Septembris finem, carne dulci, & grata. 2. *Lardina*, quæ crassa in medio ventre, à quo subitò in mucronem desinunt. Liquantur adipis instar in ore, & facilè putrescunt. 3. [illegible] eadem fortè cum præcedentibus, colore in pallido flavo, gustu strenuè adstringente. Matureſcunt antequam sol in Libram transeat. 4. *Ossea*, quæ à duritie nomen invenere, colore subrubente. 5. *Cinerea*, quæ cineris modo mollia & in ore diffluunt. Coluntur Islebii. 6. *Succulenta*, à succi copia, qui subacidus, vinosus, in carne solida. 7. *Farinacea*, de quibus Schvvenckfeldius nihil præter nomen habet.

IV. A magnitudine nomen sumunt. 1. *Pugillaria Bollensium* magnitudine pugni, ventricosa. Venter quibusdam magis prominulus: quædam videntur velut bipartita. Facilè fraceſcunt. 2. *Magna*, quæ sex uncias lata, & tota maculis lenticulatis obsita, acidula, fugacia. 3. *Libralia*, quæ libram pendent. Umbilico sunt profundo, cute crassa, maculis pullis undiq; conspersa. Durant ad Oporam. 4. *Vasta*, quæ magna, ventricosa, turbinata, cute viridi, carne succosa. Matureſcunt Autumni initio.

V. A Figura dicuntur 1. *Bicipitia*, quæ gemino vertice visuntur. Corpore sunt suavi, non calculoso, succi ita grati, ut etiam morosum palatum recreent. 2. *Campanacea*, eaque vel *Islebiensia* cute flava, punctis maculosa, odore non insuavi, & quæ facile putreſcunt. vel *Burgundica*, colore viridi, ferrugineo conspersa. 3. *Turgida*, quæ vel cæsii coloris, vel in cæsio rubentia. Proveniunt Hildesheimii. 4. Κεφαλαῖαι, quæ vervecum ventriculos tumore æmulantur, cortice cæsio. Præferuntur in Hassia reliquis pyris. 5. *Ovata*, quæ vel *Eislebiensia*, cortice flavo, punctis conspersо, quę modicè adstringunt; vel *Alsatica*, quorum majora anserinum ovum æquant. Cortex est ex viridi flaveſcens, punctis araneosis & ferrugineis conspersus. Caro succosa, ex dulci vinosa. 6. *Rombacea* Rostiis figurâ, colore & magnitudine similia. 7. *Tumida* quæ & *mellea flava*, lata basi, cute flavâ punctatâ, sapore inter mellea majora & Leonina media. Durant aliquando ad hyemale solstitium. 8. *Cotonearia* sive *Cydoniata*; quæ vel *Islebiensia* ventre tumida, cute viridi, carne durâ, succosâ, vinosâ. Durant in hyemem: vel *Valdensia*, cute aureâ, altera parte rutila, carne tenera & granulosa. 9. *Brassicana*, quæ magna, subrotūda, turbinata, cute partim in viridi pallida, partim modicè subrubente & punctis conspersa: Carne duriuscula, acetosa. 10. *Ovalia* cum ovatis forte eadem. 11. *Turbinata*, quæ *Turbinem* æmulantur, cute in viridi pallida, multis viridibus punctis conspersâ, carne solidâ acetosâ. 12. *Conaria*, pinei coni figurâ, carne succosâ, austerâ. Durant ad solstitium hyemale. Prodeunt Hildesheimii. 13. *Picea globosa*, interdum etiam nonnihil torosa, quę insigniter ab una parte rubent, punctis albicantibus interspersis. Durant ad Quadragesimam, non citius edulia quam nigra. 14. *Pentagona*, magnitudine pugni, cute rufla, carne aspera & granulosa. 15. *Dorsalia*, quæ dorsi & natium musculos aliquomodo referunt.

Præ-

Pyrus.

Præmagna sunt, speciosa, inæqualia, colore obscuro. Dicuntur **Wimerbirn/ Pfundichbirn/ Kürbsbirnen/** id est, cucurbitina; **Zapfenbirnen** & Pyra S. Catharinæ. 16. *Acuminata*, quæ ad Pyramidis figuram accedunt. Lutea præcocia & fugacia. 17. *Curta*, quarum quędam volam implent, ad pediculum turbinata, circa umbilicum sessilia, rubentia, punctata. Horum majora nulla vel pauca habent semina. 10. *Trochapia* Tabernæmontani, quæ non descripsit, fortè cum Rombaceis eadem.

VI. A colore sunt 1. *Rubellina*, quæ & *aurea*, & *finora*. Asperiore durioreque sunt carne, nec priusquam gelu experiantur edomita duritie mitescunt. 2. *Glaciola* in acutum longius producta pyramide, lacteo intus colore. Fortè Plinii *Lactea*. 3. *Rudia*, quæ Glaciolis crassiora brevioraq;, turpi colore, sed sapore cæteris dulciore. 4. *Cerea*, inferius ventrosa, superius turbinata, carne miti, adstringente, sed in ore liquescente. Maturantur sole virginem ingresso. 5. *Cineracea* globosa parvaque carne tenera, dulci & suavi. Durant post solstitium hyemale. 6. *Punicea* quæ oblongæ pyramidalis formæ. Caro subacida & aquosa. 7. *Prasina*, figuræ ejusdem, cutis viridis; caro succosa, non segniter adstringens. 8. *Viridantia*, Septembri initio matura, & aliquid moschi inter edendum redolentia. 9. *Laterum*, à colore lateritio, quæ ad ovalem figuram accedunt & diu durant. 10. *Rubra Vaconia*, speciosæ magnitudinis, turbine obtusiore, pediculo laterorum, quod eis peculiare, inserto, cortice scabro, dilutè croceo una parte sanguineo, carne firmâ. Nondum Novembre eduntur. abundant lapillis.

VII. Sapor nomen indidit *melleis*, *Saccarinis* & vinosis. 1. *Mellea* sunt duplicia; *Majora* nempe, quæ in oblongum desinunt turbinem: cortice in flavo cæsio, succo suavi. *Minora*, turbinata, cute subrubente. Maturescunt paulò post Augustum. 2. *Saccarina*, cute viridi, quæ non diu durant. Diversa ab his *Silesiaca* quæ Leobergæ visebantur. Arbore decerpta saporis paulò acerbioris & lapidosa; paucis post diebus ita mitia, ut saccari instar in ore liquescât. Surculi aliò translati insitione nullâ traducuntur.

VIII. Odori appellationem suam debent, *Rosata*, *Chirothecalia*, *Moschata*. 1. De *Rosatis* nihil occurrit. 2. *Chirothecalia*, quod Chirothecarum instar in manibus tractari soleant, ita dicuntur. pediculo hærent ipso pyro longiore. Cuti rubedo sanguinea non sine granulis. Sub finem Augusti mollescunt. 3. *Moschata* sunt varia. 1. *Majora*, cute punctata, carne in album ex buxeo vergente, grumosa. 2. *Minora*, quæ turbinata, cute in viridi rubente. 3. *Minima* quæ vix cerasa domestica superant, rotunda, longiusculo pediculo. 4. *Rubra*, quæ vulgo *Pira Iesu*, carne albida, & nonnihil flavescente. 5. *Albicantia* Montbelgardi habentur, gustu suavi, haud dissimilis figuræ & magnitudinis. 6. *Rotunda*, alias *Calveja*, quorum quædam majora teneriora, quę cruda commodius edi possunt. Calvier bastard. Durant ad Majum nec ante eduntur.

IX. A præstantia denominantur. 1. *Regia* seu *Regalia*, eaque vel *Majora*, quæ grandia, ventricosa, cute ex prasino ad cæsium vergente, carne dulci. vel *Minora*, ex viridi rubentia, punctis notata, dura & valdè lapidosa. Intra octo dies maturescunt. 2. *Leonina* quæ tumida & inæqualia, cute cæsia subviridè & modicè ruffa; succo copioso, vinoso, actu refrigerante, Francobergæ **Schärerebirn** dicuntur. 3. *Papalia* ampla, succo suavissimo. 4. *Bon Christiana*, quæ in Gallia habentur. Amplissima illa, & librale pondus æquantia, cucurbitæ figura, colore herbaceo, succo dulcissimo, & teneritudine tantâ, ut à gustatu statim vel in ipso ore eliquescant. Durant in annum. Ad Neapolim usque, res ibi Carolo Rege gerente, delata sunt. Etiam cum senuêre cruda per orbiculos dissecta & aqua rosata & sacchoro eduntur.

Pyrus.

tur. Non priusquam hyemem experiantur, indomitâ acerbitate mitescunt. 5. *Amabilia*, quæ utut cæteris acerbiora sint, si cruda edantur; visu quoque minimè jucunda: palato tamen si decoquantur gratissima. Durant & in alterum annum. 6. *Regia, Comessea* Hispanis, quæ fortè cum superioribus eadem. 7. *Herilia*, quæ ejusdem cum lardinis formæ. Color quibusdam uniformis, luteolus: aliis altera parte rubens, intercurrentibus striis. Caro mollis, saporis aciduli, grati. 8. *Calliana* seu *Calliona*, quæ mediæ sunt magnitudinis, orbiculata, ex parte rubentia, & alia viridia, carnis jucundæ, dulcis odoratæ, friabilis. De *Nobilium* pyris apud Schvvenckfeldium nihil occurrit.

X. Ab Effectu dicta sunt *Strangulatoria*, πότιμα, *& ventrem subducentia*. 1. *Strangulatoria*, seu *Strangulonea*, duplicia sunt. *Flava* quæ quibusdam **Maußbirnen** / & Tubingæ in segmenta scissa in multos annos servantur. Majora, *Pyra Canthari* vocantur: & *Rubra*, de quibus nil occurrit. 2. Πότιμα sitim arcent, quia carne potabili succo prædita. Tument in medio, & in obtusum mucronem desinunt. 3. *De ventrem subducentibus* si comedantur nihil habeo quod dicam, nisi forte medicatione talia fieri.

XI. Loco sua nomina inscripsere. 1. *Bergomatica*, quibus à Bergamo Italiæ urbe appellatio. Rotunda sunt ferè, & circa pediculum umbilicata, cortice tenuissimo, viridi, stigmatis punctato. Caro tenerrima, succosa. Cœpta sunt avorum nostrorum memoriâ seri, & jam etiam in Polonia, Silesia, & vicinis regionibus passim habentur. 2. *Forensia* ab agro Forensi in Lugdunensi Gallia; & *Verriana*, quod in vico Verriano ab Equitibus Rhodiis primo plantata sint: & à vicinitate Lugdunensia. Figurâ cucurbitam æmulantur, albi & rubei coloris, succo suavi, præcocia, odoratissima & fugacia. 3. *Turonia* quæ Turonum producit, preciosissima, ut non ingrato munere donentur. 4. *Sertana*, quæ serius eduntur, parva oblonga rubra & alba. 5. *Edua & Pseudo-Edua*, ab urbe Galliæ, serotina, satis ampla, succosa, colore nigro. Nonnisi sub cineribus assa eduntur. 6. *Certoliana* quæ & *Campanica*. In metæ formam mucronantur, duriore corporis callo, succo pauco, suavia. Hyemem tolerant, & prunis tosta, fugacium ad veris exitum supplent inopiam. 7. *Bonnana*, quibus oppidum Bonna patria, globosa ferè; carne succi aquei & quidem copiosi. 8. *Palatina* **Maßbirn**/ fugacium omnium generosissima. Colore cutis inter croceum, puniceum & rubentem medio. Carne veluti aromatica. 9. *Brachmartiana* prout Lugdunenses vocant, longa, ventre circa medium protuberante, carne dulci in quo quædam fibræ luteæ, & circa seminum loculos nonnihil granosi. 10. *Basilienſia*, magnitudine ovi anserini, carne molli, fugacia. Matureſcunt Julio in vinetis Basilienſibus, & vix medium Augusti attingunt. 11. *Paclemiana*, quæ Zuccarinis figura & quantitate similia, carne dura & adstringente. 12. *Cœnobiana*, quæ inæquali ventre turgent, & juxta pediculum turbinantur. Cortex flavus viridibus punctis conspergitur. caro aliquantulum lapidosa & glutinosa. 13. *Parisina*, quæ inferius rotunda & sæpius in mucronem desinunt; cute partim flava, partim puniceâ; carne succosâ. 14. *Cretica sylvestria*, quæ Achlades nominantur, & à nostris sine dubio diversa sunt. Nam sylvestria vulgaria *Agasuga* ab incolis appellari, Bellonius testis est. Obſ. l. 1. 15. *Bohemica*, quæ turbinata, ventriosa, luteola, & albicantia, punctis notata. Matura fine Augusti, Septembris medio fracida, dulcia, sapida odorata, etiam sine seminibus, sapore aromatico ferè, Septembris fine incipiunt mollescere. 16. *Francofurtana*, turbinata, ventricosa, valdè rubra, carne nonnihil granulosa. 17. *Valdensia*, quæ serotina, inæqualiter angulosa, lutea, una parte rubentia. **Wildbrechern Birn** vocant.

18. *De-*

18. *Domestica*, in torulos vel costas elevata, lutea, quibus venter unâ parte protuberat. Citò fracescunt. 19. *Zellensia* ex pago **Grübling** magna, inæqualia, tuberosa; cute lucidâ, carne dulci & aqueo sapore.

XII. Author nomen imposuit, *Tonsorinis, Damejanis, Marianis, Vbertinis, &c.* 1. *De Tonsorinis* Leonina vide. Eadem enim. 2. *Damejana* præcocia sunt, colore ex parte altera rubeo, ex altera croceo. 3. *Mariana* aquosa, sed dulcissima & tenerrima, fugacia eadem. 4. *Vbertina* apud Belgas & totâ Gallia preciosa, satis grandia, & à colore croceo jucunda.

XIII. Ab aliis accidentibus quæ denominantur, varia sunt. Nam ut nihil dicam de *Spinulis*, quæ melle & saccharo condita grata sunt, & quorum arbores præ cęteris excrescunt, & fructu turgent: nihil de illis, quæ *peri gar Zigmioli* vocantur, toto mense Martio durant, & Venetiis pro laudatissimis habentur, ut apud *August. Gallum* videre est: sunt 1. *Præpositana*, quæ ex lata basi juxta pediculum in obtusum mucronem desinunt, cute ex viridi pallescente, viridibus maculis conspersa. Succi abundantiâ sitim extinguunt. 2. *Virginea* eaque duplicia. *Majora*, turgidis similia. Adeo fauces exasperant, ut labra in angustum instar virginei osculi contrahant. *Minora*, quæ à tumido ventre in angustum collum desinunt; colore veluti si quis cæruleum rubenti ac puniceo misceat. 3. *Pendula* quæ Steatapiis figurâ, colore & quantitate æqualia. Longo pediculo pendent. 4. *Agnina*, quæ melleis majoribus quantitate, figurâ, & colore similia. Caro est succi teneri. 5. *Rostia* quæ in medio ventricosa, & utrinque in angustum desinunt. 6. *Vitrea* quę rotunda & modicè turbinata: colore in flavo modicè virescente; carne vinosa. 7. *Templaria*, quæ oblonga & ovata, carne dura, modicè acetosa. 8. *Telyphana*, quæ rotunda essent, nisi juxta pediculum in brevem mucronem fastigiarentur. Cutis juxta basin crocea, puniceo punctata. Caro lapidosa. 9. *Fragibilia & Assabilia* quæ omnium ferè maxima & globosa, carne acidula. 10. *Sacerdotalia*, quæ præcocia, carne dulci & molli; circa seminum loculos aliquantulum acetosâ. 11. *Angelica* eaque duplicia 1. *Parva*, quæ sessilia, crassiora quam altiora: coloris obscuri, pallidi, & nonnihil inæqualia. Mollescunt facilè, & citò fracescunt. Gustu sunt sapido. Medio Septembri adhuc integra. 2. *Magna*, hisce longè majora, supernè turbinata, & interdum nonnihil reflexa: basi lata, sessili, alioqui ventricosa. Lutea sunt, sapore aromatico, subaustero, grato tamen. Durare ajunt ad Januarium. 12. *Decerpta* quæ parva, ex luteo nitida, infernè sessilia. diu durant. 13. *Coriacea* in Boll, quæ haud durabilia, nec admodum grata, nisi sint mollia, facile autem mollescunt. Lutea una parte, ab altera rubent. 14. *Leyvarne* dicta in Boll, quæ figura ferè sunt ovali, supernè tamen magis turbinata: lutea, carne satis solidâ, dulci. Sept. 17. bona adhuc, necdum mollia. 15. *Fugacia*, quæ parum turbinata, sessilia, lutea. Septemb. 8. caro satis dura & granulosa, sapore cum dulcedine nonnihil austero, sed aromatico. Alia etiam erant molliora in Boll, & dulcia valdè. 16. *Decorticata Valdensium*, quæ quasi nullam cutem ob ejusdem teneritudinem habere videntur. Ovata ferè sunt, & nonnihil anguloſa, lutea, cute tenera. 17. *Canina*, quæ pulchra sunt, longa, turbinata, infernè sessilia, non undique æqualia, luteola, alicubi & viridia, cum quadam asperitate, pediculo alias longo, alias brevi. Torrent integra in fornace. 18. *Longo pediculo*, eaque duplicia. 1. *Ex viridi pallescentia*, quæ ovata ferè sunt, sed inæquali & tuberosâ superficie. Pediculus non raro longitudine ipsa pyra superat. Integra manere perhibent ad Januarium. 2. *Flava* seu *Lutea* quæ accedunt ad formam **Schlesischbirn**/ nisi quod pediculi longiores: odor etiam differt, tardius matureſcunt, alioqui ovalia ferè. Color ex albo sub-

Pyrus.

Pyrus. subluteus, non viteſcens, & in aliis, à longo pediculo Langſtiler vocatis: alioqui nonnihil anguloſa, ut illa. *Pedicularia* Tabernomontani & *Cervina* omitto.

EXOTICA.

Vid. TAB. XXII. Ex Exoticis pertinent huc arbores ſequentes. 1. *Murucugifera Braſilienſium*. 2. *Araciferaeorundem*. 3. *Iracaba*. 4. *Capovich Ovaſſou*, ad quem *Oumery* pertinet. 5. *Paltifera*. 6. *Latifera*. 7. *Guanavanifera*. 8. *Acayaiba*. 9. *Mucuitaiba Braſilienſium*. 10. *Araſa*. 11. *Frutex innominatus Braſilienſis*. 12. *Arbor Sinenſis pinguedinem ſebi inſtar ferens*. 13. *Fructus pyriformes* quatuor.

I. *Murucugifera* arbor eſt in Braſilia procera, & pyro ſylveſtri admodum ſimilis. *Fructus*, qui incolis *Murucuge*, longum ſcapum habet, decerpitur viridis, & benè mitigatus & ſapit & digeritur. Quia, ut facilius colligatur, proruuntur arbores, ideò rariores extant. E trunco inciſo lacteus emanat liquor, qui conſtipatus, uſum ceræ in tabulis conſignandis præbere poteſt. De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 7.

II. *Araciferа* maxima eſt ibidem copia & varietas. Pyra exigua & palato acore gratiſſima, omnibus anni menſibus omnia ferunt. ſed alia rubra, nonnulla flava, quædam & viridia. *Aracas* indigenæ vocant. De Laet Ind. Occi. l. 12. c. 7.

III. *Iracaba* arbor eſt in Maragnana vaſta, & patula ramorum opacitate, in vertice laſciva, *foliis* penè ficulneis, *floribus* flavis, *fructu* pyri formâ, cortice ſubflavo, carne intus ſapida, & optimi nutrimenti, ut credunt. De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11.

IV. Ibidem & *Copovich ovaſſou* pyro frondibus & fructu ſimilis, niſi quod hic flavior & oblongior, & tria intus perdura oſſicula continet, provenit. Nec non *Oumery* fructum fert magno pyro ſimilem, qui ubi plenè maturuit, inter optimos primum locum ſibi flagitat.

V. *Paltifera* arbor eſt grandis & ramoſa, fructum ter quaterve mole pyra Europæa excedentem producit. Quia colore & formâ noſtris ſimilis eſt, pyrum ab Hiſpanis vocatur. Peruani nomen Paltæ, à provincia ubi copioſè naſcitur indidere. *Corticem* habet tenerum & levem, *Medulla* transverſi digiti craſſitie, oſſiculum ejuſdem cum fructu formæ, ambit. Cum ſaccharo condita exhibetur ægris. Fructus in inſula S. Dominici butyrum æmulatur maturus: in Mexicana minor eſſe, & cutem teneriorem habere dicitur. De Laet Ind. Occid. l. 10. c. 5. Acoſta l. 4. N H. c. 25. Ind. Occid. p. 9. l. 4. c. 24. cit. Bauhin.

VI. *Latifera* arbor eſt Guineæ, pyro ſimilis, ſed humanam altitudinem non ſuperans, *foliis* magis orbiculatis, & ex atro viridibus. *Fructus* profert qui *lata* dicitur. Exigui is pyri magnitudine, magis tamen rotundus, coloris auro flavi, interdum inſtar pomi rubentis, tenui cortice veſtitus, qui detractus in tenuia ſtamina fili modo abit. Pulpâ ſcatet coloris aurei ſaturi ad rubrum inclinantis, lentâ & viſcida, ſaporis cum dulcedine adſtringentis, ut os refrigeret. Intus quina oſſicula ſurrecta, meſpilorum inſtar, ſeparatim involucro tenui, & ſerico candido crudo ſimili, teguntur.

VII. *Guanavaniferam* Bauhinus ad Pyros retulit, eamque fructus Guanavanos ſeu Annonas pyro ſimiles, pulpâ butyri modo, cui plurima grana nigricantia includantur, in Nova Hiſpania producere, authoritate Acoſtæ; *Maniar blanco* dici, aliorum teſtimonio, ſcribit. Forte eſt fructus *Garcilaſſi de la Vega Maniar blanco* dictus, quod diviſus non malè duo cochlearia iſto pulmento repleta, tam colore quàm ſapore referat. Magnitudine & forma à minore melone non differt. *Cortice* duriore inſtar Cucurbitæ lagenariæ ſiccæ veſtitur. *Medullâ* infarcitur alba, dulci & nonnihil arida, in qua aliquot nuclei nigri, Amygdalarum inſtar, non edules, continentur. Nihil Guanabano Oviedi ſimilius. Quidſi & *Guajava* Scaligeri? *Eſt*, inquit, *arbor tum fructus malifacie, ſed color fructui candidus: In quo ſemen nigrum, minutum, rotundum, eximit ipſum ex illarum natura. Guajavam* in Garcilaſſ. de la Vega H. Indicar. Ex. 181 l. 9.

inſu-

insula S. Dominici in montibus nasci, nec ante Hispanorum adventum fuisse, fructum in Peruana boni saporis, nec mali odoris proferre, prodidit Acosta. Videtur & *Araticu Brasilienſium* ad eum accedere.

H. Nat. & Moral. Ind. l. 4. c. 24.

VIII. *Acayaiba* seu *Acajaiba*, quibusdam *Acayou* in fagi altitudinem assurgit, ramis versus humum dependentibus. *Lignum* est durissimum, quod æstate gummi fragrans fundit. *Folia* juglandis, odoris aromatici pertinacissimi, ex brunno rufta, quæ maximam partem decidunt, novis subnascentibut. *Flores* in umbella centum quinquefolii, primò candidi, mox incarnatis striis obducti, odoris tanti, ut mensibus Septembri, Octobri & Novembri manè inprimis integras sylvas repleant. Flori circa Decembrem succedit *castanea* ut Piso, *phaseoli*; vel ut Marcgravius, renis figura; quâ (verba ejus sunt) *incrementum capiente inter illam & pediculum paulatim excrescit pomum oblongum* (pyrum, haud malum, diceres, inquit Piso) *ovale aut etiam rotundum, quod maturum constat carne spongiosa, fibrosa ac lenta*, (quæ acinis & seminum cellulis caret) *& abundat succo dulci acido adstringente: exterius autem cutis ejus flavescit vel partim russescit, vel etiam tota est russa vel rubra: in quibusdam enim arboribus fructus ruber est & rotundus & cæteris acidior: in quibusdam oblongus & flavus: in quibusdam rotundus & flavus: succus autem admodum maculat linteamina ferrugineo colore, qui elui non potest, donec arbores iterum floreant.* Castanea, *ut dixi, renis ovilli figuram habet, tecta cortice cinereo, crasso & intus spongioso, qui* oleum in se continet acre & mordicans, ita ut cuti etiam leviter illitum *ignis modo urat, & si quis incautus dentibus comminuat, ita labia & linguam exurit, ut magno dolore afficiantur: nucleus quoq; renis figuram habet, albus, cuticulâ flavâ vestitus, quæ separanda*, optime sapit tostus, & antecellit longè castaneas. Semel in anno tantum prodit, Decembri nempe; Januario & Februario mensibus: parcè, si pluvia, castaneas de flore decutiens, *Acajuacaipiracoba* Brasilienſibus, ceciderit. Ex *pomo* exprimunt vinum, quod recens instar lactis albicat, post evadit pallidius, forte & diureticum. In complures annos, ubi deferbuit, servari potest. Semestri aliàs spacio degenerat in acetum. Ipsum, si maturum, ventriculo gratum est: sin minus mordaci acore infestat. Crudum, coctum & saccaro conditum comeditur. Injicitur & vino sale aspersum: sic mitigatur acor. *Castanea* secundo gradu calidæ, & pingues, crudę ex sole comeduntur, juglandium gustu: tostæ delicatiores. *Oleum* contra scabiem & impetigines valet. Maturescente castanea mitescit sensim, & vim suam deponit. Brasilienses annos ætatis per castaneas computant. *Arbor* ipse simiarum quæ fructu delectantur, domicilium. *Gummi* in pulverem redactum in obstructione mensium ex liquore conveniente propinatur.

Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 3. De Lact Ind. Occid. l. 16. c. 11. Piso de fac. simpl. l. 4. c. 6.

IX. *Macuitaiba* seu *Mocita-Iba Brasilienſium*, grandis quercus aut pyri sylvestris est figura: *cortice* cinereo, glabro; *ligno* ex albo subflavo, in medio ex ruffo nigrescente, eoque durissimo. *Foliis* pyri, de *floribus* non constat: in summitate, *inquit Marcgravius*, nascitur planta alia spithamæ longitudine, quæ radiculis nititur in ramis, & radice paulo crassiore. In hac ordine reperiuntur octo, novem, vel decem globuli flavi instar myrobalanorum, striati & superius acuminati, in quo acumine folium extat, sex aut septem digitos longum, angustum, dilutè viride, & ad flavum inclinans, nervo in medio secundum longitudinem. Hispani *Pao santo* vocant.

Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 8.

X. *Araça* fert fructum in Brasilia parvulo pyro similem, qui inter optimos fructus ubi plenè maturuerit, facilè primum locum post Oumery flagitat.

De Lact Ind. Occid. l. 9. c. 14.

Pyrus. XI. *In Frutice innominato Braſilienſi*, qui in modum pyri ſylveſtris creſcit, ligno fragili, foliis pyri ſimilibus, *flos* eſt ſingularis. *In extremitate* (inquit Marcgravius) *proveniunt quatuor, quinque aut ſex in racemum diſpoſita* corpuſcula ellyptica, *piſo majora, quæ ſeſe aperientia* florem *promunt, habentem quatuor folia alba, craſſa, exterius ex albo viridantia, magnitudine lychnidis, inter autem hæc folia in circulum diſpoſita ſunt* ſtamina *alba, alta, centum viginti & ſupra numero, ſeſquidigitum longa, fili ſerici craſſi craſſitie, ſuperius flaveſcentem ſpongiolam adjunctam habentia. In medio autem floris & horum ſtaminulorum aliud* ſtamen *duos digitos longum, fortius, flaveſcens, erectum ſtat, ſuperius habens cylindraceum capitulum. Ita foliis floris ſupereminent ſtaminula alba, ſtaminulis autem ſtamen hoc longum, medium. Et* flos *ad viſum jucundus eſt, ſuavi roſæ odore præditus, ſed non ita forti.* Foliis & ſtaminulis *albis decidentibus, remanet medium ſtamen in cujus extremitate è cylindraceo corpuſculo* (reliqua neglexit Auctor ſupplere) Ramulos *hujus plantæ adpenſos habui in muſeo meo ad libros, noctu ad quemlibet exortum pediculi cujusque folii, ut & ad quodlibet folium exſudarat* guttula cryſtallini ſplendidi humoris, *quaſi planta affixa eſſet, ſeminis majoris ſinapi mole.*

Marcgr. H. B. l. 2. c. 4.

XII. *Arbor Sinenſis pinguedinem ſebi inſtar ferens* arbor eſt pyrum noſtratem & formâ & foliis referens. *Flos* ipſi albus ut Ceraſi, quem *bacca* rotunda ceraſo mole æqualis, cortice nigro & tenui, carne alba, nucleo prægnante, qui bacca matureſcente, diſcerpto cortice apparet. Baccis calida aqua excoctis, caro liqueſcit; frigida iterum, ut ſebum ſolet, inſpiſſatur. Nucleus oleo plenus maceratur, olivæ Europææ inſtar, expreſſum ad lucernas adhibetur. Provenit in Kinhoa, ad Henkiang.

Martin. in Atl. Sinen.

XIII. *Fructus quatuor pyriformes* ſunt. 1. *Bermudenſis* eleganti colorum varietate diſtinctus, & veluti maculis ſparſus, à quo ipſi nomen ab Anglis impoſitum. 2. *Virginianus Metagueſanaux* dictus, pyro formâ & magnitudine ſimilis, impensè foris & intus rubens. 3. *Inſulæ S. Mariæ fructus*, qui majora refert, intus neſcio quid muculentum, ſanum tamen & refrigerans gerit. 4. *Agnacath* de quo ita Scaliger. *In ea India provincia, quæ ſub terra Laboratoris eſt verſus Iſthmum Dariem, arbor eſt Pyrifacie & magnitudine perpetuo folio viridiſſima, nitidiſſimaque ſuperficie. Fructus quoque pyri ſpecie, ſed colore viridi, etiam cum maturus, medulla intus concolor, dulcis, pinguis, butyri ſapore. Validos adeo efficit ad coitum, ut propius miraculo ſit ejus efficacia.*

Ind. Occid. p. 1.

Ind. Orien. p. 3. c. 10. Baub. H P. l. 1. c. 40. ibid. c. 34.

Scal. Ex. 235

Caput II.

De Pom-aciniferis claſſis ſecundæ.

Articulus I.

De Meſpilo.

POm-acinifera ſectionis ſecundæ ſunt; *Meſpilus, Ficus, Sycomorus, Morus, Arbutus, Atria & Amamelis.* Tab. XXII.

Meſpilus diverſa & apud Veteres & apud Recentiores habet genera.

1. Ex *Veteribus* eam Theophraſtus in *Anthedonem, Sataniam & Anthedoneiden*, Idæos ſecutus, diviſit. Dioſcorides in *Aroniam & Italicam*, quæ *Epimelis* & *Setania* eidem. Plinius Theophraſtum ſequitur, & pro tertia, *Gallicam*, quæ tamen cum Anthedoneide eadem, ponit. Hisce ob ſimilitudinem adjungi poſſunt 1. *Oxyacantha Dioſcoridis.* 2. *Crataegus Theophraſti*, & 3. *Hypomelides Palladii.* *Illis* omnibus flos Amygdalæ, ſed utcunque pallidus. *Fructus* inter malorum & pyrorum genera. Arbores ipſæ & ſemine & avulſione naſcuntur; vermiculis in ſenecta obnoxiæ, qui ruffi, piloſi, magni,

Theophr. H. P. l. 3. c. 12. Dioſco. M. M. l. 1. c. 168 Plin. H. N. l. 15. c. 20.

Tab. XXII.

Pira strangulatoria.
Fusel birn. Mannbirn.
Kanne birn.

Pira dorsalia.
Ruckenb. birn. arsbacken.

Pira regalia Serotina.
Spätt Regelsbirn.

Pira longo pediculo flave.
Gelblang stilerbirn.

Acajaiba.

Mucuitaiba.

Pira acuminata.
Spitzbirn.

Frutex innominatus Brasiliensis.

Fructus Clusij tertij.

Mespilus Germanica.
Teutsch Nespelbaum.

Mespilus apifolia Laciniata.

Mespilus Silvestris non spinosa.



magni, & ab iis qui in aliis arboribus diversi.

I. Anthedon eadem cum *Aronia* Dioscoridis esse videtur, spinosa. *Ligno* Setaneæ spissiore flavioreque: *foliis* Oxyacanthæ. *Fructum* fert exiguo malo similem, setania minorem, ut Plinius & Theophrastus habent, suavem, odore præstantem & diutius servari aptissimum: qui intus tria ossicula ἐκτάεμα continet. Τεμάχη seu *Trigrania* dicitur, & tardè matureſcit βιβρωσκόμενα stomachum adjuvat, alvumque cohibet.

Theop. H. P. l. 3. c. 12. Ath. Dipn. l. 3. & 4. Dioſc. l. c. Plin. H. N. l. 15. c. 20. Theop. l. c. Dioſc. M. M. l. 1. c. 169

II. Satanea seu Satania malo ἰμφερὴς; fructu non minore, rotundo, πλατὺν τὸν πυρήνα habente candidiore, acino molliore intus: & qui tardè matureſcit. Naſcitur in Italia. Ἐπιμήλιδα vocari addit Dioſcorides. Amamelidas dici apud Galenum in Exegeſi legitur. Quid ſint in ſequentibus dicemus. *Epimelis* verò apud Galenum pomus quædam ſylveſtris, ruſticis Italis *Vnedon*, cujus ingens in Calabria proventus, & cujus fructus acerbus admodum cum exigua dulcedine, ſtomacho nocet, & capiti dolorem infert.

L. 6. ſimpl. & de alim. fac. l. 2. 38.

Theop. H. P. l. 3. c. 12. Plin. H. N. l. 15. c. 20.

III. Gallica Meſpilus ſeu Ἀγχουσὰς Anthedoni ſimilis, Arbor procera, in orbem comata; ideò de ampliſſimis Plinius dixit. *Radices* multæ & altæ. *Lignum* ſolidum, ἀνατὸς. *Folium* multifidum, ἐκ ἀκρου σχιζόμενος, ſiſſuris tamen majoribus, protenſum, nervoſum, apio tenuius, oblongius, in totum ῥίσματι ὅλῳ κρεμάμενον, pediculo tenui, longo, quod αὐτῷ δ' φυλλαρίου ἰσοβραίνεται.

IV. Oxyacantha, aliis ἐξυάκανθα, πυρίνη, πυρακάνθη, *rubra ſpina, pyracantha, pyxacantha & Tyrracantha*, ſed perperam dicitur. Arbor eſt pyraſtro ἁπλῶς τῷ ἰδίῳ, ſed minor & valdè ſpinoſa. *Radix* ei multifida: *folium* perpetuum ob loci fortè genium; fructus myrto ſimilis, plenus, ruber, fragilis, cum nucleo intus. *Flori* in coronis locus. *Radix* trita & illita ἀκίδας ἀναιρεῖται. Dicitur & ὀπτυόμενος ἰᾶται,

Plin. H. N. l. 16. 15.

Theop. H. P. l. 6. c. ult. Nicander in Theria. Plin. H. N. l. 24. c. 13.

ſi ter eâ venter leniter feriatur & perungatur. *Baccæ* contra ſerpentum ictus bibuntur: in cibo ſumptæ, omne profluvium ſiſtunt. Poteſt & *ſpina appendix* dici. Meſpil.

V. Cratagus aliis κράταιγων, Arbor eſt nec admodum magna & craſſa. *Materies* verſicolor, valida, flava. *Cortex* meſpilo ſimilis. *Folium* rigidum, glabrum, meſpilis majus & longius, nec ſerratum. *Fructus* rotundus, olivæ ſylveſtris magnitudine, qui matureſcens fit flavus, καὶ ὑπομελαίνεται, guſtu & ſucco meſpilaceus. Nec eſt *Aquifolium*, nec *Ceraſium*.

Plin. H. N. l. 19. c. 19. l. 27. c. 8. l. 26 10. Theop. H. P. l. 3. c. 15.

VI. De Hypomelidibus hæc prodit Palladius. *Hypomelides*, inquit, *poma ſunt, ut Martialis aſſeris, ſorbo ſimilia. Mediocri arbore naſcuntur, & flore candidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto ſapore commiſta eſt. Seritur menſe Decembri vaſculis in nucleis poſitis. Menſe autem Februario hypomelidis planta, ſed pollicis magnitudine robuſta, tranſfertur, breviſſimo ſcrobe, ſolutâ terrâ, plurimo ſtercore. Sed munienda eſt, quia cito areſcit, ſi radices ejus ventus afflaverit. Terram qualemcunque non reſpuit. Amat loca tepida, aprica, maritima & ſæpe ſaxoſa. Statum rigidum reformidat. Inſeri non poteſt, exigua durat ætate.*

Palla. R. R. l. 13. menſ. Dec. tit. 4.

II. *Recentioribus* Meſpilorum genera à *folio* & *fructu* ſumuntur. Alia eſt *Laurifolia*, alia *Apiifolia*, alia *Pyrifolia*, alia *Fructu albifera*. Quibus *Chamameſpilus Geſneri* addatur.

I. Meſpilus laurifolia in triplici eſt differentia. 1. *Germanica folio non ſerrato*, aliis *Meſpilus ſylveſtris*, *Meſpili altera ſpecies ſponte proveniens*, *Meſpilus vulgaris*, *Satania & Setania Theophraſti & Dioſcoridis*. Arbor eſt non magna. *Radice* numeroſa, nec vermibus obnoxia; *cauduce* frequenter tortuoſo; *Ramis* in gyrum carnoſis; *Folio* lauro vel ſalici affinibus, ſed non ſerratis,

Cordus in Dioſco. l. 1. c. 170. 171. Dod. Pem. 6. l. 1. c. 133. Matthiol. ad Dioſco. l. 1. c. 133. Cluſ. H. P. l. 1. c. 39.

Mespil. nec ita viridibus; *Floribus* candidis, quinque foliis, amygdalæ similibus, quæ Aprili & Majo protruduntur; *Fructu* parvo, rotundo, incano, superiore parte quinque acutis processibus coronato: cui pulpa principio albida & acerba, ubi emollitus est sordida & flava, nec non osficula quina dura. Itali *Vnedonem* vocant. Matureſcit sub Octobris finem. Prodit in incultis: & si sponte, semper agrestem malum vicinam habet. Siccatus & rosarum succo cum corallis, caryophillis, nuce myristica exceptus, vomitiones sistit, si emplastri formâ apponatur. Osficulorum pulvis, calculos frangere creditur. 2. *Folio laurino major*, quæ insitione in Pyrum sylvestrem, maximè cynosbatum miteſcit, & spinas exuit. Pomis quæ triplo quam insitæ majora, quini aliquando & plures nuclei. In Cotoneam insitæ maxima. 3. *Italica ferrato folio*, quæ Matthiolo *Mespilus altera*, Anguillaræ *Setania* dicitur. Nihil de ea singulare occurrit.

Porta Villæ l. 5. c. 27.

Mizald. Horti Med. Campo 6. ar. 1.

Matth. l. c.

Dod. pem. 6. l. 3. c. 10. Tabern. l. 3. f. 2. c. 56. Cordus in Dioscor. l. 1. c. 130. 131.

II. Mespilus Apiifolia est etiam triplex. 1. *Apiifolia laciniata*, aliis *Mespilus Aronia*, *Anthedon Theophrasti & Plinii*, *Tricoccos*, *Paliurus Africana* Ruellio, *Paliurus rugosa* Gesnero, *Zarolus* Cæsalpino, arbor est mediocriter procera; ramis aculeatis; foliis Oxyacanthę fissis, rubescentibus antequam decidunt. *Flores* herbacei racematim cohærent. *Fructus* rotundo longior, arctiore umbilico, cui tres intus nuclei. Rubet maturus. *Nascitur* Neapoli in horrtis. 2. *Apiifolia sylvestris non spinosa*, aliis *sorbus torminalis*, *Cratægus Theophrasti*, Mespili Aroniæ sylvestris species; *Caudice* est albo, levi. *ligno* flexibili, *folio* vitigineo, lauri, aceris assimili, (aceris, vitis, populi albæ in Adversariis extat) *flosculis* in laxiore umbella candidis, succedunt *baccæ* oblongiores, avellanarum, aut olivarum non magnarum magnitudine, punicei aut rubentis coloris (ex nigro ruffescere apud Portam habetur) sapore cum aciditate quadam acerbo. Matureſcunt Novembri. Nascitur plerumque inter fagos. In sylvis propè Capuam vidimus. Datur & in sylva Hercinia. Fructus Dysenteriæ medetur. Pertinet ad eam *Aliga Vasconum*. Folium ei σκληροειδὲς; facies inter opulum & vitem, anguli tamen potius sunt quam sinus. Mucrones stellarum figura in radios exeunt. tota planicies secus pediculum angustiorem, ubi procedit, patescit. *Fructum* fert sorbo propiorem, frequentem & propè congestum, colore mespili & gustu, sed figura sessili, cum acinis intus Mespilaceis. 3. *Apiifolia sylvestris spinosa*, aliis *Oxyacantha*, *Cynosbathos Theophrasti*, *sorbus aculeata*, *Oxyacantha vulgaris*, *spina appendix &c.* Frutex est magnus; *Rami* arcuatè aculeati, quos ruffescens cortex vestit. *Folia* cum virore resplendentia, aliquot fissuris profundis dissecta, gustu glutinosa. *Flores*, qui mense Majo erumpunt, πυκνόφυλλοι, in umbellâ suaviter odorati; in quorum medio albi capilli apices roseos sustinent. *Baccæ* quas September dat rubentes, umbilico nigro pulpam intus dulcem & lanuginosam cum seminibus albidis ostendunt. Tanto rubore pellucent, ut globulos è corallo formatos referant. Bauhinus osficulum unum rotundum continere scripsit: si duo, per medium divisa efficere globulum, & internâ parte caveolam incurvam ostendere. Ossea eadem. *Nascitur* inter hortorum sepimenta. In Burgundia ad Dubiam amnem alta: in Ducatu Wirtembergico visitur patula. Aqua ex floribus destillata, spicula & aculeos extrahit, si linteola eâ imbuta imponantur, & Pleuriticis prodest. Lignũ fabrilibus malleis commoda materia. Fructus siccati pulvis, calculos & arenulas pellit, si in vino sumatur. Tota arbor tonsilibus sepimentis inservit. Referri ad hanc potest *Oxyacantha* quædam: cujus *folia* angustiora, sed oblonga sunt, *flores* quoque in exiguis muscariis candidi & odorati, prioris similes; *baccæ* formâ & magnitudine pares, sed luteo croci colore rubentes. Humilior

Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 136. Dod. pem. 6. l. 3. c. 12. Cordus in Dioscorid. l. 1. c. 174. Tabern. l. 3. f. 2. c. 52.

Lobe. Obs. p. 614.

Porta Villę l. 3. c. 19. Trag. p. 3. c. 30.

Cluſ. Hiſt. l. 1. c. 6.

Scal. in H. Theoph. l. 3. c. 12.

Tragus H. P. l. 3. c. 18. Tabern. l. 3. l. 2. c. 67. Cluſ. H. P. l. 1. c. 4. Stapel. ad Theop. l. 3. c. 17. p. 265. Cordus H. P. l. 3. c. 7. Matthiol. ad Dioſco. l. 1. c. 45. 105 Lobel. Adverſ. p. 443

H. P. l. 6. c. 22. p. 49.

Stapel. ad Theophr. p. 263.

Chamæ mespilus Gesneri Schrubbeberen.
Mespilus pirifolia.
Mespilus Silvestris spinosa. Hagdorn.
Tab. XXIII
Guityba.
Guititoroba.
Fructus Indiæ Orientalis mespilo valde similis.
Ibabiraba
Guitimiri.

lior autem hæc ſpina eſt, nec ita facilè arboreſcit: rara quoque eſt, & in paucorum hortis apud Belgas reperitur. Utraque menſe Majo floret, folia Aprili menſe erumpunt; baccæ Septembri maturæ, eſca futura turdis, ſturnis, merulis, & aliis per hyemem avibus.

C. Bauhin. in Phytop. *III. Meſpilus Pyrifolia*, aliis *Oxyacantha Dioſcoridis*, ſeu *ſpina acuta pyrifolia*; *Oxyacantha legitima*, *Pyracantha*, Joh. Bauh. H. P. l. 6. c. 22. *Rhamnus tertius*, *Dioſcoridis Lycium*, & *Vva urſi Galeni* dicitur. *Ramos* habet ſpinis validis & erectis obſitos, inferiores inprimis: *folia* aliquando rotunda, aliquando oblonga, aliquando acuminata; in ambitu diſſecta, venoſa, quorum inferiora glabra, ſuperiora lanugine teguntur. *floſculos* quinquefolios, acervatim congeſtos, ex luteo ſubrubentes; *fructus* rotundos, umbilicatos ex aureo ad coccineum vergentes, acidos, in quibus grana aliquot. Provenit in agro Bononienſi, Senenſi, Gallo-provincia &c.

Scal. Exer. 181. ſ. 13. *IV. De Meſpilo fructu albo* nihil aliud occurrit, præterquam colore fructum eſſe albo, Mali magnitudine, id à Scaligero proditum.

Geſn. in Epiſt. ad Fab. *V. Chamæmeſpilus Geſneri*, quibusdam θπιμηλὶς Dioſcoridis, & ἀνθηνοειδὴς Theophraſti eſſe creditur. *Rami* ei bicubitales, lenti; cortex niger; *folia* mali cotoneæ, quę alternatim naſcuntur; *floſculi* herbacei, concavi, in unum congeſti, qui primo vere prodeunt. *Fructus* baccarum myrti magnitudine, umbilicatus, ruber, Auguſto maturus; cui pulpa pallida & Bauh. H. P. l. 1. c. 13. p. 72. fungoſa, cum quinis oſſiculis. Neſcio an ab ea Chamæmeſpilus Bauhini abeat. *Foliis* eſt in acumen deſinentibus, per ambitum ſerratis, glabris, nervoſis, pediculo brevi hærentibus: *floribus* laniginoſis, umbellatis: *fructu* oblongo, duobus oblongis granis prægnante.

EXOTICA.

TAB. XXIII. Exoticorum ſcriptores, quinque quæ ad hanc arborem ſpectare poſſunt, meminere. 1. *Guiti*, 2. *Ibabirabæ*, 3. *Meſpili Virginianæ*, 4. *Fructus Braſilienſis Meſpilo ſimilis*, 5. *Fructus Orientalis Indiæ Meſpilo valde ſimilis*. Meſpil.

I. Guiti arboris tres ſunt ſpecies, *Guiti toroba*, *Guiti coroya*, & *Guiti miri*.

1. *Guiti torobæ* cortex lac ſi ſecetur fundit. *Folia* membranæ inſtar craſſa. *Flores* inter folia proveniunt, è rotundo calice, ut nola cavi, μονοφύλλοι, ſciſſi ad medietatem usque ambitus, ut in ſex quaſi foliola diſpeſci videantur, flavi è viridi mixti. In cavitatis medio ſtamen pilæ inſtar, quod alia ſex ſpongiformi corporis ſtaminula, quæ ex radio cujusque ſciſſuræ prodeunt, circumſtant. *Fructus* eſt aurantii mali magnitudine, rotundus, ſuperius turbinatus, è purpureo flaveſcens, carne flavâ & ſolidâ, nullius dum integer odoris, nauſeabundi, pinguedinemque antiquam ſpirantis, ſi diſſecetur. Intus juglandis magnitudine lapides rotundi, una medietate nucis moſchatæ aſpectu, inſtar ſpeculi convexi ſplendentis, altera. Lacte acri antequam decidit reſtagnat. Matureſcit Februario ad S. Auguſtini promontorium. Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 9. p. 113.

2. *Guiti coroyæ folia* in frondes congeſta, quatuordecem digitos aliquando, pauciores aliquando longa, ſex lata, corii Hiſpanici inſtar craſſa, linguæ ferè figura, inferius ochræ coloris, ſuperius dilutè viridia, hinc inde molli lanugine veſtita. *Flores* in longam ſpicam congeſti, flavi, ἄοσμοι, qui Januario prodeũt. *Fructus* eſt magnitudine pomi vulgaris, informiter rotundus, colore corticis betulæ fuſco, vel panis ſecundarii, in quo pulpa pauca, caſei Hollandici putris inſtar, lapidem magnitudine & figurâ ovi gallinacei, cortice filamentoſo, ex albo flaveſcentem, & cui nucleus ſulphurei cum albo mixti coloris, nucis Coco conſiſtentia ineſt, cingit. *Nuclei* drachma ſemis raſa in aqua ſimplici feliciſſimè propinatur. Caro eſt edulis, ſed non nucleus. Ad domum Luſitani prope Aretangy arbor eſt *duplex*, uno caudice aſcendens, hinc

Mespil. in duas quasi arbores, quinque circiter pedum altitudine supra terram se distribuens; unum latus arboris uno anno, alterum altero fructus fert; tertio arbor quiescit, nec florem nec fructum ferens, quarto iterum fructifera.

3. *Guiti miri* tiliæ est magnitudine; *folio* figurâ linguæ humanæ, toto lanugine flavescente, alternatim in ramulis posito. Ad quemlibet pediculum foliorum *uvulæ* duæ vel tres progerminant, parvis albicantibus globulis vestitæ, qui se aperientes flosculos albos, cum staminulis in medio, qui instar scoparum setacearum eriguntur. Julio & Augusto ostentat se. *Fructus* ellypticæ figuræ, ovi gallinacei magnitudine, ubi maturuit flavus. Imprægnatur & pulpa filamentosa, dulci & muscosâ quasi; nec non lapide, qui ex albo flavescit, villosus; cui magnus nucleus incarnati coloris, amaricans. Maturatur Martio. Poterant & aliò referri: sed quia Guiti torobam huc referre placuit, visum & has species duas addere.

Marcgrav. H.N.B.l.3. c.10. *II. Ibabiraba* arbor est contorta; *foliis* πολυχόνδροις quasi rugosis, quę trita Rosmarinum redolent; *flos* figurâ & mole sylvestris rosæ, qui ex pediculis triplicitis velut in crucem divisis Januario & Februario protruditur. *Fructus* qui Aprili & Majo maturescit, rotundus est cerasi magnitudine, brunnus, umbilico quinquefolio coronatus, pulpa molli, pallida, cui nuclei aliquot, obrotundi, compressi, molliusculi, coloris incarnati immerguntur. Saporis est dulcis, & aliquid resinosi admixtum habet. Folia aut flores utilissimè adhibentur ad lotionem pedum in dolore capitis.

Ind. Occid. p.1. *III. Mespili Virginianæ fructus*, habet quidem umbilicum mespilis similem: nec priusquam tenerescat, esui aptus est; in hoc tamen differt, quod colore sit rutilo ut ceraso, & valdè dulcis, prout in Historia Indiæ Occidentalis proditur.

Lerius Hi. Navig. in Bra. l.1. c.12 *IV. Fructus Brasiliensis Mespilo similis*, in arbusculis quibusdam ad littus Brasilianorum nascitur, & vim venenatam obtinet, ut Lerius reliquit.

V. Fructus Indiæ Orientalis mespilo valdè similis. Uncialis erat magnitudinis, tersus & politus, fusci coloris, adeò fragilis, ut paululum compressus disrumperetur. Corona summitatem fructus occupans, alis carebat, quibus Mespilum est præditum. Intus materia fragilis spongiosa, & salsi valdè saporis, granorum expers, continebatur. Clus. Exot. l.2. c.15.

Articulus II.

De Ficu.

Circa Ficum occurrunt apud *Veteres* quinque. 1. *Ficus sativa*. 2. *Ficus sylvestris*. 3. *Ficus Indica*. 4. *Ficus Idæa*. 5. *Ficuum sativarum genera*. Tab. XXIV.

I. *Ficus sativa* arbor est corpore raro, ἐναυξὴς, propter fœmineam mollitiem, summâ parte fertilior. *Radices* sunt multæ, longissimæ si locus datur, flexuosæ. *Rami* lacteum cum truncode se fundunt succum. *Cortex* simplex: *nodi* pauci; *medulla* carnosa. *Folium* latissimum, ex nervo, cortice & carne constans, τρίχιστον. *Germinat* paulò ante æquinoctium, & evidentissima ejus inter ea q̃ ad ortũ Canis & Arcturi post vernũ tempus germinare solent βλάστησις. In Macedonia & Thessalia plurima tum ficus exit. *Flore* nullo lætatur, nec natales pomorum, recursus annuus versicolore nuncio promittit: sed protinus *Fructum* ostendit; qui lateribus & cacuminibus ex novellis prodit. Mollis omnibus tactus, odor nullus, succus maturescentibus lactis, percoctis mellis: semina an congesta an distincta dubium, ut & πῖς κελύφεσι contineri. Deterius provenit arbor si rigetur, quamvis tum εὐβλαστότερα; Laconicam, quæ φίλυδρος, si excipias. Arbor ipsa omnibus modis, præterquam ἀστὸ πρέμνων, καὶ ξύλων κατακοπέντων, scil. ex ramo majore & ligno prodit. *Vitæ* est brevis, ut omnia quæ longissimis sunt radicibus. *Regerminasse* apud Heracleam Trachianam à Theo-

Theophr. H.P. l.5. c. 4. de C.P. l. 1 c.9. Varro R.R. l.1. c.41. Plin. H.N. l.16. 9. 13. 24. 27. 31. Theophr. H.P. l.1. c. 8. 9. 17. 13. 16. l.4. c.16.

Columella in Hortul. Plin. H.N. l.15. c.18. 19 25. 26. 28. Theophr. H.P. l.1. c. 18. 19. l.3. c. 7. 8. l.5. c.6. Macr. Sat. l.2. Ovid. Fast. 251. Theophr. H.P. l.4. c. 18. l.5. c.18. Plin. H.N. l.13. c.7. Plut. symp. l.6. c. ult.

Ficus Nigritarum.
Ficus humilis.
Feigenbaū fr: feige
Ficus sativa.
Feigenbaum
Tab. XXIV
Tuna Indorum.
Ficus Indica Orientalis.
Tepeamatl Amacoztic species.
Ferruminatrix Indorum.
Cereus Peruvianus.
Ficus Senensis
He: urny.

à Theophrasto proditum. *Infestatur* à vermibus, quorum quidam ex ipsa ficu nascuntur, alii ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου; nimiis imbribus, σφακελίσμῳ, κράδῳ, ψώρᾳ, denique, & quæ adnasci solent, cochleis. Fulmine non tangi, & in Tauros tantum posse, ut ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ψαύσεως ἀνέχεσθαι cogat, credebatur olim. *Nascitur* in locis calidioribus, Palæstina, Africa, Hyrcania, Lydia, Cypro. nascitur & in mari. Circa Bisaltiam, Amphipolim & Grestoniam, Philippi principatu, medio vere edidere poma. Sami bis in anno nascuntur. In Ponto multas magnasque esse Theophrastus docuit. In Gallia fortè olim non fuêre, si verum est quod proditur, *inexuperabili tum munimento Gallias, hanc primum habuisse causam, superfundendi se Italiæ, quod Elico ex Helvetiis, civis earũ, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & uvam, oleique ac vini præmissa* (primitias quas è musto Sacrima vocari Festus tradit, intellige) *remeans secum tulisset.* Ad Romanos ex aliis transivit gentibus ficus, Chalcide, Chio. Colebatur in foro ipso, (utor Plinii à Dalechampio correctis verbis, quæ magis quam Scaligeri placent) Romano, *judiciario puta, propè curiam, sub veteribus tabernis*, ac comitio, (*ad Libonis puteal*) sata ab Augure Attio Navio, Sacris ibi conditis, (*novacula & cote, quam cotem præciderat*) & tanquam in Comitium sponte transisset. Illa cum arescebat, rursus curâ Sacerdotum serebatur. Magis altera ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli & Remi conditorum, *Ruminalis* appellata, quoniam sub ea inventa est lupa, infantibus præbens rumam, ita vocabant mammam, miraculo ex ære juxta dicato. De ista intelligendus est Tacitus, dum inquit. *Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus & arescente trunco deminutam, prodigii loco habitum est, donec in novos fœtus revirescerat. Vsus* ejus laudabilis. Apta scutis *materia*, ad ignem excipiendum aptissima; quia multum fumi dat, sontibus fumo necandis adhibebatur. *Fructus* inter athletarum & Phiditiorum cibos: singulis mensis aliquot minæ destinabantur. Augustus biferas maximè appetivit. Artaxerxes Memnon, apparatu suo in fuga direpto, cum caricis vesceretur, *Cujusmodi voluptatis expertem me regalis fecerat affluentia*, exclamavit. Cum recenti, salis vice, caseo vesci, tempore Plinii excogitatum. Athenæus eis χυμὸν ἁλικὸν καὶ νεθρῶδες τὶ adscribit. In *Medicina Lactis* natura cum axungiâ verrucas tollit. Aceti vim habet, & coaguli modo lac contrahit. Πηκτικὸν γάλακτος, λύσιν δὲ καὶ τὸ πηπηγὸς, ὥσπερ καὶ τὸ ὄξος Dioscorides dixit. Fici *maturæ* urinam cient, alvum solvunt, sudorem movent, papulasque. Ob id autumno insalubres, quoniam sudantia hujus cibi opera refrigescũt. Nec stomacho utiles. Novissimæ salubriores quam primæ, medicatæ verò, (medicatas vocat, quarum maturitas caprificatione acceleratur) nunquam. Calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus constrictis, quas *stegnas*, scilicet, quod præclusis cutis spiraculis fiant, vocant. Demetrius Sceptius vocis studiosis consuluit, ut iis exemplo Hegesinactis Alexandrini, Historiarum scriptoris, qui cum ab initio pauper esset, Tragœdiarum optimus actor evasit, quod ficubus per octodecim annos abstinuerit, abstinerent.

II. *Ficus sylvestris* seu *caprificus*, domesticæ est per omnia similis, incultior tamen duriorque. Nunquam floret; in Ceo quoque vel Chio bifera vel trifera: hocque duntaxat inter eam & sativam discriminis, quod ejus fructus nunquam maturescat, & quod ipse non habet aliis tribuat: quoniam est naturalis causarum transitus, atque è putrescentibus identidem generatur aliquid. Culices ergò ex granis parit, in eos versa grana apparet, quoniam cum evolavere, non inveniuntur intus. Hi fraudati alimento, in matre putre ejus tabe, (putrescit caprificus, quam

Theophr. H.P.l.4.7. Athen. Dipn.l.3. Theophr. H.l.4.c.6.9. Plin.H.N. l.21.c.1. Plin.H.N. l.15.c.18. Plin.H.N. l.c. Scal. in Festum. Annal.l.13. c.58. Ficus. Plin.H.N. l.16.c.28. Theoph. H.P.l.5.c.10. Sueton. in Augusto Plin.H.N. l.23.c.7. l.15.c.19. Plin.H.N. 23.c.7. Athen. Dipn.l.14. Diosc. M. M.l.1.183. Athen. Dipn.l.3. Plin.H.N. l.15.c.19. Athen. Dipn.l.14. Plin.H.N. l.17.c.27. Theophr. H.l.2.c.9.

Ficus. quamvis immatura, quia nimio humore distenditur) ad cognatam volant: tantaque est exeundi aviditas, ut plærique aut pede relicto, aut penna pariter erumpant: mox morsu ficorum crebro, hoc est avidiore pastu, aperientes coria earum, atqui ita penetrantes, intus solem primum secum inducunt, aeralesque auras immittunt, foraminibus apertis. Tum lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi absumunt, quod fit & spontè. Germaniæ est incognita. Gaudet montanis, aut alioquin editis locis ac vetustis muris, quos insinuatis etiam radicibus disrumpit. ideò magnus ejus Romæ in antiquis ædificiorum ruinis proventus. *Folia* ac virgæ ejus in pabulum non ingratum cedunt. Laudantur maximè nigræ in petrosis, quia plurima frumenta habent; caprificatio ipsa post imbrem. Sæpè ex remediis vitia fiunt, quod evenit nimiâ aut intempestivâ medicina. Nullis morbis quibus sativa laborat est obnoxia. *Corticem* ejus jam pubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis Ortum prohibere strumas, inter medicinæ miracula censebatur. *Arboris* cinis ex melle rhadagia sanat. Radix defervefacta in vino dentium dolores. Grossi cum nasturtio & pice cataplasma contra strumas ingrediuntur: cum oxycrato dissolvunt grumosum sanguinem.

Cordus ad Dioscor. l. 1, 185.

Plin. H.N. l, 23. c. 7.

III. *Ficum Indicam* mirata est Alexandri M. victoria, orbe eo patefacto. Ad septuaginta aliquando cubitos apud Diodorum assurgit; ad crassitiem aliquando tantam, ut eam quinque viri circumplecti non possint. Superiores ejus rami in excelsum emicant, sylvosâ multitudine, vasto matris corpore, ut sexaginta passus plæræque (arbores cum cunctis caudicibus, qui parentem ambiunt, puta) orbe colligant, umbræ verò bina stadia operiant. Ipsa se semper serens vastis diffunditur ramis, quorum imi adeò in terram incurvantur, ut annuo spatio figantur, novamque sibi propaginem faciant, circa parentem in orbem, quodam opere topiario. Intra sepem eam æstuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decorâ specie subter intuenti, proculve fornicato ambitu. *Folium* Theophrastus simpliciter πέλτης Plinius Peltæ Amazonicè, Strabo ἀσπίδι confert. *Fructum* habet rarum, nec fabæ, Græcæ scilicet, magnitudinem excedentem. ἐχεβόλου habet. foliorum latitudo integens crescere prohibet. per eadem solibus coctus, perdulci sapore dignus miraculo arboris visitur. Arbores in Musicana terra Indiæ australissima, ut Onesicritus apud Strabonem prodit; ut Theophrastus circa Acesinem amnem, inveniebantur. Congeneres ipsi sunt duæ, quarum Theophrastus meminit. *Alia* est magnitudine insignis, & suavitate fructus (ἡδύκαρπος θωμασίως) & amplitudine mirum in modum præcellens, quo sapientes Indorum (οἱ γυμνοσοφισταὶ) qui nudi incedunt, in cibo utuntur. *Alia* cujus folium alas struthiocamelorum (malè Plinius avium. nam στρουθὸς Atticis στρουθοκάμηλος) imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duorum, ut Plinius describit. *Fructum* cortice emittit admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen *Palæ*, pomo *Ariena*. Plurima est in sydracis expeditionum Alexandri termino. Clusius *Muzam* esse credidit, de qua nos inter palmas.

Theophr. H.P. l. 4. c. 5. l. 1. c. 11. Sicul. l. 17. Plin. H.N. l. 12. c. 5. Solin. Polyhist. c. 52. Strabo Geogr. l. 5. Curt. de Alex. M. l. 9

Geogr. l. 5. H. l. 4. c. 5. H. l. 12. c. 6.

IV. *Ficus Idæa* fruticosa est, crassidine cubitabili. *Ligno* contorto, lento, sine lacte, nunquam putrescente. Colore tam corticis quam folii, quod tiliæ sed latum, livido; flore Mespili. *Fructum* quem ficum vocant, ruffum, magnitudine olivæ, sed rotundiorem, sapore mespili. Plinius Alexandrinam dici manifesto errore adjicit, nec id in Theophrasto invenies. Circa Idam Trojæ provenit.

1. Ficuum domesticarum apud *Veteres* quinque genera desumuntur 1. à

Loco

Loco, seu Patria, 2. à Personis, 3. à Tempore, 4. à Colore, 5. ab aliis accidentibus denominatur.

1. *Ficus à Patria* seu Loco denominatæ sunt, *Laconica, Tiburtina, Chia, Chalcidica, Lybica, Africana, Cottana, Caria, Caunea, Phibalea, Alexandrina, Lydia, Phrygia, Rhodia, Tarentina, Saguntina, Tellana, Herculana, Hyrcana, Marina, & Ægilia*: nihil de *Marsica, Numidica, Pelusia*, quarum Macrobius mentionem facit, & ab Africanis distinguit, dicam. 1. *Laconica*, quæ inter præcoces, maxima est in eodem genere, & ex arbore pusilla, fructuosa, si rigetur, & utili provenit. 2. De *Tiburtina* nihil occurrit, nisi quod inter præcoces ponatur. 3. *Chia* in setino agro colebatur, seni similis Baccho, sapore scilicet. 4. *Chalcidica* falsò apud Macrobium Calcidæ imponitur nomen. Est alba & nigra. sunt ex his quædam trifero proventu. 5. *Lybica* vel ab Africana secundum Columellam distinguenda est, quod & Porta facit; vel una vox in textum è margine irrepsit, vel plura Africanæ fuerunt genera, quod verisimilius est. *Scissam* ipsam Columella vocat, fortè quòd arundine & digitis in duas scindebatur partes, quod veteribus usitatum. Dulcior est non scissa, & in plures partes scissa, fortè quòd humoris diluti nimia copia, hinc plurima dulcedinis pars, cum humore evanuit. Illæ immunes utroque sunt incommodo. 6. *Africanam* Plinii tempore multi cunctis præferebant. eaque tum in Africam nuperrimè transierat, patriq; nomen obtinens. 7. *Cottana*, quæ malè quibusdam *Coctana*, præter Plinium, Juv. quoque meminit. Est minoris generis. 8. De *Cariis* agit quoque Plinius, pro quibus vulgati Codices Caricas falsò legunt. Placebant hæ cute in Ægypto. Detrahebatur virentibus ut putamen. 9. *Caunea* nomen à Cauno Cariæ oppido maritimo è regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluvii, cujus incolæ, quia ob incommodum per autumnum & æstatem aërem pallebant, ideò mortuos in ea ambulare quidam dixit, sortitæ sunt. Nascuntur & in Ebuso, seu ut Statius Eboséa insula, maximę præstantissimæque, mox in Mauricinis. Has quoque ut & Cottanas in Albense rus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea Censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus. Hæ sunt quæ conscendenti navim adversus Parthos, M. Crasso, omen fecere, venales prædicantis voce. Ita enim id sumptum est, ac si dixisset, Cavene eas, quia Romani olim, ut auruncare pro averruncare, dortiũ pro divortium dixerunt; sic & Cauneas, pro cavene eas. Laudat eam Columella in Hortulo. 10. *Phibalea* nomen, Phibalis Atticæ regionis oppidum indidit. Dicuntur Antiphoni in Cretensibus *Myrrhina* Teleclidi in Amphyctionibus pulchræ. Pherecrates eis per ætatem vesci jubet. Meminere quoque earum Hippocrates & Galenus. 11. *Alexandrina*, è nigris est, candicante rima, cognomine delicata. fortasse cum Macrobii & Catonis atra, pediculo oblongo, eadem. Crasso & stercorato solo seri expetit. 12. *Lydia*, inter transmarinas à Varrone numeratur. Columella ei pictum tergum adscribit. Plinius purpuream facit. Est eximiæ magnitudinis, & tantum à vulgaribus discrepat, quantum apri caro ab altili & villatici porci carne. Nascitur in insula Pharo, & incolis αἱμώδης, tanquam sanguine infecta; ob rubrum colorem vocatur. 13. *Phrygias* divinum cibum & delicias, Alexis in Olyntho apud Athenęum appellat. 14. *Rhodias*, quæ Plinio nigræ, cum præstantissimis quæ Athenis proveniunt, Lync. comparat, eaq; convivis suis, nõ finitâ cœnâ sed incipiẽte, nisi me verba, q̃ intricata, fallũt, apponit. 15. *Tarentinæ* quas etiã *Omas* vocant, prædulces nascũtur. 16. De *Sagũtinis*, *Tellanis & Herculeis* pauca occurrunt. Illas hybernas, has atras pediculo longo, Plin. facit. Omnes in crasso & stercorato seri jubet Col. 17. *Hyrcana*, nostris est multo dulcior fertiliorq. Modios enim CCLXX. singulæ ferũt. 18. *Marina* folium nullum, magnitudo

Satyr. 2. 16. Theophr. H. l. 2. c. 9. Theophr. Caus. l. c. 1 Plin. H. N. l. 16. c. 26. Athen. Dipn. l. 3. Plin. H. N. l. 15. c. 18.

Plin. H. N. l. 15. 18. Athen. Dipn. l. 3. Colum. R. R. l. 5. c. 9.

R. R. l. 12. c. 15.

Ari. Probl. s. 22. 7.

Plin. H. N. l. 13. c. 5. l. 15. c. 19. Satyr. 3.

Plin. H. N. l. 15. c. 19.

Plin. H. N. l. 15. c. 18.

Strabo Geogr. l. 14

Ficus. Plin. H. N. l. 13. 19.

Plin. l. c.

Sca. in Fest. ad Aurum.

Athen. l. 3.

in Gloss. Hippocrat. Plin. H. N. l. 15. 18. Varro R. R. l. 1. c. 41. Col. in Ho. Plin. H. N. l. 15. c. 18.

Athen. l. 3. p. 76.

Ibidem.

Ibid. p. 75.

Plin. H. N. l. 15. c. 18. Plin. l. c.

Plin. l. c. Theophr. H. l. 4. c. 7.

Ficus. Athen. Dipn. l. 14. Theocr. Eidil. l. 1.

doexigua, color in cortice puniceus. 19. *Ægilides* ex caricis sunt, amplissimæ, ab Ægilis pago Atticæ, cui ab Ægilo heroe nomen. Meminit earum & Theocritus.

II. *A Personis* nomen impositum est 1. *Livianis* seu Livis, quas cum Lybicis quidam confundunt, sed à λιβιάνοις Athenæi distingui debent. 2. *Pompejis* seu Pompejanis, quas siccandis in sole aptissimas, cum mariscis, apud Plinium legimus. Aristophanis scholiastes ἐπιτηδείους εἰς ξηρασίαν dixisset. 3. *Augusteis*. 4. *Calpurnicis* nigris, de quibus nil planè occurrit.

III. *A Tempore fructificationis & maturationis* denominantur *Præcoces, Serotinæ, Biferæ & Hybernæ*. 1. *Præcoces* & πρόδρομοι Athenis nempe, (*primitivas* Hermolaus vertit, Gaza *præcoques*) vocabantur; & πρωτερηκαὶ, qui primo sunt maturæ & *Theriacæ*, ut apud Geoponicorum authorem legimus; nisi fortè, hæc appellatio arte maturescenti, ista quæ naturâ suâ præcocibus; hæc biferis attribui debeat. In aëre humido & clemente reperiuntur, quando calor evocavit germen. Pertinent ad eas *Biferæ, Laconicæ, Leucomphaliæ, Tiburtinæ, Porphyritides, Populares, Albæ Nigræ, &c.* 2. *Serotinæ* tardius maturescunt, quales sunt *Chelidoniæ, Duricoriæ, Saguntinæ, Hybernæ, &c.* 3. *Bifera* alba est & nigra. Cum messe vindemiaque maturescit. 4. *Hybernæ* sunt quibusdam provinciis, sicut Mæsiæ, sed artis non naturæ. Parvarum genus arborum, post autumnum fimo contegunt, deprehensasque in his hyeme grossos: quæ mitiore cœlo refossæ, cum arbore, atque in lucem remissæ, novos soles, aliosque quam quibus vixere accipiunt; & cum venientium flore maturescunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidissimo.

Plin. H. N. l. 16. 26. Athen. Dipn. l. 3. Macr. Saturn. l. 1. Geopon. l. 10. c. 51.

Theophr. Caus. l. 5. 1.

Plin. H. N. l. 15. c. 18. Plin. l. c.

IV. *Colori* sua vocabula debent, *Leucomphalia, Porphyritis, Chelidonia,* Αἰμόνια, *Arundinea, Albula, Coturnicina, Arantia alba, Nigra*. 1. *Leucomphalia* seu *Vmbilicalba*, est etiam inter præcoces & fortè cum λευκόφαια, ut Casaubonus ad Athenæum legit, id est leuco pulla, eadem. 2. *Porphyritis* ex præcocibus prima provenit, pediculo longissimo. Est inter nigrum & ruffum. 3. *Chelidonia* seu *Hirundinaria* à coloris aliqua similitudine ita dicitur. ἐρυθρομέλαινας *è nigro rubescentes* Athenæus facit. Columella purpureas, Dioscorides Nigras & φοινίκους purpureas. Ab Hesychio ἰσχάδων nomine, quod optime & exsiccari & servari possint, nuncupantur. Novissimæ sub hyemem maturantur. In campestribus & planis seri debent, si Athenæum sequimur. 4. Αἰμόνια è Paro adferebatur, Lydiæ congener, ut superius diximus. 5. *Arundineam*, ut apud Macrobium extat, arundinum foliis macula variat. Laconicam arundinem intelligo, cujus folium apud Theophrastum, versicolor legitur. An cum Marisca sit eadem, disquirendum relinquo. 6. *Albicerata* ex albo cerino est colore. 7. *Albula* Macrobii, Athenæo λευκοκερινέος dicitur, quidam Erinei speciem existimant, sed falsò. Fert enim maturos fructus, qui siccari possunt, ut Athenæus prodidit. 8. *Coturnicina*, Hermippo apud Athenæum κοράκια σῦκα, apud Suidam *Corvina*, apud Hesychium κορωναῖα audiunt. Caricæ earum χύτραι, id est Ollæ, à Maryandinis barbaris dicuntur, quod instar ollæ nigræ sint. Macrobius & Poeta pullas appellat. 9. *Aratia alba* pediculo est minimo apud Plinium. quid si Hesychio κάραι σῦκαι audiant? 10. *Nigram* Hippocrates in procidentia uteri cum allio, nitro, cumino, lævissimè tritam, ἐν εἰρίῳ in vellere subdit.

Plin. H. N. l. 15. c. 18.

Athen. Dipn. l. 14. Diosco. M. M. l. 5. c. 41.

Plin. H. N. l. c.

H. l. 4. c. 11.

Plin. H. N. l. 18.

V. *Accidentia quædam* sequentes sibi vendicant, *Siccatam, Callistruthiam, Scissam, Duplicem, Mariscam, Regiam, Generosam, Toxaliam, Duricoriã, Mammillanam, Leptoludiam, Charitiam* seu *Arateam, & Bringidatiden*. 1. *De Siccatis*, quæ Caricæ & ἰσχάδες, ἰσχάδες ἄναι, & ἰσχάδες πεφωγμέναι, Plinius. Senescunt in arbore, anusque destillant gummi modo lachrymam siccaturque. Mos laudatus servat in capsis

Plin. H. N. l. 15. c. 19.

psis Ebuso insula præstantissimas, amplissimasque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe. panisque simul & obsonii vicem siccatæ implent, utpote cum Cato cibaria ruris operariis justâ ceu lege sanciens, minui jubeat per fici maturitatem. *Vsum* earum si attendamus, stomachum lædunt, gutturi & faucibus magnificè utiles. Natura his excalfaciendi, sitim adferunt, alvum molliunt, rheumatismis ejus & stomacho contrariæ. Vesicæ semper utiles, & anhelatoribus ac suspiriosis, item jecinorum, renum, lienum vitiis. Corpus & vires adjuvant: ob id athletæ hoc cibo pascebantur. Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit, nisi Oribasio credere malis, qui, Goram caricarum usum sustulisse & primum Eurameni Samio carnes apposuisse, prodidit. 2. *Callistruthia*. Columellæ *Callistruthis*, Latinis *Passaria* dicuntur. Semine roseo ridet, & omnibus in orbe toto antecellit, ideò apud Plinium legendum *haut parum sapore præstantior*, (Lydiâ scilicet & Chalcidia) ficorum omnium præstantissima. Clodium quingentas jejunum comedisse Spartianus refert. 3. De *scissa* cum de Lybica diceremus egimus. 4. *Duplex* quibusdam cum Marisca, aliis cum scissa eadem. Horatius inter præstantiores numerare videtur. Evacuat hydropicis alvum. 5. *Mariscam* Græci βήσικον vocant, *Asininam* Macrobius, vel ut in aliis codicibus *Asinastram*, Columella pinguem, Martialis fatuam. In loco cretoso & aperto melius seritur. Senetio eas libenter comedebat, ideò Magni nomen accepit. Ex cujus similitudine podicis ulcus attritu genitum, ut in pathicis ex obsœna libidine, in iis qui equo insident ex nativo effectu, Marisca vocatur. Solet à nudo surgere ficus equo. 6. *Regiæ* quæ fortè cum ὀπροβασιλίδαις Athenæi, & Sycobasilicis Hesychii eædem, quolibet loco nascuntur. 7. *Generosarum* seu γεναίων facit Plato mentionem, quando eis qui γεναίας ficus deprædantur, mitiorem pænam assignat. Massutius apud Athenæum, vel quod in genere suo excellant, vel quasi post genitas, sicut Aristoteles pyra insita ἐπεμβολάδας ἀπίους nuncupavit, ita dictas esse putat: sed revera tales sunt, quales apud Galenum, generosæ uvæ in quibus acini humidam quidem substantiam habent exiguam, solidiorem autem non paucam, quam ceu carnem acini esse dixit. 8. *Toxaliæ*, quarum Athenæus meminit, videntur fuisse ingratæ, & quod sagittæ instar palatum vulnerarent, obtinuisse nomen. 9. *Duricoriæ*, à duro corio appellationem apud Plautum & Macrobium sumsere. Achæis κυδωναῖα & κυδώνια apud Athenæum, non κυδωναῖα dicuntur. Sunt ex serotinis seu χειμερίνοις. 10. *Mammillanæ* similitudinem Lydiarum habent. 11. De *Leptoludiis* nihil occurrit. 12. Quantum ad *Arateam* seu *Charitiam*, ficus arboris quoddam genus esse Athenæus ex Theophrasto recenset: sed cum in receptis codicibus non extet, errasse videtur. 13. *Bringindarides* ut barbarè appellantur, suavitate & voluptate nihil sunt inferiores Atticis. De *Cucurbitinis Ludiis*, & aliis quarum apud Macrobium mentio, taceo.

Plin. H.N. l.13. c.7.
Collect. l. 4.40.
in Hortulo R.R. l. 6. 10.
l.1. Satyr. 2.
Veget. Art. Veter. l.1.
Colum. in Hortulo.
Cato R. R. c.8.
Plin. H.N. l.15. c.8.
Ath. Dipn. lib. 3.
de L. L. l.8.
Ficus.
de alim. fac. l.2. c.9.
Dipn. l.3.
Plin. H.N. l.15. c.18.
Ath. Dipn. lib. 14.

VI. Claudant agmen singularia quædam Ficuum apud Athenæum genera. Κιῤῥοκοιλάδια sunt flavæ & tanquam excavatæ. ὑλάδια sylvestres. σαρκελάφια, carne cuti cervorum similes. λαπύρια, πικρίδια, amariusculæ. δρακόντια, more draconum obtortæ. μελανόφια, vel ut Casaubono placet, μελανόφαια, naturâ nigræ, pullæ. κρηναῖα fontanæ. μύλαικα molæ instar rotundæ. ἀσκαλώνικα, Ascaloniis similes. ἀμάδια & νικύλια, quibus adjungit κολούρους & μορμυνίους, & Megarenses, quibus rigationes prodesse scribit. Ex Hesychio φυλίας & κικίρδεις quasdam dictas discimus.

Hesych. in Lexico.

II. Apud *Recentiores* quatuor occurrunt. 1. *Ficus communis* seu *sativa*. 2. *Ficus humilis*. 3. *Ficus sylvestris*. 4. *Ficuum aliquot differentiæ*.

Ficus.

Camer. in Hort. Med. Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.145. Dod. Pem. 6.l.3.c.20. Tragus p.3 c.47. Tabern. l. 3.l.1.c.35. Cam. in Epit. p.182. Geſner. in Hiſt. Plant.

I. Ficus communis ſeu *ſativa* & *urbana*, eſt arbor ad octuageſimum ſæpe annum durans. *Radices* multis capillamentis ſunt fibratæ, ἐπιπολαίοι, flavæ, lentæ. *Stipes* contortus, libro aſperiuſculo veſtitus, qui lacteo ſucco, adeò acri ut exulcerare poſſit, odore rutæ, madet. *Ligni* materies alba, fungoſa, tenax. *Rami* geniculati, medullâ ſambuci modo pleni. *Folia* vitiginea, nigricantia, dura, aſpera. *Florem* nemo hactenus obſervavit: *frutex* tamen, flores intra ſe concipit, figurâ confertis ſtaminibus ſimiles, colore in candido purpuraſcentes, undiq; è carne exeuntes, atque ad mediam fructus cavitatem ſe dirigentes; quibus *ſemina* ſingula, minuta, colore flava, quodammodo compreſſa, milioque ſimilia. *Fructus* particulatim nullo apparente prius, ut dixi, flore vel julo, juxta pediculorum quibus adhærent annexum, erumpunt, extremis tantum ramis, initio parvuli, ſucceſſu temporis majores, formâ ut plurimum turbinata ut pyri; nonnulli tamen breviores, nonnulli longiores, alii ſeſſiles, alii inter hos medii, colore varii. *Liquorem* dum adoleſcunt habent lacteum & ſubacrem, qui matureſcentibus in dulcem ſuccum excoquitur. Maturarum cavitas carne primum durâ, poſt molli & dulci, ſemineque repletur. *Habentur* in Græcia, Hiſpania, Italia, aliisque regionibus ferventibus copioſæ. In Narbonenſi Gallia ſylvulas verna & autumnali fœturâ, biferarum ficuum perelegantes videbis. *Vſus* in Medicina eſt multiplex. *Folia* aperiunt hæmorrhoides, ſi eis fricentur: cum aceto & ſale contuſa, manantia capitis ulcera ſanant: decocta, & cum farina hordei ac ſale nitro permiſta, verrucas tollunt. Lixivium ex ligno fici, ulceribus impoſitum prodeſt: cinis coagulatum ſanguinem diſſolvit. *Ficus* decoctæ cum ruta in aqua vel vino, tormina ventris compeſcunt, ſi per Clyſterem injiciantur. ſiccæ dolorem Nephriticum, ſi cum manipulo dimidio albi Græci & ſale in vino decoquantur, eadem ratione injectæ ſopiunt. Tuſſim, in aqua vitæ maceratæ, leniunt. Cum radice iridis & altheæ vel liliorum contuſæ bubones maturant: pulveriſatæ & cum nova cera permixtæ, pedes à frigore læſos reſtituunt. Cum ſemine fœnugræci & lini in lacte coctæ, dolorem laterum tollunt; cum papavere erratico contuſæ & in emplaſtrum redactæ, feſtucas ex oſſium fracturis eliciunt; decoctum pectorale ingrediuntur. *Lac* cum aſſato vitello ovi, vel cera Tyrrhenica vulvæ intruſum, menſes movet: verrucas cum adipe illitum tollit; denti cavo cum lana inditum, doloris eſt levamentum. Pediculos fructum progignere, Galenus prodidit.

Taber. l.2. Tragus p. 3.c.47.

Dodon. l.c.

II. Ficus humilis, Matthiolo & Dodonæo *Pumila*, *Chamæficus*, Lobelio, *Chamæſyce* arbor Lugdunenſi, eſt ſesquicubitalis altitudinis, foliis & fructu priori aſſimilis.

Dodo. l.c. Lobel. Obſerv. p.612.

III. De Ficu Sylveſtri ſufficienter ſuperius dictum.

IV. Ficuum apud *Recentiores* differentiæ 1. *à Loco*. 2. *Tempore matureſcendi*. 3. *ab aliis accidentibus* ſumuntur.

I. A Loco ſunt 1. *Germanicæ*, quæ rarò ad perfectionem veniunt, niſi vel diligens cura adhibeatur, vel hyems ſit clementior, & æſtas fervida. Germina cum foliis menſe Majo erumpunt, atque his in longitudinem proficientibus, & folia, & ficuum rudimenta multiplicantur: quorum priores Septembri ad maturitatem perveniunt, ſi æſtas fuerit faventior. 2. *Hiſpanicæ & Italicæ*, quæ citius erumpunt, & prius: poſterius verò enatæ Ficus, ſi per hyemem non deciderint, altero anno mox adveniente æſtate, perficiuntur. 3. *Indicæ*, quarum illæ quæ in nova Granata mole aurantium æquant. Circa Caput Bonæ ſpei perpetuò; in diverſis Indiæ Occidentalis vallibus, integro anno promuntur. In Peruana quod folia non deponant, ſingulari Dei providentiæ adſcribit Monardes. Lac enim ex iis manans, præſentiſſimum eſt adverſus virulentos

De Laet Ind. Occid. l.9.4. Joſeph Acoſta Hiſt. Ind. l.4.

Jito Margravij.
Muiva Brasiliensium.
Ficus Indica humilis. Tab. XXV.
Jaracatia.
Papajofera.
Coapoiba
Mamoeira foemina.
Mamoeira.
Flos Mamoeiræ foeminæ.



lentos Aranearum (insectum id est mali aurei amplitudine, adeo virulentum ut punctura interdum jugulet) ictus, bis terve in vulnus instillatum, remedium. 4. *Arabica & Ægyptiaca*, quę non minus exsuccæ quam sycomori.

Bellj Obs. l.2. c.82.

II. A maturescendi tempore, Scaliger tria genera hanc arborem ferre monet. *Vnum*, valde tempore præcox, quod Græci πρόδρομον, Veneti *Bolar*, Galli *Florones* vocant, atque id edendo est. *Alterum* eorum est quod postea prodit, cujus duæ sunt species. *Vna* quæ maturatur, Ficum dicimus. *Altera* cruda est & prius cadit, quàm absolvatur.

in Theoph Caus. l.5. c. 1.

III. Ab aliis accidentibus denominant suas Itali, nempe 1. *Migliorolam.* 2. *Molenganam.* 3. *Asprinam.* 4. *Gentilem.* 5. *Digitellam.* 6. *Pallariam.* 7. *Stellam.* 8. *Ottanam.* 9. *Bianchettam.* 10. *Imperialem.* 11. *Albiheram.* 12. *Corbam.* 13. *Pentam.* & 14. *Corinarolam.*

Porta Villæ l.5. c.16. Scapel. ad Theophr. H.l.4. c.6.

1. *Migliarolæ* nomen à grani miliacei intus copia inditum. Corpore est exiguo, sapore vili, sub dentibus crepitat dum manditur. Corium ejus adhæret palato & manibus, adeò firmiter, ut vix avelli queat, nihil boni habet, nisi quod præceps sit, videtur esse veterum Popularis. 2. *Molengana* est ex præcocibus, instar lapidis porphyritidis purpurascens. 3. *Asprina* aspera est corio & sapore. Hyeme, multo post foliorum casum tempore, maturescit. Duplex est. Altera è cœruleo cum nonnulla rubedine nigra. Altera verò alba. 4. *Gentilis* principem omnium locum sibi vendicat, albedine decorâ, sapore insigni, pinguedine, suavitate, jucunditate ac dulcedine; cum hiscit, candidissima demonstrat viscera, videturque ex hoc fructu Campania fælix. Siculi *Ficcazanas* vocant. 5. *Digitella* roseo semine ridens hiat, oblongo pediculo, præstantissimo inter cæteras sapore. 6. *Pallaria* seu Fico *Lardare*, magnitudine est stolida, pinguedine tantâ, ut lardi nomen sibi vendicarit, sapore insipido. Sales pasla, ad servandum aptior, quam viridis ad escam. 7. *Stella* à pediculo ad umbilicum striis veluti teniolis depingitur, ut stella videatur. Striæ albę sunt, corporis color arundinum folii. 8. *Ottana* maturescens colore albo flavescente insignitur, ut si eam perspexeris, ceream dicas. Id habet hæc ficus proprium, quod præ cæteris prodromos ostentat hyeme, qui cum biferis Junio maturantur. 9. *Bianchettam* pristino adhuc nomine potiri Baptista scribit, & ex albo pallescere, mitescereque Augusto tradit. Albam se quoad interiorem pulpam ex horto Illustr. Landgravii Hassiæ Wilhelmi habuisse, scribit Camerarius. 10. *Imperiali* à magnitudine, specie, & sapore singulari nomen inditum, extima superficie est alba, & Augusto maturescit. 11. *Albihera* nigro est corio, cum hiat, albet, saporis nimium delicati, ideo apud plærosque præstantissima habetur. 12. *Corba* ab insigni nigredine nomen sortita est. Maturescit Augusto. 13. *Pentæ* sanguineus est color; maturescenti finditur putamen, adeò ut affabrè picta videatur. 14. *Cotinarola* serotina est, & duro vestitur corio. Caricarum quoque triplex genus à Bauhino adfertur. *Primum* in sporteis magnis corbibus. *Secundum* in cistis & similibus sportis lauri foliis immixtis. *Tertium* in parvis & turbinatis corbibus è sparto contextis. Hæ Massilienfia cognomento, cæteris quidem magnitudine, saporis verò generositate superiores sunt.

Camer. in Hort. Med.

Bauh. Pin. l.11.c.1.

EXOTICA.

Ex Exoticis pertinent ad Ficum sequentes. 1. *Ficus Peruana.* 2. *Ficus Nigritarum.* 3. *Chivef Zipangica.* 4. *Amacortic Novæ Hispaniæ.* 5. *Amatzquitl.* 6. *Itzamatl.* 7. *Iaruma Iucajensium.* 8. *Ficus Indica Orientalis.* 9. *Tunificifera seu Tuna Indorum.* 10. *Nopalnochetzli Novæ Hispaniæ.* 11. *Ficus Sinensis Heurnii.* 12. *Cereus Peruvianus.* 13. *Ferruminatrix Indorum.* 14. *Cajahaba.* 15. *Ambayba Brasilianorum.* 16. *Amauve Maragnanæ insulæ.* 17. *Ficus Indica lævis, pilosa.* 18. *Ficus Indica humilis.* 19.

Vid. TAB. XXIV. & XXV.

Ficus. *Muiva Braſilienſium.* 20. *Iito eorundem.* 21. *Iaracatia.* 22. *Papajofera Tabacenſium.* 23. *Mamœira.* 24. *Iamacaru,* & 25. *Fructus Exoticificus ſpecie.*

Hiſt. Ind. N. & Mor. l. 4. c. 32. 1. *Ficus Peruanæ* facit Acoſta mentionem. Ea parte dimidia, in Mala tredecim milliariumintervallo à civitate de los Reyes, qua Auſtrum ſpectat, frondes & fructum fert, quando in montanis æſtas viget: alterâ parte, contrario anni tempore, quando in planis æſtas eſt.

Bauh. Pin. l. 11. ſ. 1. Bauh. H. P. l. 1. c. 45. Thevet. in Francia Antarctica 2. *De Ficu Nigritarum* ut Thevetus & Lugdunenſis vocant, nil aliud occurrit, quàm quòd ſit folio ficus, fructu pedes duos inſtar cucurbitæ lõgo, quem tanquam Melones eſitant. *Semen* intus reni leporino figurâ ſimile, magnitudine fabæ. Quidam nutriunt fructu Simias: nonnulli ex ritè ſiccato monilia è collo ſuſpendenda conficiunt.

Idem l. c. Bauhin. H. P. l. 1 c. 47. Ther. ſingul. Amer. l. 1. c. 10. 3. *De Chivef* quod Syriacè *Ficum* ſignificat, hoc duntaxat ſcitur: folium habere eximiè viride, exactè rotundum & nummo aureo Gallico par, *fructum* magnum, meloni parem, cortice croceo, qui Mannæ modo in ore liqueſcat, ſeminibusque qualia in cucumere noſtro, ſcateat, & in inſula Zipangu naſci.

4. *Amacoztic Novæ Hiſpaniæ*, aliis *Texcaamatl* & *Tepeamatl*, arbor eſt magna; *foliis* amplis, obrotundis, pinguibus purpuraſcentibus cordis ferè figurâ. *fructu* ficubus parvis ſimili, purpuraſcente, cui fulva grana. Ramum videtur Cluſius deſcribere. *Provenit* in Chietlæ montoſis, cautes non mediocriter ſpectando miraculo amplexa. *Radicum* decoctum nondum excuſo lacte, ſupra infraque purgat. Lac ulceribus medetur. Eſt & alia *Tepeamatl* ſeu *Amacoztic* ſpecies, cui folia cordis, quorum nervi rubent: In ſummo quid rubrum ſed convolutum conſpicitur. Similis eſt huic & ea quam Oviedus ſub nomine *Gaguey* deſcribit. Producit enim & hæc fructum inſtar ficus; verum haud majorem avellanâ, interius verò planè admodum ficus candidæ caſtellanæ, plenum minutiſſimis grãnulis, & grati ſaporis.

Recus R. M. N. H. p. 409.

Hiſt. Ind. l. 8. c. 15.

5. *Amatzquitl* ſeu *unedoni papyraceæ*, materia eſt levis, ac parum à ficulnea diſtans. *folia* limonis, ſed magis acuminata, comata; *fructus* nucum Ponticarum magnitudine, candidis diſtincti punctis, & granula ficulneis formâ & naturâ ſimilia in ſe continentibus. Provenit locis calidis qualis eſt Chietla. Jus decocti corticis radicum febricientibus valdè prodeſt. Folia umbræ tantum gratiâ expetuntur. Nieremb. H. Ex. l. 15. 71.

6. *Ytzamotl* Haitini *Ceibam* vocant. Arbor eſt magnitudinis vaſtæ, *materiâ* lentâ ac brevi; *foliis* novaculæ formâ. Duæ ejus ſpecies. *Altera*, foliis mali Medicæ, quæ largos imbres dum viridia ac tenera ſunt effundunt: fructu orbiculari, albis maculis diſtincto, ac granulis granis ficuum ſimilibus, referto, eduli, & ſaporem noſtratium referente. Indigenæ Hiſpani *ficum Indicam* vocant. *Altera* latioribus, ſed tamen obtuſioribus, & nigrioribus, unde *Elimatl*, vocare malunt, fructuque minori. Hoaxtepecenſes Mannam ſuper eam cogunt, noſtræ & formâ, & viribus, ſimillimam, ſed paulò duriorem & glutinoſiorem. Nieremb. Exot. Hiſt. l. 15. c. 72.

7. *Iaruma* Jucajæ inſulæ arbor eſt, ficui ſimilis, eodem modo frondoſa, & populi altitudinem ſuperans, non ſolida quidem, more aliarum arborum, nec inanis tamen uti arundo, uti ferula potius aut ſambucus. *Cortice* lubrico & lævigato. *Fructum* creat ſesquiſpithamalem, mollitie ficus, ſapidum & ſalubrem ſalubrem ſanandis vulneribus. *Folia* divulſa ferè à ſe invicem membra reſtituere dicuntur; quod exemplo Hiſpani cujusdam probatur. Idem l. 14. c. 104.

8. *Ficus Indica Orientalis*, aliis *arbor de Rayz*, *arbor Goa*, dicitur. Arbor hæc ex radice emergens, in magnam altitudinem unico trunco eoque craſſo aſſurgere ſolet. In *ramos* dein in omnia circum latera panditur, qui tenuia quædam & ſingularia *filamenta* (qualia in cuſcuta nuncupata vulgo conſpicimus) cerei vel aurei dum Cluſ. Exo. l. 1. c. 1. Linſchott. p. 4. Ind. Occid. c. 4.

recen-

recentia sunt coloris, deorsum mittunt, iisque ubi terram attigere firmantur, novamque quasi prolem generant, & veluti in novos arborum caudices transeunt, & ita se continuo serunt, ut interdum unica arbor suis propaginibus, mille passus in ambitu occupet. Et quia non inferiores solum rami villos hujusmodi fundunt, verum & illi qui summum obtinuêre cacumen: ideo omnium propendentiis quasi in unum collatis, quædam quasi sylvula constituitur. nec aliunde quam ex sola trunci crassitudine, omnium prolium parens, (trium virorum ulnis aliquando vix comprehendi potest) dijudicari potest. Adeò verò densis ramulis majores rami luxuriant, ut Solis radiis nullus detur aditus; imo concavi instar fornicum sinus; resultantem inde aërem ita inæqualiter scindunt, ut Fabricius Mordente, qui aliquot annos Goæ vixerat, Clusio, Echo multis in locis ter atque etiam sæpius humanas voces reddere, retulerit. Non tantum octingentos aut mille viros tegi, sed terna etiam hominum millia latere posse, ejusdem fide refertur. Quæ à recentibus ramis prodeunt *folia*, Cydoniorum ferè sunt similia: quorum facies externa viridis, interna alba & villosa existit. *Flos* fructum utrobique rubens præcedit. *Fructus* qui intra recentium ramorum folia, non secus ac vulgares fici protuberat, pollicis priorem articulum obiter exprimit, ficum parvam vel olivam æmulans; *Flos* interius tenuissimis granulis ceu Cenchramidibus turgescit. Frequens in Goa & locis finitimis provenit. Incolæ umbram & refrigerium sub ea captant, ramis tenuioribus, ut facilior aditus pateat, prius resciss. *Fructus* à volucribus devoratur. Huic similis est illa, quam Ferdinandus Lopez de Castaneda, *Mangu* appellat, & radicem caudicum instar sursum attollere, inque provincia Malacca nasci prodit. Eadem est cum ea *Zanda* Pigafettæ, in Loanda insula ad ostia fluminis Coanza regni Congo proveniens. Sub ejus externo sive primo Cortice invenitur quasi tela quædam, qua contusâ, purgata, deinde in longitudinem expansa sese tegunt tenuis fortunæ viri & fœminæ. Ficus.

H. Orient. l. 7. c. 3.

regni Congol. l. c. 4.

9. *Tuna Indorum* multa sortitur à scriptoribus nomina. Plerique *Ficum Indicam*, alii *Carduum Indicum* & *ficum Indiæ*, Bellonius *Palam*, Adversariorum Authores *Tunificiferam*, Cardanus *Anapallum Bellonii*, Lonicerus *Opuntiam*, Cortesius Arborem *Nepal*, Mexicani *Nochtli*, ut *Tunales* & *Tunal* nomina taceam, dixêre. Incomposita est arbor, tota spinosa, folio, fructu, trunco, si truncum habet. Mira frondium fœcunditas. *Folium* supernascitur folio, si decidat, aliquot radices agit, surgitque altera arbos. Alia ex his crassa, alia tenuia; hæc spinis stipata, illa raris brevibusque horrentia, quædam rotunda, alia oblonga; cum nonnulla maxima sint, longitudine nempe plus quam pedali, palmari latitudine, alia admodum parva reperiuntur. Membranâ foris tegitur omne, plurimis tuberculis asperum, succo adhęc coloris herbacei intus turget, viscido, salivoso, qui post quam siccitate granulosus evasit, digitorum attritu, arenæ tenuissimæ instar dissolvitur; & per quem nervorum reticulari plexus discurrunt. Femoris crassitudine observatum fuisse Gesnerus monet: ligneam tandem substantiam acquirere, cum spinarum jacturâ, notum. *Flores* quos vere calathi mali punicæ quadantenus effigie, luculentiore magnitudine, in extremis foliis oblongos profert; jam crocei albique, per extrema inveniuntur, jam extra luteo, intra verò ipsius pomi colore; jam extra lutei, intra verò ex albo in coccineum vergentes, & nonnunquam lutei. Hos *Fructus*, qui in insula Cuba, *Nucchti* dicitur, æstate insequitur turbinatus, ficuum non dissimilis, & ut plurimum horridè spinosus, cujus fastigiosa foliola quædam instar coronæ ambiunt. Ejus cute crassiore, quæ miniata & purpurascens, detracta,

De Laet Ind. Occi. l. 5. c. 5. Nieremb. Hist. Exo. l. 14. c. 55. Dod. pem. 6 l. 3. c. 1. Marcgrav. H. P. Brasi. l. 5. c. 15. Recous R. M. N. Hisp. l. 1. c. 44. Bauh. H. P. l. 1. c. 81.

Ficus. cta, pulpa interior apparet, granis quam plurimis duriſſimis, lentis ferè magnitudine, ſed ſinuatis & inæqualis ambitu, inque ſinu concoloribus, differta; aut alba, aut rubicunda purpureave, ita ut manus ſanguineo colore tingat, & urinam comeſta eodem inficiat, quod tamen de hortenſi inprimis accipiendum eſt. Fert & *Gummi* renum & urinæ calorem temperans. Succino id flavo colore & ſubſtantia, ſi durities lapidoſa abeſſet, ſimile, glebulis concretum, Tragacanthi in modum vermiculatum, adeo durum ut vix dentibus comminuatur. *Naſcitur* ex duriſſimo ſemine, decimo ſexto à die ſatu, & quandoque altero tertioq; demum menſe erumpit. Cum primum exit, folia duo craſſa, mucronata, rubentia, oſtendit; è quorum medio quaſi pili candicantes, & rubeſcentes ſimul emergunt, quos ſtatim folium iisdem veſtitum, hirſutum, & teres ſequitur. progreſſu temporis, paulatim in latitudinem comprimitur, aculeis rubentibus, & albicantibus, mollibusque armatum, jucundiſſimo Naturæ ſpectaculo. In inſulis Peruvianis, & potiſſimum Hiſpaniola, quovis anni tempore, vel conculcatis pedibus provenit; nullaque adhibita curâ radices aguntur. Translata in Hiſpaniam, Italiam, Galliam, fructus maturos profert, ſed in illa frequentius. In Germaniæ & Belgicæ hortis floret, ſi æſtas fervida. hyemis impatiens, & pluviæ, quâ facilè corrumpitur, inimica. Montoſis magna ex parte gaudet. Duas ipſius *ſpecies*, *Agreſtem* nempe & *Hortenſem* ponit de Laet. *Illa* aut nullum fructum profert, aut nimiis ſpinis utilem. *Septem* in Mexicana reperiri prodidit Hernandus. Prima *Yztacnochtli* vocata, quod albus fructus ejus ſit, folia fert rotunda, parva, levia, rarisve horrentia aculeis; florem luteum, fructum ſpiniferum & candentem, ac in fruticis attollitur magnitudinem. *Secunda*, quæ *Colnochtli* dicitur, quod pallentem proferat fructum, foliis conſtat amplis orbicularibus, flore coccineo per extrema palleſcente, & pomo luteo ac raro. *Atlatonochtli*, ſeu *Tuna ex albo in rufum colorem inclinans*, folia fert anguſta, oblonga, impensè aculeata, & nonnihil purpuraſcentia; quod eſt huic tantum generi peculiare, cum cæteris omnibus viridia ſint: fructum item valdè ſpinoſum, florem extra luteum, intra verò ipſi? Tunæ colore. *Quartum genus Tlapalnochtli* dictum, id eſt coccineum, folia fert tenuia, anguſta & oblonga, ſed breviora præcedentibus, ac minus ſpinoſa, florem ex albo rufeſcentem & parvum, pomum item non adeò ſpinoſum, & coccineo flammatoque colore præditum. *Quintum Tzaponochtli*, ob ſimilitudinem, quam habet cum fructu à Mexicanis *Tzapotl* vocato. folia fert ſqualentia, ovi figurâ; quibusdam horrida ſpinis, & flores in his luteos, ex albo in coccineum colorem vergentes. *Cacanochtli* verò quæ & *Tzacunochtli*, ſeu *herbacea ſylveſtrisve Tuna*, quæ in arboris magnitudinem attollitur, multis alis concava eſt, foliisque conſtat rotundis, parvis & ſpinoſis. ſilveſtris fructu vix juglandem nucem magnitudine ſuperante, ſed ſpinis horridiore, & pallidis floribus. Eſt & *Xoconochtli*, ſimilis formá Caconochtli, ſed tam foliis quàm fructu acida, unde nomen. *Vſum* invenere in Medicina omnes. *Radices*, ἐντεροκήλῃ, eryſipelati, & calido jecori remedio ſunt. *Foliorum* ſuccum, carpentorum rotis nimio motu æſtuantibus, ne perurantur, Mexicani inungunt, ipſa decocta in frigidorum eſculentorum uſum vertunt. *Poma* cum granulis loco cibi ſumpta, alvum dicuntur ſiſtere, ſi calor fluxionis cauſa ſit. Et quamvis flatuoſum & corruptioni obnoxium cibum præbeant; tamen, quia æſtuantibus jucundiſſimum, æſtatis tempore vehementer expetuntur. Accuratius deſcripſi, quia miranda.

Hiſto. Ind. Oc. p. 9. l. 4.

10. *Nopalnochetzli*, ſeu *Nochetzli Nopalli*, Tunarum ſpecies eſt. Naſcuntur ex ejus grano, hac ſola ratione

Nieremb. Hiſt. Exot. l. 14, c. 36.

De Lact Ind. Occid. l. 5. c. 3. Receus R. M. N. H. l. 2. c. 45.

ne à pecorum, armentorumque injuriis quibusdam in locis naturâ munitis asserto vindicatoque, à cimice formæ minime abludentes, pulice cum se plantæ applicant minores, vermiculi rotundi, extra candidi, intra coccinei coloris, interdum spontè ipsius naturæ, interdum hominum industriâ, semina superioris anni (totum enim hortum implent, & semel atque iterum quotannis colliguntur) statо tempore tum admoventium; quæ Indi *Nochetzli*, Hispani *Cochinilla*, à cocco seu grano, cujus species sunt, appellant. Purpureus ex his, interdum coccineus, pro varia parandi forma, color conflatur, & si ex aqua decocti arboris *Tezohoatl* addito alumine, atque subsedimento in placentulas formato fiat, quod Tlaxcalensibus solitum, (Hispani *Grana en pax* vocant,) exquisitissimus. Infertur toti Europæ ditissimo commercio. quinquies mille sexcentas septuaginta arrobas, anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo una classe in Hispaniam traductus, Acostæ fide, habemus. Adstringit ex aceto, tususque admotus in modum emplastri vulneribus opitulatur, cor, caput, & ventriculum roborat, ac dentes egregiè extergit. Cæterum *quatuor* ipsius reperiuntur *species*. *Agrestis* una & inculta, quæ nullius pretii colorem fundit. *Altera Nigrior*, quæ spontè & absque cultura provenit. *Tertia Montensis*, quam Chichimecam vocant, inferioris quoque notæ. Has omnes, quæ optima & culta, permiscent.

Hist. Ind. Nat. & M. l. 4. c. 13.

Stapel. ad Theoph. Hist. 4. c. 5.

11. *Ficus Sinensis Heurnii* à Justo Heurnio nomen sumsit, Arbor est procera, *foliis* spithamam longis, tres vel quatuor digitos latis, in margine æqualibus, dilutè viridibus, crassis, duris, & nervosis. *Fructum* habet globosum, ossibus planis, semicirculum referentibus, duris, foris fuscis, intus albis prægnantem. *Maturescens* flavescit, & dulcem saporem acquirit, ac premitur. *Immaturus* viridis mespili instar adstringit.

12. *Cereus Peruvianus*, Oviedo *Cardui species*, *quem Christiani Cereum* vocant, Adversariis, *Euphorbii arbor Cerei effigie*, Castori *Euphorbium*, in icone; Lugdunensi, *Cereus spinosus*, Linschottano *stipites spinosi hastæ altitudine*. Admiranda ejus natura est. *Hastas* surrigit quaternas & quinas novendecim, & vicenum cubitorum, virgatis & ad normam directis striis canulatas. In extremis extantibus striarum angulis obtusis exeruntur *stellulæ*, corneis stylis radiatim è suo centro quoque versum minacibus, uno duntaxat prominulo, æquè directo longius. Tota quandam effigiaturam, & concolorem superficiem echino-melo cacti præfert, sed brachium æquabili ductu æquante, columellæ aut cerei funalis prælongi instar. Ejus è medio, & striarum dorsis ansatim angustiore cervice, cucumeris ventre, surriguntur *brachia* terna, quasi folia, teretia, crassa, eundem commensum proportionis & figuram sortita. Intus torulus ligneus carpi crassitie, obductus est callosâ carne, & succo aloës: gummeo enim turget perquam amaro lentore. *Flores* in vestigio summo projicit, referentes digitalis purpuræ fructus. Hilari purpurâ miniata rubet, ficus ferè effigie, gustu non insipido.

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 26. Tabet. l. 2. f. 916. c. 27.

13. De *Ferruminatrice Indorum*, ut eam Adversariorum Authores vocant, Bauhinus scribit, arbusculum esse ficui Indicæ cognatam, perpetuò virentem, & quæ foliorum successiva sobole magnitudinem arboream adipiscitur, foliis planè iisdem, sed fructu minore. Rami, *inquit Lugdunensis*, folia primum fuere: ex singulis singula oriuntur, atque ex his alia, quæ demum indurantur, & mutuò sibi succedente foliorum sobole, in ramos abeunt, ac tandem arboris magnitudinem adipiscuntur, quæ perpetuò viret, caudice in imo & ramis cinerici-

Bauh. H. P. l. 1. c. 81.

Ficus. ciis aſperis. Succus fructus ad inficiendos pannos infecturæ tenaciſſimæ, & quidem purpureus. *Folia* ſpinis exemptis trita & cataplaſmatis impoſita, fracta oſſa mirè glutinant, ſed illa prius ſuis locis reponi oportet. Nam admotum cataplaſma, cum agere in partem cœpit, ita hæret, ut avulſu perdifficilè ſit. Ea verò ſanatâ ſponte excidit. Unde *Opuntia Oſteocollos* dicitur. Oviedus ſuſpicatur, Carduum Tunes in hanc arborem transmutari.

Cluſ. Exo. l.4.c.14. 14. *Cahajaba*, quibusdam *Mippi* vocatur. Applicat ſe ad arbores hederæ inſtar; internè multis fibris conſtat, quibus ad colligenda & connectenda in ſuis ædificiis tigna, incolæ utuntur. Viridis & recentis taleæ, ab incolis tenuiter contunduntur, & ſupra fracturas alligantur, ut oſſa fracta ferruminent.

De Laet Ind. Occi. l.15.c.8. 15. *Ambayba Braſilianorum*, ficui eſt ſimilis, ſed humiliter. *Folia* tam ſcabra habet, ut lignis lævigandis inſerviant. Reperitur ferè in vepretis & arvis, quæ quondam culta fuerant, rarius aut nunquam in ſylveſtribus. *Corticis* ſuperficies derasa, & recentibus vulneribus, cortice ſuper ligato, impoſita, quam celerrimè eadem ſanat.

De Laet Ind Occid. l.16.c.11. 16. *Ama-Vve Maragnanæ inſulæ*, cum ficu tam foliis quam fructu omninò videtur convenire.

17. *Ficus Indica levis piloſa*, ex Creta Bauhino miſſa eſt, eaque duplex. Pinac. l.11. ſ.1. *Altera* foliorotundo: *Altera* folio oblongo.

Ibid. 18. *Ficum Indicam humilem* ex horto Doctoris Saltzmanni idem habuit, Pedem vix ſuperabat. *Ramis* erat reflexis & veluti creſcentibus, *flore* magno luteo. Nonnullis *Ficus Indica minima*, aliis *Lichen marinus*, vel *Opuntia marina* de Bry, dicitur.

Marcgrav. H.P.B.l.5. c.19. 19. *Muivæ Braſilienſium folia* Malabathri, lanuginoſa, ſplendidiſſimè inferius alba, ſaturatè ſupra viridia: *fructus* magnitudine pyri muſcatellini, cute lenta, ubi maturuit, purpureo ruffa, umbilico quinquefolio, pulpa pallida, acinis minimis refertiſſima, melleâ conſiſtentiâ, dulci, plenus. Avibus devorandus ab incolis relinquitur. Poteſt & ad Meſpilum referri.

20. *Iito Braſilienſium*, duplex eſt, *Marcgravii & Piſonis*. 1. *Marcgravio* arbor eſt *cortice* fuſco, luteis punctis variegato, *foliis* novem digitorum longitudine, nervo ſecundum longitudinem ſectis. *Fructus* parvæ ficus figurâ, magnitudine globuli luſorii, major aut minor; obſcurè lutei coloris, qui in ſe tria ovalia ſemina continet, magnitudine ſeminis pomi vulgaris, cuticula obſcurè flava tecta, nucleus autem illorum albicat. 2. *Piſoni* eadem *Vrapeguaci* dicitur: ſed ad bacciferas potius quam huc ſpectat. Ibid. c.11. Piſo ſimpl. Br. l.4.c.33.

21. *Iara catia* arbor eſt erecta, *ligno* lacteſcente, *caudice* ſpinis duris & craſſiuſculis armato; *foliis* ſtellatis in frondes congeſtis; *flore* Mamomeiræ. *Fructus* eſt tres digitos longus, duplici pollicis humani craſſitie, ſtriis ſecundum longitudinem profundis notatus, coloris crocei; cui caro granis referta, magnitudine & figurâ hordei *Duplex* eſt Arbor, *mas* & *fœmina*: quæ ſimiles ſunt excepta magnitudine, nam fœmina per omnia minor eſt mare. Ibid. c.63.

22. *Papajofera Tabacenſium* ſæpè ad viginti palmos excreſcit. *Caudex* ſine ramis. *Folia* grandia, ficulnea. *Fructus* rotundus, (longum Reccus ponit) mole globi quindecim libras pendentis, ſapore Melonum, granulis nigris, ſapore ſinapi refertus, caudici adnaſcitur, è quo antequam maturuerit, liquor quidam ſalit, contra impetiginem utilis. Maturatur omnibus anni menſibus. Arbor ipſa unico anno adoleſcit, & fert fructum, è quo immaturo paratur conſerva, immodicum corporis æſtum immodicè temperans. Naſcitur in Hiſpaniol. Cuernavaca, Tlaquiltenango, Joatepea, & Haitina inſula. Neapoli Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto apud De Laet Ind. Occid. l.17.c.28. Reccus H. R.M N.H. l.5.c.82. Marcgrav. H.P.B.l.5. c.6.

apud Marium Schipanum ex semine nata est, de qua Fabium Columnam vide.

Ad Recci Thes. p. 99. Clusius in curis post. Marcgrav. H.N.B.l.j. c.6.

23. *Mamoeiram* sub Platanum foliorum respectu Bauhinus retulit: nobis quoad fructum hic reponere visum. Eadem quamvis cum Papajofera credatur, separatim tamen describimus: & forte icones parum à se abeunt. Duæ verò ejus reperiuntur species, *Mas & Fœmina*. 1. *Mari* viginti & plurium pedum altitudo; caudex fragilis, lacteo succo turgens: *folia*, pediculis duos & ultra pedes longis insident, orbicularia, pedem lata, in aliquot lacinias dissecta: *flores* quinquefolii, pallidè flavi. Decidit, nec subsequitur fructus, nisi arbor sit transplantata, aut duorum vel trium annorum. Qui nascitur striatus est, peponis instar, & marsupium quale fœminæ in Misnia gestant, referens. Fructus lacteum succum immaturus de se fundit. 2. *Fœmina* mari caudice & foliis similis. *Florem* caudex fundit, gladioli floris magnitudine, linguæ instar angustum, pentaphyllum, deorsum retrorsum contortum; odorem lilii convallium spargentem, cui in medio ovale, pruni nuclei magnitudine, stamen coronâ flavâ cinctum: & quidem toto anno. E medio floris prodit *fructus*, qui caudici adnascitur, vulgaris melonis magnitudine, figurę ejusdem, mammarum æmulus. hinc *Mammo* apud Hispanos nomen. Viridis est, & exsudat *lac* dum immaturus: flavus postquam maturuit, carneque melonum instar lutea, sed saporis inferioris. Copiosa huic grana, centum triginta & plura, ovata, magnitudine Coriandri, in superficie rugosa, fusca, saporis Nasturtii aquatici, quæ tenui & splendenti tunicæ inclusa sunt. Matureścit immaturus, si sub dio in arena abscondatur. Ex quolibet semine fructifera uno anno arbor prodit; nec ultra quadriennium vita. sponte corruptum cacumen, interitus indicium. Posset & *ad palmas* reduci.

24. *Iamacaru* Tunarum est genere. Quinque verò ejus in Brasilia species. *Prima* arbor mediocris, caudice aculeis stellatis armato; foliis Tunæ modo ovalibus, compressis, in ambitu aculeatis; in quorum superficie tubercula eminent; ex quibus ut conjicio, flores enascuntur, qui in multa stamina desinunt. *Altera* Brasilienſibus *Caxabu* dicitur. Arbor est magna. Primum erumpit è terra folium unum octangulum, spinis stellatis armatum. huic plura adnascuntur modo Tunæ, quandoque sex pedes longa, brachium humanum crassa. *flos* solitarius, magnus, albus. *Fructus* ovo anserino duplo major, ovalis figuræ, exterius obscurè ruber, qui comeditur. *Tertia* priori magnitudine caudicis, flore & fructu per omnia similis, excepto quod folia sunt triangulata, ut in ea quam quarto loco describam. Ad hanc pertinet illa, quæ teretibus ramis & nodosis, instar baculi nodosi, ad quos nodos sunt spinæ ut in cæteris, cum quibus in reliquis convenit. *Quarta*, est illa ipsa quam *Cochinillam* in Nova Hispania ferre diximus. *Fructus*, qui figuræ oblongæ, cute crassa, egregiè rubra, pulpa succulenta, & quasi in multos globulos conglobata, quæ dulcedine vulgarem ficum superat. *Folia* succum herbosum brassicæ similem fundunt. *Quintam* ita Piso describit. Truncus è terra primum, nunc triangulari, nunc quadrangulari figurâ, unicus, crassus, horridis spinis obsitus, prosilit. Ex quo multi deinde, *ramorum* loco similes trunci producuntur; hisce *flores* haud inodori, albi Nymphææ majoris similes, adnascuntur. Quibus mox, æstivis mensibus, succedunt *fructus* rubri, ovi anserini figura & magnitudine, multaq; nigra & exigua *semina*, candidissimæ & succulentæ eorum fructuum pulpæ, intus contentæ immerguntur. Præterquam quod ob delectabilem fructuum fragrantiam & ob succum ex acido dulcem, ab æstuantibus expetuntur: febricitantibus impri-

Ficus.

De simpl. Brasil. fac. l.4.c.63.

Ficus. imprimis & biliosis conveniunt recentes, quod grato acore palatum afficiant, & sitim sedent; denique cor & ventriculum mirè reficiant. Succus denique ex hac planta extractus, febribus ex bile natis medetur. Adde hisce arborem *Vrurumbebam*, de qua hoc duntaxat scio, arborem esse nitidissimam, ex familia horum carduorum, sive ficuum Indicarum. Quæ in desertis Mediterraneis tantum reperitur,

Piso de fac. simpliciū. l.4.c.63.

25. *Fructus Exotici ficubus similes* sunt tres 1. *Tertius Clusii*, immaturæ ficus formâ, magnitudine & colore similis, durus, levis tamen, colore ex fusco cineraceo, albis maculis aspersо. 2. *Papaje Peruanorū*, quos arbor procera & gracilis, apud Mantem profert. Modici sunt, sapore dulci. Nusquam alibi à Benzone visi. 3. *Fructus Ficui similis Bauhini*, sed angulosus & supernè cordatus. Cortex exterior subflavus, fragilis: quo decorticato alius subest, crassus, durus, niger. Non crepitat concussus: sed aquæ injectus subsidet. Acceperat eum à Ducissa Wirttembergensi Bauhinus, & à Paludano similem.

Cluſ. Exo. l.2.c.19.

Benzo Hi. Ind.l.3.c.18

Bauh.H.P. l.1.c.71.

Id.l.3.c.43.

Articulus III.

De Sycomoro.

TAB. XXVI.

1. EX *Veterum* placitis de *Arbore* solum hic agendum est.

Est autem *Sycomorus* arbor magna, moro folio, καὶ τὸν ὅλον τρόπον similis. *Materies* proprii generis inter utilissimas, eaque πλούσιος, seu πολύχυλος, multi succi. Cæsa stagnis mergitur, hoc est ejus siccari, & primo tudit, postea fluitare incipit. Certoque fugit eam omnis humor, qui aliam omnem rigat. *Pomum* quod συκόμορα vocant, ramis, minoribus scilicet, qui κλάδοι & βλαστήματα Galeno, βλαστοὶ Athenæo, non ferre; ferre ipso caudice, ἐξ αὐτοῦ πέφυκε, certum est. An majoribus ferre crediderint antiqui, dubium, cum ἐκ τῶν ἀκροτόμων provenire, & Theophrastus ex quorundam sententia, & Galenus dixerit, Dioscorides negaverit. Et Solinus. *Poma non ramis tantum gestitans, sed & caudice. Vsque adeò fœcunditati suæ angusta est.* Id verò ipsum ficus est prædulcis Plinio, ὅμοιον ἐρινεῷ, γλυκύτερον ὁλοτελῶς Dioscoridi, sine granis interioribus, perquam fœcundo proventu, scalpendo tantum serratis unguibus, oleoque inungendo. Aliter διὰ τραχύτητα καὶ πλῆθος ὑγρότητος, seu ἰσχνότητος, non matuescit. Cum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente. Septeno ita numerosa partu, per singulas æstates, multo lacte abundans. Athenæus intra triduum ὑπὸ ἀνέμων κινούμενον, μάλιστα δὲ ζεφύρων πνεόντων, *vento jactatum, præsertim si Favonius adspiravit*, matuescere, & odorem gratum induere, prodidit: quod fortè de probè maturo intelligendum est, nam apud Theophrastum odoris gravitate damnatur. *Liquorem* fundit πρὸς καιροφορίαν, desquammato lapidis ictu, summo cortice. βαθύτερον θλασθὲν ne quicquā emittit: seu, altiore plagâ siccatur, mirabili naturâ. De tempore ambigitur. Ἔαρος πρώτου id fieri, antiqui Dioscoridis Codices innuunt. νέαν δὲ φλοιόν, novellam emittere, vulgati. Plinius de hora secunda dici sum sit. *Propriam* Ægypto Theophrastus cum Plinio vendicavêre. Galenus Alexandriæ vidit: alibi quoque inveniri certum est. Syriacis familiarem sylvis, in Proph. Amos, legimus. Nascitur & in regione Aromatifera, quæ myrrham fert, quæque Ichtyophagorum & Creophagorum est. *Nascitur* plurima in Caria, Rhodo, aliisque locis, ἐν πλυπόροις. Graviter in eos animadversum fuisse, qui in Nili ripis Sycomorum exscidissent, Ulpianus prodidit. *Vsus* fructus *in Cibis*, βοηθεῖ, ἐν ταῖς σποδείαις δὲ τῷ διηνεκεῖ ἐκκαίειν. Matura & ante reliquos cibos in purum ventriculum ingesta, facilè per alvum transeunt: post cibum accepta, aut vitiatum humorem in ventre reperientia, celerrimè ut cucurbitæ & pepones corrumpuntur. Refrigerant & humectant manifeste; si alius cibus non superveniat, intumescunt. Ex iisdem συνομοίως ὄζει. In *Medicina*. *Cortex* alvum solvit,

Dioſco.M. M.l.1.c.181.

Strabo Geogr.l.17

Theop.H. P.l.1.c.13.

Solin. Polyhist.c.32.

Theop.H. P.l.4.c.2. Plin.H.N. l.13.c.7.

Strabo Geogr.l.16 Dioſc.l.c.

Aetius Tet.serm.1 Tit.Morus

Ægin. R. M.l.1.c.8. Dioſco.R. M.l.5.c.42 Plin.H.N. l.23.7.

Iamacaru tertia species.

Iamacaru secunda species.

Jamacaru prima species. Tab. XXVI.

Ururumbeiba.

Iamacaru quinta species.

Iamacaru quarta species.

Arbor sycomoro similis.

Pseudosycomorus.

Sycomorus.

vit, pituitasque, tineas, & similia ventris animalia extrahit. *Folia* tingunt capillum, cum fici nigræ & vitis corticibus simul coctis, in aqua cœlesti. *Emplastrum Diasycomoru* quod apud Æginetam invenies, vehementer à Galeno, in tumoris ex crasso vaporosoque spiritu geniti curatione, laudatur. *Succus adversatur venenis serpentum, prodest dysentericis, discutit panos, omnesque collectiones, vulnera conglutinat. Capitis dolores sedat, item aurium, spleneticis bibitur. Illinitur contra perfrictiones. Celerrimè teredinem sentit. De Sycomoro Cypria, vide infra.*

Ægin. R. M. l. 7. c. 17. Galen. Metho. l. 14. 7. Dioscor. M. M. l. 1. c. 181. Plin. H. N. l. 13. c. 7.

II. Sycomorus apud *Recentiores* est vel *Ægyptia*, vel *Cypria*; quibus *Pseudosycomorus* Matthioli addi potest.

I. Sycomorus Ægyptia, aliis *Morosicus, Ficus Pharaonis, Sycomorus Giumez, Pothel Theveti, Sycamine Theophrasti, Ficus folio mori, fructum in caudice ferens* dicitur. Arbor est trunco & ramis vastissima, *cortice, fructu*, ficus æmulo, nisi quòd iste granis unde Ægyptii per insitionem fici supra morum talem prodiisse credunt. *Foliis* est mori perpetuò virescentibus, sed cãdidioribꝰ & asperioribus. *Fructus*, prodit caudice, aut imis propè alas ramis, sed non citius quàm arbor multis verberibus sæpè laceretur, & cortex vulneretur; lac inde continuo exit; ipse tardè nec perfectè unquam matureſcit. *Prodit* in Ægypto, & Cairi per compita alitur. Visitur in Matherea, in cujus cavitate beatissimam virginem cum infante Jesu delituisse credunt.

Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 144. Adv. p. 442. Lobel. observ. p. 611.

Bello. Obs. l. 1. c. 12. Alpin. de P. Ægyp. c. 6.

II. Sycomorus Cypria, quæ aliis *Ficus Cypria Dioscoridis, Sycomorus Græcorum & Mumeitz Arabum*, caudice est albæ populo æmulo; *folio* ulmi. *Fructus* quaternos fundit; toties & germinat. Fert autem in Caudice *pomum* & ramis cum in crassitudinem adolevere: sed hæc germina emittit sine ullis foliis, radicis similia. Grossus ejus non matureſcit, nisi incisurâ emisso lacte. Suavitas & interiora fici, magnitudo est sorbi, id est, ὄχνης μήλου, pro quo κοκκύμηλον seu prunum,

Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 44. Rauvolf. in peregrin.

Theophrastus, Dioscorides & Athenæus perperam posuêre, ut ex collatione patescit. Ex eo præcellens olim acetum, & Alexandrino, quod ex Sycomoro parabatur, melius.

Sycom. Plin. H. N. l. 14. c. 16.

III. Pseudo-Sycomori Matthioli multa, quæ ad *Azedaraeth* spectant nomina; imò eadem cum ista. An sit ex Plinii Tuberibus quod Cæsalpino placere videtur, dictu est difficile. *Tuberum*, inquit, *duo sunt genera*, Candidum & à colore Sericum. (Sericum, ruber est secundum Hermolaum color, ex scandice & synopide mixtis factus, alii Syricum legunt.) Penè peregrina sunt, in uno agro Veronensi in Italia nascentia, quæ Lanata appellantur. Lanugo ea obducit strutheis Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus. Quid exinde colligi possit non video. Icon posita Mathioli quæ in editione Bauhini p. 232. habetur non respondet, sed ponetur sub Azedaraeth.

Matth. l. c.

Plin. H. N. l. 15. c. 14.

EXOTICA.

Ex Exoticis tres huc pertinent 1. *Ambulon Scaligeri.* 2. *Sycomoro similis arbor in Majo insula.* 3. *Arbor cucurbitifera Tabacensium.*

1. De *Ambulone* sua ita Scaliger. *Aruchet insula fert arborem, cujus è cortice exit fructus candidus, Saccharati specie, & magnitudine Coriandri.* Ambulon ei nomen est.

Scal. Exer. 181. s. 24.

2. De *Arbore Sycomoro simili*, quæ in Mayo insula viridium una nascitur, habe, arborem esse patulam, & quæ ex taleis in terram depactis oriatur; *foliisque* minoribus quam ficus vestiri. *Fructus* fert parvos, luteos, sine granulis, absque quibus haud facilè invenitur; adeo fructifera est. Hoc peculiare in ea, quod fructus nunquam ad maturitatem perveniat.

Ind. Orient. p. 4. fig. 19.

3. *Arbor cucurbitifera Tabacensium* nascitur in insula Tabago. *Folia* ejus longissima, sed angustiora & obtusa. *Fructus* trunco & majoribus ramis annascuntur grandes, cucurbita-

De Laet Ind. Occid. l. 17. c. 18.

Morus. rum instar, & qui sæpe duas stopas cum dimidia ut Hollandi loquuntur, capiunt. *Cortice* teguntur non quidem crasso, sed durissimo & penè ligneo, qui pulpam spongiosam optimi saporis tegit. Singulis propè anni mensibus funditur. Locis modice humidis nascitur. Succus dicitur alvum & sanguinis profluvium sistere.

Articulus IV.

De Moro.

Tab. XXVII. Dioscor. M. M. l.1.c.180.

I. *Veteribus* Morus est arbor optimè nota. Pastores Pani suo dicarant, nec fas erat invocare eundem, nisi sanguineo hujus pomi succo corpora tinxissent. Plinii ætate eximiam adamavit Passienus Crispus bis Consul, Orator, Agrippæ matrimonio & Nerone privigno clarior postea. Osculari, complecti eam solitus, non modò cubare sub ea, vinumque illi affundere. *Ligno* est tota calido, ideo ignem facilè concipit, spisso, & lento, seu frangi contumaci. ἀνακαμπτον idem, ἀσκαμπτον, ἴσχυρον ἅμα καὶ ἰνῶδες, quodque vetustate nigrum evadit. *Medulla* ut Corno, ilici, cytiso, & ebeno, durior & spissior. *Flos* muscosus seu lanuginosus, fructui toti insidet, in mediis inculcatus, neque singulas partes ambit, fallens interdum propter lanuginem, ut concerni nequeat. Novissima urbanarum germinat, seu in novissimis floret, nec nisi exacto frigore, ob id dicta *sapientissima arborum*. Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut unâ nocte peragat etiam cum strepitu, quod longa germinis prorogatio collectum maximum faciat. Unde datur finiti frigoris indicium. Nihilo tamen tardius quam cæteræ folia deperdit; quod Plinius cum primis folia dimittere, dixit. *Fructum* qui succo & carne constat, ἴλαφρον, καὶ ὑδατώδη, καὶ μικρὸν ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τὸ δένδρου, habet, adde ex Æschylo, mollem. Succus ei in carne vinosus, trini coloris, candidus primò, mox rubens, (*sanguineum mororum cruorem* Columell. dixit) maturus niger. Mirum quod de ea Athen. ex Hegesandro, tempore Pythermi, τὰς συκαμίνους ἐκ ἐνίγκειν καρπὸν ἐπὶ τῶν ἐκκοπῶν, καὶ γίνεσθαι δένδρεια μεθ' ἡμέραν τῶν πρώτων, ὧν μὴ μόνον ἄνδρας τῷ παθεῖν ἐφικνεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ παῖδας, ἢ κόρας, καὶ ἐνηέχους, ἔτι δὲ γυναῖκας. De *Ætate* nihil occurrit quod dicam, præter id quod apud Plinium invenio. *Morus tardidissimè senescit, fructibus minimè laborans. Locum* si quæras, Græciæ, Italiæ, Asiæ & aliis regionibus communem esse, non ignotum erat antiquitati: sed plana loca diligit, nec temerè in montibus conspicitur. Palladius, & fabulosa & plærumque maritima amare; in topho vel argilla vix comprehendere, prodidit. Quantum ad *Vsum*, habuit in *cibis* locum. ἄωρος ξυὸς κοπίσσῃ αὐτὶ πῖς ὄψοις μίγηδα. Tempus utendi cum corpus ventriculi squallore æstuat, quia moderatè perfrigerant. Primis epulis ventriculo puro sumpta, celerrimè pertranseunt. Si alios cibos excipiant, aut pravum in stomacho succum offenderint, novo quodam corruptionis genere, & quod explicari nequeat, capiuntur. Tingunt manus succo, matura, eluunt acerba. Eodem exasperantur Elephanti in prælium, si Authori primi Maccabæorum credimus. Quantum ad *Medicinam*, Tota arbor diversarum est apud Galenum partium, ut & stringat & purget. Succus *Radicis* (male eum negat Celsus) quem circa mesem (περὶ τὸν πυρὸν) incisa & circumfossa fundit, quique ὑπερκαίῳ ὀπῇ γόνῃ, *postridie concretus* quodammodo invenitur, ad dentium dolorem efficax est, tubercula discutit, alvumque purgat. *Ejusdem Cortex* in aqua decoctus, latas ventris tineas expellit, & alvum solvit. *Folia* trita cum oleo εἰκαωσι ἔπῃ in aqua pluvia cocta; cum vitis ficique nigræ foliis capillum tingunt; in urina madefacta pilum, coriis detrahunt. *Mororum* immaturorum succus sistit alvum. Fit ex *pomo* panchrestos *stomatice*, eadem *arteriace* appellata, apud Plinium.

Plin. H.N. l.16.44. Id.l.16.40. Theophr. H.P.l.5.9. c.4.8. Id.l.6.7. Id.l.5.c.5. Plin.H.N. l.16.40. Theophr. H.P.l.1.9. Porta Villç l.5.c.17. Ruell.H.P. l.1.c.101. Theophr. H.P.l.1.c. 21.22. Plin.H.N. l.16.c.22. 25. Theop.H. P l.1.c.15. Plin.H.N. l.15.c.14. l.16.c.27. Id.l.15.c.10 Theoph. Caus.l.1.16 Plin. H N. l.15.c.24. R.R.l.10. p.413. Plin.H.N. l.16.c.28. R.R.l.3.T. 25.p.566. Dioscor.M. M l.1.c.180 Galen. de alim.facul. l.2.11. Ægin.R. M.l.1.c.31. Plin.H.N. l.15.24. Maccab.l. 1.c.34. Simpl.Medic.l.7. R.M.l.3.c. 18. Dioscor.M. M.l.1.c.180 Orib.Coll. l.14.19. H.N.l.13.7

Mira

Morus Alba.
Weis Maulberbaum.

Morus Nigra.
Schwartz Maulberbaum.

Arbor Cucurbiti fera
Tabacensium.

Tab.
XXVII

Macpalxochitl quabuitl.

Aria alni effigie folio
lanato majore.

Ibixuma.

Tataiba.

Arbutus folio non
serrato.

Mira sunt præterea quæ produntur. Mori germinatione, priusquam in folia exeant, sinistrâ jubentur decerpi futura poma: Cytinos Græci vocant. Hi terram si non attigêre, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat, sive ore, sive naribus, sive hæmorrhoidibus. ad hoc servantur repositi. Idem præstare & ramus dicitur, lunâ plenâ defractus, incipiens fructum habere. si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc & quocunque tempore ab ipsis decerptum, ita ut terram non attingat, adalligatumq; existimant præstare. E *ligno* igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris pastorumque reperit, quoniam ad excludendum ignem, non semper occasio lapidis est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materiâ avidi fomitis, fungi vel foliorum, facillimè conceptum. De *Generibus* nihil apud vetustissimos habetur. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insitis, nec alio quodam modo quam pomi magnitudine. Quæ de moris *Ostiensibus & Thusculanis* à Plinio dicuntur, nescio an non potius ad Mora in rubis nascentia, quam ad hæc nostra referenda sint: sed quia apud Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, Catonem, Varronem & Columellam, qui studiosè genera fructuum descripsere, nihil plane occurrit; & verò mox sequitur,

Plin. H. N. l. 16. c. 40. Id. l. 15. c. 14

Arborei fructus aspergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaque sanguine radix,
Purpureo tingit pendentia mora colore,

Ordinem potius succedentium sibi in moris colorum expressisse, quam vel Poetico more, alba finxisse, vel de genere alborum aliquid scivisse credendum est. Facit tamen eorum, & quidem primus quantum scio, Cassianus Bassus mentionem: idemque, cum dicit λευκὴ ἐγκεντρισθεῖσα ἡ ὀφθαλμισθεῖσα ἀπὸ συκαμίνου, συκάμινα λευκὰ φέρει, *populo albæ insertam aut inoculatam*, talia ferre innuit.

Morus.

II. *Recentioribus* Morus arbor duplex est, *Nigra* nempe & *alba*.

I. Morus nigra, quæ & *rubra* & Celso *officinarum*, est arbor tardè crescens, sed temporis successu procera, & vitæ diuturnæ. *Radix* flavescens, amara δεπιπόλαιος. *Caudex* contortus, gibber, nodosus. *Ligni* medulla flavescit, sed tractu temporis nigrescit. *Folia* rotunda, scabra, ex viridi nigricantia, medio Mense promit, Octobri Novembrique amittit. *Flos* parvus, virens, lanuginosus, formâ julo simili, ad finem Maji funditur. Succedit Julio vel Augusto, *fructus* oblongus, veluti ex granulis congestus, (coccineis conflatus primo acinulis) moro in rubro nascenti similis, sed crassior, longior, & multò major. Viridis initiò, mox ex luteo candescit, per adolescentiam rubet; acidiusculus tamen, per maturitatem sanguineo succo scatens, è rubro niger conspicitur, & mitior evadit. Habetur passim in hortis, etiam in Polonia & Helvetia. Circa Cæsaream Sylvulæ in morem cæditur, quod folia in virgultis eodem anno nascentia, teneriora sint. Longè à cisternis locanda est. Nam humiditatis avida, improbo reptatu per longum distractum petit, & muros perfringit. *Vsum* in Medicina invenisse superius ostendimus. Immatura, siccata & pulverizata in cibis contra alvi fluxus adhibentur. Putant tamen quidam sanitati adversari, & cibos pestilentiales parere. Unde Medicus quidam, unā Mori arborem Bataviæ sufficere dicebat. Compositum *Diamoron* officinis notum est. Species ejus Chamæmorus est, à Camerario in duodecimum annum culta, sed quæ fructus nullos protulit.

Tragus H. P. l. 3. c. 46. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 18. Gesner. in Ho. Germ. Cordus ad Dioscor. l. 1. c. 181. Lobe. Obs. p. 610. Adv. p. 442 Tabern. l. 3. s. 3. c. 36. Ruel. H. P. l. 1. c. 102. Matthiol. ad Diosco. l. 1. c. 143. Camer. in Epit. p. 179 & Ho Me. Porta Villæ l. 5. c. 17. Bauh. H. P. l. 1. c. 63. Stapel. ad Theophr. H. l. 4. c. 6.

Bello. Obs. l. 2. c. 95.

EXO-

Morus.

EXOTICA.

Ex Exoticis huc ſpectant 1. *Gacirma*. 2. *Tatauba*. 3. *Macpalxochitl quahuitl* & 4. *Arbor Cumana*.

Nieremb. Hiſt. Exot. l.14.c.5. Marcgrav. Hiſt. Plant. l.3.c.11.

I. Gacirma arbor moro ſimilis, fructus quoque mora Europæis duriora; recentia idonea uſui. Ex illis madefactis extorquitur ſapa, optima purgando gutturi & raucitati. Ignis velut à ſilice percuſſo ex ramis exſiccatis elicitur.

Marcgrav. H.P.B.l.3. c.11.

II. Tataiiba lignum habet duriſſimum, crocei intus coloris, ſemper viride, & diutiſſimè tam extra quam intra aquam & terram durans: *folia* acuminata & ſerrata, betulæ ſimilia. De *Flore* non conſtat. *Fructus* eſt mori magnitudine, rotundus, è tuberculis compoſitus, coloris pallidi, qui multa filamenta exterius fuſca trahit; in ſe dulcis, ſucculentus & albicantibus granis per carnem diſperſis refertus. Comeditur per ſe, vel cum ſaccaro & vino. Menſe Martio matureſcit. *Naſcitur* paſſim in ſylvis. Ex ligno veteri tinctura egregiè flava paratur.

Recc. R.M. N.H.p.383

III. Macpalxochitl quahuitl ab Hiſpanis *Flor comomano* dicitur. *folia* ſunt mori. *flos* pro ratione arboris magn⁹: unde vis in ramis naſcitur, figurâ quaſi Tulipę, colore malvaceo. Proſtamine exit quaſi manus aut potius pes avis coloris ſanguinei: cui à latere luteum quid conjunctum eſt.

De Lact Ind. Occid. l.18.c.4.

IV. Arbor Cumana fructus mororum ſimiles fert, è quorum ſucco ſyrupus contra raucedinem paratur. Materies arboris adeò dura eſt, ut colliſa, ignem, ſilicis inſtar ejiciat.

ARTICULUS V.

De Arbuto.

Vid. TAB. XXVII. Plin. H.N. l.15.c.24.

ARbutus diverſas apud *Veteres* & *Recentiores* ſortitus eſt Differentias.

I. *Veteribus* in *Marem* & *Fœminam* diſtinguitur. Quis ſit inter illas ſterilis dubitatur. Arbor eſt, ſecundum eos fructicoſa, cotoneo malo, quod utrinque rami ſuperiores rubeant, aſſimilis: *frondibus* rariſ: *cortice* tenui, undique tamarici ſimili: *foliis* inter ilicem & laurum, quæ decidunt, præterquam in cacuminibus: *flores* quos menſe Pyanepſione fundit, ſingulari pediculo, poſteriore parte racematim cohærent, unusquisque myrto oblongo ſimilis, tanquam ovum exſculptum concavus, ore aperto. Cum defloruit, quod florem ſubit, perforatur, quodque defloruit tenue, tanquam verticillis circa fuſum, aut epyſtiliũ columnæ Doricæ, (cujus figuram apud Vitruvium vide) extare videtur. *Fructus* eſt pruni magitudine, multis minutis quaſi paleaceis corpuſculis extantibus: ideo fragis ſimilis, nuclei expers; ubi maturuit, ſubflavus aut rubicundus, qui *Vnedo*, ἄκυλον, μιμύκηλα, μαιμύκυλον &c. dicitur. *Matureſcit* anno, pariterque floret ſubnaſcens, prior coquitur. Provenit & in Arabia, quinquagenum cubitorum altitudine. Inebriat ſi plura comederis; ſi ultra ſeptem, dolorem capitis infert. Similis ipſi ἀδράχνη, quæ aliis ἀνδρόσαχνη & ἀνδρόσαχλη. Latinis *Portulaca* & *Potulaca*, arbor ſylveſtris cortice lævi, æſtate nempe, circumrumpi hyeme ſolito, & qui circumgelatus hyeme videri poſſit. *Folium* unedoni ſimile, nunquam deſinens. fructus parum. Non naſcitur in planis.

Dioſco. M. M.l.1.c.15. Virg. Ecl.7 Theop. H. P.l.1.c.6. Plin. H.N. l.12.c.3. Id.l.16.c.22 Theop. H. P.l.1.c.15. & l.3.c.16. Dioſco. M. M.l.1.c.175. Pollux on. l.7.c.3.

Athenæus Dipn.l.2. Theop. H. l.3.c.16. l.13.c.22.

II. Apud *Recentiores* eſt duplex. *Folio* nempe *ſerrato* & *Non ſerrato*.

I. Arbutus folio ſerrato, aliis *Arbutus Theophraſti*, *Oinarum* & *Conarum*, frutex potius plærumque quàm arbor. *Ramis* ſquammoſus cortex: *folia* lauri vel ilicis æmula, nullo ordine, temerè naſcentia, lata, oblonga. *Flores* racemati, concavi, albi Lilii convallium perſimiles, qui Junio, Julio, Auguſto, ſed & Octobri funduntur. *Fructus* è tenuibus pediculis frago ſimilis, initio viridis mox flaveſcens, poſtremo eleganter ruber, per maturitatem coccineus; carne interiore palleſcente, ſubacida,

Cluſ. H.P. l.1.c.30. Dod. Pem. 6.l.3.c.13. Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.138. Cam. Epit. p.168. & in Hort. Med. Porta Vill. l.3.14. Geſner. in Hort. Ger. & H. Plant. Taber. l.3. f.3.c.17. Stapel. ad Theophr. H.l.3.c.16.

Lobel. obſerv. p. 571. Adv. p. 424 Cæſalp. in Hiſt. Plant.

da, qui ſemen milio non majus continet. Alius eſt ſorbi magnitudine; parvi mali magnitudine alius, rubore magis nigricante; avellanæ alius, flavior & aſperior in maritimis tractibus. Naſcitur in collibus & ſylvoſis vallibus, ſecus maritimas vias, in Italia inprimis, circa Neapolim, & Gallia Narbonenſi. In Bæticæ & Luſitaniæ incultis inter myrtum, Cyſtum, & alios frutices invenitur, ſemper ferè aut florens aut fructu onuſta, interdum utroque abundans. Solet enim deciduo flore, novum germen extremis ramis proferre, in ſponſionem alterius floris. In vallibus montis Atho in magnam excreſcit magnitudinem, teſte Bellonio. Crevit & apud Belgas ſemine, qui intus in fructu latet. Ex foliis & floribus elicitur aqua, ſacratiſſimum contra peſtem & venena antidotum, ſi Amato Luſitano credimus.

Bello. obſ. l. 1. c. 43.

Bello. Obſ. l. 2. c. 104. Cluſ. H. P. l. 1. c. 31. Stapel. ad Theophr. H. l. 3. c. 16. p. 245.

II. Arbutus folio non ſerrato aliis *Adrachne*, *Adracle Cretenſium*, *Adrachne Theophraſti*, frutex potius eſt. *Ligni* materies duriſſima. *Cortex* rubens & ſplendidus ut Corallii eſſe videatur, qui æſtate ruptus, & in tenuiſſimas bracteas diſſiliens, medium quendam inter pallidum & cineraceum colorem acquirit. *folia* perpetua, Laurinis adeò ſimilia, ut ſolo odore dignoſcantur. *Fructus* cum flore bis profertur, racematim cohærens. Viſa à Bellonio in ramulis naſcens, cum Halepo Antiochiam iter faceret. Eadem cum hac eſt, quam Alpinus ſub *Portulacæ* nomine deſcribit: ligno albicante, & calefaciente linguam. folio oblongo, carnoſo, duro, internâ parte nigreſcente, externâ albicante, quod perpetuò viret.

In H. Exot.

EXOTICA.

Ad Arbutum quinque ex Exoticis refero. 1. *Iambolonifetam Garziæ*. 2. *Carandas ejusdem*. 3. *Tetlatiam Mexicanorum*. 4. *Iequitinguacu Braſilienſium*. & 5. *Ibixuma*.

Garz. Hiſt. Ar. l. 2. c. 18.

I. Iambolonifera, frutex Myrti effigie, *cortice* lentiſci æmulo, *foliis* Arbuto ſimilibus, (Paludanus oxyacanthæ ponit) Myrti virentis foliorum ſapore. Fert *fructus* Olivis maturis Cordubenſibus ſimiles, adſtringentis & fauces contrahentis guſtus, quam *Iambolonas* incolæ vocant. Conditur muriâ olivarum modo. Naſcitur ſponte in agris.

Arbutus. Acoſt. Hiſt. Arb. c. 49. Linſch. p. 4 Ind. Orien. c. 10.

II. Carandas verbis ipſius Garziæ deſcribam. Arbuſcula eſt arbuti magnitudine. *foliis* ſimilibus, copioſo *flore*, odore Peryclimeni: *fructu* exiguis malis perſimili, nigricante per maturitatem, gratiſſimoque uvarum ſapore, ex quo à nonnullis vinoſus ſuccus exprimitur. *Fructus* autem virens magnitudine eſt nucis ponticæ, cum ſuo putamine, interdum major; ſuccum nonnunquam exſtillans viſcidum & lacteum. Editur à nonnullis fructus maturus cum ſale. Solet tamen, cum viridis eſt, muriâ aut aceto condiri, & ita aſſervari ad excitandam elangueſcentem appetentiam. Naſcitur tum in continenti, tum in Balagate, vocaturque *Carandas*. Huic ferè *ſimilem* deſcribit Oviedus in hunc modum: In Hiſpaniolâ inſula, vaſta eſt arbor, pulchraque materie firma & utili, *Auzuba* nomine; *fructu* quidem longè ſuaviſſimo, ut ſunt pyra Apiana, muſcatellina vocant, ſed qui lacteo ſucco, eoque viſcido & glutinoſo abundet, qualis eſt qui in ficubus immaturis; idcirco moleſtus his qui eo veſcuntur, niſi prius fructum in aquam injiciant, & lacteum ſuccũ digitis exprimant, qui in aqua ſidit.

Hiſt. Arb. l. 2. c. 16.

Lib. 2. ſuæ Hiſt. c. 12.

III. Tetlatiam ſeu arbor urens, Haitinis & Inſulanis S. Johannis de Porto Rico *Guao* dicitur. Arbor eſt magna, *materie* firma & ad opera topiaria perquam accommoda. *Fructus* virens unedonis forma & magnitudine. *Naſcitur* in frigidis montoſisque locis Tepozlani; & calidiora non fugit. Nam & apud Haitinos invenitur. *Lac* ita adurit, ut contactu minimo, etiam per umbram, pilos defluere faciat. *Corticis*, qui frigidus & ſiccus, decoctum,

Nieremb. Hiſt. Exot. l. 15. c. 14.

Sorbus. articulorum dolores solvit. Ex *materia*, quæ virorem chalcanthi æmulatur, fiunt lectorum fulcra. Cimices quidē concipere non solent, sed fabrorum manus & ora ita inflantur, dum illam contrectant, ut multis diebus non detumescant.

De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 9.

Ibidem. *IV. Iequintinguacu* arbor *fructus* fert fragis similes, quibus seminis loco continetur durissima faba, orbicularis, nigra, & instar Thracii lapidis resplendens: amarissima cortice. Supplet egregiè vicem saponis, & validius quam optimum smegma Lusitanicum detergit.

Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 17. *V. Ibixuma Brasiliensium* Angolensibus *Motamba* dicitur. Staturâ & foliis ceratum sylvestrem æmulatur, *cortice* tecta ex fusco cinereo. *Flos* ad cujuslibet folii pediculum in umbellam congestus, ex quinque flavis foliis qui deorsum flectuntur, quasi quinque uniones affixę essent, cum multis in medio staminulis. De *fructu* ita Maregravius. Fructum *fert orbicularem magnitudine globi lusorii, primo quidem viridem, per totum signatum tuberculis fuscis: immaturus adhuc continet materiam lentam instar visci, maturus autem nigrescit, & in quinque partes æquales sponte finditur, continens semina, suis cellulis inclusa, magnitudine seminis sinapi, figuræ ex rotunda quasi oblongæ.* Cortex, *quia glutinosus est, derasâ exteriore cute, recens vel siccus, saponis vicem implet, & quidem melius quam fructus* Sabaon. *Nascitur ubique in Brasilia, copia maximâ.*

Articulus VI.

De Sorbo.

Tab. XXVIII. I. EX *Veteribus* Theophrastus duo genera sorborum tradit. *Fœminam* fructiferam & *Masculum* sterilem. Alibi in *Sylvestrem* & *Vrbanam* dispescit; quarum illa, præter aliarum arborum sylvestrium morem, quæ plus fructus pollicentur, minus maturant, suaviores & maturiores fructus proferre dicitur. Hæc nova admodum fructificat, & trima continuo parit. Amisso Autumno folio, *cachryodem* gerit germinationem clavæ instar, pinguem & turgidam, quasi jam parturiret. *Germina* hyeme perdurant. In Arcadia steriles sorbos fore fructiferas, si caudici tæda infigatur, incolarum relatione habetur. Infestatur verTheop. H. P. l. 3. c. 12. Ibid. c. 3. Id. l. 3. c. 12. Id. l. 2. c. 8. miculis ruffis, pilosis, atque ita emuntur. Horum aliqui sine arboris injuria detracti, si vicino crementur incendio; creduntur vel fugere vel perire. Frigida suâ naturâ quærit, & si ad ferventia nimis detuleris, sterilescere ajunt. Gaudet & aquosis montibus. Apud Plinium quadruplex est à fructu *differentia*. *Alius* enim eorum rotunditas mali, *alius* turbinatio pyri, *alius* ovata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori. Odore & suavitate rotunda præcellunt. cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. *Quartum genus Torminale* appellant, remedio tantum probabile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimili, foliis planè platani. Genus id sorborum quidam Andromacho volunt, ἰφικλῆον, quamvis nonnulli ἰφίονον legant. Plin. H. N. l. 17. c. 34. Palla. R. R. l. 2. Tit. 15. Plin. H. N. l. 15. c. 21. Gal. κατὰ τόπους l. 9.

II. *Recentiores* totidem atq; Theophrastus *Sorbi* recensent genera, *Sativam* nempe & *Sylvestrem*.

I. Sorbus sativa, aliis *sorbus ovata, legitima, esculenta* dicitur. Arbor est magnitudinis proceræ, Ligni *materia* solida; *folio* traxini vel Orni æmulo, aversa parte inalbicante. *floribus* candidis, minutis, racemosis. *Fructus* racemati, palliduli, rubentes, rotundiores quidam, ovati alii, qui suspensi maturantur. Ubique provenit. Ad Rhenum solo lapidoso non rarò. Medentur crudi dysenteriæ. Ramus contusus & cum foliis decoctus, solâ umbrâ, consopitam, creditur, rabiem excitare. Ruel. H. P. l. 1. c. 132. Clus. H. P. l. 1. c. 6. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 12. Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 136. Cordus in Dioscor. l. 1. c. 176. Lobel. Obs. p. 544. Adv. p. 415. Taber. l. 3. f. 3. c. 52. Camer. Epit p. 160.

II. Sorbus sylvestris, aliis *Fraxinea arbor*, *Fraxinus bubula*; *Fraxinus aucuparia*; *Ornus*; *Sorbus aucuparia*; *Sorbus Sylvestris Alpina*, & *Sorbus torminalis* vocatur. Arbor est Trag. p. 3. c. 31. Mizald. Horti Me. Camp. 7. area 48. Taber. l. c. Matth. l. c.

Sorbus Silvestris.
Wild Sperbirn. Wilder Sperwerbaum.

Sorbus sativa.
Speerbirn Speirling.

Aria alni effigie folio lanato minore.

Tab XXVIII

Arbor Mangifera.

Malus Persica
Persich Baum.

Ornus.

Arbor Gelupé.

Mangas sive amba.



Trag. p. 3. c. 19. Dod. Pem. 6. l. 4. c. 15. Porta Villę l. 1. c. 29. Ruel. H. P. l. 1. c. 105. Cluſ. l. c. Lobel. obſerv. p. 544 Adv. p. 416

eſt domeſticæ maximè ſimilis, ita ut non facilè à quovis dignoſci queant. & ſolo fructu diſtinguuntur. Ex muſcariis enim, ſambuci modo dependet; baccis ſeu pomis copioſis minimis, & piſo paulò majoribus, colore aureo, ſubrufteſcente. Porta ab adoleſcentia rubeſcere, ſecundum maturitatem ex purpura nigricare ſcribit, ſapore ex acido in amarum degenerante. Provenit frigidis & ſylvoſis locis inter cæteras plantas. Dodonæus & Ruellius eam ſub *Orni* nomine deſcribunt. Baccis inſidiantur hyeme turdis & merulis aucupes. Singularia de ejus viribus obſervavit Excellentiſſimus Doctor Cariſius Affinis meus, quæ quia mecum comunicavit, ideò & ego eo nõ abnuente publicæ utilitati, iis quib. accepi verbis trado. Arbor, *inquit*, ſolaris eſt, magnarum virium, ſi tempore & horâ balſamicâ *à trunco ſuo avellitur*, cujus modum alii aliter obſervant. Quidam in ingreſſu ſolis in arietem detrahendo, non ſcindendo ramos ab arbore dividunt, & lignum colligunt, quod in vulneribus agglutinandis, & reſtaurandis ſuum quidem ex parte facit officium, ſed tum vix ſucco reduce animatum, non ita celeriter videtur operari. *Tempus* quod *in ſecando* mihi ſolenne, eſt, quando ſol menſe Junio ſolſtitiale punctum ſubintrat, ipſo momento ingreſſus in principium cancri, quod ſive de die, ſive de nocte incidat, æquè attenditur. Num præteriri debeat conjunctio ſolis & lunæ in cancrum, quippe ubi fortior indubiè impreſſio, aliorum judicio relinquo. *Perfici* ſolet *Sectio* à Puero impubere adhuc, & non tam ligni quam racemorum foliorumque, quos ad ſequentes uſus in umbra ſiccamus, colligendorum cura. *Lignum* ex hoc celebratur, quod vel ſolo attritu in contuſionibus & vulneribus reſarciendis brevi, abſque ſuppuratione quidem, quaſi miracula præſtet: promiſcuè ſanè, modò vulnera iſta in cute & carne ſolum ſint, nec de oſſium fracturâ aliqua querela. Quid valeat in Ulceribus cacoëthicis & ſordidis, ille experietur, qui prius facta unâ & alterâ lotione partis affectæ ex decocto Herbæ Sabinæ lignum hoc balſamicum *in tenuiſſimum pollinem tritum* adſperſerit, & paucis dieb. continuaverit. Quin & ejusmodi pulverem bis tervè in Oleo olivarum ad drachmæ dimidię pondus intra corpus exhibitum, difficili tuſſi, aut ab interno vulnere laborantibus, citò & tutò profuiſſe, non ſemel vidimus. Taceo; cum divino hoc munere gaudeat noſtra Arbor, quid in Dyſenteria & aliis fluxibus cujuscunque nominis ſuo modo, & cum lima Judicii exhibita, expedire poſſit. *Sal* ex *ligno* paratus ad grana tria vel quatuor in decocto radicis altheæ de nephritica paſſione querentibus, ante ingreſſum Balnei aquæ dulcis datus, tantum adferre ſolaminis & juvaminis ſolet, ut & materia Calculi quaſi in mucorem redacta per urinam copioſiſſimè & ſine doloris ſenſu educatur. Num hæc ipſa Fraxinus aucuparia ſerpentibus adeò inimica, ut & umbrâ eos abigat, quemadmodum Plinius vult, idemque Ambroſius Paræus l. 21. c. 20. teſtatur, affirmare non auſim, quod nondum experiri licuerit: hoc ſcio, vel exiguâ ligni particula in acervum frumenti cujuscunque utut magnum, Vermes, ſi qui intus latent, adeò diffluere & excurrere ut vix in domo ſibi relictum locum amplius putent. *Oleum* & *Acetum*, quæ per Retortã arte Chymicâ & arente ſorbi ligno eliciuntur, Chirurgis ſatis notum facient ſuæ virtutis robur, ſi artem invenerint, Emplaſtra iisdem proportionatim augere & inſtruere. In *Fungis* arbori adnaſcentibus hoc ſecretum eſt, ut linteamina & veſtimenta tempore Infectionis peſtiferæ illis fumentibus aliquoties expoſita, magnum certumque munimen contrà malignitatem præſtent, certiſſimo quorundam veſpilonum experimento, quibus ſinceram hanc relationem debeo. Macerata prius debent fungi in Aceto, iterumq; ſiccari, dein carbonibus

Sorbus. imponi. Aceto verò tanquam Prophylactico, ab intra interdum se munire, unicuique liberum esto.

Tandem ex *racemis* & *foliis* Aqua destillari solet, primum per Vesicam, quæ altera & tertia vice novis affusa herbis, aliquot diesin digestione posita, iterumq; per Balneum evocata prodit fragrantissima, Balsamicam nomino, tam penetrantis efficaciæ, ut non semel mirari subierit, quei tam magnum donum à beneficâ Naturâ huic Arbori insitum, non prius humano generi innotuerit, aut ad salutares usus cesserit. Tussientibus mirè confert, & ad Pulmonum vitia qualiacunque specificum imò divinum auxilium. Bibitur quotidiè bis ad unciam unam vel uncias duas, & vix præterierint pauci dies, quin non de felicissimo successu lætabitur is, cui contigerit eâ fuisse usum. Ipse ego exemplum sum, qui facto primo periculo in memet ipso, miserrimè & diu fruſtrà adhibitis aliis selectissimis, aliquando è vehementi tussi afflictus, & vix non de restitutione dubius, nescio an Fato, an consilio hanc aquam bibere cœpi, quæ statim prima die Raucedinem aliàs intentissimam sustulit, alterâ tussim facilitando & ad copiosissimam materiæ purulentæ ejectionem Naturam disponendo, paulo post brevi me ita restituit, ut nunquam Deo sospitatori meo pro hoc tam improviso & nullibi antea apud Botanicos obvio beneficio gratias agere devotissimus desistam. Quæ me exin beavit felicitas, multis hactenus in Praxi cum laude & commodo cessit in subsidium: & ut est ingenium hominis semper altius surgere & scrutari, non destiti, etiam in aliis morbis aliquid tentare, & certè non absq; ægrotorum emolumento. Dolores Aurium guttatim tepidiusculeque instillata, citò lenit. Et exhibui aliquando Liquorem hunc, experiundi tantum gratia Puellæ cuidam, tenuioris sortis, ex longa retentione mensium ita decolori, & ad Cachecticum habitum dispositæ, ut ipsa non nisi mortis discrimen metueret: dico quod verum est, vix Aquæ usu per octiduum continuato, ita rediisse in præcordia virtutem, ut non tantum faciei color indies mutaretur in melius, sed & menses iterum ordinatè fluerent, ex quo tempore adhuc benè se habet. An in hæmoptisi, Gonorrhæa, albo fluore mulierum & similibus hisce cum aliquo successu danda sit, quotidiana ab exemplo experientia docebit. Etsi in pulvere omnia proficua, absque dubio in aqua multo jucundiora & commodiora. Ne tamen & posteritati, ut spero, gratæ, in majorem imprimis Dei gloriam & proximi commodum quid reticeam, præterire nolo, me plerumque in exhibitione Aquæ addere Oculos, ut vocant, seu Lapillos istos ex Cancris vivis, non coctis (quis enim sagax Naturæ indagator, maximam aut omnino omnem animalem & balsamicam vim coctura perire non videt?) Majo & Junio mense erutos, inque tenuissimum pulverem comminutos, nec ullo igne tentatos, qui ut sua pollent etiam singulari & specifica dote, quibusq; non semel plus tribui, quàm ipsis margaritis, prout quotidianus usus ostendit, sic aquæ majorem afflant δύναμιν, quo celerior promissi sequatur effectus. Ita in calculo & Renum difficultatib. utiliter præscribitur. Ultimò, Mulierculæ in montanis nostris norunt ex baccis jam maturis suas conficere sapas & Rohob ad menses sive ciendos sive sistendos, sua experientia nixæ, quibus fidem libenter relinquo.

Articulus VII.

De Aria & Amamelide.

DE duobus nobis hic arboribus agendum est, *Aria* nempe & *Amamelide*, ex Veterum & Recentiorum sententia. Vid. Tab. XXVII.

I. Apud *Veteres pauciſſima* de utraque occurrunt. 1. De *Aria* hoc duntaxat habetur, similem ex toto lauro: materie esse roboris instar durissimæ: Theop. H. P. l. 4. c. 8. Id. l. 5. c. 4. Id. l. 5. c. 10.

Theophr. l.5 c.6. Id. l.3. c.6. rissimâ: naturâ perpetuam: & carbones ex spississimo ligno optimos haberi: sed in opere difficillimum idem; verbo, δύσεργον. Quæ de Aria tanquam ἐλαιοκαρπότερα, & quæ χειμῶνι & χιονὶ ferat, alibi dicuntur, de ilice fœmina sumenda sunt. 2. *Amamelides* seu *Amamallides* ut Jonibus vocatur, quas Ætlius Samiorum ἀμαμηλίδας vocat, genus sunt apud Æschyllidem *fructus* cujusdam grati saporis, ad pyra referendi & carentis nucleo, qui in insula Coo provenit; quemque Hippocrates cum sesamo & hordeo trimestri ad lac promovendum præscribit. Non nego tamen Amamelides Hesychio in Lexico & Pausaniæ apud Eustathium, mespili pomum ἀμαμηλῳ ἀνθῶν, *quod cum malo simul floreat*, dici, nec male Setaniæ adscribi.

l.1. de limitib. Georg. l.3. Athen. Dipn. l.14.

l.1. ab.

II. *Recentiores* duplicem ad istas referunt *Ariam*, *alni effigie lanatam*, quarum una est *major*, altera *minor*.

Gesn. in H. Bauh. H.P. l.1. c.8. Clus. H.P. l.1. c.6. *I. Aria alni effigie folio lanato major*, aliis *Metallum Italorum*, *Sorbus torminalis*, *Gallorum Alisier*, *Sorbus Alpina vel pilosa*. *Sorbus Aria*, & *Oenaria*, dicitur. Frigida cœli amasia, egregiè adolescit, caudice recto & robusto, cortice rubente, materia alba & firma. Oculi primum emergunt sublutei, acuti, squammati cum fimbria nigricante. Folia *Alni*, rugosa, pronâ parte incana, supina viridia, sapore adstringente, pediculis lanuginosis. *Flores* conferti, sorbi torminalis qui Mespilus sylvestris non spinosa nobis, modo umbellæ quodammodo instar, candidi, odorati, mense Majo protruduntur. *Poma* parva quæ Septembre & Octobre matureſcunt, Avellanâ minora, rubra, pauca lanugine obducta, umbilicata, pulpa luteola, sapore acerbo primum, in mollibus gratiore, in quibus semina aliquot spadicea, medullâ alba, eodem penè sapore, cortice quodam duriusculo obtecta; ut in sorbo torminali. *Gaudet* præaltis frigidis & sylvosis montibus. Ideò in monte Majelle in Abruzzo, Viennensi saltu, Austriæ & Pannoniæ rupibus & saxetis reperitur. Invenias & in Narbonensibus Sevenæ & Sabaudiæ Alpium jugis. Tusses jujubarum instar lenit, & sputum promovet. E ligno solidi baculi & optimi carbones fiunt. In tractu Sigotonio Aureliis contermino *Alysiam* vocant. Aria & Amam.

Gesner. in Horto in append. & Epist. Bello. Obs. l.1. c.17. Clus. H.P. l.c.40. p.62 Tabern. H. P.T. 2 l.3. c.95. Bauh. H.P. l.1. c.16.

II. Aria alni effigie folio lanato minor, ἀμαμηλὶς & ὀμομηλὶς, Athenæo, *Dios pyros sorbus* cognominata, *Pirus cervina* Italorum, *Pyraster Idæus*, & *Myrtomelis*, *Vitis Idæa* Anguillaræ, *Codomala Cretensium*, *Amelanchier* Gallis, *Vitis Idæa tertia*, *Vitis Idæa quarta*, *Bagolæ alterum genus* & *Dios pyros* dicitur. Multis à radice stoloníbus fruticat, qui ramosi, ad quinos sæpè cubitos ascendunt, & nigricante cortice obducuntur. *Folia* ex gemmis in ramulorum lateribus primo vere protruduntur supernè viridia, infernè tomensâ lanugine obsita, quam postquam se explicavere abjiciunt. E horum medio Corymbacea quasi *florum* quinquefoliorum albicantium coma, mense Aprili vel Majo emergit, eaque sine odore. *Fructus* est rotundus, violaceus vel niger, umbilico quinque aalis seu laciniis septo, succulentus, sapore melleo, cui dena aut plura grana, oblongiuscula, plana, nigricantia, pyrorum seminibus similia; quique Junio vel Julio, sæpe in autumno matureſcit. Provenit in montibus Viennæ Austriacæ vicinis, & ad radices Styriacarum Alpium. In montana Gallo provincia nullus est paulò asperior locus, qui eum non ferat. Bauhinus *duplicem* facit, *unam* foliis obtusis & latioribus; *aliam* acuminatis & angustioribus. Perelegans ad sacellum quoddam propè Basileam in vivo exculptum saxo, in rupe proxima provenit. Ex monte juxta Oppidum & Castellum Claræ vallis in hortos translata, mitescere est dedignata. Ramuli virgas ad verrendas ædes suppeditant. Fructus non gravidat stomachum, etiamsi copiosè ingeratur.

Malus Persica.

Titulus II.

De Arboribus Pom-oßiferis.

Caput I.

De Pom-oßiferis Claßis unica.

Articulus I.

De Malo Persicâ.

Tab. XXVIII. HActenus Pom-acinifera fuêre, sequuntur Pom-ossifera, nempe 1. *Malus Persica.* 2. *Armeniaca.* 3. *Prunus.* 4. *Sebestena.* 5. *Myrobalanus.* 6. *Ziziphus.* 7. *Cornus.* 8. *Lotus.* 9. *Cerasus.* 10. *Chamacerasus &* 11. *Cotonaster:* quibus nos in Classe secunda *fructus varios Exoticos* adjungemus.

Apud *Veteres* fit fructus duntaxat (arboris descriptionem nullibi invenies) in *genere* & in *specie* mentio.

Plin. H.N. l.15. c.28. I. *De Fructu in genere* ita Plinius. *Color succi Persicis nullus, cum præsertim duracina succo abundent: sed quis ejus ullum dixerit colorem? Odor est dilutus. Foris corpus, intus lignum, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Eorundemq; trigemina natura est, corpus, deinde lignum, rursumque semen in ligno. Poma rara, in ramis, non inter se densa. Non alia iis fugacia. Longissima namque decerptis bidui mora est, coguntq; se venundari. Caduca* aliquando protruduntur, *rugosa* & putrida quandoque. *Illis* subvenies, si nudatæ radici ejus, vel trunco, lentisci aut terebinthi cuneus affigatur, vel terebrata in medio, palus salicis imprimatur. *His*, si circa imum truncum cortex recidatur, & cum inde modicus humor effluxerit, argilla vel paleato luto plaga retegatur. *Magna* adfert, si florenti per triduum, ternos sextarios caprini lactis ingesseris. De *Vsu* nota. Εὐστόμαχα καὶ ἐυκοίλια Dioscoridi, μέσως εὔχυλα καὶ θρεπτικότερα Athenæo; Galeno & Æginetæ mali succi, acescere, & facilè corrumpi: quod fortè illi habita odoris ratione, vel comparatione ad olera, vel de correctis; hi simpliciter habito ad succum respectu, dixere. Sanè de illis ita Plinius. *Vtiliora Persica*, Prunis scilicet, *Succusq; eorum etiamnum in vino aut aceto expressus. Nec est alius è pomis innocentior cibus.* Nuclei ex vino triti contra cerussam probantur: in aceto & oleo capitis doloribus illinuntur. De *Arbore* ipsa hæc pauca habe. Totam senescere: ideo in Damascenam, Amygdalam, aut Barbilum ἐγκεντρίζεσθαι debere. Sæpè & vermes pati, quos cinis amurcæ mistus exstinguat. In Arabia, Syria, Italia & Æthiopia provenire. Unde ignoro, cur Plinius Asiæ Græciæque peregrinam faciat.

Plin. H.N. l.15. c.12. Palla. R.R. l.12. c.7. Dioscor. M. M. l.1. c.164 Athen. Dipn. l.3. Plin. H.N. l.15. c.12. Galen. de alim. facul. l.2. c.19. l.23. c.7. Cas. Geop. l.10. c.13. Pallad. R. R. l.2. T.7.

II. *Fructus in specie* si spectetur, Plinius, *Duracinorum, Gallicorum, Asiaticorum, Præcocium, Supernatium, Popularium* meminit; Palladius *Armenia* addit. 1. *Duracina*, quæ & ῥοδακίνα, ῥοδακίνεα, *adoptiva*, proveniunt in arbore quæ aquosis locis ὑδραύλοις χωρίοις καὶ συνεχῶς πετιζομένοις gaudet. Præripiunt palmam poma cæteris. Adhæret eis corpus, à lignoque avelli nequit, cum in cæteris facile separetur. Pretium Romæ tempore Plinii singulis triceni numeri, hoc est septuaginta quinque asses, si benè Budæus computat, fuêre, nullius majore. Ideo *cara* Martiali. *Rubra* reddes, si vel rosas sub ipsis plantaveris: vel obruto ossi, & post dies septem detecto, intra quos sua sponte aperitur, cinnabarim infuderis, & rursus obrutum curaveris, Geoponicorum author habet. 2. *Gallica* & *Asiatica* post Autumnum maturescunt; seu ut Columella

Plin. H.N. l.15. c.12. Palla. R.R. l.11. c.7. Plin. H.N. l.15. c.12. Ibid. c.28. Plin. H.N. l.15. c.12. Columella R.R. l.10.

Tempestiva manent quæ maxima Gallia mittit,
Frigoribus pigro veniunt Asiatica fœtu.

3. De *Præcocibus* quæ Columellæ *præcoqua*, hoc duntaxat occurrit, post Amygdalum florere; *flores* ante folia erumpere; poma æstate maturescere. Intra triginta annos tempore

Plin. H.N. l.16. c.30. Idem ibid. Id. l.15. c.12.

Malus Perſica.

pore Plinii reperta, & primò denariis ſingula venundata. 4. *Supernatia* è Sabinis veniebant. 5. *Popularia* undique. 6. *Armeniorum* in ſequentibus fiet mentio.

II. Apud *Recentiores* ſextuplex eſt Perſica. 1. *Flore multiplici.* 2. *Fructu molli.* 3. *Fructu duro.* 4. *Armenio Perſica.* 5. *Nuci perſica.* 6. *Fructu amygdaloide.*

1. Malus Perſica flore multiplici, nobilis eſt ligno extra cinereo, intus flaveſcente, mediocriter lævi; *Foliis* oblongis ſerratisque non diſcrepat à vulgari. *Flores* tepore verno evocati, roſeo pudore ſubrubicundi, leviter odorati, folioſo Damaſcenæ roſæ textu, pares ſpiſſo arctoque congeſtu, ramulis adhæreſcunt, rari autem in *fructum* exeunt, magnâ virium parte vernam in oſtentationem effuſa. Ferr. Floræ l. 2. c. 14.

II. Malus Perſica fructu molli eſt duplex. 1. *Perſica fructu molli, Carne alba flaveſcente*, quæ haud magna eſt arbor, ſed citò enaſcitur. *Radices* ei imbecilles, θπελαίαι. Unde facilè emoritur. *Rami* tam fragiles, ut fructuum oneri ſuccumbant. *Folia* ſalignis ſimilia: *Flores* dilutè purpurei, qui in Aprili erumpunt. *Fructus* quos Septembri maturos reddit, quique rotundi, rimæ quodammodo perſimilem figuram ab una parte oſtentãt; molli tenuiq; ſanguine pubeſcunt; colore foris ut plurimum albidi; quidam una parte, alii in totum ſaturatè rubentes; lutei etiam nonnulli. Exterioris *corticis* colorem caro refert. Nonnullis unâ parte extrinſecus rubicundis, circa nucem eleganti purpuræ tubeæ colore caro nitet, & communiter à nucleo ſponte recedit, & tales pro vinoſiſſimis habentur. In medio Perſici lignoſa, dura, ſcabra, & rimoſa omnibus labyrintheis alveolis ſculptis, *nux* latet, in qua amygdali æmulus nucleus cortice perſimili; ſubſtantiâ interius albida, ſapore ſubamara. Ex cortice vulnerato *gummi* profluit initio liquidum, quod ſucceſſu temporis durius reddit. In hortis ac vinetis ſeritur, & in Apulia præcipuè, copioſiſſimè provenit. Non ſpernendarum eſt in *Medicina* Vitium. *Caro* facilè in ventriculo putreſcit, ſi poſt alios cibos ſumatur. *Folia* contuſa, & umbilico impoſita, interficiunt vermes: ſuccus, aurium abſtergit purulentiam. Siccatorum pulvis vulneribus inſperſus conſolidat. *Florum* ſubſtantia in acetariis hydropicos aquis liberat. Syrupus contrà vermes propinatur; oleum pulſibus in febribus inungitur. id habebis, ſi fictile floribus impletum, obturato ore, ſub terra per aliquot dies, vel ſimo maceraveris, & maſſam expreſſeris. Aqua pulmentis permiſta, infantum lumbricos pellit. *Nuclei* cum verbena contuſi, dolores capitis perimunt; cum jure piſorum, urinam cum calculis pellunt. In oleum redacti vigilias minuunt, tinnitus aurium caſtigant, & clyſteribus ad depellendos flatus infunduntur. *Gummi* lentæ & glutinoſæ ſubſtantiæ beneficio, tenuium humorum acrimoniam obtundit, phtiſicis in Eclegmate conducit, & omnibus ſanguinis excretionibus accommodatur. Mizald. Hæ Med. p. 153.

Dod. Pem. 6. l. 3. c. 6. Stapel. ad Theophr. l. 3. c. 5. Tabern. l. 3 ſ. 2. c. 45. Matthiol. ad Dioſco. l. 1. c. 131. Lobe. Obſ. p. 568. Adv. p. 423 Horto. Camer. Epit. p. 144. Schvenckfeld. depla. Sileſ. p. 322.

2. Perſica fructu molli ſanguineo, hoc ſolo à præcedente differt, quod fructum minorem & magis luteum, talique ut diximus ſucco, gerit. Gratum eſt *Perſicum* ſapore, & ſtomacho accommodum. Vocantur & aliis, *Perſica Carota*, oblonga Cæſalpino, rubra, præcocia, *Vngarica*, ſanguineo ſucco &c. Geſnerus *Vngarica* triplicia facit 1. *Magnitudine pugni.* 2. *Foris & intus colore aureo.* 3. *Intus ſanguineo ſucco.*

III. Malus Perſica fructu carne durâ, eſt itidem duplex. 1. *Perſica carne dura & rubeſcente, cujus pomum perſicum rhodacinum, duracinum, & duracinum album* dicitur. Reperitur aliquando pugni magnitudine, & fructu anguloſo, circa os rubente, quod aliquando per medium diviſum, aliquando in partes diſruptum reperitur, & à quibusdam *Perſicum moſchatum* dicitur. Caro nucleo tenaciſſimè adhæret; & aliquando etiam ſatu-

Malus Persica. saturatè intus rubet. Odoris est fragrantissimi, saporis dulcis, succi uberrimi. Nascuntur ad Rhenum. 2. *Persica fructu carne dura & buxea*, quæ nihil peculiare, præter carnis quem dixi colorem habet. Alii, *Cotonea, Vngarica, colore aureo, Cydoniaria, & Lutea* vocant.

Porta Vill. l. 5. c. 20. *IV. Malo Armenio persicæ* fructibus varia imposita sunt nomina. Appellantur, *pumila, præcocia, rubra*, & plærisque quod festo Divi Johannis matura esse soleant, *Æstivalia & Divi Iohannis*. Cordo fortè *Minima* dicuntur. Herbaceo extus colore virent, odoris sunt grati; succi tam uberis, ut per mandentium ora perfluat. Saporem cum Armeniacis similem habent. Ex eo genere non esse, præter Arborum diversitatem, nucleus scaber & striatus ostendit.

Ibidem. *V. Malus Nuciperſica*, καρυοπέρσικα aliis, quibusdam *Tuberes Plinii*, humilis est, Persicæ magnitudine, *folio* amygdalino vel majore; *flore* puniceo. *Poma* ex nuce & Persico mediam contraxêre naturam. Ex nuce eis color herbidus, cutis nullâ lanugine pubescens, succus leviter subamarus. Serò matureſcunt, diutiusque suam prorogant ætatem, scilicet in autumnum: à persico autem formam habent, carnem, succum. Cum maturantur rubescunt sole, duram intus, & scabram nucem habent, qualem persica poma, gustu, saporeque jucundo, sed multo nuce fugacius. Sunt æstivo tempore matureſcentia; sunt & *serotina*, quæ usque ad Januarias calendas in arbore pendent. Sunt ex his *duracina*, & ex quibus caro ab osse divellitur: sunt quæ viridi, & quæ alba cute matura sint induta, cæterisque pulchritudine & suavitate præstant.

Ruell. H. P. p. 136. *VI. Malus Persica fructu amygdaloïde*, ex insitione talis est. *Fructus* pulpâ Persicum, nucleo amygdalum sapit. Modum insitionis vide apud Palladium, & Portam.

EXOTICA.

Ad Malum Persicam referri ex Exoticis debent. 1. *Arbor Mangifera*. 2. *Iambeiro*. 3. *Guajanifera*. 4. *Onbou*. 5. *Goan*. 6. *Gehuph*. 7. *Vmari Brasiliensium*. 8. *Carupicaiba eorundem* & 9. Fructus tres Indiæ Orientalis, quorum unus *Mangas Recheadas*; alter *Mangos bravos* dicitur. Unus Occidentalis qui *Matos*. TAB. XXVIII. & XXIX.

Garzias ab Horto l. 1. Hi. Ar. c. 9. *I. Mangifera* arbor pyri facie, procera & ramosa. *Folia* ei cutacea, decem aliquando unciarum longitudine, trium latitudine, quæ crassiore per medium nervulo secantur. *Fructus* ovi anserini magnitudine, duas aliquando libras pendens, quo ab Aprili ad Novembrem fœta est. Sæpè diverso colore ab una eademque arbore prodit. Subviridis flavus, luteus, ex viridi rubens. *Nux* in eo putamine duro, villoso, glandem vel amygdalum æquans. Clusius sinuosum una parte addit, ut aliquantum phaseoli formam exprimat. Canariis dicitur *Mangas*, Turcis *Ambo*, Persis *Ambæ*, Scaligero *Manga*. Conditur sale, & in aqua cum oryza decoquitur. Hollandi in suo ex India reditu, cucumerum muria conditarum loco vescuntur. *Cruda* glandem suberinam resipit: & tineas devorata necat. *Assa* alvi profluvium sistit: si corrumpatur, ardentes febres, & varia exanthemata excitat. *Differentiam* bonitatis loca ipsa fecere. *Armuzii* maximi sunt pretii, & vehementer expetuntur. *Secundum* locum *Guzaratenses* tenent, superioribus minores, dulcedine pares, nucleo parvo & suavi. *Tertius* iis qui in *Balaguate* prodeunt, debetur, supra dictis maximis. Vidit Garzias duos, qui quatuor cum dimidia libras pendebant, sapore tamen inter hos, qui in Chacanea, Quidor, Madanager, & Dultabado primariis Regis Nizamaluo urbibus, excellunt; quamvis & in Bengala, Pegu & Malacca boni proveniant. Invenitur & sine ossiculo palato gratus. *Biferam* in suo prædio Gar-

Garzias habuit. Majo menſe fructum ſapore & odore excellentem ferebat: Autumni verò ſub finem, alium ſuperiore tanto magis commendabilem, quod præter tempus ſolitum naſceretur. Similes ei *duo* Cluſius ad Acoſt. c. 43 *fructus* apud Cluſium. *Vnus*, inquit, quatuor uncias longus, aut amplior, totidem ambitu complectens, quâ parte craſſior erat: *Alter* paulò minor; uterque tamen ejusdem formæ, brevique & craſſo pediculo præditus, craſſior ſumma parte pediculo proxima, gracilior infima, & mucrone nonnihil curvo. Aperti membranaceum involucrum continere deprehendebantur oblongum, longiori amygdalæ ſuo pulvino liberatæ pœnè ſimile, quo nucleus ejusdem formæ tectus erat. Retinebat adhuc is fructus licet muriâ conditus, tantoque tempore adſervatus, ſatis gratum odorem. Hucusque Cluſius.

Garzias ab Horto l. 2. Hi. Arom. c. 23. Acoſta H. Aro. c. 48. Linſchot. Ind. Orien. l. 4. c. 9. Paludanus in Notis ad eund. *II. Iambeiro*, arbor vaſta, *ramis* qui incurvati facilè finduntur, diffuſa, & aſpectu pulcherrima. *Folia* mollia, foris ſaturatè viridia, intus pallidiuscula, cuſpides haſtarum æmulantur. *Floſculi* ex rubro purpuraſcunt, guſtu acido, odore gemmarum vitis. *Fructus* pomi magnitudine, nucleo Cupreſſi intus, quarto à ſatu anno annuatim ter quaterque funditur. Dum unum latus, foliis & floribus defluentibus, fructum oſtentat; alterum iisdem inducitur. hoc in fructus abeunte, alterum de novo vireſcere, & in folia floresque erumpere incipit. Malabares & Canarini *Iamboli*, Arabes *Tupha Indi*, Perſæ *Tuphat*, Turcæ *Alma*, Luſitani *Iambos* vocant. Duo ejus *genera*. *Alterum* adeò obſcurè rubet, ut à longè niger videatur. Magna ex parte oſſiculo rubet, & à ſucci bonitate commendatur. *Alterum* ex candido rubeſcit (levius purpuraſcere Paludanus ait) & oſſiculum, non admodum rotundum, durum, album, oſſiculi quod in Perſico eſt magnitudine, candida hirſutaque membrana tectum, continet. *Vtrumque* roſas ſpirat. *Cortice* adeò tenui & molli, ut cultello auferri non queat, tegitur; temperie frigidus & humidus. Menſis cum cæteris cibis apponitur. *Flores* ſaccharo condiri & in febribus ad ſitim laxandam exhiberi ſolent. *Arbor* in Malacca naſcitur: Inde in alias partes delata eſt. Malus Perſica.

III. Guajanifera, fert in Nova Hiſpania *fructum* granis duris, minora poma æquantibus prægnantem. Guajanos vocant. In Peru diverſa eſt ipſius facies. Eandem tamen cum illis quæ Malo Punicæ ſubjeci, eſſe puta. Ind. Occid. p. 9. c. 24.

IV. Onbou, Mangæ foliis ſimilis eſt. fert *fructus* Perſicis non abſimiles, intus & extus, ubi maturuerint plane luteos: nec niſi quum ſponte decidunt, ob egregiam aciditatem edules. De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11.

V. Goan eſt arbor quæ *fructum* ejusdem nominis, cortice & putamine conſtantē profert. *Cortex* & nucleus qui putamine clauditur, edules ſūt. Fallitur Garzias dum in Perſiæ regione Kirmon Armuziæ finitima, ex ejus cineribus *Tutiam* conflari ſcribit. Fit enim ex terra argillæ inſtar glutinoſa, & in fornacibus calcinata, ut apud Bontium habemus. Garzias ab Hort. Hiſt. Ar. l. 2. c. 13. Med. Ind. p. 14.

VI. De arbore *Gehuph*, quæ Indis *Cobban* dicitur, & in Taprobana provenit, hoc habe. *Ramus* eſſe brevioribus; *Cortice* croceo; *foliis* parvis, *fructu* craſſiuſculo, & pilæ luſoriæ inſtar rotundo, in quo *nux Avellanæ* par amara, & radicis Angelicæ ſapore. *Colitur* propè ædes. Fructus ſitim ſedat. Oleum ex *nucleis*, hepatis & lienis dolores, poſt victum parciſſimum octo dierum ſpacio vel intus ſumtum, vel inunctum, tollit; & articulari morbo medetur. *Gummi*, quod fundit, cum oleo in cataplaſma redactum, partibus dolentibus feliciter applicatur. Lugdun. in Hiſt. Plant. Bauh. H. P. l. 3. c. 11.

VII. Vmari, lignum album, betulinum, amplè ramis ſuis luxuriat, ex quibus *ramuli* tres aut quatuor, inque iis *foliola* cylindracea, Marcgrav. H. N. B. l. 5. c. 11.

Malus Persica.

cassiæ ferè similia, saturatè viridia, nervo per longitudinem & venis obliquis insignita. De *Flore* non constat. *Fructus* est ovalis pruni magnitudine, persici omnino æmulus, cui color ex viridi pallidè flavescens, *caro* dulcis, pauca, *lapis* magnus, ovalis, albidus, cum nucleo eduli. Decidit mense Martio. Nascitur in campis juxta fluvium Cunhao Mopebi & Rio grande. Crudus excitat vomitum. Coctus & cum nucleo contusus, loco panis comeditur.

De Laet Ind. Occid. l.15.c.8.

VIII. De Curupicaiba hoc duntaxat scio, *folia* malo Persicæ similia habere: corticem vulneratum *viscum* quo barbari in aucupiis utuntur, fundere: ipsam *succum* lacteum ficulneo similem, singulare adversus vulnera & pustulas remedium largiri. Differt ergo ab illa, quam Marcgravius describit. Hæc enim betulæ instar crescit. *Cortice* fusco, *foliis* sex vel septem in uno ramulo splendentibus, acuminatis. Post florem *folliculi* primum virides, mox rubicundi, magnitudine pistaciorum, proveniunt. Spirat odorem, qui & ligni dos.

Linsch. p. 4 Ind. Orien. c. 7.

IX. Fructus illi tres sunt 1. *Mangas Recheadas.* 2. *Mangas bravas*, & 3. *Matos.* 1. *Mangas Recheadas*, *Mangas in Achar* quoque dicitur. Solet interius fragmentis aut zingiberis aut alterius aromatis configi, & pro pastu decoqui. Conditur in urceis lapideis jam satis maturus, quod à quadragesimarum feriis ad Augustum usque mensem excurrit. 2. *Mangas bravas* sylvestris est fructus. Limpidè & tenuiter *viret*, & non nihil resplendet, pauca carne tegitur, sed intus *succo* albo lactis æmulo totus turgescit. *nucula* duro cortice ad mali cotonei magnitudinem obducta est. Tam præsentaneo imbuta est *veneno*, ut illicò mortem inferat; inprimis si mistura olei, vis ipsius exacuatur. Compescendo nulla dum potuit inveniri Antidotus. 3. *Matos* ex classe sunt Guayanorum, parvi, albicantes; Guaynavilli naturæ frigidiusculæ.

Linsch. l.c.

Acosta Hi. Arom. c. 43

Jos. Acosta Hist. Ind. Nat. & Mo. l. 4. c. 24.

Articulus II.

De Malo Armeniaca.

I. *Veteres* eam parcè nimis attingunt. Proximè ab Amygdala floret. *Flores* ante folia erumpunt. *Fructum* inter Persica minora recensere videtur Dioscorides, quod & apud Palladium extat; Plinius inter poma cum Columella retulit, eaque solo & odore commendari dixit. De *loco* nihil occurrit. Ex Armenia allatum, vel ipsum quod gerit nomen ostendit. *Mala* Dioscorides Persicis malis utiliora ponit: Galenus verò *Præcocia* Armeniacis præstantiora facit. Quantum ad differentias, Plinius nuci insitarum meminit, dum ait: *Peculiaris est impudentia Nucibus insitarum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque Nucipruna.* Morellus ex Æginetæ loco, quo πέρσικιον, δοράκιον seu δοράκινον & μήλινον meminit, duplicia esse Armeniacorum pomorum *genera* colligit. *Unum* δοράκινον nempe, quæ cum præcocis majoribus eadem facit, & nomen ex insitione vel potius ex inoliatione arboris Armeniacæ, quæ in alia arbore crassi corticis, ac proinde solidioris parumque medulloſi ligni fiebat, traxisse credit, eidemque Martialis versum de *Adoptivis Persicis* accommodat. Alterum *Armeniacorum simpliciter dictorum*, quæ cum præcocis minoribus eadem ponit.

Vid. Tab. XXIX. Plin. H. N. l. 16. c. 25. Dioscor. M. M. l. 1. c. 165 Plin. H. N. l. 15. c. 13. Columella R. R. l. 10. Dioscor l. c. Gal. de Alim. facult. l. 2 c. 20. Plin. l. c.

II. *Recentioribus* Malus Armeniaca duplex est. *Major* videlicet & *Minor.*

I. *Malus Armeniaca Major*, Italis *Baracœca* dicitur. Arbor est Persica major, *foliis* salignis, latis, acuminatis, ad betulæ magis accedentibus: *floribus* albis, cerasi figura, quos Martio & Aprili protrudit. *Fructus* est flavus, cui nux ossea, nucleo

Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 131. Tabern. l. 3. c. 3. c. 46. p. 722. Camer. in Hort. Epit. p. 146.

nucleo aliquando dulci, amaro aliquando prægnans. *Mala Armeniaca maxima* Gesnerus vocavit: *Armeniaca majora* plærique. Bauhinus, ut mole corporis præcellere, sic sapore minoribus palmam præripere dixit. Non modo verò id cæli solique clementiâ evenire crediderim, sed etiam cultorum mangonio. Nam multiplicata insitione, maximè proficiunt. Ex trunco quâ parte cortex rimosus est, vel etiam ramis, *gummi* quoddam effluit, veluti ex Persica. Seritur in hortis; quædam absque cultura & insitione proveniunt. *Fructus* inter cibos numeratur. Ex *nucleis* exprimitur oleum, quod mirificè ad inflammatas hæmorrhoidas valet inunctum. Sed & ad ulcerum tumores, linguæ impedimenta & aurium dolores adhibetur. *Duplex* & hæc. *Alia* fructu qualem jam descripsimus, quæ verum Veterum Armeniacum. *Alia fructu candicante, nucleo dulci, oblongo*, ut in Amygdala, gustu suavissimo.

In Horto. Lobel. Adv. p. 437 Bauh. Pin. l. 11. s. 6. Stap. ad H. Theoph. l. 3. c. 5. p. 128. 6.

II. *Malus Armeniaca minor*, aliis *Persicus præcox*, vel *Armenia, Persici quartum genus, Armeniaca*, audit. Nihil à superiore differt, magnitudinem pomorum si exceperis. Minora enim huic ista, & cito ineunte æstate maturescentia. Ideò à Brunfelsio & quibusdam aliis *Præcocium* vocabulo insigniuntur. *Coloris* sunt aurei subrutilantis, seu cum purpura mixti, *odoris* jucundi. Ex *nucleis* qui amaricant & abstergunt, urinamque promovent, elicitur aqua contra calculum & urinæ suppressionem egregia.

Gesner. in horti appe. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 7. Cordus in Diosco. l. 1. c. 166. Schvvēckf stirp. sil. l. 2.

EXOTICA.

Ex Exoticis nihil occurrit præter *Pajouram* Brasiliensium, quæ fructus Armeniacis similes profert.

De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11. 7

ARTICULUS III.

De Persea.

Persea. Vid. TAB. XXIX.

I. *Veteribus* est Arbor Ægyptiaca; τῇ προσέψει magna & formosa εὔριζος καὶ μήκει καὶ πάχει καὶ πλήθει πολύ. *Materies* bonitate & firmitudine nil differens à loto. *Folio, flore*, ramo, totaque figura proximè ad pyrum accedit, nisi quod altera parte folio perpetuo, altera deciduo est, Plutarcho linguæ assimile. *Fructum* abundè parit, omnique tempore perficit. Nam fertilitas ei assidua & *semper habet poma subnascentibus aliis*. Magnitudine ea longioris pyri, figura oblonga (Plutarch⁹ cordis dixit) amygdalæ modo, colore dum immatura, herbido, postquam ad maturitatem perveniunt, myxis rubentibus (scilicet si hæc rubescerent) similia, quo tempore etiam præcerpuntur & condiuntur. Caro, quamvis *blandiatur prædulcis suavitas, innocua*. Nux intus quemadmodum pruno, verum longè minor molliorque. Maturatur Etesiarum afflatu, seu μετὰ τὰς θερείνας τροπὰς καὶ κυνὸς ἐπιτολήν. Phalangia κρανακόλαπτα in Thebaide intus. Venenatam fuisse in Perside, in Ægypto edulem, sola relatione nititur; & Persicæ magno errore à Columella adscribitur. Noluit extra Orientem *nasci*. Ex Æthiopia translata in Ægyptum Cambysis tempore, si Diodoro credimus, ubi à Perseo Memphi sata creditur; & à Galeno in sola Alexandria visa est. Uberque ei ibi fructus & dulcis: In Rhodo procedente tempore fructificavit, sed parcissimè. Ex *Materia* ἀγάλματα, καὶ κλινίδια καὶ τραπέζια, *simulachra, lectulos, mensas* & reliqua similia faciebant. Alexander illa coronari in Ægypto victores instituit, in honorem atavi sui. *Folia* ἐπιπλαττόμενα ξηφὰ *arida*, trita, & inspersa, hæmorrhagiam sistunt. Fructum venenatum in Perside, vescum in Ægypto, superius diximus.

Theop. H. P. l. 4. c. 20. De Iside & Osiride. Ibid. Plin. H. N. l. 15. c. 13. Plin. l. c. Arist. Met. l. 2. c. 5. Diosco. M. M. l. 1. c. 187 Columella R. R. l. 10. Strabo Geog. l. 17. Plin. l. c. Diod. Sic. Bibliot. l. 1. Gale. κατὰ τόπους l. 2. Theop. l. c. Plin. l. c.

II. Secundum *Recentiores Persea* Persis *Sepha*, arbor est rarissima. Clusius solo regno Valentino unicam vidit, in monasterio D. Virginis, cui nomen à Jesu, ex America ut ferebatur, delatam. Pyro similis est.

Clus. H. P. l. 1. c. 2.

Persea. *Materies* robusta, nigra, loti modo. *Folia* lauri latifoliæ, supernè virentia, cinerei infra coloris, perpetuo virentia, quæ ab odore & sapore commendantur. *Flos* lauri ferè, racematim compactus, pallidus ἐξάφυλλος. *Fructus* pruni primò, mox pyri figurâ, niger, cui nucleus cordis effigie, gustu castaneæ aut amygdalæ. Hispani *Mamay* vocant. Veteres dum *immaturus*, herbidum, postquam ad maturitatem pervenit, myxis rubentibus si hæc rubescerent, similem faciunt. Caro vehementer dulcis, concoctu facilis, & innocua etiam largiorem mandentibus. *Maturatur* Etesiarum afflatu: & quandoq; κρανακόλαπτα continet. Venenatam in Perside fuisse, translata in Ægyptum tempore Cambysis arbore, terra mitigata evasisse vescam, quod Columella magno errore Persicæ adscribit, proditum olim. Unde eandem cum Aristotelis *Belenico* credidere quidam. Ex Perside *prodiisse* diximus: nec extra Orientem vult nasci. Fuisse & apud Æthiopes Strabo testis. Maximè tamen in Ægypto solo, circa agrum Thebanum ubi à Perseo Memphi sata est, delectari videtur. Nam & Theophrastus inter eas ponit, quæ extra Ægyptum peregrinari nequeunt, ita ut in Rhodo *procedente quidem tempore fructificare sed parcissimè, nec alibi quam in Ægypto, uberem & dulcem fructum ferre* dicat: & Plinius, serò & cum difficultate transiisse, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum earum fuerat hospitium, scribit: & Galenus *in Alexandria sola, ac in nulla alia quæ sub Romanorum potestate regione se vidisse*, testatur. Ex *Materie simulachra*, lectuli, mensæ, & similia fiebant. Alexander illa coronari in Ægypto victores instituit, in honorem atavi sui. *Folia arida, trita* & inspersa, hæmorrhagiam sistunt.

Strabo Geogr. l. 17. Plin. H. N. l. 15. c. 13.

Columella R. R. l. 10.

De plant. l. 2. c. 7.

Strabo l. c.

Plin. H. N. l. 15. c. 13.

Theop. H. P. l. 4. c. 7. Theoph. Ca. l. 2. c. 4.

Plin. l. c.

Gal. κατὰ τόπους l. 2.

Plin. l. c.

***

Articulus IV.

De Pruno.

Tab. XXIX. XXX.

ET de *Arboris* & de *Fructus* hic agendum generibus, secundum *Veteres* & *Recentiores*.

I. *Arborem Veteres* in *Vrbanam* & *Sylvestrem* dispescunt.

I. Prunus Vrbana eadem est cum sativa recentiorum. Velociter crescit, & inter felices reponitur. *Folium* ponunt arbuti simile: *florem* foliatum, supra fructum insidentem. Tempore Catonis non fuit Romæ: post ejus ætatem ex Asia delata est. *Fructū* in Coronis locum habuisse, & victoriæ indicium fuisse, certum est. Unde στέφανος κυλίστος.

Theop. H. P. l. 1. c. 17. 7

Athenæus Dipn. l. 2.

II. Prunus Sylvestris, Theophrasto *Spodia*, Virgilio *Spinus* dicitur. *Radice* est numerosa. *Fructus* ubique nascitur. *Gummi* quod fundit, lachrymæ modo gignitur, & agglutinandi vim habet, calculosque comminuit.

Theop. H. P. l. 3. c. 7. Plin. H. N. l. 15. c. 13. Theop. H. P. l. 9. c. 1. Diosco. M. M. l. 1. c. 174

II. *Fructus* Differentiæ 1. *à Colore*. 2. *Similitudine*. & 3. *Patria* apud eosdem sumuntur.

I. A Colore sumsere nomen 1. *Versicoloria*. 2. *Nigra*. 3. *Candicantia*, quæ duplicia, *Hordearia*, nempe, à comitatu frugis ejus ita dicta: & *Asinina*, seriora majoraque à vilitate ita appellata. 4. *Cerina* quæ Ovidius generosa facit. 5. *Purpurea*. 6. *Onychina*, quæ circa meslem vel paulo post maturescunt.

Meta. l. 13. Colum. R. R. l. 12. c. 2.

III. Patriæ nomina debent. 1. *Damascena*, quæ omnium præstantissima. In Italia Plinii tempore nascebantur; grandiore quamquam ligno & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata; quia sui soles defuere. 2. *Iberica*, seu Hispanica, quæ Damascenis dulciora, & nihil adstrictionis præ se ferunt: imò alvum magis dejiciunt.

Gal. de Alim. facult. l. 2. c. 31. Plin. l. c. Galen. l. c.

II. *Recentioribus* Prunus arbor est triplex. 1. *Sativa*. 2. *Myrobalanus dicta*. 3. *Sylvestris*.

I. Prunus sativa mediocris est altitudinis; *radicibus* δπιπολαίοις, *Caudice* subrectâ. *Cortice* leviusculo, multis ramis

Cordus in Dioscorid. l. 1. c. 175. Porta Vill. l. 5. c. 21.

Umare Brasilienſium.

Perſen.

Iambeire Lanſbotani.

Malus Armeniaca minor
Klein Marillen.

Jambeiro Acoſte Tab. XXIX.

M. Armeniaca Major
Gros Marillen.

Prunus ſilveſtris floreſcens
Schlehendorn mit der Blüht.

Prunus ſilveſtris duplex
Schleben-baum Schlehendorn.

Prunus Urbana

Dod. Pem. 6. l. 5. 14. Marthiol. ad Dioſco. l. 1. c. 137. Taber. l. 3. f. 2. c. 44. Stapel. ad Theophr. H. l. 4. c. 3. Camer. Epit. p. 163. Scaliger in Theophr. Cauſis l. 2. c. 21.

ramis brachiato. *Folium* gerit ex oblongo ferè rotundum, per oras minutim ſerratum, longo pediculo dependens. *florem* album foliatum, quem vere racematim ante folium edit. *fructum* optime notum, qui menſe Auguſto & Septembri matureſcit, & *Prunum* vocatur. Ovi magnitudine vidit Scaliger. *Gignitur* in omnibus cogniti orbis partibus, vineis, hortis, viridariis. *Vſum* quod ſpectat. Ex *ligno* rubro fiunt manubria cultellorum: decoquitur à quibusdam in lixivio. *Fructus* alvum ſolvunt, ſi cum foliis ſenæ & paſſulis decoquantur, ita ut pruna duodecim, paſſularum uncia una ſ. foliorum ſenæ drach. una & dimidia ſumatur. Armenii perforato caudicè ſcammonium injiciunt: foramen argilla clauditur. ſic magis ſolutiva evadunt. Talia quoque habebis, ſi in viridem ſambuci corticem inſevieris; ſed facilè corrumpuntur.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 19.

II. Prunus Myrobalanus, (abſque ratione) cognominata, in Eyſtettenſi horto *Prunus Myrobalanus rotundus* dicitur. Facilè adoleſcit, & quia rami ſubinde in alios dividuntur, opacem fundit umbram. *Caudex* eſt lævis, & tenerrimo cortice veſtitur. *Folia* ipſi inter prunum & Ceraſum media. *Fructus*, cujus annis alternis feraciſſima eſt, rotundus, per initia viret, cum matureſcere incipit, rubet, ſub finem Julii ex purpura nigro commiſcetur. Nondum vulgaris tempore Cluſii erat. Qui Biturigib. Gallorum, Myrobalanorum Chebulorum nomine oſtendebatur, huic perſimilem fuiſſe, ex folio inde delato colligit.

Fuchſ. H. P. p. 512. Dod. Pem. 6. l. 1. c. 14. Tabern. l. 3. f. 3. c. 45. Camer. Epit. p. 165. Stapel. ad Theophr. p. 319. Trag. p. 3. c. 37. Matth. l. c. Cordus ad Dioſc. l. c.

III. Prunus Sylveſtris frutex eſt humilis, ſativa pruno minor. *Rami* ei tenues, duri, ſpinoſi. *folia* ſativæ anguſtiora, ſpinoſiora. *Flores* albi, quinquefolii, numeroſi, cum tenuiſſimis in medio capillis, qui vere prodeunt. His defloreſcentibus, *fructus*, ſi imber cecidit, in oblongum & inane corpus abit, quod *Turcam* Itali vocant: ſi ſerenum cœlum, cœruleus, viridi intus pulpa, oſſiculo parvo, autumno colligitur. Tragus *Præcocium* meminit, qui menſe Auguſto maturantur. Unde *Haberſchlehen* nomen. *Naſcitur* ubique, in dumetis, ſepibus & ſylvis. De *Vſu* nota. *Radices* ablato nigro cortice, in vino decoctas, ſingulare eſſe contra dentium dolorem remedium. *Florum* aquam pleuriticis vehementer prodeſſe; inprimis, ſi recentes vino per noctem macerati fuerint. Syrupum laxare, tuſſim lenire, & renum ſaburram auferre. *Fructus*, ſuccui *Acaciæ Germaniæ* nomen. Ipſe immaturus vinum turbidum injectus, intra dies decem reſtituit. Maturi & contuſi pilluſæ in furno ſiccatæ, vino inditæ, fluxibus medentur. *Muſcus*, qui Cinericii coloris interdum in antiquis fruticibus invenitur, contra herniam vehementer laudatur. Quidam cum lumbricis & ſale armoniaco vitro incluſum, paſtâ panis obducunt, & fornaci includunt. ſic liquorem conſequuntur, qui cavo denti affricatus, eundem decidere facit.

II. Prunorum genera apud eosdem ſunt varia, quæ 1. *à Colore*. 2. *à Tempore maturationis*, & 3. *à Forma* mutuati ſunt.

I. A Colore ſumſere nomen 1. *Atrocærulea*. 2. *Cærulea*. 3. *Cerea*. 4. *Nigra*, 5. *Rubra*, 6. *Flava*. 7. *Ex viridi flavescentia*. 8. *Alba*. 9. *Ex flavo ruſſeſcentia*.

1. *Pruna atrocærulea*, Theocrito *Brabyla*, aliis *Damaſcena* dicuntur: ſunt 1. *Parva*, quæ nucleum non multo Ceraſis majorem gerunt; noſtris *Damaſcenula* dicta. Cute ſunt nigra, carne ſuavi, croceâ, rotundo intus ligno, in cacuminibus turbinato, exili nucleo. 2. *Magna*, Schvvenckfeldio Pruna *Pannonica* & *Brunenſia*. Palma prima datur Damaſcenis, quæ ex Syria ſicca Venetias adferuntur, & nucleo ſunt longo & pleno: ſecunda Pannonicis & Tranſylvanis. Eleganter purgantia reddes, ſi Roſenbergii ductum ſecutus fueris. Adjunge his *ſubacida magna*, quæ fortè Geſnero Hungarica præſtantiſſima.

Bello. Obſ. l. 2. c. 91. Porta Villæ l. 5. c. 22. Stapel. ad Theophr. p. 318.

Roſæ nobilis p. 118.

Prunus

Bauh. H.P. T. 1. l. 1. c. 11 p. 185.

2. *Pruna cærulea*, Tragus *Prunodactyla* à longitudine digiti vocat. Purpurea sunt Ruellio, suavi carne, ovata, pomi specie, insitionis mangonio nusquam non nascentia; nucleo oblongo, aliquantum incurvo, quæ etiam condita Vesontio, ubi dactyli vocantur, Basileam adferuntur. Adfinia hisce *Noberdiana* atque *Iuliana*, quæ aliquanto seriora, cœruleo colore, cumulatim in parente, intorto furculo pendent, dum passa contrahantur in rugas.

Bauh. l. c.

3. *Pruna Cerea*, quæ aliis *Cereola* & *Amygdalina*, ex candido in luteum pallescunt. *Duplicia* sunt, *Præcocia* & *Serotina*. *Illorum* arbori, *Cortex* scabrior. *folia* acutiora: *fructus* copiosiore fœtu parentem enecat. Pruna aliquãdo ovi anserini magnitudine, juxta pediculum in longitudinem extenuantur, & putredini sunt prompta. *Serotina*, quinque ferè, ceu à botro dependent, minora, subdulcia, & sub finem Octobris colliguntur.

Ruel. H.P. l. 1. c. 121.

4. *Pruna nigra*, aliis *Iberica*, *Hispanica*, *Pertigona*, *Catalonica*, & *Pernicona* audiunt. Succi sunt dilutioris, durioris carnis, sed gustu suavi. Eâ parte quâ solum spectant, purpureo nitent colore, adversâ parte candicant; pressa digitis internum os dimittunt. Ex Iberia primum sunt adducta. Circa oppidum S. Antonii in Vasconia tantâ copiâ crescunt, ut quæstus summam centum millium coronatorum excedere dicatur. Addit his Cæsalpinus *Massiniana*, quæ grandiora. Est & *aliud Hispaniarum genus*, colore gramineo, ingrato, succo melleo, Callosum, oblongum, cui os intus compressum, acutumque.

Quercet. Dict. p. 325

5. *Pruna rubra*, aliis *Asinina*, & à vilitate *Pedicularia*, majuscula sunt, rotunda, mollia, acida, suum pabulum. Cæsalpinus *Gubia*, quæ ingustabilia addit.

6. De *Reliquis* pauca occurrunt. 1. *Flava* sunt mali magnitudine, rotunda, dulcia. 2. *Ex Viridi flavescentia*, sunt parva & serotina, fortè Camerarii *Verdacia & Graca*. 3. *Alba* Clusio *Galatensia & Perana*, sunt oblongiuscula & acida. 4. *Ex flavo rufescentia*, seu *Pruna de Brignoles* sunt nucleo parvo, saporis mixti gratissimi. Enucleata & exsiccata ex Gallis adferuntur.

Clus. H.P. l. 1. c. 13.

Quercet. Dictet l. 3. c. 3. p. 538.

II. A Tempore maturationis sunt 1. *Augustana*, Cæsalpino *Albanula*, quæ minora & austera. 2. *Avenaria*, quæ præcocia, parva & versicoloria. Tempore messis avenaceæ maturantur.

Gesner. in Horto.

III. A Forma sunt *Amygdalina* Plinii de quibus supra. Apud Portam occurrunt 1. *Pruna d'appendere*. 2. *Cogliopecore*. 3. *Pappacode*. & 4. *Cascavaglie*. 1. *Pruna d'appendere*, sunt violacea, dura, callosa, esui inepta, nisi laquearib. appẽsa p hyemẽ cicurẽtur. 2. *Cogliopecore* omnia pruna magnitudine superant, flaventia, insipida, & quæ hircorum testiculos imitantur. 3. *Pappacode* magna sunt, flaventia, & cum messe maturantur. 4. *Cascavaglie*, adeò parva, ut vix sylvestrium prunorum magnitudinem superent, rotunda, nigra, alba. Ad Calendas Januarias à matre dependent. Apud Stapelium *Nana* & *Decumana* occurrunt.

Porta Vill. l. 5. c. 21.

EXOTICA.

Ex Exoticis ad Prunum refero *viginti & quinque* arbores & *sex* fructus. Arbores sunt 1. *Ogegha Congianorum*. 2. *Hivourahe seu Ibirace Brasilianorum*. 3. *Puchaminifera Virginia*. 4. *Ergen Afrorum*. 5. *Zaccon Castoris*. 6. *Iangomifera Indorum*. 7. *Laccifera*. 8. *Alloagifera Persarum*. 9. *Pruno sylvestri affinis Canadensis*. 10. *Copeja Americanorum*. 11. *Mangua Maragnensium*. 12. *Arbores decem eorundem*. 13. *Macaxocotl Indorum*. 14. *Acaja* seu *Ibametara*. 15. *Iva-Vmbu*. 16. *Guajeru* quibus 17. addi potest *Pitoma* & 18. *Maruuru*. Fructus inferius recensebo.

TAB. XXX.

1. *De Ogegha Congianorum* nihil planè occurrit, nisi quod *fructum* luteum pruno similem, esu suavem, odore delicatum, ut Pigafetta prodidit, proferat. Solent has arbores Congiani denso ordine plantare; ubi

Pigafetta in descript. Congi.

Tab. xxx.

Pruna Avenaria.
Haberſchleben.

Pruna Præcocia.

Prunus Mirobolanus.

Guajeru.

Iva Umbu.

Acaja.

Fructus Guajanenſis primus.

Pitoma.

Fructus Guineenſis primus.

Fructus Guineenſis ſecundus.

Fructus Guajanenſis ſecundus.

ubi adolevere, vallorum vicem præstant.

Thevet. sing. c. 50. Lerius descript. Brasil. c. 12. De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 9. Clusius ad Mon. c. 20. Piso de facult. simpl. l. 4. c. 20.

2. *Hivourahe* seu *Hyvourahe* & *Ibirace*, arbor est procera, *cortice* semidigitalis crassitudinis, externa parte argenteo, internâ subrubro, & cum recens à ligno detrahitur, *lacteum humorem* resudante, gustu salis, sed ad glycyrrhizæ saporem accedente; *folio* lauri æmulo. *fructum* fert pruno mediocris magnitudinis æqualem, auri purissimi colore, qui *nucleum* exiguum, sed suavem admodum tenellumque, ægris validè expetitum, continet. Alternis quindecim annis solummodo fructiferam esse produnt. Putatur esse *Guajaci* species, & cortex mira facultate contra luem venereamprædituś. Avulsus recens liquore albicante tegitur, cujus colorem mox perdit, paulatimque decrescit, & cortice simul exsiccato, in dulcem ipsius substantiam abit. Moderatè calidus est, & tenuium partium. Rationem utendi Clusius ex Theveto describit. *Pugillus* ex ovo sorbili vel jusculo, bronchias pulmonis aperit, & cessantem urinam educit. *Succus lacteus* recens tineæ capitis & scabiei opitulatur.

De Laet Ind. Occi. l. 3. c. 15.

3. *Puchaminifera Virginiæ*, in Palmæ altitudinem adolescit, & *fructum* fert mespilo quidem non absimilem, primo viridem, deinde flavum, ubi maturuerit subrubicundum: qui tamen inter pruna computatur. *Immaturus* austerior est, & si masticetur, os cum exquisito dolore adstringit; *maturus* gratissimi est saporis, & omnino præcocibus similis. Incolæ *Puchamias* vocant. Sunt & aliæ hic Prunorum species, quæ rubra atque alba pruna ferunt, Arbutis similes.

Ind. Orien. Pl. in præf.

4. *Ergen Afrorum* foliis est myrti, fructu pruni cerei, ossе amygdali magnitudine, lineis binis distincto.

Castor in Hist. Plant.

5. *Zaccon Castoris*, nomen sortita est, quod in planicie Hierichuntis non longè ab ædibus Zachæi crescat. *Folio* est angusto, spinoso.

Garzias H. Ar. l. 2. c. 5.

6. *Iangomifera Indorum*, arbor est planè *spinosa*, in cerasi vel pruni altitudinem assurgens, *foliis* pruni, *floribus* candidis, *fructu* sorbo simili, ubi maturuit, loco nuclei granulis turgente, gustu Prunorum adstringente & acerbo. Cum primum emergit strobilo similis est. Vocatur incolis *Iamgonas*, ut Garzias habet, *Iangomas* ut Acosta. *Nascitur* spontè in agris, sylvis, & hortis Bassaim Chaul & Batecala. *Accepi à fide dignis viris*, inquit Garzias, *optimam serendi rationem esse, si fructus postquam eum ederit certa quædam avis, excretus, una cum excremento seratur. Facilius enim hac ratione emergit, citiusque fructifera fit arbor.* Fit ex fructu in India Syrupus, non minus quam succus Acaciæ veteribus decantatus, utilis. Melius ad sorbum referas.

Prunus. Acosta H. Arom. c. 50 Bont. Med. Indor. p. 52.

Idem c. 54.

7. *Laccifera* est arbor *foliis* Pruni, sæpè nucis juglandis magnitudinem superans. *Lacciferam* ideò voco, quod in ejus surculis & minoribus ramis, formicæ alatæ Laccam conficiant, de qua, Deo volente, in libro de succis agemus.

Garzias H. Ar. l. 1. c. 8. Acosta H. Arom. c. 3.

8. *De Alloagifera Persarum*, hoc duntaxat occurrit, ferre fructum instar Pruni, qui viridis comeditur, & in magno est apud Persas precio.

De Laet Descript. Pers. p. 134.

9. *Pruno sylvestri affinis Canadensis*, frutex est sesquicubitalis, caule lignoso, rotundo, atro rubente *cortice* vestito, in ramulos brachiato: *folia* habet Rutæ Hypericoidi similia: *flores* Pruni sylvestris floribus similes, sed multo minores, copiosos, candidos, pediculis oblongis, uncialibus & capilli modo tenuibus, caliculis virentibus sustentati, insidentes; in quorum medio, filamenta plura exigua & tenuissima: flos nullo fructu succedente, Lutetiæ in horto Robini decidit: qui *Hypericum frutescens* nominat, & è Canada allatum asserit.

Bauhin. Phytop. l. 11. c. 6. p. 521

10. *Copeja Americanorum* habet *folium* spithamæ latitudine, rotundum, membranâ duplicatâ crassius: *fructum* similem pruno, parvum, idoneum palato & stomacho. Legitur ex ea *pix* ut è pino. Aliqui putarunt

Nieremb. Hist. Exot. l. 14. c. 85.

Prunus tarunt ſtillicidio colligi, combuſtione hujus ligni. Martyr Chaldæis pro charta in uſu fuiſſe ſcribit. Sanè utraque *folii* facies literas, uti charta noſtra, ſuſcipit. Membranâ duplicatâ craſſius eſt, tenax mirum in modum dum eſt recens: literas oſtendit albas in ſuo viridi: quando ſiccatur, veluti tabella lignea candeſcit, dureſcitque, ſed characteres flaveſcunt. Minimè autem corrumpitur, nec, ſi madefiat, notas dimittit unquam, niſi comburatur.

De Laet Ind. Occid. l.16.c.11. 11. *Mangua Maragnanenſium* fructum fert prunis non abſimilem, ſed paulò majorem & exoſſem, ſuavem atque optimi ſaporis. De Laet eandem cum *Mangaba* ponit. Hæc autem *materie* eſt duriſſimâ ferri inſtar. *foliis* ſemper virentibus noſtræ ſalicis æmulis. Latet ſub ea culicum quoddam genus acerrimè pungens, quod nonniſi fumo, vel ſi fimo corpus oblinas, repellitur.

Ibidem. 12. *Arbores decem inſulæ Maragnanæ* ſunt iſtæ. 1. *Pitom*, quæ mole, frondibus & fructibus pruno ſimilis, ſed fructibus ſuavior eſt. 2. *Avenonbovih Acoju*, quæ pomo valdè ſimilis, ſed *fructu* prunorum magis æmulo, niſi quod crocei ſint coloris, ſuaviori ſapore; *oſſiculo* perexiguo. 3. *Vachica* floribus flavis, *fructu* proximè ad prunum accedente, lutei coloris, *nucleo* candido & ſuavi. 4. *Caxoveen* quæ parum differt à præcedentibus. 5. *Marikai-ene*, quæ ab iſta non abludit. 6. *Morecii*, cujus fructus acrioris eſt ſaporis, & quæ arenoſum littus amat. 7. *Ovagiron*, quæ ultra fruticis modum non adoleſcit; *fructum* fert inſtar majoris Pruni, rubri coloris. Ut plurimum in arenis ad littus naſcitur.

Ibidem. 8. *Vva-ovaſſara*, quæ arbor ingens, frondibus pyri, floribus candidis. Fert *fructum Pacoury de qua ſub* Pomo vulgari, non abſimilem, cute flava, dulcis ſaporis, oſſe interius ad Perſicorum modum facto, nucleo amygdalis paulò majore, & ejusdem ſaporis. 9. *Copovich-ajup* quæ pruni arboris mole eſt, frondibus caſtaneæ, floribus candidis & luteo colore mixtis. *fructum* fert inſtar minoris pomi, flavum, oſſiculo intus exiguo, nucleo eduli. 10. *Iaracanda*, quæ pruno arbori admodum ſimilis, ſed *foliis* latioribus, flore candido. Fert *fructum* duorum pugnorum magnitudine, & ubi coctus fuerit edulem. Pulmentum quod ex eo paratur, ſtomacho gratum eſt, & *Manigoy* à barbaris dicitur.

13. *Macaxocotlifera* in parem cum noſtris prunis attollitur magnitudinem, ſimili etiam conſtat materiâ. *Radices* & *folia* ſibi reſpondent. *Fructus* Macaxocotl ſeu *pomum cervinum* dicitur. Commune eſt omnibus *fructum* adhæreſcentem ſtipitibus ramisque, prius quam folia proferre, quod paucis admodum arboribus evenire ſolet. E foliis ſalſamenta conditamentave acida concinnari; emollire alvum; non admodum ſuave aut ſalubre præſtare alimentum; atque earundem arborum cineris ope puellarum flaveſcere capillos. In quintuplici verò hæc poma differentia. 1. *Cacaxocotl* dicta quæ rubra ſunt & in longum protracta formam, nucum juglandium mediocrium magnitudine, *oſſibus* magnis, firmis, extra & intra lentis, ſtriatis, & dactylorum formâ; *callo* modico mollique & ſucco manente intus luteo, quale eſt ipſum os. In cibi hæc uſum veniunt, & à multis ſagacioris palati, ſed quibus diutius conſueta ſunt, noſtratibus præferuntur. Alvum emolliunt, & dulci acidoque ſapore ſunt grata. 2. *Atoyaxacotl*, quæ longè minora, calore luteo, orbiculari formâ, odore præſtantiore, minore nucleo rotundoque & guſtu jucundiore. 3. *Coztiexocotl* ut Mexicani vocant, quæ à multis in myrobalanorum referuntur genera. Pallidiora ſunt, majora, maculis perſperſa, gratiorisque calli. 4. *Atoyaxocotl chichiltic*, minima omnium, coloris coccinei, ſed quæ ſuavitate odoris reliqua vincunt. 5. *Chichioalxocotl*, hoc eſt *ſudore manantia*, nucum juglandium magnitudine, colore paſſeo, uberiore quam reliqua callo, & minore nucleo. *Naſcuntur* in calidis quibusque locis, cam-

Nieremb. H.N. Exot. l.14.c.6.p. 318.

campeſtribus, hortenſibus, & humectis. *Corticum* arborum decocti jus, ſcabiem ac crurum tumorem curat; pulvis verò, ut qui frigidâ ſiccaque & adſtringenti natura conſtat, ulceribus medetur. Poterat & *Sycomoris* ſubjici.

Piſo de ſimpl. Braſil. facult. l. 4. c. 16. Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 16.

14. *Acaja* ſeu *Ibametara* arbor eſt procera & frondoſa. *ligno* ruſſo & lævi: *foliis* juglandis, quæ media æſtate deponit, & novis ante hyemem induitur. *Floſculos* qui in magno racemo congeſti, copioſi, & ex albo ſubflaveſcentes, excipiunt. *pruna* flava, noſtratium figurâ & magnitudine, paucę ſed ſucculentę carnis, quę *lapidem* ex filamentis lignoſis contextum, dentibus cedentem, & nucleo flaveſcente gravidum continent. *Maturatur* hybernis menſibus, mediâ æſtate floret, & tunicâ tenaci veſtitur. Ex *ligno* opercula ad obturandas lagenas fiunt. *Ramus* baculi modo terræ infixus, radices agit, & arborem adoleſcit. *Gemmæ* in acetariis, febricitantibus proſunt. *Folia* quia egregiè acida, ſitim levant & appetitum acuunt. Arbor peculiare hoc habet, quòd in ea volucres picæ magnitudinis, nigris & aureis plumis veſtitæ, pendulos nidos conſtruunt.

Piſ. lib. 2. 30 Marcgrav. ibid. c. 8.

15. *Iva-Vmbu* à longè proſpicienti citrus vel limonia apparet. *Radix* in diverſa craſſa, & pŏderoſæ molis tubera luxuriat, cui cucurbitæ ſimilis medulla, quæ manducata in aquoſum ſuccum reſolvitur. *Trunco* ferè eſt nullo. *Rami* tortuoſi armantur ſpinis. *Folia* oblonga, lætè virentia, mollia, acida. *Flos* quinquefolius albicat. *Fructum* fert pruni noſtratis magnitudine & figurâ, ſed carne duriore & pauca, ex albo flaveſcentem, ſaporis boni & ſubacidiuſculi, cui ſapor; amygdalarum amararum immixtus. Intus *lapis* magnus, ut in fructu Acajæ, (figurâ baccæ lauri, ponit Marcgravius) durus, ſed qui facilè dentibus frangitur: qui nucleum avellanæ mediocris figurâ, magnitudine, ſubſtantia & ſapore amygdalis dulcibus ſimilem continet. Piſo *maturum* (matureſcit autem Januario, & Februario ſpontè decidit) ſaporis eſſe ex acido dulcis, ſcribit: *immaturum* ſtuporem dentibus inferre. *Vnicam tantum*, inquit idem, *ex hoc arborum genere in habitata Braſiliæ parte hactenus conſpicere licuit; diſſita autem ſylvæ inter Guoyanam & Paraibam fluvios, iis luxuriant.* Marcgravius *duas* eſſe *ſpecies* putat: at video & deſcriptiones & icones convenire.

Pruſius

16. *Guajeru* frutex arboreſcens. *Cortex* eſt brunnus: *folia* ſolida, ſubrotunda, ſplendentia, nervoſa: *flores* in umbellis quinquefolii, pallidè albi: *fructus* ex albo quando maturuit nigricans, cui *caro* alba, dulcis; lapis inſtar pruni cum nucleo. *Naſcitur* paſſim in ſylvis aridis & maritimis. Marcgrav. ib. l. 2. c. 14.

17. *Pitoma* arbor grandis & ramoſa; *Folia* auris aſininæ figuræ, lætè viridia, quorum alia tres, quatuor, quinque, quædam ſex, ſeptem, imò octo digitorum longa ſunt. Ad eorum exortum duo *ramuli* quatuor digitorum longitudine ſpicæ modo in totum numeroſis veſtiuntur floſculis, colore melino, cum pauxillo rubro mixtis, quorum quilibet in quatuor crenas ſecatur, è medio novem ſtamina crocea cum apicibus rubicundis prodeunt. *Fructus* ellypticæ figuræ, umbilico inſtar puncti eminente, qui cortice carneo ſed fragili & pulpâ albicante, gelu in patina conſiſtentiæ, acida conſtat, cui in medio nucleus ellypticæ figuræ, incarnati coloris, ſubſtantiæ albicantis, & facilè in duas partes diviſibilis, amarus & adſtringens. Ib. l. 3. c. 18.

18. *Maruura*, ſubfrutex eſt in ſemipedalem aut etiam pedalem altitudinem excreſcens, & *folia* gerens ſimilia ſalignis, directè ſibi oppoſita, & unum in extremitate. *Fructum* autem magnitudine & figura pruni, flavum & dulcem quidem, ſed minimè edulem. Ib. l. 2. c. 8

19. *Fructus* qui huc referri poſſunt ſunt ſex, quorum unus eſt *Chinenſis*, *duo* Guajanenſes, *duo Guinenſes*, ul-

Prunus Ind. Orien. p. 2. c. 25. Cluſ. Exot. l. 2. c. 6.

ſes, *ultimus* Prunum inſanum. 1. Fructus *Chinenſis* eſt pruno ſimilis, & dicitur Lechyas. 2. *Alter* eſt ovalis formæ, binas uncias longus, *corio* denſo, fibroſo, cineracei ex fuſco coloris. *Putamen* craſſum, durum, nigricans. *Nucleus* orbicularis & itidem durus. 3. *Tertius* paulo longior, & magis inæqualis, & potius nucleus quam fructus, cortice ſpadicei coloris, pulpâ albâ nec ſaporis ingrati. 4. *Quartus* pruni magnitudine & formâ. *Corpore* quaſi fungoſo, foris rugoſo, intra cavo: cui pulpa in globum convoluta, albicans, friabilis, inſipida, tenellis ſeminibus ſcatens. 5. *Quintus* putamine cutaceo intus inſtar involucri nucis *Faufel* fibroſo, ſuprema parte mucronata, inferna duplicato calice munita. *Nux* intus nigra, valdè rugoſa, duta. 6. *Sextus Prunum inſanum*, vel potius *Nux inſana*. Eſt formæ orbicularis, *putamine* firmo, extra ſubfuſco, intus ſpadiceo. *Oſſiculum* in eo membranaceum, nigrâ quadam pulpa tectum, pruno ſilveſtri nec formâ, nec magnitudine abſimile, infimâ & ſeſſili parte, quæ petiolo reſpondet, albâ macula ſatis amplâ inſignitum, ſub quo *nucleus* cineracei coloris duriuſculus latet: ipſa *nux* brevi craſſiuſculoque petiolo prædita eſt, quam maxima ex parte ſingularem, interdum autem geminam ſimul conjunctam naſci dicunt, in arbore ceraſi magnitudinem æquante, cui folia longa & anguſta, mali perſicæ foliis non diſſimilia. Appellationem ab effectu traxit. Qui enim eo veſcuntur, in capitis vertiginem & deliria incidunt, quæ ad triginta ſex horas aliquando durant, & per ſomnum evaneſcunt. *Lepidam Hiſtoriam* apud Cluſium vide. Affinis huic in ſinu S. Auguſtini pruni facie fructus *Manſamillias* dictus. Periculum ab eo & ramis, qui ſucci pleni, viſui.

Cluſius l. c.

Ibid. c. 25.

Ibid. c. 26. Bauh. H. P. l. 3. c. 65.

Purchaſ. Naviga T. 2. l. 4. c. 4. ſ. 2. p. 415.

***

Articulus V.

De Arbore Myrobalanifera.

TAB. XXXI.

ARbor quæ Myrobalanos profert, *Sylveſtris* eſt & ſponte in Syria & Ægypto naſcens, pruni magnitudine. Fructus ejus veruſtiſſimis Græcis ignotos fuiſſe, nec vel pro *Phœnicobalanis* Tralliani, vel pro *Chryſobalano* Galeni, cenſeri poſſe, certum eſt. Illæ enim ex poſca potæ vomitum faciebant. hæ nullum provocant. *Chryſobalanus* verò *Galeni*, ab Aſclepiade ad ſingultum, affectionem colicam, & ventriculi ardores, commendatur, & digerere ac roborare Indicæ Nardi modo dicitur, quod illis quæ frigidam ſubſtantiam ſortita ſunt, competere non poteſt, & melius Nuci myriſticæ adſcribitur. Eſt autem ſextuplex. 1. *Salicisfolio*. 2. *Sorbifolio*. 3. *Perſicifolio*. 4. *Foliis minutim inciſis*. 5. *Folio lauri*. 6. *Iavanica*.

Tralli. l. 8 c. 8. & 13. Galen. de comp. Me. l. 8 c. 3. & l. 9. c. 4.

1. Myrobalanifera ſalicis folio, profert *Myrobalanos Indos* dictos, quibus apud Actuarium & Meſuen *Nigrarum*, apud Cluſium, *Indarum*, *Damaſoniarum*, apud Arabes *Aſuar*, apud Indos ut Linſchottanus prodit, *Reſonvalle* nomen inditum eſt. Octogoni ſunt fructus & incertæ magnitudinis. *forma* olivæ, utrinque turbinatâ; *color* è viridi fuſcus & pallens; *caro* ſolida, compacta, gravis, dum confringitur ſplendens, fuſca aut nigra; aliquantulũ ſubdulcis, adſtringens: loco *nuclei* quoddam cavitatis rudimentũ. Falsò ſolâ immaturitate à Citrinis & Chebulis diſtingui putat Cordus. *Eligito* neque minimas, neque maximas, ſed mediocres, longitudine unciâ paulo breviores, aut ad ſummum unciales, pondere triobolares aut 2. ſcrupulorum, nonnunquam excedentes, ſimulq; denſas, ſolidas, intus nigerrimas, & ſplendentes: foris autem in citrino & fuſco colore, ſi abluantur, viteſcentes. Minus *rugoſæ*, nulloque aut admodum exili, & compreſſo cavitatis rudimento, inanes.

Linſch. p. 3 Ind. Orien. c. 31. Cord. H. P. l. 4. c. 40. Matthiol. ad Dioſco. l. 4. c. 144. Lobe. Obſ. p. 600. Adv. p. 419 Garzias H. Arom. l. 1. c. 27. Cluſ. in notis ad Garz. Lonicer. H. P. c. 106 Taberno. l. 3. p. 641. Stapel. ad Theoph. p. 300. & ſeq.

Quia

Tab. XXXI.

Mirobalani Chebulæ

Mirobalani Bellericæ.

Prunus sebestena domestica.

Mirobalani Indæ.

Mirobalani Emblica.

Fructus Vndecimus Gareti.

Mirobalani species Rauwolfy.

Prunum insanum.

Mirobalani Chebulæ Ægyptiæ ramus Vesling.

Mirobalani Citrinæ.

Tab. XXXII.

Zizipbus alba.

Andira Itajariba.

Zizipbus rutila.
Röte Bruſtberle.

Cornus mas ſilveſtris.
Cornellbaum Kurberbaum.
Dierlen. fructus Welſchkirſchen.

Cornus mas hortenſis
Cornellbaum Kurberbaum.
Dierlen. fructus Welſchkirſchen.

Lotus Africana angusti folia.

Lotus Africana Latifolia.

Lotus Domeſtica
Zürgelbaum.

Quia villis ventriculi adhærere ſolent, merguntur oleo; vel in pulverem tritæ, ſero lactis caprilli. Dantur à dr. II. ad IV.

Cord. p. 197. *II. Myrobalanifera ſorbi folio* profert *Myrobalanos Citrinas* dictas, quæ Arabibus *Azafar*, Indis *Aram*, Medicis Antiquis dicuntur. Longitudine ſunt ſeſquiunciali, craſſitudine media & tumente parte digitali, quinque angulis per longitudinem tranſeuntibus. *Cortex* eſt cittinus; *caro* ex citrino ruſſa; *ſemen* lignoſum, candidum, anguloſum, valdè durum. *Nucleus* pini nuclei inſtar ſapit. *Caro* guſtu Indæ reſpondet. *Probatiſſimæ* ſunt majores, maximè cittinæ, minus rugoſæ, denſæ, craſſæ, & in fracturis ſplendente ſubruffaque carne, minorique ſemine prægnantes, & pondere duas drachmas & ſcrupulum æquantes. Hæ maximè bilis fervorem reprimunt, eandemque peculiariter expurgant. Cute ad oculorum collyria fricata, cum uvæ acerbæ, roſarum aut fœniculi aqua, ſucco, lachrymas ſiccant, defluxionesque cohibent. Syrupum ex iis

Autor. Medic. c. 17. ad fluxus alvi, vide apud Freytagium.

Vesling. ad Alpin. p. 61 *III. Myrobalanifera Perſici folio*, ſpecioſa eſt magnitudine, *cortice* lævi & pallidulo; *materiâ* caudicis albicante, nec inodorâ. *Rami* denſi, proceri, flexibiles, & in latera potius ſparſi, quam in directum exeuntes. Spinis armantur longis, peracutis, & perennantibus. *Folia* bina petiolo inſident à preſſula rotunditate minus acuminata, craſſitudine mediocri. Profert myrobalanos *Chebulas* dictos, quæ Arabibus *Quebolia* & *Quebulgi*, Cluſio *Cepolia*, Matthiolo *Chepula*, Indis *Arectam*. Citrinis *figurâ*, carneo *ſemine*, & *nucleo* per omnia reſpondent, niſi quod ſint majores, molliori, craſſiori ac minus fragili carne præditæ, colore tam foris quam intus nigro. Citrinis aut Indis guſtu ſimiles. *Naſcuntur* in Bisnager, Guzarate, Decan & Bengala. *Eligi* debent maximæ, ponderoſiſſimæ, fundum petentes, foris cum abluuntur, in citrino, puniceoque colore nigræ, carnem craſſiorem, nigriorem, lentam, mollem, & fractu ob ſuccicopiam difficilem habentes, ad trium drachmarum pondus quam maximè accedentes. Pituitam purgant, & utiliter in aqua intercute adhibentur. Magna eſt conditorum in Bisnager, Bengala, & Cambaya gloria. Phlegmagogæ ſunt, ventrem purgant & roborant; hydropi & febribus proficuæ. *Condiuntur* vel recentes vel ſiccæ.

IV. Myrobalanifera foliis minutim inciſis; palmæ eſt longitudine. Dat myrobalanos *Emblicas*, quæ Arabibus *Embelgi*, *Embelg*, *Ambegi*, Serapini *Myrobalani de Seni*, Avicennæ *Sennitica*, Indis *Amciate* vel ut in Garzia extat *Anciate*. Magnitudine Bellericis cedunt: nonnunquam non integri deferuntur, ſed in fragmenta diviſi ac dilapſi. *Caro* enim eorum ſex in longitudine habet commiſſuras: quibus cum maturuit dehiſcens, in totidem partes dilabitur, quæ ſingulæ adhuc in binas partes digitis findi queunt, craſſitudine mediocri, habitu contracto, & aliquantulum rugoſo, colore cinereo aut fuſco. Totus *fructus* ſub commiſſuris ſingulas cavitates habet, quarum faſtigia in fragmentis apparent. *Semen* in medio lignoſum, durum, paulò minus quam rotundum; colore ſubruffum, æquale minimè rugoſum, parvæ rotundeq; avellanæ æquale, ſex angulis & commiſſuris compactile, & in totidem partes ſecundum longitudinem fiſſile, quib⁹ ſinguli inſunt nuclei, figurâ oblonga, & in triquetri ligneo, tenui duroque cortice tecti, intus medullâ conſtantes. Saporem caro Indæ aut Chebulæ ſimilem habet. In *Oriente* Garz. l. c. à quibusdam virides ad excitandam appetentiam exhibentur, à plerisq; denſandis coriis, & Rhois Coriariorum loco, & conficiendo atramento. Copioſè recentiſſimæ & optimè conditæ in Europam invehuntur. Vis eis purgans largior, ſi aqua macerentur, donec intumeſcant, poſtea recondantur. Fructus aliquando meminimus.

Arbor Myrob.

V. Myrobalanus lauri folio subcinericio fundit myrobalanos *Belliricas*, quæ Arabibus *Belleregi*, *Belileg*, *Bellegui* Indi *Guti*, dicuntur. Fructus hic *figuram* habet rotundam, aut modicè oblongam, *superficiem* fuscam, æqualem, in longitudine quinque ut plurimum angulis distinctam: *Magnitudine* est verò majoris gallæ, pondere quatuor aut 5. scrupulos, superante aut æquantem tenui carne, & magno, lignoso, duroque semine constans, *Chebuli* semine multò majori, drachmæ pondus levante, & intus oblongo, acuminatum, & avellanæ propemodum æqualem nucleum claudente. *Saporem* caro ejus habet proximè ad prædictarum Myrobalanorum qualitatem accedentem: substantiam verò illis rariorem. Eligito majores, ponderosiores, solidiorique carne constantes. Parabatur ex iis medicamentum, quod *Tryphilum parvam* vocabant.

Bontius in Med. Ind. P 31.

VI. Myrobalanifera Iavanica. Nascitur in Java, trunco, foliis, reliquis myrobalanis similis. *Myrobalani* sunt sine striis & incisuris, æquales, rotundi, nec purgant. Conditi in dysenteria & biliosis febribus usurpantur. Ignota erat hactenus nostris.

EXOTICA.

Ex peregrinis plantis, quatuor huc refero fructus. 1. est *Hovos Gomaræ*. 2. *Fructus minor decimus Paludani*. 3. *Fructus undecimus Gareti*. 4. *Fructus decimus è navigatione Batavorum*.

Clus. Exot. l. 1. c. 17.

1. *Hovos* Dactylorum modo in nova Hispania nascitur, *Myrobalanis flavis* adeò similis, ut plærique eundem esse contendant, quia prælta provenit arbore. Vix colligi potest, nisi præmaturus sponte decidat. Eandem esse cum illa, quam Benzo *Hobus*, Gomara *Hovos*, de Laet *Hobo*, alii *Horio* vocant, dicere nollem. Prælta hæc, magna, patula & viridis, *folio* parvo; *fructu* exiguo, flavo, pauca carne, & grandiore ligno prædito, qui salubris & facilis digestionis, sed dentibus molestus & noxius, ob fibrarum copiam, & nuclei scabritiem. Ex ejus cacuminibus odorata fit aqua ad cruta roboranda & faciem fricandam utilis. Ex *cortice* balnea ad poros cutis aperiendos, & pedes abluendos atque fovendos (lassitudinem enim tollere dicitur) parantur. Umbram tanti faciunt Indi, ut eam semper etiam in militia captent. Ex talea ex arboris pede excisa, tanta humoris vis exsugitur, ut facillimè litim restinguat. Guttatim primo stillat, mox tractim & veluti continuo filo defluit. Id se expertum scribit Oviedus.

Benzo Hi. Ind. Occid. c. 28. Gomara H. Ind. Occid c. 67. De Laet Ind. Occid. l. 8. c. 8. & l. 9. c. 4.

Hist. Ind. l. 8. c. 2. Clus. Exot. l. 1. c. 10.

2. *Fructus minor Paludani decimus*, officulo Myrobalani, neque magnitudine, neque etiam formâ dispar erat, cum suo officulo ab una parte hexagono vel heptagono, *nervis* oblique per universum dispersis: is autem nigra *cute* verius quam pulpâ tectus erat, acidi saporis: *officulum* autem duro putamine constabat, in quo nucleus ex rubro fulvescens, non insipidi gustus, sed amygdalam dulcem vetustam referentis.

Ibid. c. 16.

3. *Fructus undecimus Gareti*, aliquando erat cum crista, quæ summitati inhæret, eaque plana; aliquando cum tuberculis duobus, quæ aviculæ capitulum sursum elato rostro referebant. Ipse spadicei ex fusco coloris, *cortice* rugoso, tenello, in quo *officulum* sphæricum, atrum, adeo solidum, ut ne limâ abradere quidpiam possit, ne dum cultello aperiri: infima pars nonnihil candicabat, quæ tamen adfricata, candorem illum amittebat.

Ibid. c. 15.

4. *Fructus decimus è navigatione Batavorum*, myrobalani nigri officulo, non valdè dissimilis erat, major tamen, inæqualis, suo externo cortice, (si quem habuit) aut pulpâ nudatus, & duntaxat, ut sibi persuadet Clusius, fructus alicujus *officulum*, quod contractum, satis crasso putamine præditum esse observabat, & nucleum continere subfuscum, atque in binas partes divisum.

ARTI-

Articulus VI.

De Pruno Sebeſtena.

Vid. Tab. XXXI.

Plin. H.N. l.13.c.5. Id.l.15.c.13. & 18. Ægin. R. M.l.4.c.57.

I. Circa *Pruni Sebeſtena* deſcriptionem pauca apud *Veteres* occurrunt. Plinius Damaſcenæ pruno popularem facit. *Fructum* minorem pruno Ægineta. *Provenit* in monte Syriæ Damaſco; Italiæ quoque, ſorbo inſita tempore Plinii, familiaris. Optimè vel illi vel ſpinæ Calabricæ inſeritur. *Fructus* pruno facultatibus ſimilis, in antidoto contra thoracis affectus à Myrepſo reponitur, quia aſperitatem linguæ mirificè lenit, & tuſſi opitulatur. Calidis deſtillationibus & urinæ difficultati quæ à bile auxiliari certum. *Duplicia* verò mihi videntur apud antiquos Myxaria; *Syriaca* nempe de quibus nunc; & *Ægyptia* Siculo βάνα, quæ poſt Nili ἀναχώρησιν colligebantur, & propter dulcedinem, ἐν πραγήμασι μίγνυσθαι abſumebantur. Heſychius ſpecies ficorum facit.

de Antido. l.1.c.99.

II. *Recentioribus* eſt duplex, *Domeſtica* nempe & *Sylveſtris*.

Tab. H.P. l.3.ſ.1. c.6. Alpin. de plant. Ægypt. c.12. Tragus p.5. c.35. Camer. Epit. p.166. Porta Villæ l.5.c.20. Ruel. H.P. l.1.c.101. Lobe. Obſ. p.596. Adv. p.417 Cord. H.P. l.4.c.50. Dod. Pem. 6.l.3.c.15. Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.137. Vesling. ad Alpi. de Pl. Ægyp. c.8.

I. Prunus Sebeſtina Domeſtica eſt duplex. *Syriaca* nempe, & *Italica*. 1. *Prunus Sebeſtena Syriaca*, in Syria, monte inprimis Damaſco provenit. Arbor pruno humilior, procero *caudice*, cui candidus *cortex*. *foliis* pruni rotundioribus. *floribus* geranii proximis, in umbellis exiguis candicantibus. Ex his *poma* oriuntur, prunis parvis ſimilia, nucis avellanæ magnitudine, calyculo quodam brevi ut glandes imâ parte colligata, per *maturitatem* in album vireſcentia, cœrulea Ruellius dixit, racematim collecta tenui ſpinoſoque umbilico, callo corporis prædulci, intus albo mucoſoq; lentore, *oſſe* oleagineo triquetro, cujus *nucleus* corni ſemini æqualis, modicè planus, inſuavis non eſt. Autumno *maturantur*, & toto anno in arbore cernuntur. *Vſus* pinguiorum & craſſiorum in alvo citanda, ſi triginta aut quadraginta in jure carnis macerata deoſculentur; Aſperitatem gutturis ſingulari quadam ratione leniunt, & familiariſſimè ad tuſſim, diſpnœam, orthopnœam, peripneumoniam, & vocis raucedinem uſurpantur: pulpa ardorem urinæ lenit. Ex eodem Ægyptii *viſcum*, maturos fructus contundentes & lavantes conficiunt. aliqui maſticando pulpam ab oſſe expuunt. hujus emplaſtri modo ad omnes ſcirrhoſos tumores uſus. 2. *Prunus Sebeſtena Italica*, ſolo Italico & Narbonico interdum quamvis ægrè aſſueſcit. Lobelii ætate, in Monpelienſis agri urbecula, vernaculè *Maſſilargo* nominata, quidam ejusdem amicus aluit. ſed neglecta, non diu ibi ſuperfuit, & tantum arbuſcula fuit, facie pruni & *folio*, ſed latiore. *fructu* Jujubæ cognato, & magis viſcido. Tempore Plinii ſorbis Romæ inſerebatur, ut dixi. Prunus Sebeſt.

Alpi. ibid.

II. Prunus Sebeſtena ſylveſtris pruno eſt ſimilis, *foliis* domeſtica anguſtioribus & tenuioribus. *Flores* verè fert albos, parvos, geranii proximos. *Fructus* parvis prunis rotundisque ſimiles, ſed domeſtica minores, tardè matureſces, quorum nuclei tricoſtati ſunt. Toto anno in arbore cernuntur. Ad *tuſſim* aliqui ex iis paratos bolos cum ſaccharo candido & radicis liquiritiæ pulvere multis diebus ſumunt.

Articulus VII.

De Zizipho ſeu Iujube.

I. De duobus hic ex *Veterum* hiſtoria agendum, *Zizipho* nempe & ei *Affinibus*. Tab. XXXII.

Plin. H.N. l.17.c.10.

I. Ziziphum Arborem nemo Veterum deſcripſit. Plinius grano ſeri, menſe Aprili, dicit: & fructus baccis quam malis ſimiliores. Ex Syria in Italiam veniſſe notavit Plinius. *Sextus Papinius, quem Conſulem*, inquit, *vidimus, primùs cum Tuberibus attulit, Divi Auguſti noviſſimis temporibus, in caſtrorum aggeribus ſata, ſed aggeribus præcipuè decora; quoniam, addit, & in tecta jam ſylvæ ſcandunt.* De *Vſu* nota, *Flores* mediocris guſtus eſſe: *fructum*, qui moderatæ humiditatis

Plin. H.N. l.15.c.24. Colum. R. R.l.9.c.4.

Ziziph. seu Juj.

tatis & caloris ; ad pectoris & pulmonis vitia, quando ex calidorum humorum abundantia morbus emersit, prodesse. Reddit suo lentore crassum sanguinem renumque & vesicæ affectibus opitulatur. Duplex eorum *genus* Columellæ, *Candidum* nempe & *Rutilum*. Illius flos odoratior, olearum floribus similis. De hoc præcedentia sumenda sunt. Ætius *Ædesianorum* mentionem facit, quæ quàm grandissima, sed præstantiora. Vomitionem acri concitatam humore sedant : verùm ægrè coquuntur, & lienem lædunt, ideò salubrius in decocto bibuntur.

II. *Affines Zizipho* sunt 1. *Tuberes Plinii*. 2. *Sericum Galeni*. 3. *Paliurus Africana Theophrasti*. 4. *Paliurus Agathoclis*.

Plin. H.N. l.15.c.14. & 16.c.25.l.19 c.11.

1. De *Tuberibus* duobus locis agit *Plinius*. Primo cum dicit. *Tuberum duo sunt genera* Candidum & Sericum. *Penè peregrina sunt, in uno agro Veronensi in Italia nascentia, quæ* Lanata *appellantur. Lanugo ea obducit strutheis Persicisque plurima. his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.* Altero cum ait. *Ac quæ peregrina sunt* Zizipha & Tuberes *quæ & ipsa non pridem venere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria.* Quid inde possit colligi, dictu est difficile. Fa-

Epigr. l.13. cit horum & Martialis mentionem.

de alim. facul. l.2.c.32

2. *Sericum* seu potius *Syricum Galeni*, fructus est, ejusdem testimonio. Ad sanitatis tutelam & morborum profligationem, nihil facit. Mulierum atque infantium effrenatorum edulium. Exigui est alimenti, & concoctu difficili, præterquam quod stomachum non juvat, corpori paucum præstat alimentum.

H.P. l.4.c. 24.

3. *Paliurus Africana Theophrasti* quemadmodum à Theophrasto describitur, ἰουλιδίνῃ & est Loto, *folio* vulgari, & prout apud Græcos nascitur simili. cum therebintho germinat.

Plin. H.N. l.16.c.25.

Fructum habet rotundum, rubrumque, (malè Plinius magis rubere quàm vulgaris. vulgaris enim non rubet.) Cedri magnitudine, aut paulò minorem, jucundum, & si quis vinum infundat, tum ipsum suaviorem, tum vinum ἀδιαπνοώτερον asseverant. *Nucleum* in ipso non mandendum, modo acinorum punici, Theophrastus facit. *Reperitur* in Cyrenaica regione. Apud Hesperides ejus ἀγρίου usus. Id. l.13.c.19

Athen. Dipn. l.14.

4. *Paliurus Agathoclis* qui & *Connarus*, arbuscula est parva, pino (populo albæ) aut ulmo similis. Utraque non humilior, crebris *ramis*, nonnihil spinosis, prælongis ; *folio* viridi, tenero, naturâ rotundo. *Fructum* bis quotannis parit, vere & autumno, apprimè dulcem, magnitudine olivæ phauliæ, *carne & ossiculo*, ei quam diximus olivæ, similibus, eximiâ saporis jucunditate. Recens estur, at cum exsiccatus fuerit, molitur in farinam, quam pedibus calcant, non manibus pinsunt, aut aqua rigant ; quoniam respuit ejus natura, sed cogunt in offas negligentius. Euripides in Cyclope Paliuri ramum dixit, &c. Quomodo arbuscula sit, & *pino, populove albæ*, vel ulmo, quæ arbores elatæ, magnitudine par, intelligere non possum ; nisi vel de juvencula dixerit, vel ἀπηνεστικῶς dixisse, intelligi debeat. Ut ut sit, vicinam Loto Lybicæ arborem esse, certum est : eandem quoque dicerem, si cum olea Phaulia, cui hic fructus comparatur, & cui carnem multam, nucleum parvum esse, ex Theophrasto didicerim ; Loti verò Lybicæ fructum olivæ rotundæ magnitudine, Athenæus scribat.

De caus. l. 6.c.11. Athen. l.c.

II. *Recentioribus* Ziziphus est duplex, *Rutila* nempe, & *Alba*.

Matthiol. ad Dioscor. l.3.c.137. Tragus p. 3 p.436. Cordus H. P.l.4.c.49. Porta Vill. l.5.c.16. Clus. H.P. l.1.c.10. Gesner. in Horto & Hist. Plant. Ruel. H.P. l.1.c.145. Camer. Epit. p. 167. & Horto.

1. Ziziphus rutila semper infra prunì magnitudinem subsidet. *Radices* ei firmæ : *caudex* contortus, viti viniferæ similis : materia oxyacanthæ similis. *Rami* duri, læves, ex nigro russescentes, quibus ad singula internodia bini fortes aculei, alter erectus, alter humum versus incurvus. Ex his quidam *processus* exeunt junci modo lenti, & sparti instar tenues, spithamâ longiores ; è quibus utrinque per intervalla folia impari exortu oblonga, dilutè viridia, tribus acervis distincta. *Flores* sunt pal-

Tabern. l. 3. s. 2. c. 64. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 16. Ren. Pharmac. p. 253. Heresb. R. R. l. 2. Bauh. H. P. l. 6. c. 17. p. 40. Adver. p. 437. Constant. in Theoph. l. 4. c. 4.

lidi, muscosi, quinquefolii; qui Junio mens. in Belgio apparent, Mompelgardi in Augusto. *Fructus* baccæ seu poma ovali figura, olivæ magnitudine, cortice membranoso, primò viridia, mox subalbicantia, aurei postea coloris, & postquam maturuere phœnicea, in quibus nucleus, & pulpa primum virens & austeriuscula, post flavescens & vinosa. *Serica* vocant. Leguntur vindemiarum tempore, cum junceis ramusculis, & in laquearibus suspensa siccantur. *Provenit* in calidis regionibus. Monspelii fruticis duntaxat magnitudinem assequitur. *Vsum si spectes*, ex *materia* conficiuntur cytharæ. Ex *fructibus* fit syrupus bechicus, & catarrhos sistens, inter violaceum & papaverinum medius. Ex centum in IV. aquæ libris decoctis fit julepus ad sitim restinguendam. Genera hujus arboris tria: 1. *Fructu rotundo majore*, de qua nihil occurrit. 2. *Fructu rotundo minore*, qui majorem colore, nitore, carne, molli lentore, sapore & nucleo imitatur, & plærumque flaccidus est. 3. *Sylvestris* qui in campis Veronensibus nascitur. *Fructum* fert rotundum, rubrum, quantum Cedrus, cui nucleus inest esui non ineptus. Adversariorum authores & Constantinus Theophrasti paliurum esse putant, cujus l. 4 Histor. c. 4. meminit. Vino immersus fructus, an conciliet suavitatem, non tam sciunt quam credunt.

Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 116. Camer. Epit. p. 166. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 16. Clus. H. P. l. 1. c. 21. Lobe. Obs. p. 567. Gesner. in Horto. Bell. Obse. l. 2. c. 111.

II. Ziziphus alba seu candida aliis *olea Bohemica, Eleagnus, Salix Amerina, Ziziphus Cappadocia Plinii, Olea sylvestris Septentrionalium*, seu *Eleagnus Theophrasti viticis folio, Sesfefua* Arabibus dicitur. *Fructicosa* est ut plurimum, & ubi arboris speciem assumsit, perit. *Caudex* illi crassus, cortice candicante. *Rami* veteres punicei, à quibus virgulæ albidæ, molles, spinis coronatæ. *Folia* virgulis alternatim & ἀτάκτως adnascuntur, salignis similia, nisi albidiora essent: ad quorum exortum bini ternive *flosculi* concavi, ex argenteo pallescentes, odoris jucundi, sed qui caput si admoveas ferit. Floribus succedunt *baccæ*. In regno Granatensi, monte Libano & circa Halepum spontè crescit: in Italia cum Rhamno & vitice in sepibus ubi æstatis initio floret, fructum autumno maturat. In Germaniæ quoque Galliæ & Belgii hortis ut & Bohemia reperitur. In horto Medico Lugdunensi cum flore nos vidisse meminimus.

Cornus

EXOTICA.

Ex Exoticis sola *Bora* Indorum occurrit, cujus ramulum Lacca obsitum Terentius Societatis Jesu Theologus, ex India ad Bauhinum misit. *Folia* ejus erant subrotunda, ut vulgaris seu rutilæ Zizyphi, vinosa, sesquiunciâ lata, duas longa, per marginem crucis exasperata, parte aversa molli, ruffescente lanugine tecta.

Bauh. Phytopin. l. 11. Garzias ab Hort. Hist. M. l. 2. c. 16.

ARTICULUS VIII.

De Corno.

I. CORnus *Veteribus* est arbor ἐναυξὴς & ἁδρὸς, seu quæ culturâ agrescit & degenerat. *Radices* sunt validæ & ἀνωλέθροι. *Caudex* nonnimis crassus, duodecem cubitorum, cortice nervoso & tenui, nodis vitici similibus, ligno firmissimo, quod ἀκάρδιον & totum osseum. *Folium* ἀμυγδάλῃ ὅμοιον, πλὴν λιπωδέστερον καὶ πλατύτερον. *Germinat* ante Favonium. *Flos* oleæ similis, quem subeunte fructu amittit. *Fructus* singulari pediculo plures, ὡς ἐλαίας primo virides, quos circa τροπὰς θερίνας reddit; post maturitatem ruffi, seu rubri & cerini, Plinio sanguinei & rubentes. Iis qui ad Idam ἄκαρπος dicebatur. Nascitur ἐν τοῖς πεδίοις: nec tantum περὶ τὰ ἔνυδρα sed & in siccis: imo in montibus. *Vsus ligni* ad radios rotarum, clavos quibus aliquid figendum ceu ferreis, torcular, sarissas, jacula, & machinas quibus reparantur tibiæ. *Folia* vulnera in duris corporibus glutinant: sanies καιομένων, ἁρμόζει ad lichenes si illinatur. *Florem* si apes degu-

Vid. TAB. XXXII. Theoph. H. P. l. 1. c. 9. l. 3. c. 46. 12. l. 5. c. 8. l. 9. c. 1. Diosc. M. M. l. 1. c. 172. Plin. H. N. l. 15. c. 24. l. 16. c. 26. 28. Plin. H. N. l. 16. c. 18. & 40.

Cornus degustavere, cita alvo moriuntur. *Fructus* ἀλμεύεται ut olea. Acerbus est Galeno & validè stringens; alvi profluvio salutaris Dioscoridi sive sapâ conditus, sive aliter in cibo exhibeatur: γλυκὺς καὶ εὐωδὴς Theophrasto. *Dispescitur in Marem & Fœminam*; *Mas* nodosior ista. *Fœmina* lignum ἀσθενὲς καὶ χαῦνον: *Viticulæ* ad latera; fructus μετ' αὐτὸ τὸ μετόπωρον, isq; ἄβρωτος. Ideo Plinius *baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus* dixit. Ad venabulorum usum est inutilis. *Opulum* Columellæ quidam esse existimant.

Columella R.R.l.5.c.7

II. *Recentiores* etiam in *Marem & Fœminam* dividunt, quibus adde *Cornum Indicam*.

I. Cornus mas dividitur in *Hortensem & Sylvestrem & Cornum Clusii*. 1. *Cornus mas hortensis*, fruticosus nonnunquam, arboris aliquando est magnitudine. *Caudici* qui brevis, cortex nervosus, tenuis, scaber, adstringens. *Lignum* excors & solidum. Virgæ numerosæ, per intervalla nodis geminis invicem respondentibus verrucatæ, fulvæ & solidæ. *Folia* venosa, è viridi nigricantia, lævia, amygdalinis latiora & pinguiora. *Flores* antequam erumpant, protrudit mense Martio, ad finem Februarii, si hyems clementior, ita ut ver ortu antevertere bene scripserit Lobelius, muscosos, ex candido in luteum pallescentes, stellatos, foliatos. In *baccas* hi tandem abeunt, singulari pediculo plures, olivæ modo oblongas, eique & forma & magnitudine non rarò dissimiles, primum virides, per maturitatem, quam mense Augusto adipiscuntur, rubentes, succo sanguineo turgidas, sapore cum aciditate quadam austeras, oblongo, osseo, dulci, odoratuque grato & albido nucleo, velut olivæ prægnantes. Sed hic *color sæpe variat*. Communiter rubent, & ossiculum longius ostentant: aliquando cereum colorem præ se ferunt. rarius albent. *Provenit* in Germania, ad Mosellam & Rhenum, in Gallia, Thuringia, Helvetia. Beffordiæ Bauhino visa in castello maxima, quæ viscum protulit. Creditur culturâ deterior fieri. De *Vsu* nota. Arboris contactu à rabido olim demorsos, in rabiem iterum agi. *Lignum* ad rotarum radios, torcularia, & sarissas adhiberi. *Folia* quæ acerba, maxima vulnera in duris corporibus glutinare; mollioribus nimia siccitate infesta; saniem quam dum virentia uruntur exsudant, lichenibus prodesse. *Florem* apes si degustaverint, citâ alvo mori. *Fructum* adstrictoriæ esse facultatis; & muriâ olim conditum; suum ad Mosellam pabulum. *Coctus* & torculari expressus, oleum suppeditat, cujus ad lucernas in Italia usus. *Siccus* tusus cum oleo myrtino, vomitiones ventriculo impositus sistit. Ex pulpâ obsonii genus cydoniti non dissimile paratur. Ex decocto & saccaro coagulatus liquor, saporis eximii. Viginti libris maturorum, si centum vini & duodecim aquæ chalybeatæ dolio exceptis superfuderis, & per quindecim dies maceraveris, habebis vinum contra varios fluxus. Est ejus aliqua *quoad fructum varietas*. Fuêre in Plateri horto, corna triplo vulgaribus majora, succulentiora & saturato colore manus inficientia. Erant & colore rubro, quæ manus non inficiebant. 2. *Cornus mas sylvestris*, propter caudicis brevitatem, *Cornus mas Pumilio* dicitur. Non tantum fructificat, sed etiam culturâ in arborem pulchram redigitur. *Poma* habet urbanâ dilutiora, & plærumque majora, ex quibus *Electuarium* dysentericis convenientissimum, paratur. Spontè in Thuringia locis declivibus & sylvosis montium nascitur. Scribunt quidam arborem non è surculo, sed è semine lapilli, quem fructus continet, surgere. Camerarius utroque modo provenire observavit. *Semen* osseum totâ hyeme latet sub tellure antequam prodeat. 3. *Cornus mas Clusii*, Andernaci ad Rhenum in horto visus est. Arbore & caudice mari hortensi similis. Verum ramuli (verba sunt Clusii) illius ramulis longè fragiliores, *folia* ex adverso eos amplectentia, bre-

Clus. H.P. l.1.c.8. Marthiol. ad Diosco. l.1. c.135. Camer. Epit. p. 158. Idem Horti p.48. Dod. Pem. 6.l.3. c.11. Ruel.H.P. l.1. c.75. Lobe.Obs. p.591. Adv.p.436 Taber. l.3. s.3.c.76. Renod. Pharm.p. 250. R.M. l.1.s.6.c.9. Tragus p. 3.c.37. Cres.Agri. l.5. p.223. Heresbac. R.R.l.2. Gesner. in Horto & Hist. Stapel. ad Theophr. p.193.

Diosco.M. M.l.1.c.172

Clus. H.P. l.1.c.8. Camer. in Hort.p.48.

brevi pediculo, instar foliorum vulgaris nitentia, nec illis minus nervosa, in ambitu non serrata, sed vulgaris foliis latiora, ex quorum alis cutaceæ *thecæ* emergebant etiam antè brumam, in quibus florum subsequente novo vere explicandorum gemmæ; floret enim cum vulgari, ejusque *fructus* cum illo maturescit, saturatius tamen rubens: crassiora etiam, brevioraque ossicula habet.

Theop. H. P. l. 3. c. 12. Matth. l. c. Dod. Pem. 6. l. 2. c. 23. Camer. in Epit. p. 159. Lob. Adv. p. 436. Tabern. l. 3. p. 774. Cord. H. P. l. 3. c. 26.

II. Cornus Fœmina aliis θηλυκρανεία Theophrasti, ψευδοκρανεία, *virga sanguinis Plinii, Ligustrum, Sanguis Lingua Sanguinea & Ossea, Sanguinis* denique vocatur. Fruticosa est ut plurimum, & vix quinque cubitos alta. *Virgulis* novellis geniculata, *color* spadiceus, vel sanguinis modo ruffescens, intus *medullâ* alba & fungosâ. Vetustioris caudicis ligni materia corno non cedit. *Foliis* quæ Cornum æmulantur, sed paulo breviora, pediculi rubentes, quandoque & venulæ. *Flores* albidi in umbellis fastigiatis, quæ mense Aprili prodeunt. *Baccæ* racematim cohærent, orobi magnitudine, virides initio, nigricantes autumno, adeò ingrati ut ab omnibus spernantur. *Nascitur* in sepibus & frutetis, ponè agros ac sylvas. Ananiensia rura in Tridentino agro, ut scribit Matthiolus, ex his torculari expressis, & prius in aqua decoctis, oleum ad lucernarum usum conficiunt.

Bont. H. N. & M. l. 6. c. 12.

III. Cornus Indica vasta est arbor, foliis crassis & egregiè virentibus, oxalidis sapore: *floribus* parvis, in fasciculum compositis. *Fructus* virescunt primò, mox maturescentes flavescunt, tandem ex nigro purpurei, evadunt, sapore adstrictorio. Succus ex *floribus* succum mori colore refert, purpureoque tingit. Syrupus ex eo ad choleras dysenterias febres & alia. *Crescit* in Java, ubi etiam Cornus nostris similes, sed majores & purpurei fructus. Condiuntur aceto & muria implentur olivarum vicem.

Cornus

EXOTICA.

Ex Exoticis refero ad Cornum *Andiram, Ibajaribam & Fructum Corni figurâ Bauhini.* Mediocris pyri altitudinis illa arbor, Lusitanis *Angelia* dicta. *Ligno* est duro, cortice cinereo: *foliis* lauri similibus, sed minoribus. Oculis seu gemmis nigricantibus, è quibus plurimi flores fragrantes, copulati, purpureo & cœruleo colore insignes erumpunt. *Fructum* profert figura juglandis, ovi gallinacei magnitudine, primò saturatè viridem, mox nigrescentem, qui unâ parte saturam monstrat. Intus nucleus albus ex albo flavescens, ingrati & adstrictorii saporis. Ex *ligno* varia in ædibus fiunt. *Fructu* feræ pinguescunt. Idem infra scrupuli pondus exhibitus, lumbricos enecat: supra, homines. Venenum enim evadit. *II. Fructus corni figurâ*, adeò ei similis est, ut Cornum si ruber esset diceres. Sed niger est, lævis, splendidus, durus, pediculi residuo crasso. Concussus non sonat, & aquæ injectus sidit.

Vid. TAB. XXXII. Piso de simpl. Brasil. facult. l. l. 4. c. 36. Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 4.

Bauh. H. P. l. 3. c. 89.

ARTICULUS IX.

De Loto.

SUnt & hujus arboris tam apud Veteres quam Neotericos varia genera.

Vid. TAB. XXXII.

I. Apud *Veteres* invenio, 1. *Lotum Lotophagiticam.* 2. *Lotum Italicam.* 3. *Lotum Cyrenaicam seu Theophrasti secundam, &* 4. *Lotum Lybicam Polybii.*

I. Lotus Lotophagitica alias *Celtis, Syrtica*, ἀνακκακαβία, & ἀλικακκαβία dicitur. Magnitudo ei pyri. *Materia* nigra, *Folium* incisum elici non spinosæ simile. *Fructus* magnitudine fabæ, in ramis alternâ serie densus locatur, & uvarum modo maturescit. *Color* ei croci, maturo niger. *Provenit* in Africæ insula Lotophagitide:

Plin. H. N. l. 13. c. 17. Id. l. 24. c. 2. Theop. H. P. l. 4. c. 4. Diosco. M. M. l. 1. c. 171. Strabo Geogr. l. 17.

Lotus. Plin. H.N. l.24.c.2. maximè circa Syrtes & Naſamonas. Tempore Plinii familiaris & Italiæ fuit. De *Vſu* ſciendum, *Ligno* Heſperidas ad urendum uſos; ramenta in vino decocta dyſentericis prodeſſe; & capillos fluentes cohibere; *fructum* tam gratum, ut nomen genti & terræ dederit. *Ferunt ventris non ſentire morbos, qui eum mandunt*, inquit Plinius. Vinum ex eo expreſſum mulſo ſimile, nec ultra duos annos durat. Contuſus cum alica ad cibos doliis condebatur. *Differentiæ* fructus facit *Alius* oſſeum nucleum habet: *Alius* eſt ſine interiore nucleo qui melior & ſuavior. Vinum ex eo exprimitur.

Plin. H.N. l.16.c.40. *II. Lotus Italica* Romanis *Faba Græca*, & forte *Dyoſpyros* audiebat. *Materia* ei nec vetuſtatem nec cariem ſentiens. Præcipuè domibus

Ibid. c.30. expetitur, ramorum petulantiâ, brevi *caudice*, lætiſſimâ exſpatiantium umbrâ, & in vicinas domos tranſilientium. Nulli opacitas brevior, nec fert ſolem, hyeme decidentibus *foliis*. Nulli *cortex* jucundior, aut oculos excipiens blandius. Nulli *rami* largiores validioresque, aut plures, ut dixiſſe totidem arbores liceat. *Fructum* fert

Ibidem. ſylveſtrem quidem, ſed ſuavem ceraſorum natura. *Perennem* eſſe vel

Id.l.24.c.2 illa oſtendit quæ Romæ in Lucinæ area anno fuit ſine magiſtratibus trecenteſimo ſexageſimo nono urbis æde condita, incertum ipſa quanto vetuſtior; quæ anno quadringenteſimo quinquageſimo habebatur. Antiquior tamen *capillata* dicta, quod veſtalium virginum capillus ad eam deferretur. Sed

Id.l.17.c.1. & illa in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, æquæva urbi intelligitur. Fuêre & ſex quæ centum & quindecim millies æſtimabantur.

Theop.H. P.l.4.c.4. *III. Lotus Cyrenaica* illa eſt quæ Theophraſto ſecunda. Arbor eſt fruticoſa ramoſaque. *Radix* ligno nigrior, ſed nimis ſpiſſa. *Fructus* magnitudine & formâ nucis juglandis, parte externâ coriaceâ potius quam carnoſâ. *Vſus* radicis ad pugiones, teſſelas & cultellorum capulos. *Ligni* ad tibias & alia. *Fructus* odorem ori conciliat. *Vinum* quod ex eo conficitur, ad duos vel tres dies durat, inde aceſcit.

IV. Lotus Lybica Polybii, eſt non magna & ſpinoſa. *Folio* rhamni viridi, paulò latiore & craſſiore. *Fructus* per initia myrti baccas colore & magnitudine æmulatur; dum augeſcit, phæniceum aſſumit, magnitudinem olivæ & nucleum admodum puſillum. *Maturus* is colligitur, & cum alia tuſus ad fervorum famulorumque cibum in vaſa conculcatur, ac ſtipatur: ingenuorum autem eduliis, detracto nucleo eodem modo reponitur, ac pro cibo eſt; guſtu caricis ac palmulis non diſſimili, odore tamen ſuaviori. Fit & ex eo *vinum*, in aqua macerato & trito, ſaporis grati & jucundi, qualis eſt optimi mulſi. Merum id ſine aqua bibunt, ſed ultra decimum diem non perdurat; quamobrem paulatim ad uſum conficiunt. Fit & acetum ex eo. Eandem cum *Paliuro Agathoclis* ſeu *Cannaro Alexandrino*, nec non *Nabeca* ſeu Oenophia quidam credunt. Polyb. Hiſtor. l.12.

II. Apud *Recentiores* duo Loti habentur genera, *Domeſticum* nempe & *Africanum*.

I. Lotus Domeſtica, quæ & *Lotus fructu Ceraſi*, & *Bagolarum Tridentinarum* quibusdam dicitur, arbor eſt pyri magnitudine, ſed quæ nucem juglandem aliquando ſuperat. *Caudicis* qui craſſiſſimus, lignum durum nigricans, cortice e cœruleo eleganter nigricante veſtitum. *Folia* ilici proxima, ſerrata, aſpera, autumno flaveſcentia. *Bacca* è longioribus pediculis, rotundæ, pipere majores, virides primò, mox è candido flaveſcentes, rubentes dein, nigricantes tandem, quibus jujubarum Bauh. Pin. l.11.c.6. Camer. Epit.p.155. Lobe.Obſ. P.605. Adv.p.439

Cerasus laurifolia Kirschen.

Cerasus Rhodostora Kirschen.

Cerasus silvestris, Wild Kirschen.

Cerasus plemiflora Kirschen.

Cerasus sativa Kirschen.

Cerasus laurifolia Kirschen.

Cerasus racemosa silvestris.

Cerasus racemosa hortensis.

barum nuclei dulces & leviter adſtringentes. *Provenit* apud Italos, Gallosque Narbonenſes & alibi. In Belgio rarò floret. Apud Vitodunenſem Medicum quatuor cubitorum erat; hyemis ſævitie perempta.

Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.134. Camer. Epit. p. 134. Taber. l.2. p.758.

I I. Lotus Africana duplex eſt *Latifolia & Anguſtifolia.* 1. *Lotus Africana latifolia*, quibusdam *Dyoſpyros Theophraſti*, *Faba Græca Plinii*, *Guajacum Patavinum Fallopii*, *Guajacana & Ermelinus* dicitur. Arbor eſt quæ pyro magnitudine non cedit. *foliis* latioribus, ſed non ſerratis, pyris æmulis, baccis rotundis, acuminato tandem cacumine, colore cœruleo ſubnigricante, ſapore ſuavi. Hæ pediculis carent, calyculis tamen imâ parte obductis, perinde ac glandes & Myxa, arboris ramis & ſurculis ſeriatim cohærent. *Habetur* in multis Italiæ locis, è longinquis tamen regionibus allata. Sed & Lugduni Batavorum in Horto Medico colitur. *Fructus* pro ratione loci variat. In Italia ſemina bina terna aut plura, plana & ſpadicei coloris profert. Viennæ & Bononiæ etiam ex ſemine Italico nata, fructum promit ſeminis expertem, ſolâ pulpâ conſtantem. Geſnerus è ramis ejus aqua maceratis, ruſticos viſcum parare ſcribit. 2.

Bauh. H.P. l.11.c.6.

Camer. Epit. p.156. Matth.l.c.

Lotus Africana anguſtifolia, nonnullis *Pſeudolotus*, *Lotus Africana*, *Dyoſpyros*, ſive *Faba Græca Anguſtifolia*, audit. Arbor eſt procera, *foliis* latis oblongisque firmis ac nervoſis; *fructu* Sebeſtenorum effigie, ſed longè minore, colore per maturitatem cœruleo, pluribus intus *oſſiculis*, ſapore non ingrato;

Taberno. l.2. p.757. Lugdun. in Hiſt. Plant.

Italiæ peregrina eſt, & raris in viridariis colitur.

***

Articulus X.

De Ceraſo.

I. ET de *Arbore* & de *Fructus* Differentiis agunt *Veteres.* Tab. XXXIII.

I. Ceraſus arbor tam arida & ἰγκιτηρίσμι, ut nunquam credatur aliter ſuavem fructum datura. Ramoſarum etiam in XL. cubitorum trabes, æquali per totum duum cubitorum craſſitudine reperiuntur. *Radix* eſt multijuga, & φιλλαιωδ. *Cortex* accuratè à Theophraſto deſcribitur. Lævitate, colore & craſſitudine tiliæ ſimilis eſt. neque ἐξοφυᾶ aſcendit, neq; κύκλῳ obducitur, ſed ἐλικηδὸν circumvolvitur, ab infimo ſurſum vergens, & in anguſtias ſe contrahens. Detractus, attenuatur inſtar folii: & ſi cum turget deglubas, emittit humorem. Externam tunicam ſi detraxeris & reliqueris ſolam, φιλλαίτιν πῶς μυξώδη ὑγρασίαν, annoq; ſecundo alia, verum tenuior, vice ejus ſubnaſcitur. *Folium* eſt Meſpili Setaniæ, admodum durum latiusque. *Flos* candidus ἐκμικρῶν συγκίμβ, & qui ceram olet, κηρώδης. *Fructus* rubet, ligno intus, extra carne, cui ſuccus ſanguineus, conſtans, figura dioſpyro ſimilis, magnitudine fabarum. Poteſt & ſine nucleo naſci. *Arbor* ipſa aliquando à formicis petitur; interdum concepto humore putreſcit; ſæpè æſtu canicularum fatigatur. *Naſcitur* ψύχεως καὶ νοτίοις τόποις, ſeu ſeptentrione frigidisque, ubi ὑδρα, & tiliæ. In tepidis parva provenit. In Ponto adeò eſt copioſa, ut fructus potius Ceraſunti nomen dediſſe, quàm à Ceraſunte accepiſſe putem. *Ante victoriam L. Luculli, non fuêre in Italia*, inquit Plinius. *Ad urbis annum DCLXXX. is primum vexit è Ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere.* In Ægypto nulla curâ potuiſſe gigni: vulgata apud Romanos erat opinio. Gaudet & aquoſis montibus. *Vſus Corticis* in conficiendis cunis, & χοινίκους, quibus ἀντὶ τόξων vinciunt. *Fructus* immaturi humi-

Theop. H. P. l.3.c.13. Athenæus Dipn. l.2. Plin. H.N. l.16.c.28.

Palla. R.R. menſ. Oct. Tit. 12.

Plin. H.N. l.15.c.25. Caſſi. Baſſ. Geop. l.10.

Plin. H.N. l.6.c.35.

Dioſco. M. M. l.1.c.159

Ceras⁹. dum ventriculum lædunt; maturi, si recentes, stomacho grati; siccati, sistunt. Si quis matutino roscidos devoret cum suis nucleis, in tantum levari alvum, ut pedes morbo liberentur, scribit Plinius. Gummi quod κρυῶδες μετὰ κράματος, sumptum, βῆχα χρονίον tollit; εὔχρουν τε καὶ ὀξυδορκίαν efficit; proficuum καὶ λιθίωσι. Distinguitur in *Sativam* & *Sylvestrem*. De *illa* nunc dictum. De *hac* nihil occurrit.

Plin. H N. l. 15. c. 25. *II. Fructus* octo apud eosdem Veteres genera recenset Plinius. 1. *Aproniana*, quæ maximè rubent. 2. *Aetia*, quæ sunt nigerrima. 3. *Ceciliana*, quæ rotunda. 4. *Iuliana*, quibus gratus sapor, sed penè tantum sub arbore sua, adeò teneris, ut gestatum non tolerent. 5. *Duracina* quæ Plinius *Campania* appellat, quibus principatus. Tertius eis color è nigro ac rubenti viridique, similes maturescentibus semper. 6. *Laurea* de quibus Plinius. *Minus est quinquennium quod prodiere quæ vocant* Laurea, *non ingratæ amaritudinis, insita in lauro*. De his & Palladius,

Ibidem.

R. R. l. 14.

Inseritur lauro cerasus, partuque coacto,
Tinguit adoptivus virginis ora pudor.

7. *Lusitana*, quæ ita in Belgica & ripis Rheni dicebantur. 8. *Macedonica*, quæ sunt parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis, minore etiamnum frutice Chamæcerasi. Inter prima hæc colono gratiam annuam adferunt. Septentrione frigidisque gaudent. Siccantur etiam sole, condiunturque ut oliva cadis.

Plin. l. c.

II. *Recentiores* Cerasi genera ex *Arbore* & *Fructu* desumunt.

I. Arbor est in octuplici differentia. Est enim Cerasus 1. *Sativa*. 2. *Sylvestris*. 3. *Paucifolia*. 4. *Laurifolia*. 5. *Pleniflora*. 6. *Rhodoflora*. 7. *Racemosa*. 8. *Pumila*. 9. *Cerasus Idæa Alpini*. Cui 10. *Ceraso Affinis*, quæ *Mahaleb Arabibus* addi debet.

Matthi. ad 1. *Cerasus sativa* prolixa descriptione, quia nota, non eget. *Ligni* materies est fibrosa. *Cortex* involucris pluribus refertus. *Flos* quem Majo mittit, racemosus, pentaphyllus. *Fructus* qui Cerasum, magnitudine, colore, sapore & aliis variat. Profert & *gummi*. *Nascitur* in hortis, vineis, viridariis. In Apulia ob cœli calorem non habetur. Suessulanam in Campania vallem totam possidet. *Dantur cordis figurâ*, alba, cerea, quæ pruno insita, nigerrimi succi, quæ labia & manus inficiunt. Coacervantur & racemi in modum quædam. *Amarina* amaritiei aliquid obtinent. Sunt & quæ dulcedine nimiâ fastidium, acore contemptum pariunt. De *Vsu* observa. E cortice parari cunas & funiculos, quibus ad instar nervi vinciunt. *Fructus* immaturos, humidum ventriculum lædere: maturos, si recentes, stomacho gratos esse; siccatos, alvum sistere. *Gummi* cum vino diluto sumptum diuturnæ tussi medetur, calculosis prodest, & colorem commendat: cum aquâ rosarum in muccaginem redactum, fissuras labiorum corrigit. Ex *Nucleis* oleum, maculas faciei & lentigines abstergit.

Dioscorid. l. 1. c. 129. Dod. Pem. 6. l. 3. c. 17. Porta Vill. l. 5. c. 24. Tab. H. P. l. 2. p. 716.

2. *Cerasus Sylvestris* procerior sativâ est. *Fructui* qui in rotunditate oblongus, & vel niger vel ruber, caro pauca, nigra, subdulcis, ossiculum durum, nucleus exiguæ amaritudinis. Ex rubro seu viridi seu exsiccato, *offas* Neapolitani conficiunt. Ex *nigris*, quæ succo suo labra & manus tingunt, fit ad epilepsiam & aphoniam aqua, & spiritus. *Nucleorum* unciæ duæ, cum libra semis interioris Melonum pulpæ, coctæ & saccaro conditæ, aquam, si destillentur, contra urinæ acrimoniam suggerunt.

Dod. l. c. Tab. H. P. l. 3. p. 75. Porta V. l. c.

3. *Cerasus paucifolia*, quæ Lobelio sine foliis, nihil singulare obtinet.

4. *Cerasus laurifolia*, quibusdam *Cerasus Trapezuntina*, *Laurocerasus* & *Lotus secunda Theophrasti*, vix apud nos propter aëris inclementiam arborum. *Caudice* est recto. *Foliis* lauri latifoliæ, dentatis, ex media costa venosis, & amaritie amygdalarum ama-

Bello. Obs. l. 1. c. 44. Clus. H. P. l. 1.

amararum æmulis. Ex his *haſtulæ* oblongæ, in ſummis vetuſtis ramis, inter ſuperioris anni folia: in quibus *flores* numeroſi, candidi, racemi in modum congeſti, quibus multa in ambitu umbilici ſtaminula. *Fructus* exigui pruni magnitudine, Sebeſtenis proximus, niger, pulpâ dulci ac eduli, cui *oſſiculum* ſeſſili parte orbiculare, mox ſenſim in tenuem cuſpidem deſinens. In eo quem Cluſius Conſtantinopoli accepit, *ſemina* bina, ſpadicei coloris, nullo putamine includebantur. Viſa arbor Bellonio Genuæ, in Principis Auriæ horto.

Tab. H.P. l.3.p.713. 5. *Ceraſus pleniflora*, nihil habet ſingulare, florem, qui duplex, ſi excipias.

Ibid. p.714 Camer. in Horto. 6. Sed nec *Ceraſus Rhodoflora*, quæ Lobelio, *Ceraſi ſpecies major, pauciores fructus edens*; Tabernomontano *multiflora ſecunda*, Camerario, *Ceraſus flore pleniſſimo inſtar parvarum roſarum*, quicquam habet.

7. *Ceraſus racemoſa* eſt duplex, *Hortenſis* & *Sylveſtris*. 1. *Ceraſus racemoſa Sylveſtris*, nonnullis eſt *Pſeudo-Liguſtrum*, *Pſeudoagnus*, *Ceraſus racemoſa*, *Padus Theophraſti*, & *Ceraſus avium*. Ad mediocris arboris magnitudinem adoleſcit. *Folia* ſunt oblonga lataque. *Flores* qui incipiente Majo protruduntur, candidi, & plures ab uno pediculo digeſti. *Fructus* qui ſub autumnum matureſcit, niger cum *oſſe* intus duro, & criſpis lineolis imbricato. Rhamno infectorio parem, & ſapore ac odore injucundum ſcripſit Lobelius. Rara eſt in Belgio arbor: in Auſtria & denſis Sileſiæ ſylvis frequens. Nuclei urinas temperatè promovent.

Geſner. in Horto. Dod. Pem. 6.l.2.c.15. Lobe.Obſ. p.594. Cluſ H.P. l.1.c.42.

Matthiol. in Dioſcor. l.1.c.129. Lobe.Obſ. p.593. Tab. H.P. l.3.p.716. Cordus in Dioſco. l.1. c.158. Camer. Epit.p.158.

8. *Ceraſus pumilis*, aliis *Chamæceraſus ſimpliciter & Chamæceraſus urbana*, *& Chamæceraſus Macedonica Plinii* audit. Umbroſis locis & tenui ſolo in cubitalem, bicubitalem aut ampliorem magnitudinem attollitur; ſicciioribus & juxta ſemitas plærumque ſupra pedalem altitudinem non aſſurgit, ideò Camerarius ſpithamâ paulò majorem dixit. *Radix* quæ craſſa & dura, profundum petit & difficulter eruitur. *Virgis*, quæ tenues & lentæ, ex intervallis tuberCeraſ°. cula & veluti gemmæ inſident, unde tanquam ex Cachrye, aliquot exigua *foliola*, Myrti Tarentinæ foliis æqualia, ſimulque *flores* bini, terni, quaterni aut plures, quinquefolii. Infra hos in extremis virgis ex aliis tuberculis exeunt ſine floribus *folia*, ſuperioribus majora, & atrâ viriditate ſplendentia, ſubamari guſtus. *Fructui* qui carnoſus, rotundus, ruber & acidus, oſſeus intus *nucleus*. Floret Aprili: fructificat Junio vel Julio. *Creſcit* in Pannonia, Auſtria inferiore, Moravia in agrorum & vinetorum marginibus. In Saxonia & Miſnia, ubi duos cubitos vix excedit. In horto Stutgardiano viſa ſesquicubitalis, foliis majoribus & longioribus, fructu aciditſimo; cum *Macedonica Cluſii* eadem.

9. *Ceraſus Idæa Alpini*, de qua vide apud eundem.

10. *Ceraſo affinis*, plerisque *Mahaleb*, nonnullis *Chamæceraſus* Dalechampii, *Chamæceraſus petræa*, *Petroceraſum*, *Vaccinium Plinii*, λάκκος, ſeu ut alii legunt *Lacatha* nominatur. *Frutex* eſt ad arboris magnitudinem aſſurgens. Ex ramorum tuberculis, inter exigua folia dilutè vireſcentes pediculi plærumque emergunt; ex quibus uvæ in formam octoni aut deni caliculi, in quinque lacinias orbiculares & vireſcentes diviſi dependent, continentes albos *flores*, quinque folios, è quorum umbilico ſtylus prodit, multis ſtaminibus albis cinctus, apicibus initio purpuraſcentibus, deinde flaveſcentibus, odoris jucundi: in ſummis deinde ramulis naſcuntur folia, viridia & ſplendentia, ceraſi foliis ſimilia, ſed minora, & ambitu aliquantum ſerrata. Fructus granis piperis non major orbiculatus, nigra membranâ tectus, cujus nuclei figurâ, quantitate & colore ceraſorum nucleos æmulantur, guſtu tamen tenuiori, vehementiori & halitum odore commendante. Provenit in Africa & Ægypto; in Gallia circa ſepes ubique, in Saxoſis Pannoniæ locis; monte

Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.108. Tabern. l. 3.p.717. Lobe.Obſ. p.565. Cluſ. H.P. l.1.c.42. & in append. 2.ad l.1. Camer. in Epit.p.91. Cord.H.P. l.4.c.77. Dalecham ad l. 16. Plin.c.18. Bellon. de cult. ſtirp. Caſtor.in Horto. Geſner. in Horto.

Ceras⁹. monte Italiæ Baldo; inter Clavennam & Curiam. Fuit & in horto Zvvingeri Basileæ, & in Principis Stutgardiæ. In Delphinatu inter Valentiam & Lugdunum visa fructu parvo, nigro, Julio maturo. De *Vsu* nota. *Baccas* ab avibus, turdis nempe & merulis devorari; & in Gallia tincturam purpuream pro servitiorum vestibus ingredi. *Nucleos* saponariis globulis admisceri, & pilos horridiores affrictu crebro emollire. Contusos iliorum & dorsi doloribus commodè illiniri. Ex melicrato sumptos coli cruciatibus, renum calculis subvenire; ventris tineas necare, & urinam ciere. Oleo, quod ex illis elicitur bonus odor maniacis conciliatur. Fructus eligi debet recens, plenus, in candido subruffus & odoratus.

Bauh H.P. l.2.c.31.

II. *Recentiores* septem Cerasorum habent genera. 1. *Acida* nempe. 2. *Sativa majora*. 3. *Austera*. 4. *Duracina*. 5. *Aquea*. 6. *Alba*. 7. *Imperialia*.

1. *Cerasa Acida*, in mediocri arbore crescunt, brevique pediculo & carne satis dura donantur, colore communiter rubro, aliquando nigricante. datur quoddam albidum sed rarius. Vocantur *Amarella* & *Agriotta*. Expedita sunt prægnantium malaciis. Impinguare ex eo colliges, quòd tum passeres majora hepata habent. Flavam bilem exstinguere, non est quod dubites. *Aqua* ex contusis cum Vino in B.M. destillata, recente succo affuso, æstuantium viscerum est solatium, & omnium calidiorum fluxuum levamen. Cum aquæ tiliæ æqualibus partibus sumpta, puerorum convulsionibus medetur. Paratur ex iisdem & *vinum*. *Gummi* lichenes infantum ex aceto sanat.

Porta Villæ l.3.c.24.

2. *Cerasa Sativa majora*, Tabernomontanus *Hispanica* dixit. Nihil de illis occurrit, nisi fortè vel ex iis esse quæ visciole de Roma dicuntur, vel cum illis eadem. Nobilissimum id genus, cætera longè superans, magnitudine perspicuâ, colore sanguineo, succosum. Inest in maxima dulcedine amariusculus quidam sapor. Unde fit, ut nec nimiâ acerbitate respuatur, nec maximâ dulcedine fastidium pariat.

3. *Cerasa Austera* in altiore arbore proveniunt, & longissimum pedicu- Ruel.H.P. l.1.c.644 lum habent, sanguineoque succo turgent. Vulgus Gallorum *Merasia* vocat. Nimioquidem sui accrementro respuuntur: Helvetii tamen vinum ex iis parare dicuntur. Aqua ex his parata fluxus omnes, menstruos inprimis sistit.

4. *Cerasa Duracina* aliis fortè *Iuliana Plinii*, *Maroba*, *Pliniana*, quia prima in Cerasorum genere maturitatem sentiunt. Proceris arboribus exeunt, turbinatiore *pomi* figurâ, longioreque, *pediculis* longis⁵, pluribus, una coeuntibus: *baccis* partim rubentibus, partim candicantibus, nonnunquam in totum rubris: prædulci *carne*, ori jucunda, sed fugaci, fragili intus *osse*, *nucleo* non insuavi. Ibidem. Vulgus apud Gallos nunc *Guinea* Port.V.l.c. nunc *Guindola* vocat, Itali *Toselas*. Plurima horum *genera*. *Rubentia*, callo prædura, gustu præstanti, carne nucleo pertinacius hærente: alia sunt quæ *Olivete* dicuntur; alia *Corneolo* vulgo, quia utriusque magnitudinem, formam & duritiem referunt, omniumq; maximè gestatum tolerant.

5. *Aquea*, Plinio *Iuliana*, quod Julii initio maturentur, Gerhardo *Gasconia*, Matthiolo *Acquajole*, Neapolitanis *Cannamele* dicuntur. Dulci sapore, melleo & plurimo succo prædita sunt, adeoque mollia, ut non solum gestatum non tolerent, sed vix manibus parumper pertractare licet, quin celerius marcescant.

6. *Alba*, Trago *dulcia*, Italis forte *Tostole Verdadere* dicuntur. Si hæc sunt, colore erunt mixto ex nigro viridi, rubentique nec perfectè; albescentia ferè semper, ut maturescentibus similia videantur. Junio maturantur, & sæpissimè arbor uno pediculo duos affert fructus.

7. *Imperialia* in sylvis & nemoribus, nonnunquam in dumetis & cultis inveniuntur. *Baccis* sunt par- Ibid. vis,

Cerasa duracina.

Capolin. Mexicanorū Nieremb.

Cerasus Macedonica.

Coroz Tamatl.

Cerasus pumila

Mahaleb Cerasō affinis.

Huitz Tomatsin.

Ibiruba.

Ibipitanga.

vis, multum infra dictorum (duracinorum & aliorum) magnitudinem, callo *carnis* rotundiore, oſſibus appreſſo, parte ſoli obverſa rubeſcente, averſa candicante, ſapore dulci quidem ſed dilutiore: ruri familiaria, ſponte nullo humano cultu naſcentia.

EXOTICA.

TAB. XXXIV. Ex Exoticis undecim huc pertinent 1. *Mourouve Maragnanæ inſulæ.* 2. *Capolin Mexicanorum.* 3. *Cochoztamal.* 4. *Copalxochotl Tepeacenſium.* 5. *Ibipitanga.* 6. *Ibiruba.* 7. *Nhua.* 8. *Paco caatinga.* 9. *Mangabiba.* 10. *Huitz Tomatzin frutex.* 11. *Cacapolton.*

De Laet Ind. Occid. l. 16. c. 11. 1. De *Mourouve* hoc duntaxat ſcitur, non multum abludere à pruno, *flores* ferre luteos, *fructus* inſtar ceraſorum, longis pediculis, oſſiculo exguo, carne crocea & ſuavi.

Ximen. apud de Laet Ind. Occid. l. 5. c. 17. Nieremb. Exot. l. 15. c. 21. Reccus R. M. H. N. l. 3. c. 71. 2. *Capolin Mexicanorum*, arbor eſt mediocris magnitudinis, *foliis* amygdali, aut Ceraſi noſtratis, minutim ſerratis, *floribus* racematim dependentibus, ex quibus *acini* fiunt ceraſis noſtris formâ, colore, magnitudine, oſſibus & nucleis ſimiles. Nam immaturi paululum ſunt acidi, & adſtringentes: exquiſitam maturitatem aſſecuti, dulces & guſtus gratiſſimi. *Floret* vere, *fructum* verò per univerſam æſtatem largitur. Temperato cœlo gaudet, & apud Mexicanos in hortis campeſtribusque locis, & ſuapte naturâ & humanâ diligentia provenit. Quantum ad uſum. *Germinum* liquor aut ſuccus linguam æſtu aridam lenit. Jus *corticis* decocti per quindecim dies inſolatus & drach. un. pondere ſumptus, dyſenteriam curat. Pulvis inflammationibus opitulatur. Ex *fructu* fit in annonæ caritate panis & vinum: ſed alimentum melancholicum præbet, & halitum frequentiore uſu gravem conciliat, cum dentes nigredine inficit. Emendari tamen dentifriciis malum poteſt. *Triplices* ſunt tales arbores, ſed fructu tantum differunt: ſiquidem *Xitomacapolim* fructum fert prunorum circiter magnitudine. *Helocapollim* paulò minorem, ac omnium minimum *Tolocapollin*: univerſum verò omnes racematim dependentem. Ceraſi.

Nieremb. Exot. l. 15. c. 100. Columna ad Reccum p. 871. 3. *Cocoztamatl*, quam alii *Cocoztic*, *Cocozton*, & *Cocotztli* vocant, fruticis *volubilis* genus eſt. *Radix* eſt rugoſa, inodora, ſaporis ſalivoſi & pallens. *Folia* ſinuoſa in tres cuſpides diviſa. *Flores* modici, candidi, ex quibus acini ceraſis ſimiles ſed candentes. Columna ad Bryoniam refert. *Radix* urinam ita evocat, ut palmam omnibus aliis medicamentis præripiat, ſumptumque experimentum in Epiſcopo Cordubenſi Philippo II. Hiſpaniarum Regi à Confeſſionibus. Reprimit eadem ſupernaſcentem in meatu urinario carnem, ſi ſemunciæ pondere ſumatur ex liquore aliquo, & pulvis ovi albumini & oleo amygdalarum dulcium permiſtus, filo obvolutus, cavitati penis indatur.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 17. 4. *Copalxocotl Tepeacenſium*, arbor eſt ceraſis valdè ſimilis, *fructus* fundens exiguis pomis ſimiles, qui ſalivam quandam valdè glutinoſam fundunt, & ideò ab Hiſpanis *ceraſa gummoſa* appellantur.

Piſo de ſimpl. Braſil. facult. l. 4. c. 101. Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 10. 5. *Ibipitanga* ſeu *Vbipitanga* arbor ceraſi noſtratis acidæ figurâ. *Truncus* contortus eſt. *Folia* lævia, ſupernè ſaturatè viridia, infernè dilutiora. *Flores* multi in pediculis ceraſinis albi, τετραφύλλοι. *Fructus* intus & extus miniatus, baccæ mori magnitudine, rotundus, octies profundè ſtriatus, ſaporis ſubamari; cui *lapis* rotundus, compreſſus albicans, in quo ejuſdem coloris & ſaporis nucleus. Flatus diſcutit, nauſeam ſtomachi reprimit, & pectori cum ſaccharo eſt ſolutio.

Marcgrav. ibid. c. 17. 6. *Ibiruba* eſt arbor cortice, ligno, & naſcendi modo Guajobæ ſimilis, ramis noſtræ ceraſo. *Folia* ſunt oblonga, membranacea, ſuperius ſaturatè viridia, inferius pallida, uno ſecundum longitudinem nervo, venis transverſis nullis. *Fructus* magnitudine pruni, rotundus, ſed verſus pediculum turbinatus, cum umbilico cavo, quem quatuor foliola

Ceras'. liola ex viridi incarnata circumstant; cuticulâ tenui vestitus, *carne* succulentâ fulvâ, cum levi amaritie acidiuscula; cui intus *lapis* rotundus, magnitudine cerasini, cortice duro tectus, nucleum album amaricantem continens. Magnâ copiâ sine noxa edi potest. Transplantatur per taleas.

Marcgrav. H.N.B. l. 3. c. 4. 7. *Nhuam* ita huc refero, ut & alibi apponi possit. Arbor est alta, superius in multos ramos contortos expansa. In *ramis* ramuli alternatim oppositi, uti & *folia* in ramulis oblonga, supernè saturatè viridia, infernè dilutiora & nervo ac venis obliquis conspicua, brevi pediculo insistentia. *Fructus* globuli lusorii magnitudine, rotundus, albescens, cuticulâ pallidâ, carne albâ saporis subamari: intus autem lapis durus, oblongus, fuscescens. *Maturus* decidit, colligitur & comeditur.

Ibid. c. 5. 8. De *Paco caatinga* hoc duntaxat scribitur, *fructus* in uvam novem aut decem digitos longam congestos, ferre, cerasi sylvestris magnitudine, nigri coloris, *nucleo* cerasino, saporis adstringentis. Avidè hunc à columbis comedi: ab hominibus ne attingi quidem. Usurpandum ad tincturam cœruleam, siccanturque ad usum.

Piso de fac. simpl. Bras. l. 4. c. 28. Marcgrav. H.N.B. l. 3. c. 14. 9. *Mangabiba* seu *Mangaiba*, arbor est crispa, magnitudine prunum Europæam, vel cerasum acidam, æquans. *Rami* betulæ modo in tenues ramusculos sparguntur quibus etiam simillimi sunt. *Lignum* lentum est, medulla intus exigua, & quod fractum vel concisum lacteum humorem fundit. *Folia* parva, solida, egregie virentia, quibus nervus in medio secundum longitudinem, transversim autem lineæ subtilissimæ parallelè positæ. *Flores* jasmini modo dispositi, calicibus unum aut sesquidigitum longis, stellulæ figurâ, albi, fragrantes, qui mensibus Octobri & Novembri gignuntur. *Fructum Mangabam* vocant. Magnitudo huic prunorum, figura rotunda, vel ovalis, cuticula ex viridi flava, & quandoque punctis rubris insignita. pulpa alba, butyri instar mollis, vinosi saporis; in qua semina lutea, compressa, sex, septem, aut duodecim, ovalis figuræ, umbilicata in medio, cute lenta, intus nucleus dulcis, albissimus. Lacte acerbo priusquam decidit turget; ideo vel leviter pressus liquorem album fundit. Matureſcit circa Olindam Decembri, Januario & Februario mensibus: ad flumen S. Francisci Aprili, Majo, Junio & Julio reperitur. In sinu omnium Sanctorum integras ejus sylvas videre est. Ardores febriles domat: jejuno stomacho sumptus alvum dejicit. Conditur à Lusitanis integer.

Recchus R. Med. H.M. l. 4. c. 11. 10. *Huitz Tomatzin*, aliis *Huitz Tomal*, & *Neixpopoalloni*, seu oculos abstergens, frutex est cui surculosa radix; stipites spiniferi, quatuor dodrantum. & in eis *folia* quadantenus vocatæ spinachiæ similia, infernâ parte hirsuta & subalbescentia; *flos* purpureus non sine luteis quibusdam capillamentis, ex quibus *fructus* cerasis candidis similes. Nascitur in frigidis ac humidis regionibus Temucacensibus, & Amaquemecensibus, in planis & campestribus. *Radix* amara est & acris. Cortex semiunciæ mensura tusus, atque ex aqua epotus, omnes humores per inferna vacuat. Febribus, difficultati respirationis, & hydropi mire conferre compertum.

Recchus l. 3. c. 36. 11. *Cacapolton* arbuscula est foliis cerasi, stipite purpureo. Floribus in extremis ramis cæruleis, unde fiunt acini ciceribus penè pares, primo coccinei, ac tandem è purpureo in nigrum vergentes. Folia sunt frigida & adstringentia. Repellunt præter naturam tumores, dyarrhœas compescunt, & medentur vulneribus. Succus foliorum acinorumve, curat inflammationes oculorum. nascitur Ocoituci, & Quauhquecullæ, nempe temperatis & calidis regionibus.

Chamæ Cerasus fructu gemino rubro nullis punctis notato.

Chamæ Cerasus fructu gemino rubro duobus punctis notato.

Tab. XXXV.

Mangaiba.

Chamæcerasus fructu singulari cæruleo.

Chamæ Cerasus fructu gemino nigro.

Fructus rotundus parvus putamine spadice flavescente.

Fructus rotundus tuberculosus albo linea.

Fructus rotundus tuberculosus linea eminentiore transversa.

Fructus rotundus lævis argenteus

Articulus XI.

De Chamæcerasso spuria.

Tab. XXXV. *Chamæcerasus* seu *Cerasus humilis spuria*, nullibi apud Veteres occurrit. Recentiores duplicem faciunt: Unam, *fructu gemino*, alteram *fructu singulari*.

I. *Chamæcerasus spuria fructu gemino*, vel est fructu rubro vel nigro.

I. Chamæcerasus fructu gemino rubro est iterum duplex, vel *punctata*, vel *non punctata*. 1. *Chamæcerasus fructu gemino rubro duobus punctis notato*, vocatur aliis *Chamæcerasus montana*, *Xylosteum periclymenum mas*, *Ficus Idæa*, *frangula &c.* Alta est aliquando cubitos quatuor. *Lignum* medulla alba. *Ramis* adversis & fragilibus, *cortex* cineraceus. *Folia* subtus hirsuta: *flores* rictu patulo hiantes, de pediculis longis rubentes, qui Aprili & Majo protruduntur. *Fructui* qui Julio & Augusto maturatur cerasi magnitudine transparenti, succus croceus amarus & insuavis; necnon sex, septem & plura aliquando grana alba, plana. Lobelius quinque gigartos ponit. Geminus is aliquando in uno pediculo longo; aliquando ex toto coeuntibus seminibus in bipartito conceptaculo, in quolibet duo aut tria sine osse, quod Cæsalpinus de *frutice* suo *sine nomine*, simili corno, breviore, dixit. Notas illas Gesnerus vocat *ocellos* aut *pupillas*, Dodonæus *duo flosculorum vestigia*. *Frequens* est in montibus Pyrenæis, Allobrogicis, Pannonicis, Styriacis, inprimis propè monasterium Neuberg. *Crescit* & Glaronæ circa Thermas Fabarias, Tiguri in monte Albio, & in Basiliensium ditione. 2. *Chamæcerasus fructu gemino rubro, nullis punctis notato*, audit aliis *Chamæcerasus dumentorum fructu gemino rubro*, *Halimus*, *Periclymeno cognatus frutex*, *Xylosteum, Periclymenum alterum* Allobrogum, *Cornus fœminæ effigie*, *Periclymenum rectum primum*, *Periclymenum rectum*, *Xylosteum floribus albis vulgatius*, *Periclimenum tertium*. Surgit suo *caudice* nullius pedamenti indiga, *folio* corni fœminæ, sed minus nervoso, hirsuto; *floribus* è luteo pallescentibus, peryclimeni formâ, superiore folio sursum reflexo, simbriato; inferiore demisso, angustiore, odoris grati. Decidentibus, *baccæ* gemellæ testium instar pediculo appenduntur, rubentes, æquali perpetuo magnitudine, Cerasaque canina quibusdam dicuntur. *Nascitur* passim in saxosis dumetis, frutetis, sepibus inter cæteras sentes. Alsatiæ familiaris est, ubi secus itinera & vias occurrit. Visitur & in meo Cibeniaco, hocque ipso quo scripsi die legi. In Belgicis hortis vix unquam æquales baccas ad maturitatem perducit: altera excrescente & turgida, altera semper exilis, plena tamen manet, lagenulamque gestatoriam aut cucurbitulam quodammodo refert.

Bauh. Phytop. l. 11. c. 6. p. 451. Stapel. in Theoph. p. 257.

Bauh. Phytop. l. 11. c. 6. p. 451. Trag. H. P.

Chamæcerasus Gesner. in Horto. Dodon. H. P. Pempt. 3. l. 3. c. 24. Tabern. H. P. T. 2. l. 2. c. 23. Eyst. hort. Verna. Art. Ord. 59. Clus. H. P. l. 1. c. 38.

II. Chamæcerasus fructu gemino nigro; est *Peryclimenum rectum secundum* Clusio; *Secundum Sabaudicum* Tabernomontano; *Peryclimenum rectum folio serrato* Bauhino; Vix humanam altitudinem attingit. *Rami* graciliores & rariores: *cortex* albicans: *folia* tenera, longa, in ambitu nonnihil serrata, supernè virentia, infernè minus incana. Tenellis *germinibus* enati inter folia graciles *pediculi*, unum interdum, sed binos ut plurimum *flores* sustinent, eosque purpurascentes; quibus succedunt gemelli *fructus*, nigri, succulenti, gustu ingrato. Rara est inventu, & unicum fruticem in Pyrenæis montibus, binos aut tres apud Allobrogos in Sabaudicis; deinde frequentiores variis montibus Austriæ & Styriæ, inveniebat Clusius. Floret cum aliis Periclymeni generibus, *semen* Julio maturescit.

Clus. H. P. l. 1. c. 38. Tabe. H. P. l. 2. c. 24. Bauh. H. P. l. 15. c. 6.

Cotonaſter. Cluſ.l.c. Taber.l.c. Bauh.l.c.

II. Chamacerafus fructu ſingulari, eſt itidem duplex. *Fructu cæruleo & Fructu rubro*. 1. *Chamacerafus fructu ſingulari cæruleo*, *periclymenum tertium rectum* Cluſio, *quartum* Tabernomontano, *periclymenum rectum fructu cæruleo* Bauhino dicitur. *Radices* lignoſæ & fibroſæ; *caudex* ſcaber nigricans, & qui multis hiat locis. *Rami* tenelli adhuc purpuraſcunt, & canâ lanugine veſtiuntur. *Folia* contrario ſitu inter ſe diſponuntur. *Flores* cavi in quinque lacinias ſecti, pallidi: ex umbilico quinque ſtaminula flava cum appendice prodeunt. *Fructus* Chamæmeſpilo Geſneri magnitudine par, cæruleus, vinoſo ſucco & plurimis granis turgidus, qui manus rubro colore tingit. *Creſcit ſponte*, inquit Cluſius, *ad radices cujusdam montis pago Malitz vocato contigui, ad ſiniſtram, via quæ ad Taurum, ſuperioris Stiriæ Saltzburgenſem ditionem pertingentis præcelſum montem, ducit: nunc autem ſemine natum in quibusdam hortis alitur.* In Pannonia fructus in uſum tinctorium reponi-

Geſner. in Horto. Bauh.H.P. l.1.c.33.

tur. 2. *Chamacerafus fructu ſingulari rubro* Geſnero *Chamæcerafus montis generoſi* dicitur. Naſcitur enim in montis Generoſi Inſubriæ crepidinibus clivis ac præcipitiis, *folio* aceris albi, quod Galli *plane* vocant, latiore & ampliore per ambitum valdè inſecto: *fructu* rotundo, rubro, ceraſo ſimili.

Articulus XII.

De Cotonaſtro.

COtonaſter apud Recentiores duplex eſt. *Folio* nempe *oblongo ſerrato*: & *Folio rotundo non ſerrato*: cui *Cyanum arboream Cretenſem* adde.

I. *Cotonaſter folio oblongo ſerrato*, idem eſt cum *Chamameſpilo* Bauhini & Cherleri. Frutex eſt ramis

Bauh.H.P. l.1.c.13.

nigricantibus ſtriatis: *foliis* pluribus oblongis, acuminatis, ſerratis, glabris, nervoſis, atrovirentibus, & quæ pediculo brevi hærent. *Flores* denſi purpuraſcentes in umbellam digeruntur, & pediculis modo longis, modo brevioribus in extremis ramis hærent. *Fructus* fert oblongos, rubros, umbilico mediocri: in quibus bina eaque oblonga grana. Fortè *Agriomelea Bellonii*, quam in Cretæ montibus invenit, exiguorum malorum, pyris formâ ſimilium, feracem. Bauhinus tamen ad *vitim Idæam tertiam*, quam Ariam alni effigie, folio lanato minore vocavimus, refert. Vide de eo & Cluſium.

Bell.Obſe. l.1.c.17.

Cluſ.H.P. l.1.c.40.

II. *Cotonaſter folio rotundo non ſerrato* Geſnero *Cotonaſter & Cydanago*, Lugdunenſi *Epimelis altera*, frutex eſt ramoſus, cultu arboreſcens. *Folia* averſâ parte candicantia & lanuginoſa, adverſa nervoſa & virentia. *Flores* quos ineunte vere profert, concavi herbacei, plures juncti cohærent. *Fructus* in extremis ramulis, bini, terni, vel plures, parvi, compreſſi, ex rotundo oblongi, in umbilico quinque partitis ſectiunculis inſigniti, cortice ubi matureſcunt primò rubeſcente vel ſubflaveſcente, dein rubro, cui tamen obducta eſt lanugo cineracea: carne pallidâ, fungoſâ, acerba, cui *offıcula* intus continentur terna, aut quaterna, oblonga, hinc anguloſa, illinc plana, duriuſcula, quæ tamen dentibus facilè conteruntur, *medullam* claudentes albam.

Geſner. in Epiſt.

Bauh.H.P. l.1.c.14.

III. *Cyanus arborea Cretenſis* quam Bauhinus *fruticem rotundo argenteo folio, Cyani flore* vocat, Bellus *fruticem pulcherrimum*; Pena *Cyanum fruticoſam Candiæ*. Quantum ex ramo ex Candia advecto colligi poterat, foliis ad Cotonaſtrum Geſneri accedit, eaque ramis immediatè adhærent, colore ſubtus argenteo, ſuperius virente, fimbriâ alba, latitudine & proportione quam icon exhibet.

Bauh.Phytopin. l.11. p.452. Bellus.Epi. 2.ad Cluſ. Bauh.H.P. l.1.c.15.

***

Titu-

Tab XXXVI.

Fructus orbicularis lævis fuscus.

Fructus orbicularis lævis ex ruffo nigricans.

Fructus orbicularis lævis fuliginosus.

Fructus orbiculatus sulcatus subniger & splendens.

Fructus orbicularis subniger sulcis quatuor distinctus.

Fructus linea orbicularis sulcata trigona in summo distinctus.

Fructus oblongus Fuscus striatus.

Fructus oblongus fuscus arcuatus.

Fructus orbicularis lævis spadiceus primus.

Fructus orbiculdris lævis spadiceus secundus.

Fructus orbicularis striatus major.

Fructus orbicularis striatus minor.

Fructus orbicularis tuberculosus fuscus.

Fructus orbicularis cinereaceus triforamulentus.

Fructus rotundus tuberculosus niger.

Fructus sub orbicularis compressus colore suberis.

Fructus orbicularis quatuor venis distinctus.

Fructus orbicularis novem venis distinctus minor.




Tab XXXVII.
Fructus ovalis rugosus nuello avellanæ simili.
Fructus oblongus flavo spadiceus.
Fructus oblongus cineraceus acidulus oregiella dictus.
Fructus oblongus fuscus splendens.
Fructus oblongus cineraceus nervis crassis et eminentibus.
Fructus ovalis rugosus nuello crasso.
Fructus lævis oblongus bum niger lo: referens
Fructus oblongus decussatus
Fructus pyriformis major niger binis cellulis distinctus.
Fructus ovalis spadiceus.
Fructus ovalis tuberculosus ex fusco rubens.
Fructus pyriformis major spadiceo cinereus.
Fructus ovalis Judaico lapidi similis ex ruffo nigrescens.
Fructus angulosus orbicularis trifidus.
Fructus ovalis Indicus.
Fructus inæqualis rotundus saxeus.
Fructus pentagonus oblongus fuscus.
Fructus duplici angulo subrotundus.
Fructus niger in duas partes separabilis.
Fructus angulosus cortice fibroso.
Fructus gibbus reticulatus villosus.
Fructus putamine velut in duas partes diviso.

Titulus II.

De Fructibus quibusdam Exoticis.

Caput I.

De Fructibus rotundis & orbicularibus.

Tab. XXXVI. XXXVII. CLaudant hunc librum fructus Exotici varii, qui apud Cluſium & alios deperibuntur. Sunt autem hi in octuplici differentia. 1. *Rotundi* nempe 2. *Orbiculares.* 3. *Oblongi.* 4. *Ovales.* 5. *Pyriformes.* 6. *Anguloſi.* 7. *Diverſarum figurarum.* 8. *Varii.*

I. Fructus Rotundi ſunt vel *Læves* vel *Tuberculoſi.* 1. *Rotundorum Lævium* quatuor invenio. 1. *Magnum rotunditate compreſſum; cortice rugoſo fuſco: Cortice rugoſo ſubpurpurescente; Parvum;* & *Quaſi coronatum.* 1. *Fructus rotundus lævis magnus rotunditate compreſſus cortice rugoſo fuſco,* Gemini erat pugni magnitudine. Cortice ut dixi, cui cavus umbilici inſtar circa pediculum orbis, tuberculis ſuperius obſitus. Intus *nucleus* magnus, bipartitus, intus exatro rubens, adſtringentis primò, mox ſubdulcis ſaporis. 2. *Fructui rotundo lævi, Cortice fungoſo* ſubpurpuraſcente, *nucleus* intus planus, candicans, impensè amarus. Plures ſimul connexos alio fructu incluſos fuiſſe putat Cluſ. 3. *Fructus rotundus lævis, Parvus putamine ſpadiceo flaveſcente, nucleo erat ſubacido,* qui quia veſtigium quoddam ſuperna parte retinuerat, lobo aut ſaltem alicui operimento, incluſus fuiſſe videbatur. *Putamen* habebat etſi tenue, firmum tamen, præ politura ſplendens, *nucleum* dividuum, intus candicantem. 4. *Fructus rotundus lævis quaſi Coronatus,* eſt triplex. *Argenteus, Flavus & Viridis. Fructus rotundus lævis, quaſi coronatus argenteus,* ex rotundo eſt turgidus, politi; lævoris, circularibus lineis ſaturatioribus densè cinctus, durus, altero fine, nonnihil turbinato, *umbilico* livido, in quo veluti pediculi veſtigium, à quo una & altera linea demittitur. Satus bina folia produxit. Eſt & *alius tumidus* & nonnihil anguloſus, lineis carens, ſed zonulis densè cinctus, *cortice* oſſeæ duritiei, ſubruffa intus ſubſtantia. *Nucleus* inerat pallidus, duriuſculus, guſtu amaro. 2. *Fructus rotundus lævis, quaſi coronatus Flavus,* cortice lævi, zonulis ſaturatioribus & vix conſpicuis, cujus parte ſuprema area quædam livida aut ſubfuſca conſpicitur. Videtur eſſe idem cum Cluſii quem Exot. lib. 2. cap. 29. deſcribit. Habuit intus *nucleum* colore & carne Piſtaciæ, ſed duriore, quæ totam nucem ſine tomento implebat, ſapore tam amaro ut Aloen vinceret. Datur & *ovalis*: & ſtriis circularibus *cinctus.* 3. *Fructus rotundus lævis, quaſi coronatus Viridis* qui multis angulis & impreſſionibus inæqualis eſt, ac ſi ab aliis vicinis fructibus compreſſus fuiſſet; Zonulis etiam ſaturatioribus frequentioribusque in orbem cingitur.

Fructus rotundi & orbicular.

Cluſ. Hiſt. Exot. l. 2. c. 7.

Ibid. c. 16.

Ibid. c. 47. p. 311.

II. Rotundorum Tuberculoſorum ſunt quoque tres: *Flavus nempe linea eminentiore transversâ; Flavus abſque linea; & Niger.* 1. *Fructus rotundus tuberculoſus Flavus linea eminentiore transverſa,* putamen habet admodum durum, craſſum & flaveſcens. 2. *Fructui rotundo tuberculoſo Flavo abſque linea,* magnitudo globi minoris ſclopi, tubercula non admodum craſſa. 3. *Fructus rotundus tuberculoſus Niger,* ſupernè umbilicatus erat. Sub cortice tunica internodia, albicans, ſubſtantiam internam nucleatam involvit.

Cluſ. Exot. l. 2. c. 30.

Bauh. H. P. l. 3. c. 111.

II. Fructus Orbiculares ſunt vel *Læves* vel *Aſperi.* 1. *Orbiculares Læves* ſunt *Spadiceus, Fuſcus, Flavus, Ex ruſſo nigricans, Fuliginoſus, Ater & acidus, Cinericius, & Suborbicularis compreſſus colore ſuberis.* 1. *Fructus orbicularis, lævis,*

Bauh. H. P. l. 3. c. 48.

Fructus rotundi & orbicular. Clus. Exot. l. 2. c. 25.

Spadiceus est duplex. Vnus perpolitus, exiguo mucrone glandium instar supernâ parte instructus, infernâ vestigium quoddam, cui fortè pediculus inhærebat. *Nucleum* vel pulpâ continuisse, strepitus prodebat. Ipse tantæ levitatis, ut aquæ innataret. Ibid. c. 19. *Alter* nucleo duro. *Cortex* ipsi non valdè quidem crassus, sed durus, supra lævis, infra rugosus, & fuscus, instar nucis cypote: *nucleus* fuscus, partim striatus, partim rugosus. Ibid. c. 25. 2. *Fructus orbicularis, lævis. Fuscus* erat cortice duro, nucis Ponticæ putaminis instar; nucleo avellana non minore, cineraceo, rugoso, carnis subflavæ & ad gustum acris. Ad quem referri potest Bauhini *multifariam fissus*. Finditur enim in duas partes fungosas, saporis manifesti nullius, continet Ibid. c. 29. officulum durum. 3. *Fructus orbicularis lævis Flavus* maculâ subfusca notatus, qui ovo passeris minor, tanquam torno elaboratus, lapidea duritie, Ibid. c. 30. subsidebatque in aqua. 4. *Fructus orbicularis lævis, ex ruffo nigricans*, mediocris avellanæ magnitudinem non excedit. infimâ parte paulò angustior, in triangularem mucronem desinit. *Putamen* ipsi durum & crassum. *nucleus* candidus, cui membrana fusca supercingitur. Petit fundum. Ibid. c. 16. 5. *Fructus orbicularis lævis Fuliginosus*, duro tegebatur cortice, styracis fructus instar. Strepitum agitatus edebat. Ibid. c. 13. 6. *Fructus lævis orbicularis Ater & acidus* utrinq; tumebat pulvini instar. *Cortex* ei fragilis & tenuis. pulpa fungosa, subrubens, friabilis, tamarindorum acoris: in ejus meditullio semen plenum, fuscum, candicante membranâ vestitum. Ibid. c. 15. 7. *Fructus lævis orbicularis Cinericius*, is triplex. *Vnus* cinericius Chamæriphes fructus officulo non dissimilis, sed major, putamine tenui, fungosâ medullâ suffulto: nucleo infimâ parte in mucronem desinente, & in binas partes juglandis modo dividuo, saporis amygdalini, coloris Ibid. c. 20. subflavi. *Secundus* Cinericius Arantii formâ, levis, solidus & durus. *Tertius* cinericius compressus, rugosus, durus, in aqua tamen non subsidens. 8. *Fructus orbicularis lævis Suborbicularis compressus, colore suberis*. Duas uncias latus est, ac paulo longior. *Figura* ferè orbiculata, nisi superna parte sinum umbilicali specie haberet. Bauh. H. P. lib. 3. c. 150. p. 342. Compressus ergò, una facie in gibbum sublata, concava altera. *Cortex* coloris suberis, fungosus quodammodo. Interior pars fusca, insipida, magis fungosa, sed magna ex parte cava.

II. Fructus Orbiculares asperi seu non læves sunt Striati, Sulcati, Venosi, Tuberculati. 1. *Fructus orbiculares Striati* sunt duo. 1. *Fuscus major*, Clusio *Orbicularis peregrinus primus*, qui ex insula Clus. H. Exot. l. 2. c. 9. Madagascar delatus est. Novem ipsi unciarum ambitus, striatura circa pediculum, color fuscus levis, & intus cavus. Ex pertuso educta sunt multa *grana* plana, nucis vomicæ formâ, ossea duritie. 2. *Cineraceus* Ibidem. *minor*, quatuor in ambitu unciarum, nucleum continens. Pulvinato integumento incluſum fuisse, fibrarum quibus putamen asperiumerat, impressa vestigia ostendebant. 2. Ibid. c. 22. *Fructuum orbicularium Sulcatorum* tres sunt, 1. *Sulcatus suoniger & splendens*, qui ex una parte sessilis, & quodammodo planior, alterâ in orbem assurgebat. Sulci sub cute creberrimi, Nucis Faufel instar. Interna *pulpa* dura, candicans, salsi initio saporis, mox adstringentis. 2. *Sulcatus*, Ibid. c. 16. *Sulcis quatuor distinctus*; quorum bini ad partis adversæ umbilicum usque ducebantur. *Planus alioquin*, inquit Clusius, *& orbicularis pene formæ*; supernâ parte quasi pulvinatus, nisi quâ parte sulci deprimebant: adversæ parti vestigium fuscum, quo fructui seu cortici firmiter inhæsisse videbatur. Ipse adeo durus & solidus, ut limam quodammodo respueret. 3. *Sulcatus linea trigona in summo distinctus*, Ibidem. qui fusci coloris erat. Summum illud in quo foramen. Infima parte tres lineæ æqualiter latera secantes ad umbilicum ferè seu duplicatas alias lineas, quæ triangulum constituebant, & in quarum medio umbilicus seu foramen album impervium, pertingebant. 3. *Fructus orbicu-*

Clus. H.E. 20. l.2.c.19 *biculati Venosi* tres sunt. 1. *Quatuor venis distinctus*, qui malum aurantiam referebat, coloris ex aureo flavescentis. A pediculo ad summum octo omni ex latere ducti nervi sed crassi erant, eorumque nonnulli gemini. 2. *Novem venis distinctus*, duplex est 1. Vel *Major*, qui spadiceus, levis, prægnans, sex unciarum longitudine. 2. Vel *Minor*, in quo pulpa multa, cortici adhærens, cum ossiculo inæquali, & totidem angulos, quot fructus nervos habente, qui ad summum corticem pertingebant. 3. *Senis nervis distinctus*, qui ab infima sede ad extremum usque per longitudinem rectâ linea excurrebant. Ipse erat sescuncium longus & crassus, coloris fusci, & ex parte cineracei; in quo pulpa à cortice libera. Allatus erat ex Guinea. 4. *Fructus orbiculati Tuberculosi* sunt duo. 1. *Tuberculosus Fuscus*, ossiculum potius quam fructus, trium unciarum ambitu, durum, solidum, grave, perpetuis tuberculis obsitum, in quo tamen veluti triangularis formæ vestigia in utraque extremitate apparerent. 2. *Tuberculosus Cineraceus trifora minulentus*, in lateribus nempe. Planior erat supernâ & sessili parte.

Ibid. c.10. Ibid. c.10. Ibid. c.22. Ibid. c.16.

Caput II.

De Fructibus Exoticis oblongis & ovalibus.

Vid. TAB. XXXVII. I. FRuctus Exotici *Oblongi* vel sunt *Læves*, vel *Rugosi*, vel *Tuberculosi*, vel *Sulcati*.

Ibid. c.24. *I.* Fructus *Oblongi Læves* sunt 1. *Oblongus lævis Fuscus*, & quidem triplex. 1. *Striatus*, qui durus & in obtusum mucronem desinebat. 2. *Arcuatus*, pronâ nempe parte, supina enim planus. Cortex durus, crassus, densus: materiâ spongiosâ, firma; nucleus uncialis, planus, durus, extra fuscus, intra subrubens, in duas partes divisus, tenui spadicea membrana cinctus, qui salivam ciebat. 3. *Splendens*, qui sub nomine *Coxco cypote* seu nucis cypote missa erat. Superna parte lævis, scaber, ventre seu inferna cineraceus. 2. *Oblongus lævis Cineraceus* isque duplex. 1. *Nervis crassis & eminentibus*, qui à summo capite ad infimam partem per dorsum excurrebant, tanta arte expressi, ut humana industria sculpta quis arbitrari posset. Forma ei nonnihil convexa, dorsum elatum & assurgens, caput arctius: infima pars in mucronem desinit. Similis huic nux *Cunone*. 2. *Acidulus* qui *Oregivella* dicitur, ex qua potio Caao conficitur. Cortex potius erat quam fructus crassiusculus, durus, Salivam ciens, cui ora reflexa. 3. *Oblongus lævis Flavo-spadiceus* si corticem attendas, qui densus potius quam lentus. Nucleus inerat cineraceus, tenuis, nigerrima membrana involutus, præterquam infima parte, quæ aut candicabat, aut detersa membrana nuda erat. Brasiliani perniciosum meminêre. 4. *Oblongus lævis Niger lobum referens*, splendebat præ nigredine: & mucrone rostellam aviculæ quodammodo imitabatur. Ex albida intus pulpa, bina aut terna spadicei coloris semina malorum vulgarium seminibus penè similia, involvebat.

Ibid. c.15. Ibid. c.18. Fructus Exotici oblongi & ovales. Clus. Hist. Exot. l.2.c.22. Ibidem. Ibid. c.16. Ibidem.

II. Fructus Oblongos rugosos aliquot invenio. 1. *Hepaticum*, quem Bauhinus à Robino accepit, & quo Indiani in obstructionibus hepatis utuntur. Figura hepati quodammodo respondet. Est enim altera gibba, altera concava, oblongus, magnitudine castaneæ majoris, spadiceus, sed ad pullum accedens. Bivalvis idem aut geminus potius, sulco insigni, in ambitu cohærentiam designante. Substantia tota glandulosa, quernea glande siccata durior, præter levem quandam adstrictionem nullo nec gustu nec odore insignis erat. 2. *Ossiculo olivæ* similem sed major eo, qui & solidus, Nucleum continuisse vel exinde colliges, quod agitatus streperet. 3. *Ossiculum Indicum amygdalæ magnitudine*. Figura non nihil diversa est. Collum ipsi superius angustum: quatuor insignes per longitudinem lineę, color pullus.

Bauh. H.P. l.3.c.115. Clus. Hist. Exot. l.2.c.20. Bauh. H.P. l.3.c.90.

Fructus Exotici oblongi & ovales.

III. Fructus oblongi tuberculosi sunt duo. 1. *Cineraceus* qui & durus. *Tubercula* vesicularum instar, intus inanes & inæquales lacunas ostendebant, spadicei coloris, splendentes & quasi semen continuissent. Ipsum in quatuor partes dividi posse, venæ per longitudinem ductæ, ostendebant. 2. *Cordis formam referens*, qui & fuscus, levis, & quia immaturus collectus, carios. Tubercula erant eminentia & inæqualia.

Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 19.

Ibid. c. 20.

IV. Fructum oblongum sulcatum, qui & *Decussatus*, Bauhinus nobis exhibet. Ovilli renis formam habet, castaneæ colore & magnitudine, crassiusculus, compressus & unâ parte à duobus decussatis sulcis in quatuor partes divisus. Oppositâ parte *sigmoides sulcus* duplex conformem porcam ambiens artificiosè exaratur; inter cujus cornua triplex eminentia germinis sedet. Non multum fortè abludit ab eo quem Clusius Exot. lib. 2. c. 16. loco sexto describit.

Bauh. H. P. l. 3. c. 116.

II. Fructus Exotici Ovales sunt 1. *Rugosi*. 2. *Tuberculosi*. 3. *Sulcati*. 4. *Læves*, & 5. *Incertorum lineamentorum*.

I. Fructus Ovales rugosi sunt 1. *Rugosus fusco cinereus*, ovi anseri magnitudine, sub *fructus peregrini pulpa* à Clusio descriptus: Valdè erat gravis & mollis. Tenui & rugosâ membrana tegebatur, quæ unguibus cedebat & sapiebat salem. 2. *Rugosus Versicolor Virtembergensis*, quem Bauhinus *Indicum Ovalem rugosum* vocat, superficie erat asperiusculâ, & veluti furfurosa, quæ punctulis albidis, cinereis, ferrugineis variegabatur. Planterus sub nomine Dactyli cum cortice habebat. 3. *Rugosus fuscus* & hic duplex. *Unus Nucleo avellanæ similis*. Inæqualis erat, intus lævior & cineraceus, media parte fibrosa & firma. Nucleus erat gravis, durus, solidus, in duas partes divisus, interior albicabat. *Alter crasso*, ejusdem cum ipso fructu formæ, cavo intus & inani, substantiâ fusca, amygdalæ rancidæ sapore, gravidus.

Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 13.

Bauh. H. P. l. 3. c. 97.

Clus. H. Exo. l. 2. c. 16

Ibid. c. 25.

II. Fructus Ovalis tuberculosus est ille apud Clusium *ex fusco rubens*, tuberculis mucronatis, qualibus Stramoniæ fructus obsitur. *Nucleum* continebat oblongiusculum, fusca membrana tectum, lævem, spadicei coloris, qui lævem & quodammodo insipidam medullam continebat.

Ibid. c. 15.

III. Fructus Ovalis sulcatus est *ossiculum fructus peregrini* apud Bauhinum. *Color* erat pullus, utrumque extremorum acuminatum, sulci profundè duleati.

Bauh. H. P. l. 3. c. 86.

IV. Fructus Ovales leves duo sunt 1. *Lapidi Iudaico similis ex ruffo nigrescens*, ut nonnullæ majores gallæ, duro putamine, & nucleum continens. Quia lævis, ideo aqua mersus non subsidebat. 2. *Spadiceus* quem Clusius *Nucem* vocat. Inferna parte erat nonnihil mucronatus, supernâ obtusior, duro & glabro putamine. Nucleum continuisse strepitus agitati testabatur.

Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 30.

Ibid. c. 33.

V. Fructus Ovales incertorum lineamentorum sunt tres 1. *Ovalis Indicus* quem Bauhinus *Fructum Indicum Ovi parvi ferè forma* vocat. Coloris erat quodammodo castaneæ, sed dilutioris, splendens. Circulus totum ambiebat. 2. *Ovi anserini forma & magnitudine*, de quo nihil occurrit, nisi quod in eo liquor Balsami odoratus, & ad multos morbos salutaris servatus fuerit. 3. *Ovalis putamine crasso fibroso*, qui osticulum potius quam fructus. Fibrosum hoc externâ parte, internâ nigrum & quodammodo saxeum. Nucleus crassus, durus & rugosus.

Bauh. H. P. l. 3. c. 81.

Clus. H. Exot. l. 2. c. 9

Ibid. c. 16.

Caput III.

De Fructibus Exoticis Pyriformibus & Angulosis.

I. *Fructus Exotici Pyriformes* sunt duo. 1. *Pyriformis Major*. 2. *Minor*. 1. *Pyriformis Major*, rugosus, niger, binis cellulis distinctus. *Corium* huic tam durum & tenax ut nisi malleolo vinci potuerit. *Cellulæ* membranâ fusca & splendente distinguuntur, in quarum singulis nucleus bifariam divisus, mediâ intercur-

Ibid. c. 24.

currente membrana, ut in nuce juglande. 2. *Pyriformis Minor* ſpadiceo cinereus, qui lævis, in longum mucronem deſinens, fragili cortice. Pulpa nigra: & in hac oſſiculum longum, cineracei ex fuſco coloris, obtuſo mucrone, ſummâ parte in uno latere veluti exſculptum, in quo haud dubiè nucleus.

Cluſ. Hiſt. Exot. l. 2. c. 24.

Ibid. c. 15. *II. Fructus Exotici Anguloſi* ſunt varii 1. *Anguloſi inæquales*, quales ſunt 1. *Inæqualis Cineraceus ſaxeus*, quem Indi *Camiri* appellant. Nuci juglandi externo viridi cortici exemtæ haud diſſimilis: ſummâ parte latior, infimâ in obtuſum mucronem deſinit. *Nucleus* albus amygdalæ penè ſapore. Alibi totum rugoſum, fuſci coloris, ſed magnâ ex parte cruſta velut duriſſima & cineracea tectum ſcribit. Levis idem & exigui ponderis: in aqua tamen non minus quam lapis ſubſidens. Confractus craſſo duriſſimoque cortice conſtare deprehendebatur. *Nucleus* ſuculentus, grati & oleum macis referentis ſaporis, in binas partes dividuus, tenui candidaque membrana interſecante. Bauhinus ejusdem vel certè non diſſimilis pulpam flaveſcentem, oleoſam, per medium fiſſam, ſaporis grati & nucis moſchatæ facit. 2. *Inæqualis ſemine fuſco fervido*, quem incolæ *Aratacou*. Fuſcus ei color, fungoſa materia: in hac quaterna aut quina ſemina fuſca, duobus ordinib. à ſummo ad imum ſerie quadam diſponuntur, melonum æmula, medio tumentia, ſaporis ut dixi. 2. *Anguloſi Triſidi*, qualis ille orbicularis fuſcus apud Cluſium. Putamen nucis juglandis, intra ſpadiceum: ipſe in tres æquales partes dividebatur, in tres veluti loculos in quibus grana malorum ſeminibus non abſimilia, diſtinctus. 3 *Anguloſi in gibbum extuberantes*, qualis eſt Guineenſis *cortice reticulato villoſo*. Durus idem, foris inæqualis & rudis, intus lævis & ſplendens, colore ad ſpadiceum tendente. Nucleus craſſus, plenus, ſuculentus. 4. *Anguloſus in duas partes ſeparabilis niger*. Paulò major erat ſemuncia, orbicularis ferè, fuſcus. Supernâ parte in tres æquales partes linea trigona à ſummo in quo foramen ducta diſtinguebat: Infima latera æqualiter ſecans ad umbilicum ferè pertingebat. 5. *Anguloſus in duas partes diviſus*. Ponticæ is nucis magnitudine, putamine duro, nucleo albo dulci, qui ad Unguentariæ nucis genus referri poſſit. 6. *Anguloſus duplici angulo*, qui ſubrotundus, cineraceus, & extima parte mucronatus. 7. *Triangularis* qui & fuſcus. Eminentes illi anguli, ſciſſuram oſtendebant. Unde in tres partes dividi poſſe conjici poterat. 8. *Pentagonus* is que duplex 1. *Tuberculoſus*, qui potius fructus oſſiculum. Tubercula inania: ipſum ex quinque veluti oblongis teſſellis compactum, quibus ſublevatis, longus ſe exhibebat, ſed inanis & membranaceus nucleus. 2. *Oblongus fuſcus*, ſolidus idem, durus, Ægyptiacæ Alceæ inſtar, & levis. 9. *Criſtatus ſpadicei coloris*, oſſiculum potius, quod unciam longum, ſemunciam craſſum, lævc. Criſta ſuperna parte erat, ubi & putamen albidum. Paulò infra conum ad latus apparebat veſtigium, quo ſuo fructui inhæſerat.

Ibid. c. 19.

Hiſt. Plant. l. 3. c. 40.

Cluſ. Hiſt. Exot. l. 2. c. 17.

Ibid. c. 15.

Ibid. c. 11. 9

Ibid. c. 16.

Fructus exotici pyriformes & anguloſi.

Ibid. c. 19.

Ibid. c. 15.

Ibid. c. 20.

Ibid. c. 15.

Ibidem.

Caput IV.

De Fructibus Exoticis diverſarum figurarum & variis.

I. Fructus Exotici *diverſarum figurarum* ſunt octo 1. *In orbem convolutus*, qui nucleus verius quam fructus. Solidus is, fuſcus, intra albus, acidiuſculi ſaporis, vermiculorum alborum eſca. 2. *Ex quatuor membranaceis foliis compoſitus*. Ex adverſo hæc oppoſita, ex eodem tamen prodibant pediculo. Multis venis diſtinguebantur, rhomboidim & ſupernâ parte coeuntim, oſſiculum infimâ parte ipſi inhærens & fragile occultabatur, in quo nucleus orbicularis, nucis moſchatæ magnitudine, fungoſâ materiâ obſitus, durus, albus & corneæ duricici.

Ibid. c. 20.

Ibid. c. 15.

3. Ex

Fructus Exotici diversarum figurarum. Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 25.

3. *Ex multis fibris contextus*, qui media parte crasso, extremis gracilioribus. Fibræ erant fuscæ & tam firmæ, ut cultro aperiri non potuerit. Pellem habuisse spadiceam, lævem, splendentem, reliquiæ testabantur. 4. Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 20. *Metæ figuram referens*, qui & *Cinereaceus*. Paludanus ad se pro fructu Balsami Peruviani missum scribebat. Sed differre ab eo addit Clusius. 5. Ibid. c. 25. *Iuli figuram quasi exprimens*, qui gracilis, cineracei coloris. Continebat grana crassa, spadicei coloris, lævia, ab altera parte plana & insipida. 6. Ibid. c. 17. *Brasiliensis acidus*. Prorsus erat confractus, ut ejus forma dignosci nequiret. Putaminis fragmenta, foris ex fusco cineracea, intra nigra, satis fragilia erant. Pulpa rugosa, nigra, & eodem colore inficiens, saporis acidi, in qua nulla semina. 7. *Quitensis*, quem *fructum ad Dysenteriam* Monardes vocat, cujus fragmenta altera parte lævia & lutea; altera aspera & admodum rubra erant. Pulvis tritorum ex stillaticio calycum rosarum liquore datur. 8. *Guamæ* de Simp. Hist. c. 40. quibus ita Nierembergius. H. N. Exo. l. 14. c. 107. *Guamæ, ab aliis guavæ, fructus sunt veluti vaginæ longæ. Quædam oblongæ, quædam velut ex tabellis intus claudunt nucleolos subalbissimæ carnis, qui & sunt dulcissimi. A quibusdam dicitur gossypium in saccharo. Inveniuntur parvulæ vaginæ digitum non excedentes.* Eædem fortè cum Pacayis.

II. *Ex Fructibus variis* sunt 1. *Fructus in Bali insula*, sub terra, juglandis Lieschott. Ind. Orien. P 3. c. 39. magnitudine, sed durior & oleaginosior, quo ad cibos condiendos utuntur. 2. *Fructus purpureus* allii sapore. Ind. Orien. p. 6. c. 54. 3. *Cautior* qui in Guinea nascitur, & frequenter in cibis adhibetur. 4. *Gatogambar* qui olivis aut Arecæ similis. In Cambaja provenit, Ib. p. 4. c. 8. & dentium dolori medetur. 5. *Ialave Malays*, seu arboris fructus, glandis magnitudine, quem infirmi potiunculis miscent. Ib. p. 3. c. 35. 6. *Iavanorum* fructus in Bantam, de quo nihil occurrit. Ib. p. 6. c. 19 7. *India mas* fructus in Guinea. 8. *Lucumas*, quem multi nihil aliud quam lignum dissimulatum ajunt, H. N. Ind. l. 4. c. 26. ut apud Acostam habemus. 9. *Madian, Main*, Corassani qui ex civitate Dachen importantur, ut gulam acuant, & ebrietatem cieant. 10. *Tianco*, qui copiosè in Malacca provenit, & tusus cum liquore ab infirmis bibitur. *II. Fructus tingentes Orellanæ seu fluminis Amazonum* duo, *Annoto* nempe dictus, quo lanæ & præsertim byssus colore inficiuntur aurantio: & *Acinus innominatus* qui cyaneum colorem reddit. Ind. Orien. p. 4. c. 8. De Lact Ind. Occid. l. 17. c. 14. p. 645.

Caput V.

De Fructibus peregrinis VVormii.

CLaudat hunc librum appendix ista, quæ fructus octo peregrinos Wormii, vix à quoquam descriptos, exhibet. Wormius Mus. p. 100

I. *Primus* est *Sessilis* excavatus, pulpam quandam tenuem exsiccatam continēs, patinæ modo cavam, ut nucleum alium ambivisse suspicio sit. Parte inferiore & sessili foramen habet, quot tamen cultro majus redditum videtur, tantæ magnitudinis, ut nucem avellanam capere possit, per quod interiorem superficiem lustrare licet. Cinereus, asper, inæqualis, ad rotunditatem accedens, figurâ fermè lapidis Brontii, in circumferentia pollices sex cum dimidio obtinens.

II. *Secundus* est Ovalis cinereus asper, ovum parvum Gallinaceum figura referens, paululum Acuminatum, sed parte crassiore pediculi servans vestigia. Ab hoc pediculi puncto ad summum apicem pollices duos cum semisse habens, in ambitu quatuor, concussu sonitum ab incluſi nuclei attactu edens. Sed nullis prominentiis aut tuberculis inæqualis. Affinitatem quandam habere videtur cum fructu 2. Garetti, à Clusio lib. 2. Exot. cap. 16. descripto.

III. *Tertius* quodammodo figurâ refert fructum quem Clusius lib. 2. Exot. cap. 16. vocat *Coxco Cypote*, colore fusco, præ lævore splendens, in utroque apice, cineream & falcatam

tàm quandam habens prominentiam. Nec fructus mihi videtur, nec alterius fructus oſſiculum, quia cavus, mollis, leviſſimus, nullum in ſe nucleum habet, nec in aqua ſubſidet. Si acu aut cultello pupugeris, facile ad interiora penetraveris. Potius fungi genus quoddam dixero. Ovum columbinum majus figura refert.

IV. *Quartus* elegans eſt, alterâ parte ſeſſilis, nucis Moſchatæ magnitudine, cortice conſtat tenui, cujus pars tertia ſcabra eſt, inæqualis, coloris ſpadicei, lapidem Bufonium, quem Crapaudinam vocant, colore & lævore ferme refert. Parte ſeſſili foramen eſt, non naturâ, ſed caſu proculdubio impreſſum, per quod & corticis tenuitas, & nuclei, ei innatantis ferme, conſtitutio videri poteſt. Eſt autem nucleus, cortice paulò minor, unde concuſſus fructus alliſu ſonum excitat & ſtrepitum, cæterum ipſe nucleus exterius coloris eſt purpurei, ſed interius albi. ſunt qui fructum Balſami Americani eſſe putent.

V. *Quintus* ejusdem fermè cum priori eſt magnitudinis, parte alterâ lævis & lubricus, cum exiguâ prominentiâ in medio, colore luteo figura ovali, aliquantulum ad angulos obtuſos protuberante. Parte alterâ inæqualis & ſcabra, ſeptem ſinubus ſeu foraminib⁹ in medullam perviis præditus, coloris cinerei, nucleum nucis juglandis quodammodo referens, ſed lignoſus & durus etiam hac parte eſt. Ego arbitror affinitatem magnam habere cum 6. Fructu deſcripto à Carolo Cluſio lib. 2. Exot. c. 30. Quidam veram nucem Metel eſſe arbitrantur.

VI. *Sextus* Dactylum ferme figurâ æmulatur, oblongus, compreſſus aliquantum, duas uncias longitudine ſuperans, utrinque acuminatus, unam latitudine, colore purpureo, ſtriatus & rugis inæqualibus dotatus. Aut è genere nucum eſſe videtur, aut os majoris alicujus fructus. Lignoſus namque eſt, durus, an vero in ſe nucleum contineat non liquet, quia concuſſus non reſonat, nec frangere licet, cum unicus tantum mihi ſit. Neſcio an ad Zabucayo referri debeat, de quo poſt ſumus acturi. Fructus peregrini Wormii.

VII. *Septimus* Ovalis denique figuræ os mihi eſt, ovum gallinaceæ parvum magnitudine æquans, ſed utrinque acuminatum, lignoſum, flavum, nucleum continens, qui moto & concuſſo fructu reſonat. Tectum verò fuiſſe videtur pulpa quadam candida, cuj⁹ reliquiæ tenaciter adhuc ei adhærentes conſpiciuntur.

VIII. *Octavus* Gemellus erat duorum prunorum majuſculorum invicem cohærentium magnitudine. Alter vero illorum, inquit Wormius, appendicem habebat roſtratam, nucis Avellanæ minoris magnitudine. Nec genuinum ejus colorem, nec pulpam, aut nucleum delineare poſſum, quia interiore nucleo aut ſubſtantia ſpoliatus erat, & exterior ſuperficies vernice obſcurè flavâ obducta. In extremitate appendicis colore nigro ſplendente præditus, ex eo namque, retenta naturali figurâ, pixidem fecerunt Tabaco ſternutatorio deſtinatam.

***

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER II.

Nux juglans.

De Arboribus Nuciferis.

Titulus I.

De Nuciferis Classis primæ.

Caput I.

De Nuce juglande.

Tab. XXXVIII.

HActenus exposuimus Pomiferas, quæ aut acinos, aut ossa intus gerunt, cum sui similibus: sequuntur *Nuciferæ*; quæ quidem in *Non lanatas* & *Lanatas* possent dividi; malo tamen simpliciter procedere. Primæ classis sunt *Iuglans*, *Avellana* & *Castanea*.

Dioscor. M. M. l. 3. c. 3. 8. 157. & l. 4. c. 174.

I. Apud *Veteres Nux juglans* quia notissima, nec à Theophrasto, nec à Dioscoride, nec Plinio delineatur. Iste tamen *folia* foliis gentianæ proximis, centaurii magni & Pœoniæ maris comparat, nec dissimilia sambucum gerere. *Germinat* maturè, & quidem latere tantum, ipsaque nova accessione jam enatum germen protruditur. Idem caudici & magnis ramis augmentum, quod illis suetum, quibus germina in unum folium finiuntur. *Floris* loco *villum* profert, quod præciduis grossis proportione quibusdam respondet. *Fructus* multum pineis minores universitate, eædemque portione ampliores nucleo. Nec non & honor his naturæ peculiaris, gemino (terno dicere debebat) protectis operimento, pulvinati primum calicis, mox lignei putaminis. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Namque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque illis quadripartita distinctio, ligneâ intercursante membranâ. Pinguescit vetustate; & per artem vel sine putaminibus, vel minus duris prodit: Fert & *spongiosa* quædam *corpora*, quæ Græcis ἴσκαι. Ante Calendas Martias seritur; & lætior assurgit, si transplantetur sæpius. Visum quibusdã inseri non posse, quod Palladius refellit. Tabescere dicitur, si vel flagrans igne clavus radicibus impressus fuerit, vel in trajectam terebro, puerile lotium infusum. *Locum* si spectas, Nunquam in montibus temere visa. Ideò in Olympo, Tmolo, Myso plurima. In planis circa Macedoniam nasci nequit: in Apulia degenerare, in Paphlagonia laudatissima. Delectatur plærumque lapidosis; in hortis pingui ac restibili solo, lætisque collibus; majoraque intervalla desiderat. *Vsus* haud contemnendi; etsi sub arbore recumbentibus spiritu καρυωτικῷ noceat. *Cortice* seu *pulvinato calyce* tinguntur lanæ & ruffatur capillus primum prodeuntibus nuculis. *Foliorum* vires in cerebrum penetrant; hocque minore momento. *Fructus* alimenti est exigui, & bene cum caricis manditur. *Viridis* ἄπεπος est: *adultior* stringit, & si reponatur pinguescit, ineptus cibo & tussientibus hostis.

Theop. H. P. l. 3. c. 6. 7. Plin. H. N. l. 16. c. 25.

Plin. H. N. l. 15. c. 22.

Theop. H. P. l. 3. c. 4.

Plut. Symp. l. 3. c. 1. Plin. H. N. l. 15. c. 22.

Plin. H. N. l. 23. c. 8.

Nux juglans vulgaris
Nuss. Welsch Nuss.

Fructus ex quatuor membranaceis foliis compositus.

Tab XXXVIII

Mundubiguacu.

Fructus Zingi.

Fructus Brasilianus.

Nux avellana humilis peregrina.

Nux avellana silvestris.
Wild Haselnus.

Nux avellana sativa.

Hasel-
nus.

hostis. Laudatur in tenesmo, & præsumptus venena hebetare dicitur. Nota Mithridatis ex nucibus cum ficubus & rutæ foliis antidotus, quam Cn. Pompejus in sanctuario devicti reperit. *Putamine* dens cavus inurebatur; *Iscis* cauterium supra os ventriculi in longis defluxionibus. Habebant olim & in nuptiis usum. Nuclei à jejuno manducati, rabiosi canis morsui imponuntur præsenti remedio. *Differentiæ* Plinio sola est in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici. Optima *Basilica & Persica* dicebantur: Et hæc species primum Græciæ Alexandri Temporibus, si Macrobio creditur, nota, qui & *Molluscam* apud Plautum putat, ne dicam cum *Tarentina* & *Persica* eandem, quod *Persicam molluscam* Suevius expresè vocet. Favorinus autem *Tarentinas* nuces quæ sunt Terentinæ, à tereno, quod est Sabinorum lingua molle, deducat. At Plinio duo sunt *Tarentinarum* genera, *fragili putamine ac duro*, quæ sunt amplissimæ ac minimæ rotundæ. Præterea *molluscæ*, putamen rumpentes. Sunt, qui honoris nomen interpretentur, ut Jovis glandem esse dicant. Nuper consularē virum audivi (concludit) biferas & juglandes nuces habere se profitentem.

Plin. H.N. l.15.c.22.

Saturn. l.2. c.14.

Plin. l.c.

II. *Recentioribus* est triplex 1. *Vulgaris*. 2. *Bifera*. 3. *A fructu denominata*.

Bauh. H.P. l.3.c.1. Dod. Pem. 6.l.3.c.13. Camer. Epit. p. 171. Tab. H.P. l.1.p.698. Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.141.

1. *Nux juglans vulgaris*, notior est quam ut describi debeat. *Caudex* sæpè ad trium cubitorum amplexum crassescit. *Materies* alicubi undulatim crispa. *Cortex* per senium hiulcus. *Folia* pinnatim disponuntur, conjunctiones claudente folio impari. *Iulus* est longus & multiplici callo compingitur. Quot *flores* petiolo contrahuntur, totidem calyculacea tegumenta, quibus singulis singulæ includuntur nuces. His pulvinatus *cortex* cui lignosus & in duas carinas solubilis subjicitur; *nucleus*, crebris revolutionibus, inæqualis, mucosus primò & insipidus, callosus post. Feliciter provenire quidam scripsit, si jam jam casum minitantes decerptæ nuces, terræ in vase indantur: in Martio eductæ, & in lacte vaccino per diem & noctem maceratæ, terræ iterum infigantur, ad quatuor transversorum digitorum altitudinem. *Gerit* aliquando viscum: quod in horto Monasterii Ilfeldensis Thalius vidit. *Gummi* fundere, notum. *Aeromeli*, ejus foliis & frondibus magis quam vicinis, æstate fervidissima insidere, Dalechampii observationi debemus. Habet & spongiosa quædam capita, quæ *tomos* Græci vocant, Bayrus *fungos*. *Germinare* non cacumine sed lateribus impulso priore pullulo, observatum. Ubique ferè *locorum* provenit; sed in calidioribus & apertis felicius. Ruellius aquas amare scribit. Curtius, nullum exhorrescere aerem. In Gallia proceras, patulas & copiosas vidimus. In tractu Rheni toti agri ea conferuntur. In Italia, Polonia &c. omnibus nota. In Virginia *octoginta pedes* aliquando longa visitur. In Anglia rarior apparet. *Usus* radicis, ligni, gummi, fungorum, foliorum, julorum & fructus multiplex. *Radicis* succus vehementer per superiora purgat. *Lignum* egregia est mensis, scamnis, lectis, abacis &c. apud Lugdunenses materia. Ex cineribus fit *lixivium*, quo furfurosum caput commodè abluitur. *Cortices* ramorum interiores, in aceto macerati, feliciter pulsibus in paroxysmis febrium applicantur. *Gummi* imbecillitatem renum refellit. *Fungi* combusti & in oleo soluti capillos si inungantur denigrant. *Folia* aeromeli irrigata, sitim sedant: *decocta* & ore agitata inflammationibus gutturis medentur. *Oleum* quod ex iisdem in cucurbita vitrea sub fimo per totum annum colligitur, expressum, & cum alio nucum oleo permistum, surditatem unius auris depulisse, scribit Bauhinus. *Iuli* qui *Catuli* & *Nucamenta* dicuntur, vomitus excitant. Mense Martio collecti, exsiccati & in pulverem redacti, hystericis drachmæ pondere, feliciter in vino albo propinantur. Con-

Nux juglans. Hartlib. in suo legato p.129.

In Sylva Harcinia.

Ind. Occid. p.1.

Plater. in observat.

Bayrus in Practica.

Bauhin H. P.l.3.c.1.p. 248.

Nux juglans.

coregius in præcipiti menſtruorum defluxu drachmam cum ovo ſorbili exhibet. Alii ex florum cucurbitæ & horum uncia pulverem conficiunt. *Aquam* quam menſe Majo per vitrea vaſa ſtillant, mirèad ficcanda ulcera, & inducendam cicatricem laudatur, ſi manè & veſperi laventur, madido linteolo mox impoſito. Ex *Fructu* immaturo aqua circa feſtum Johannis elicitur, quæ extra vulneribus & ulceribus calidis prodeſt: interius ſumpta, thrombos concreti ſanguinis diſſolvit, ſi Evonymo & Pareo credimus. Cum aceto & radicibus raphani deſtillata, unciarum trium pondere, vomitum excitat. Majo & Junio ſaccato conditus, ſtomachi imbecillitatem tollere, ori non ingratus, frequens dedit experientia. *Cortex* viridis in oleo cum aluminis modico infuſus, capillos nigrore inficit. *Aqua*, quæ menſe Septembri elici debet, cum tertia parte aceti, contra peſtilentiales aſſultus, aurium tinnitus, audiendi difficultatem & anginas commendatur. Decoctus idem, in inflammationibus præſtabit. Unciæ ſemis pondere, cum Zedoar. drach. ij. in aceti libris ij. maceratus à peſte præſervat, ſi liquoris cochlearia duo vel tria ſingulis matutinis ſumantur. *Diacaryon* ex iisdem componitur. *Teſta* quia cranium refert, vulneribus capitis generosè medetur, ut Theophraſtus prodidit. *Nucis* ſeu membranam ligneam nucleis intercurſantem Schvvenckfeldius, ex opinione vulgi, inter levamenta calculi, perperam fortè reponit. Quidam ex ejusdem drach. ij. cum Zingib. unc. ſ. & piperis drach. j. medicamentum componunt, quod pulſibus in paroxyſmis febrium imponitur. De *Nucleis* ipſis hoc habe. In aqua maceratos, donec putamen ſeceſſerit, mox aquæ vitæ præſtanti immerſos, duos vel tres per decendium, manè, jejunis, ante menſium eruptionem exhibitos, eosdem maſculè, ſi ſubſtiterunt, ciere: ex medio glandem pro pueris parari: & rancidum inter venena à Rhaſe reponi. Nota eſt ex iisdem cum paticiſſimis, Mithridatis antipeſtilentialis confectio. Quidam compoſitione ex nucleorum, baccarum juniperi, & rutæ ana unc. ſ. aceto maceratis in præſervatione utuntur. *Oleum* quod ex expreſſis ac contuſis habetur, ſex aut quinque unciarum pondere potum, aut per clyſterem infuſum, potenter flatus diſcutit; tumores diſſipat; addita calce lota nervos contractos emollit. Adhibetur in lucernis & lampadibus, quod ignis funiculo non tam cito conſumatur; à pictoribus in pigmentis, quod ceruſſæ admiſtum, incorruptum maneat. *Varietas* in fructu maxima. Quæ *in Virginia* habentur, *quadam* ſunt putamine craſſiore & duriore, ſapore parum deſcendentes ab Anglicis: *quædam* cortice ſcabro, duro, nucleo magno, dulci & oleaginoſo, ex quibus contuſis lac conficitur. Viſæ Bauhino nuces, univalves, bivalves, ſed non mediotenus; trivalves, & tales vel una valva majore reliquis, vel geminæ, vel tripartitæ majori. Viſa quæ ovi inſtar integra teſta conſtabat. Dantur & *gemina*, tam preſſim ſibi adhærentes, ut nulla ratione divelli poſſint; dividente easdem per medium ſpeciosè ſulco. Has omnes ab Hermolao quod non facilè frangantur *Moracias & Moracillas*; quod à putamine vix repurgari poſſint, *Surdas*, à Cæſalpino vocari prodidit Bauhinus: nec dubito de duris ſumſiſſe. *Præſtant* oblongæ, albicantes fragiles, plenæ, nucleo intus albo, putamini non admodum adhærentes.

Matthiol. in Dioſcor. l. 1. c. 141.

Ibidem.

Indiæ Occid. p. 1.

H. P. l. 2. c. 1.

II. Nucis juglandis bifera ſupra ex Plinio meminimus. Hermolaus Silvariano Patavini agri viculo provenire, ſatis conſtare tradit.

III. Nux juglans à fructu denominata, quadruplex eſt 1. *Nux juglans Fructu maximo*, quæ & *Nux Caballina*. Mali ferè eſt magnitudine, magna ex parte vacua, nec tam ſapido nucleo. 2. *Nux juglans fructu molluſco & fragili putamine*. Talem efficies, ſi cinerem jugiter vel caudici vel radicibus

Bauh. H. P. l. 3. cap. 1. p. 245.

dicibus offuderis. Imo esse quoddam juglandium sine putamine genus, Africanus author est; in quo sine dubio arti suæ partes sunt. 3. *Nux juglans fructu longiore*, quæ *Nux juglans folio serrato* Bauhino, *Iuglandis genus alterum* Clusio. Folia huic alata quidem, ut vulgari, sed in ambitu serrata, odore etiam gravi. Nux non tantum longitudine, sed & teneritate à vulgari distat. 4. *Nux juglans fructu serotino*, quæ ostento proxima. Reperta Vasoniæ loco ad Rhenum sito: nec ante diem Divo Baptistæ festam vel folia vel nuces ostendit; hoc elapso & foliis & fructibus vestitur. Binas tales Gengenbachi extare apud Tragum habemus. Vel species est peculiaris naturæ, vel artis ostentamentum. Nisi aliquod in nutricatu soli vel radicum vitio error. Nuces ante Octobrem non maturantur; putaminis duritie & fatuo gustu ingratæ.

Bauh. Phy. top l.11.c.4 Clus. H.P. l.1.c.46.

Bauh. H.P. l.3.p.245.

EXOTICA.

Vid. TAB. XXXVIII.

Ex Exoticis ad nucem juglandem repono 1. *Mamey Americanorum.* 2. *Mandui guacu Brasilianorum.* 3. *Ambare Canariensium.* 4. *Copau Brasilianorum.* 5. *Couton Cunadensium.* 6. *Arborem Cafuriferam*, & 7. *Fructus Exoticos quinque.*

1. *Mamey* variè ab authoribus describitur. Si enim *ipsam* attendas, Scaligero facie & magnitudine, castaneæ similis est: Oviedo juglandi respondet: Si *magnitudinem* pulchram & proceram cum isto & Gomara Nierembergius facit: mediocris magnitudinis Benzo. *Materia* ligni est fungosa. *Coma* quæ lata aliquantulum in pyramidem definit Cupressi modo. *Folium* castaneæ Scaligero, sed maximum; juglandis aliis, sed longius & crassius, altera parte viride. Nierembergio *rami* surgunt in effigiem crucis: *folia* figuram cordis imitantur, sex digitos lata & consistentia. De *fructu* inter authores non convenit. Oviedo est duorum pugnorum magnitudine, rotundus, cortex fulvus, modicè asper: omnium in insula Hispaniola suavissimus. Interiores *acini*, duo vel tres aliquando (sæpe unus) interstitiis distinguuntur, quorum interior amaritudine fellis, & inter hujus ac priorem membranulam, caro seu pulpa fulva, digitali crassitudine, Perfici Duracini gustu. *Benzo* rotundum oblongum & crassum &c. assignat. Proveniunt in Hispaniola.

Scalig. in Exercitat. H.N.l.14. c.102. Amer. l.4. Hist. Ame. l.8.c.10.

2. *Munduy guacu* seu *Mandubiguaca Brasilienſium*, Lusitani *Pinhones* appellant, Marcgravius *Nucem Cathartícam.* Arbor est magnitudine & figurâ ficus. *Radice* bryoniæ instar, crassa lignosa. *ligno* molli & fragili; *medullâ* spongiosa; *ramis* nodosis, qui amputati, & terræ quocunque tempore immersi, paucorum dierum decursu virescunt, & novas plantas emittunt. *Folia* ficus æmula, viridia, mollia, subrotunda, glabra; quæ inordinatè circa ramos ponuntur; & cum ligno è lacteo aquosum *succum* fundunt. *Flores* racematim copiosi & ad quinquaginta usq; quinque vel sex folii, subdulcis odoris, qui deorsum incurvantur. Staminula quæ in medio, decangularem stellam referunt. *Fructus* est turbinatæ figuræ, instar juglandis mediocris, ejusdem magnitudinis, primo viridis, mox flavus, ubi maturuit fuscus vel niger. Dehiscit tum in tres partes, quamvis sex constet. In quolibet fructu tres *nuclei*, nucleorum in dactylis magnitudine, tribus concamerationibus distincti, cortice nigro, extra maculis albis notato, cuticulæ ovi instar albi, saporis amygdalæ.

Piso de facult. simpl. l.4.c.40. Marcg. H. B. l.3.c.23.

3. *Ambare Canariensium*, Garziæ *Ambare Indorum* Castori *Ambre* dicitur. Arbor est crassa & magna, *foliis* juglandis magnitudine respondentibus, dilutè virentib. venosis: *florib.* exiguis, candidis. *Fructus* nucis magnitudine, qui immaturus cartilagineo cortice, dilutè virescente tegitur, naso gravi odore, palato acerbitate ingratus: maturus fulvus, odo-

Garz. Aro. l.2.c.17. Acosta Aroma. c.32.

Nux juglans.

odoris grati, aciditatisq; commendabilis, continetq; medullam cartilagineam & duram, quæ è duris nervis obliquè intertextis componitur. Canarienses *Ambares*, Persæ *Amberets*, Turcæ *Harb*, Lusitani *Ambares* vocant. Admiscetur cibis agrestæ modo: & maturus ex aceto & sale comeditur, excitandi appetitus gratiâ Biliosos humores retūdit: & sale ac aceto conditus diu conservatur.

De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 9. Bauh. H. P. l. 3. c. 7.

4. *De Copau Brasilianorum* nihil aliud habeo quod dicam, quam juglandi nuci esse persimilem, neque tamen nuces ferre. Materia lævigata easdem cum illa maculas ostentat.

Thevet. Americ. c. 80 Bauh. H. P. l. 3. c. 6.

5. *Couton Canadensium* mirabilis arbor est, si Theveto credendum. Similis est figurâ juglandi, & incisa liquorem optimum vini Aurelianensis sapore copiosissimè fundit. Subitò quatuor aut quinque amphoræ colliguntur.

6. *Arbor Caphurifera*, recensente Garzia nuci juglandi similis est, præalta, latissimè se fundens, & aspectu perpulchra. *Materia* cinerei coloris, nigrior interdum, spongiosam inter & solidam media. *Folia* candicantia salignis æmula. De floribus & fructu nihil ipsi constat. De Gummi quod profert, alibi agemus.

Exot. l. 2. c. 7. Bauh. H. P. l. 3. c. 5.

7. *Fructus Exotici* quinque sunt. 1. *Brasilianus primus* Clusii, qui orbicularis penè figuræ Junippapeybæ non dissimilis, teneriore tamen *cortice*, superna parte planus, & quodammodo in umbilicum desinens. Multa intus *semina* rugosa, staphisagriæ similia: in quibus nucleus in duas sectus partes. 2. *Brasilianus secundus* Clusii, ovali figurâ, supernè mucronatus, duro & lento *cortice*, & quia immaturus lectus, rugoso & veluti in lacunas contracto eodem. suberat *pulpa* nigra, propter vetustatem in pollinem redacta. 3. *Zingi fructus stellatus Indicus*, in κοινμηλιαρχειῳ Felicis Plateri visus, qui figurâ stellæ est, septem *nuculis*, radiorum in morem in centro coeuntibus, triangularibus, longis leviter compressis, cortice gemino, duro, rugoso, spadiceo; interiore prope modum osseo, intus cupri diffracti instar lucente, bivalvi, & in siccis nonnihil hiante. *Nucleus* est levis, colore seminis lini aut pomorum, sed dilutiore. Anisum & sapit & redolet, unde *Anisi Indici* nomen. Alium esse ab Aniso Philippinarum insularum suspicor. Relinquit tamen aliquid acrimoniæ commansus. 4. *Gola Nigritarum* est fructus magnitudine nucis juglandis, cortici inclusus, angulosus, subruber, & amatus. Crescit in exteriore Africa, circa montem qui Sierra leona. Masticatur cum cujusdam arboris cortice, crediturque dentes & gingivas firmare. Utuntur eo pro moneta. Adde his *Hobos*, *Pacayes* seu *Guavas*, quos multi pro nuce juglande habuerunt: sæpius transplantatas, nuces similes Hispanicis gignere ajunt.

Bauh. H. P. l. 4. c. 34. p. 485.

Parch. Navig. T. 1. p. 415.

Ind. Occid. p. 9. l. 4. c. 26.

Caput II.

De Nuce Avellana seu Corylo.

Vid. Tab. XXXVIII. & XXXIX

Veteribus Nucis avellanæ & *ab arbore*, & *à fructu* differentiæ sumuntur.

I. *Arborem* si spectes, est alia *Vrbana*, alia *Sylvestris*. *I. Nux Avellana Vrbana* arbor est fruticosa. *Radix* est altissima & robusta: ideò diuturnioris vitæ. *Caudici*, qui infernè multis stolonibus fructificat, supernè ramis brachiatur, *materies* lenta; *Cortex* τῇ κλήθρῃ similis, & ἰδίως λεῖκοις στίγμασι peculiariter variatus; *medulla* tenuis & flava; virgæ sine alarum sinu enodes, breves; quibus præcisis amplior redditur. *Folium* κεχαραγμένον, alni simillimum, sed latius. *Flos* quibusdam nullus: sed ejus vice præludia quædam *julus* dicta. *Emergit hic, postquam fructus decidit, nuci pineæ novellæ similis. Crescit hyeme, aperitur verò callus totus: Cadit cum folia cœperunt crescere. Fructum* quem copiosum tempore φορᾶς autumno, reddit, mollis protegit barba, sed putamini nucleisque solida rotunditas: umbilicus

Theophr. H. P. l. 3. c. 15.

Ib. l. 1. c. 16.

Plin. H. N. l. 16. c. 29.

Ib. l. 15. c. 22

Anda.

Zabucajo Brasiliensium.

Avellanæ Byzantinæ ramus.

Quahupacualtzli Terentij.

Mebembebbete. Indianisch Haselnus.

Avellana quadrifida.

Arbor Misteca provinciæ fructu avellanis simili.

Avellanæ Indicæ tertium genus.

Nux purgatrix.



cus intus in medio ventre. Copiosior, si in plures ramos dispergatur. *Provenit* ferè ubique in montibus & planis. ἀγριλώδεσι καὶ πολύδροις amica. *Vsum* si spectes, erat olim facibus familiarissima. Ex gracilioribus virgis canistra fiunt. Hastilium etiam colurnorum Pompejus meminit. *Fructus* stomacho infestus & cibis supernatat. Tosti & cum piperis momento comesti, destillationes capitis concoquunt. Habent & contra venena vim. Laquearibus appensum, scorpiones, ne irrepant prohibere, pedibus adalligatum, ne cubantes iidem adoriantur, impedire, præsepibus adfixam, ab equilibus eosdem arcere, Plutarchus prodidit. Serpentes coryli virga vel caudice ictum obtorpescere, emori tandem, observavit rusticitas. 2. *Nux avellana sylvestris* folium amplius, & fructum meliorem, minus candidum, rotundum vel oblongum, habet. In montibus magna ex parte provenit, translata mansuescit, & hyemem melius fert.

Diosco. M. M. l. 1. c. 179

II. Fructum si attendas, fit apud Authores *Calvæ*, *Prænestinæ*, *Barbatæ*, *Longæ* & *Hornotinæ* mentio. 1. *Calvæ* non undique corticis putamine obductæ sunt, sed summo apice nudæ conspiciuntur. 2. *Prænestinarum* præter Catonem & Plinium Macrobius meminit, & à natione quadam hominum juxta Prænestinum agrum dici putat. Athenæus putamen lignosum valdè, ac durum habere scribit. 3. *Barbatæ Nucis* Plinius in descriptione Xyli meminit, quam ego à vulgari avellana non abire, vel ex ejusdem verbis colligo. Alii de ea sumunt, quam ab avellana pumila Byzantina proferri Clusius scripsit. Potest Calvæ contradistingui, quod ista summo apice nuda conspiciatur: illa, membrana vestiatur callosa, extremis partibus mollioribus, & fimbriatis barbæ in modum. 4. *Longæ* facta superius inter sylvestres mentio, præstantiorque est rotunda, maximè si putamine rubeat. Talem dici, quod, cum adhuc in frutice est, amictu longiore appareat, perperam dicitur. nec melius Isidorus, amygdalum latis nucem longam esse reliquit. Facit ejus & Ithyphallicus author in Epigrammatibus mentionem, dum ait, *Nucemve longam quam vocant Avellanam*, ubi pro Avellana, Albanam substitui Scaliger judicat. 5. *Hornotinarum* Cato meminit. Virides sunt & nuces hujus anni, ut hornotinum frumentum apud Ciceronem, & hornotinæ plantæ apud Columellam. Nullum ergò Avellanarum genus constituunt.

Cato R. R. c. 8. & 243. Plin. H. N. l. 15. c. 22. Macrob. Saturn. l. 2.

Plin. H. N. l. 19. c. 1.

H. P. l. 1.

Nux avellana Isi. l. 7. c. 7.

R. R. c. 7.

Verr. 5.

II. *Recentioribus* Botanicis triplex est Nux avellana. 1. *Sativa*. 2. *Sylvestris*. 3. *Humilis*.

1. *Nux avellana sativa*, pro ratione fructus quadruplex est. 1. *Fructu rotundo albo minore*. 2. *Fructu rotundo maximo*. 3. *Fructu oblongo rubente*. 4. *Fructu racemoso*.

1. *Avellana sativa fructu rotundo albo minore*, *Corylus persimilis alno* Lobelio, *Nux Pontica domestica*, Camerario. Prodit è *radice* nodosâ, crispa & latè se spargente, funditque *caudices* aliquot, *materie* candida & molli, qui in stolones & virgas lentas & obsequiosas abeunt, & annosi caudice incano vestiuntur, *viscumque* aliquando gignunt. *Folia* sunt alni, sed non ita viscida; hirsuta, rugosa, suaveolentia. *Flos* è gemmula erumpens coccineis filamentis componitur. *Iuli* longi & juglandium tenuiores, priusquam decidant flavescunt, & primo quoque tempore, nondum soluta hyeme prosiliunt: sæpe Octobri & Novembri revertuntur, qui post Martio & Aprili succrescentibus foliis abscedunt. *Fructus* singuli aliquando, aliquando plures, oblongi aut globosi, involucris callosis, hirsutis, herbaceis, barbatis obsepiuntur. *Putamen* iis umbilicatum, per maturitatem flavescens aut ruffum, læve aut lignosum. Pellicula coccinea aut subruffa, nucleum ambiens albidum, firmiusculum, succum lacteum reddentem; qui ex pulpa candicante, fungosa, saporis acidi, successu temporis concrescit. Vermiculis is obnoxius, qui

In Observ.

Bauh. H. P. l. 3. c. 16. p. 266. Camer. Epit. p. 177. Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 142.

Nux avellana

qui non extra ingrediuntur, & hirsutiem angusto ingressu deponunt, ut Suffeno cuidam & nimiâ sui admiratione turgenti Medico, qui de Erucis nescio quid somniaverat, aliquando visum; sed consumpto & in nigrum pulvisculum redacto nutrimento, putamen pertundunt & prorepunt. *Ornant* ferè ubique sub nostro cœlo hortos. In Germania & Gallia pergulæ & deambulacra, umbrâ ipsarum densa, multa superbiunt. In Helvetia humidioribus locis copiosæ. *Vsum* paucis exhibere placet. Notum quid de virgula coryli furcata, præsertim si supra venam aliquam creverit, in detegendis & aquis & metallis seu dicitur seu fingitur. Quid sentiendum sit, alibi dicemus, & videri Kircherus potest. Ex *radice* nodosa, & undulatim crispa vasa, in multos annos duratura fabricantur. *Stolones* paucis annis illæsi doliares circulos suppeditant. Ex *ligno* assulatim secto, cribra fiunt: combusti carbonibus pulvis pyrius conficitur: iisdem pictoribus, statuariis, & aurifabris in delineationibus uti, curæ est. *Viscum* inter antepileptica refertur. *Frondes* topiarios exercent. Ex virga perforata, granis piperis impleta, & cum vino albo supra cotem trita, quod destillat, oculis instillatus albuginem & nebulam dispellit. *Iuli* alvum stringunt. *Nuces* ipsæ Augusto largiter voratæ, dysenteriam excitant. *Cuticula* easdem ambiens, menses cohibere potest. *Tostæ* à matronis Hispanis ad confortandum ventriculum & stomachum adhibentur. *Succus* lacteus expressus Dysentericis & cœliacis prodest. In calculo renum & ardore urinæ exhibetur, veneremque roborat. *Oleum* ad tussim veterem, destillationem & articulorum dolores, felicissimè adhibetur. Meminit Bauhinus *gracilium* admodum, & quæ calamum scriptorium crassitudine suâ, præsertim circa umbilicum non superant, longitudine unciali, cylindracea atque torosa ferè figurâ, nisi parte inferiore modicè dilatarentur. Quadrangula eidem, & quatuor costis torosis ac eminentioribus constans.

Gesner. in Horto Ge.

In Arte Magnetica.

Tragus in Hist. Plant.

H. P. l. 3. c. 16. p. 269.

II. Avellana sativa fructu rotundo maximo, est *Avellana urbana rotunda circa Lugdunum* Gesnero; *Avellana major Lugdunensis* Camerario, *Italica* aliis. Nuncupationis amplitudine, latior magis quam alta, rubro & ligneo *putamine* contegitur. *Vmbilicus* sessilis, leviter impressus; *nucleus* duriot cæteris, sed qui gustus suavitate cum rubris certet. Lugduli saccharo incrustatur.

In Horto German. In Horto Bauh. H. P. l. 3. c. 16. p. 269. 270.

III. Avellana sativa fructu oblongo rubente, Cordo *Nux Pontica hortensis, ruffâ ut plurimum membranâ*, quidam *Lombardicam* teste Gesnero nominant. *Vmbilico* is magno, elato, oppositâ parte exacutâ. *Putamini* suo herbaceo & barbato, principio minus calloso carnosove ita immergitur, ut vix acuminis partem exerat. *Cortex* lignosus, durus, rubens. *Nucleus* in recenti & nuper decerpta, purpurante tunica contegitur. Serius *maturitatem* sentit: Vicentina Pistaciis sapore respondet. Sunt & qui alba pellicula hoc genus vestiri putant. Quid de Cellensibus à quodam propè Herbipolim monasterio denominatis sentiendum sit, non explicat Camerarius.

in Dioscor. Gesner. l. c.

IV. Avellana sativa fructu racemoso, Cordo & Gesnero *Macedonica* dicitur, quod in Macedonia & Hæmo Thraciæ monte à quibusdam Budâ Constantinopolin legatis, inter quos & Paulus Rubigallus, qui hæc Cordo retulit, inventa fuerit. Arbor est *caudice* singulari, procero, & justam arborem æquante. *Folia* sunt lata. *Nuces* in grandem racemum pugni magnitudine congeruntur. Vix nota veteribus. Bauhinus duodecem sibi invulsim cohærentes, geminas item & tergeminas, ludentis naturæ lasciviam, habuit.

In Dioscor. In Horto. Bauh. H. P. l. 3. c. 16. p. 269.

II. Nux avellana sylvestris, quæ *Pontica nux in corylo vulgari* Cordo, *Corylus avellana*, Turnero dicitur. Nihil circa ejus descriptionem occurrit. *Fructum* si spectes, est 1. *Parvus*, albus, subrotundus vel sublongus; umbilico gibboso; putamine flavescente;

Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 142. Cordus in Dioscorid. Dod. Pemp. 6. l. 3. c. 24. Bauh. H. P. l. 1. c. 16.

Cluſ. H.P. l.1.c.7. Geſner. in Horto.

ſcente; dentibus fragili; nucleo, qui fungoſa & ruffa cuticula obtegitur. 2. *Parvus* rotundus, ruffus, umbilico magna ex parte ſeſſili. 3. Specie primis ſimilis, ſed duplo ferè major, utrinq; obtuſior, nucleo habitiore & ſuaviore, qui pellicula albicante tegitur. Reperitur in ſylvoſis montibus. Fructus in Auguſto leguntur.

Cluſ. H P. l.1.c.7. Bauh.H.P. l.3.c.17.p. 370. Taberno. H.P.T.2.

III. Nux avellana humilis Cluſio *Avellana pumila Byzantina*, Tabernomontano & Bauhino *Avellana Byzantina* audit. Rarò cubitalem altitudinem attingere proditum. Grandibus, craſſis & multum laciniosis calycibus qui & teneribus pediculis inſident, & intus læves, foris durâ aſperaque lanugine horreſcunt, fructus ineſt, avellanæ ſylveſtri ſimilis, duro putamine. De nucleo non conſtat. Virgula quæ pedalis excreverat Cluſio, inordinato ſitu, oblongiora paulòquam in vulgari gerebat folia: necdum fructu fœta, poſtquam humanam & ultra altitudinem attigiſſet, quod intra triennium factum.

EXOTICA.

Exoticorum Scriptores faciunt mentionem 1. *Quauhayohuatli Pahuatlanorum.* 2. *Zabucajo Braſilienſium.* 3. *Andæ eorundem.* 4. *Arboris Miſteca, fructu avellanis ſimilis.* 5. *Huitzpacotl Quaxacana.* 6. *Quauhupacuatzli Terentii*, arborum. 7. *Fructuum viginti exoticorum.*

Reccus Theſau.R. Med.N.H. l.3.c.54. Ovied. H. A.l.4.c.10. Monar.H. 2.c.47. Bauh.H.P. l.3.c.75.

I. Quauhayohuatli Pauhuatlanorum aliis *Quauhtlatzin* ſeu *crepitans* dicta, arbor eſt magna, *ſtipitem* magnum, fulvum, contortum fundens. *Rami* ex eo prodeunt utrinque, *foliis* rhododendri, anguſtis & longis, *fructu* obrotundo, Ponticis nucibus ſimili, qui *Ben magnum Medicorum* quibusdam dicitur. Triangularis eſt, *putamine* tenui, ſpadiceo partim nigricante, partim ex cinereo candicante: *nucleo* candido, ſolido, dulci, avellanæ vulgaris ſapore. Nux tota altera parte ſeſſilis eſt, & conjunctim binæ naſci videntur. Dantur & in clyſteribus, Colica inprimis urgente. Provenit Pahuatlani, nec non Yhualupæ, juxta auſtralis Oceani littora, & in inſula S. Dominici. *Fructus* nuclei quini, vel ſepteni, pituitam mirè expurgant leviter toſti, contuſi, & in vino macerati: Sed & *membrana* eis cum veſtiens auferri debet. Eandem cum Mundubiguacis non dicam, quia deſcriptiones à ſe invicem abeunt: ſed nec hujus fructus dehiſcit, nec ſex partibus conſtat. Nux avellana

Piſo de facult. ſimpl. B. l.4. c.15. Marcgrav. H. N. B. l.5.c.26.

II. Zabucajo Braſilienſium, arbor eſt altiſſima, trunco craſſo & recto; *Cortice* gryſeo duro & inæquali. *Folia* Mori ſimilia gerit, ſerrata, contorta, incurvâ: Primâ ætate ruffa, provectâ viridia. *Calyces* duriſſimos & capaciſſimos, qui ore in terram obverſi, operculo, admirabili naturæ luſu, pyxidis inſtar operiuntur. *Nucibus* hi gravidi, triangularibus, Myrobalani Chebuli æmulis, qui plusquam triginta ordine ipſo calyci, per viſcoſam materiam hærent; & maturi (matureſcunt ſemel in anno media hyeme) excuſſo illicò tegumento, ſponte ſua decidunt. Ex *ligno*, quia duriſſimum, nec putredini cedens, molendinorum ſaccarinorum axes fiunt. *Corticibus* contuſis naupegi ſtupæ loco utuntur: macerati atramentum ſuppeditant. *Nuces* piſtaciis ſapore reſpondent, & venerem ſopitam excitare dicuntur. *Crudæ* caput infeſtant: aſſatæ non item. Oleum quod ex illis comparatur pinguiſſimum, amygdalino calidius eſt. Suppeditant & pultibus materiam. Ex *calycibus* vaſa potoria, diſci & ollæ fiunt. Arbor ipſa in *ſaltibus & locis mediterraneis* adeò luxuriat, ut fructus juſto exercitui ſuſtentando quandoque ſuffecerint. Datur & *alia huic ſimillima*, niſi quod calyces deformes magis producat; & nimius nucum uſus capillorum defluvium adferat. De Laet *Iacapucayam* vocat, & fructum ſcypho cum ſuo operculo ſimilem ferre ait: qui toſtus non noceat.

Ind. Occi. l.15.c.7.

Nux avellana

Frequentissima est in sylvis magnis in Namhiu, Alagoa del Zul, & versus Alagoam grandem.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 23. Marcg. H. N. B. l. 3. c. 4 De Lact Americæ l. 15 c. 8.

III. Anda Brasiliensium, arbor est modo procera, modo mediocris, ligno levi, raro & spongioso: *foliis Mamœiræ* instar laciniatis, multo tamen minorib. *flore* magno, concavo, aureo. *Fructum* fert, secundum Marcgr. *cortice* viridi, juglandis instar tectum, qui nucem magnitudine pomi, una extremitate acuminatam, à latere fissam, continet, durâ testa, qua concussa, intus duæ castaneæ continentur dulces & boni saporis. Pisoni gignit *nucem* duplici cortice, exteriore cinericio, ligneo, præduro & perforato putamine vestitam, quo duo juglandes continentur, leporino jecinori non dissimiles, & nuces castaneas sapore referentes. *Lignum* est multi usus. *Cortice* contuso flumina inficiunt & pisces enecant: ustulato profluvium ventris sistunt. *Nux* una & altera cruda alvum satis validè ciet, & quandoque vomitum provocat. Ex duobus vel tribus contusis cum saccaro despumato excoctis, fit addito aniso & cinnamomi momento medicamentum gratissimum, si in electuarii vel tabellarum formam redigatur. Oleum quod ex illis exprimitur lychnis affundunt, eodemque corpus inungunt.

Ovied. H. Am. l. 9. Mon simp. Med. c. 65. Clus. Exot. l. 2. c. 16. Bauh. H. P. l. 1. c. 52. 53. De Lact Ame. l 5. c. 21

IV. Arbor Mistecæ provinciæ fructu avellanæ similis. arbor est pro ratione soli, modo humilis, contorta Rusci instar, modo procera & formosa, *folia* habet filici minori similia, Bauhinus Persici scribit. quorum quædam in duas partes, quædam in tres dividuntur: saporis diluti. Triennalis in horto Sturgardiæ erat, foliaque mense Aprili protrudebat. *Fructus* quos profert *saponarios globulos* vocant. Orbicularis est, gallæ magnitudine; putamine nigro, rugoso & corticoso; cui cortex penè osseus splendens & fuscus substernitur. Intus *fructus* exquisitè sphæricus, osseo *cortice*, illoqi nigro, lævi, & Ebeni instar splendente, tomento quodam flavescente, ab extimo putamine distinctus. *Nucleus* q̃ in globulis pallet, Avellanæ instar oleaginosus, per vetustatẽ rancidus, quem alia cutis spadicea & fungosa cingit. Oviedº Avellanæ aut Cerasi magnitudine facit, corollâ insignitũ: officuloq; semen exiguum & amarũ inesse. In eo quẽ Bauh. Rub. miserat, cortex erat pulposus. *Sphærulas* adeò duras Monardus scribit, ut non nisi malleo aperiri possint. *Pulpa* q̃ continent, sapore nuclei mali Persici adeò amara est, ut nec ab animalib. gustẽtur. *Fructu* integro, cum aqua calida purgantur panni; imòsi frequentius, uruntur. *Pulpa* officulũ ambiens saponis vicem præbet, plurimamq; spumam excitat. Ex *officulis* soli expositis & ita nigerrimis, tornatis & perforatis, precatoriæ sphærulæ fiunt, illis quæ ex Ebeno elegantiores: tum quod læviores, tum quod non adeò fragiles.

De Lact Amer. l. 5. c. 20. ex Xim.

V. Huitzpacotl Guaxacanæ, arbor est humi serpens, cujus *folia* in tria acumina desinunt. Fert *flores* rubros, minutos, & in extremis ramusculorum junctos. Ex his *fructus*, forma & mole avellanis similes, in quibus tres nuclei albi; & quidem penè omnibus anni mensibus. Quinque aut septem dempto vellere sumpti, phlegma & bilem potenter per alvum & vomitum dejiciunt: tam securè ut vel tantillo cibi sumpto, vis medicamenti statim elangueat.

Recchus Thes. R. M. N. H p. 405

VI. De Quauh hochpahuatzli, nihil habeo præter iconem, & quod rami bini & folia bina sibi opposita sint: & fortè aliquam cum avellanis catarcticis affinitatem habeat.

VII. Fructus sunt *viginti* & ultra.

Purch. Na. T. 1. p. 924.

1. *Nux de Gambra* magnis apud illius fluvii accolas æstimiis donantur, favoris ergò à Rege; & pro quingentis, uxor magni ortus, emi potest. Est valdè amara, sed quæ aquæ, si post bibatur, gratum saporem conciliet.

Bauh. H. P. l. 3. c. 39. Clusius ad Garz. l. 1. c. 26. Matth. in Dioscor. l. 1. c. 142.

2. *Mehenbethene* triplex est 1. *Cortusi prima* quæ *Avellana Indica* Caspari Bauhino, *Avellana Indica officulo trifido*, Johanni, *Avellana Indica Mehenbethene Cortusi*, vocatur. *Forma* ovali ferè est, magnitudine mediocris juglandis. In basi triquetrum foramen patet, ex singulis angu-

angulis costam producens. *Putamen* durum, crassum, nonnihil inæquale: ex cinereo flavescit: quo effracto, tres cellulæ, nucleum oblongum, album dulcem continentes, sese conspiciendas præbent. Quas Bauhinus apud Wirtembergensem Principem vidit, triquetrum omnibus foramen. Ex tribus intra cavitatibus duæ minores vacuæ; In majore nucleus involutus, tenui & ruffa tunica, albus, grati & aromatici saporis. 2. *Cortusi altera*, priore est minus longa, sed altera tanto crassior. Tres *costæ* quæ in imo & summo coeunt, communem triangulum supernè comprehendunt, cui area albescens, triquetrumque foramen in medio, reliqua facies corporis rugosa. 3. *Plateri* qui magnitudine & figurâ superiori respondet foramine triangulari villis ex parte tecto. Totus corticosis ac lentis segmentis parvis, putamini tenaciter adhærescentibus vestitur, quæ à centro triangularis foraminis exorti, per universum fructus ambitum, parte oppositâ in scopam & veluti caudam coeunt. Ponderosus est, ac si osseus vel lapideus esset.

Ovied. H. A. l. 14. c. 4. Clus. Hist. Exot. l. 2. c. 16.

3. *Avellana quadrifida Americana* ita dicitur, quod veluti ex quatuor avellanis simul connexis constet, lævibus, spadiceis. Alto operimento tectus fuisse videbatur, inquit Clusius. Nam inter interstitia quibus singulæ nuces ab invicem separatæ, restabant adhuc membranaceæ cujusdam fuscæ cutis partes, quâ tecti fuerant. Constabant porro singulæ istæ avellanæ *putamine* spadicei coloris, firmo quidem sed non valdè denso, in quo *nucleus* continebatur crassus, durus, foris subruffus, internâ parte candicans nec ingrati saporis.

Clus. l. c.

4. *Nux purgatrix Occidentalis*, quæ orbicularis, fusca, cum subflavescentibus venis. Sectus *nucleus* versicolor erat, magnis maculis albis fuscæ substantiæ & satis molli permixtus.

Ibid. c. 19.

5. *Avellana Indica tertium genus Matthioli*, erat crasso *cortice*, supina parte sessili, rugoso, cineraceo, pronâ seu gibbâ subruffo, seu potius spadiceo. *Nucleus* gemellus, externa parte simul cohærens, membranâ tenui & cineraceâ; substantiâ subfuscâ pingui & oleaginosâ, odore jucundo. Nux avellana

Bauh. H. P. l. 3. c. 41. p. 309.

6. *Nux Indica ungue albo*, erat fructus pulcher, unciam & semis longus, unam latus, compressus, niger, splendens, in supernâ parte veluti unguis albus splendens, sonorus est. *Cortice* nigro, mediocriter crasso subest *medulla* alba, cui osficulum immergitur.

Ibid. c. 45. p. 310.

7. *Nux Indica umbilicata Saxoniæ*, quæ ipsi *Cochilio de Guigne* dicitur, Unciam brevior erat, semunciam vix lata, nigra, dura, modicè exterius armata, interius simulata, phaseoli modo, multis lineis excavatis variè sparsis sulcata, quæ tamen omnes in tuberculum parvum, umbilici speciem præ se ferens, coeunt.

Ibid. c. 69.

8. *Nux Indica quinque partita*, quæ minor est juglande, latitudine unciali, colore pullo obsoleto, fuscis maculis conspersо. Desinit in brevissimum acumen, quâ parte quinque partita esse videtur. Parte adversa, pediculi pars adhæret lignea prorsus, firma crassaque. *Fructus* ipse levis & minimè ponderosus. Interiora introspicere Bauhino non licuit, quod terræ à Principe committenda esset.

Ibid. c. 70.

9. *Nucula Indica globosa*, quæ gallæ parvæ magnitudine, cinerei & maculosi coloris, costâ penè tota cinctâ, sonora. Cortex non admodum durus.

Ibid. c. 71.

10. *Nucula Indica pyriformis*, quæ articulo postremo pollicis non major. Exprimit parvum pyrum Moscatellinum. Solida, dura, rugosa, ferè cinerea, lignosa, sonora.

Ibid. c. 89.

11. *Nucula Indica compressa*, quæ inter peregrinos Ducis Wirtemb. fructus inventa est. Erat longitudine unguis, *nuclei* parvi pruno quodammodo similis, sublonga, compressa, costis in uno latere constans, coloris

Nux avellana

penè caſtaneæ, lucida, ſonora. Huic ſimilis *altera*, colore dilutiore & ſplendidiore, & quæ magis compreſſa & latior.

Bauh. H. P. l. 3. c. 68.

12. *Nucula Guineenſis ſulcata* magnitudine eſt & formâ nucis myriſticæ, & concuſſa ſonum edit. Alter finis *ſtyli* ſimile quid habet, ex quatuor parvis prominentiis procedens; Oppoſitus, *Scrobiculum*, unde avulſus videtur pediculus, & unde radii recti producuntur. *Cortice* lævi mediocriter ſubruffo, tectus, quo abraſo ſubeſt albus, durus, qualis in nuce moſchata; huic alius craſſior, ſpadiceus, fungoſus, politus: *nucleum* ambit immediatè *quartus* pelliculæ tenuis inſtar, rugoſus & ſpadiceus. *Nucleus* ipſe candidus, pinguis cum taſtidioſo quodam ſapore dulcis.

Ibid. c. 82.

13. *Nucula Indica ſublonga*, vel potius os alicujus fructus Indici, quæ ex Bauhini obſervatione, unciam erat longa, unciam ſemis lata, rotunda, fuſci coloris, una parte latior, lignoſa, cava. In eo nucleus cortice tenui tectus, fuſcus, intus fiſſus, durus, albus, & ſapore manifeſto deſtitutus.

Ibid. c. 83.

14. *Nucula Indica triangularis caſtanellæ facie*, quæ ex *Cherleri* obſervatione habetur. Erat ſeſſilis, triangula, piſo majore haud major, inter angulos compreſſa, ex uno latere commiſſura nigricante inſignita. *Colore* ſubfuſco, in ruffum quaſi ex ſpadiceo in cinereum vergit. Circulum elegantem nuculæ concolorem parte ſeſſili enatum interſecabat prædicta commiſſura linea.

Ibid. c. 84.

15. *Nucula Indica ovata ferè*, quæ ovata eſſet niſi utrimque acumen obſtaret. *Longitudo* uncialis, latitudo media: *colore* inter fuſcum & pullum medio, maculis dilutioribus punctato. Coſtis quibusdam ut in nuce unguentaria, inſignis. *Nucleus* intus latet albus.

Ibid. c. 61.

16. *Fructus avellanæ compreſſa facie*, duplex eſt. 1. *Dilutè croceus*, quem Cargillus ex Anglia Bauhino transmiſit; unciam longus, ſemunciam latus, modicè compreſſus, longæ avellanæ ſpecie, durus, ſplendidus, & parte qua adhærere videbatur, ſaturatius coloratus. 2. *Maculis longis albeſcentibus tinctus* qui Cherlero debetur. Brevior erat ſuperiore & latior, extremitate partis anguſtioris ſcabra & cinerei coloris; medullâ albâ, tenera, acri.

Ibid. c. 58. p. 314.

17. *Fructus avellanæ oblongæ facie*; Unciam ferè erat longus, flavus, lucidus, compreſſus penè, utrinque tamen ferè in medio elatior. *Cortex* aſperior acicula facilè perforabatur, in eo nucleus qui non deſcribitur. Viſus & apud Caſparem Bauhinum: ſed brevior, compreſſus, & multo differente figurâ, quâ adhæſit parte anguſtior quaſi umbilicus aut oculus. Criſta etiam non ita apparebat.

Ibid. c. 46.

18. *Fructus avellanæ domeſticæ magnitudine ſulcatus*, qui oblongus eſt, turgidus, niger, cætera lævis & politus, præterquam ad latera profundus ſulcus rectus (quem à ſummo ad imum habet exaratum, lineolâ in medio tantillum eminente) ubi nonnihil rugoſus: parte oppoſitâ ſulco reſpondent levia quædam alterius cujusdam ſulci veſtigia impreſſa. Diverſus paulò ab iſto quem inter Exotica ſervabat. Per longum enim foramine pervius erat: ad margines in altero finium apophyſis parva, in medio fiſſa. Inanis, & pulſus reſonabat, ſine dubio aliquando pulpa plenus.

Ibid. c. 78.

19. *Fructus Indicus villoſus*, qui inter fructus Ducis Wirtembergici inventus eſt. Magnitudine erat avellanæ vulgaris: tunicis villoſis, ſubflavis: cortice tenero, unâ parte nigricante. Quale nucleum habuerit, ignoratur: quia carie corruptus erat.

Ibid. c. 47.

20. *Fructus rotundus luteus non ſplendens Stutgardienſis*. Aſper eſt, cum modicè circinata rotunditate, cum umbilico rubente. *Provenit* ex frutice quem appingi curavimus. In inferioribus ramulis folia uno geſſit duodecim, in ſuperioribus tantum unum; altero, uno novem, altero duodecim. In foliis & caule ſpinæ apparere incipiebant.

CA-

Tab XL.

Castanea racemosa.

Castanea silvestris. Wilder Kastanis baum.

Castanea sativa. Kestenbaum. Kastanbaum.

Castanea folio multifido.

Castaneæ equinæ fructus echinato calyce tectus. Ross Kesten.

Bixa Oviedo.

Abovaÿ Brasilianorum.

Daburi.

Caput III.

De Castanea.

Tab. XL.

I. De Castaneæ *arbore* & *fructu* quædam *Veteribus* dicta sunt.

Columella R.R. l.4.c.33. Theophr. H.P. l.3.c.4.6.7. l.5.c.7. l.2.c.8. l.4.c.6.

I. Castanea arbor roboribus proxima, *materie* ampla, quæ pandatur. Germinat ineunte vere. *Floris* vice julum profert quibusdam, quem supra descripsimus. *Fructus* circa Vergiliarum occasum; cui armatum echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus; mirumque vilissima esse; quæ tanta naturæ cura occupaverit. Trini quibusdam partus ex uno calyce, coxtexque lentus, proxima verò corpori membrana, & in his & in nucibus, saporem, ne detrahatur, infestat. Pomum quidam dixere; plærique nucem; quanquam Plinio glandium generi accommodatior. *Nascitur* in Tmolo, Olympio & Mysio, montibus propria, & quæ in planis nasci nequeat, secundum Theophrastum. Laudatissima Tarenti & Neapoli in Campaniâ. Apuliam dedignatur. Quærit solum facile, nec non arenosum, maximeque sabulum humidum, aut carbunculum, vel tophi etiam farinam. Recusat eadem gallicam, rubricam, cretam, omnemque terræ fœcunditatem, quâ seri nuces diximus. In repastinato nux posita celeriter emicat, & post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in palum formata, ferè usque in alteram cæsionem perennat. *Vsus ligni* est & *fructus*. Lignum mirâ soliditate perdurat in agris & tectis, & operibus cæteris intestinis, cujus solum pondus in vitio est. Frangi se prænunciat strepitu, quod in Antandro accidit, & omnes è balneis profugere. *Fructus* elixus Græcis olim pro pane, hocque nutriti pueri. *Moliuntur* inquit Plinius, *& præstant jejunio quandam imaginem panis. Tunicæ* quæ carnem & putamen intercursant, flatulentæ sunt.

Plin. H.N. l.15.c.25. & l.24.c.23.

Col. ibid.

Palla. R.R. l.12. Tit.15. Xenoph. ἀναβάσεως l.5. Plin. H.N. l.15.c.24.

II. Fructus si respicias Plinius *Tarentinæ, Balanitis, Salarianæ, Corellianæ, Meteranæ, Coctivæ* meminit. Nicandri Scholiastes, præter Sardianam λώπιμον, μάλακον, & γυμωλικὸν ponit. Galenus *Leucanæ & Sardianæ*, Hesychius ἀσκήρης mentionem facit. Sic quædam *à Locis*, quædam *ab aliis accidentibus* appellationem habent.

Castanea.

1. *A Locis* sunt 1. *Tarentina* quæ facilis, nec operosa cibo, planâ figurâ, minus Salarianis tractabilis. 2. *Salariana* quam ex castaneis puram & planam Plinius facit. 3. *Corelliana* quæ laudatior, & ex ea facta. 4. *Meterana* cui rubens cortex & major quam Coctivis bonitas. 5. *Sardiana*, de qua nihil occurrit. 6. *Leucena*, de qua etiam nihil habeo quod dicam.

Plin. H.N. l.3.c.3.

II. Ab aliis accidentibus sunt 1. *Balanitis*, rotundior, purgabilis maximè & spontè prosiliens, id est echino suo prompta exui. Galenus figurâ oblongiorem & similem palmulis facit, veriusque talem, quam rotundam dici vel nomen ipsum innuit. edulium suibus potius quàm hominibus idoneum, nisi quispiam ingenti necessitate oppressus, edere illas cogatur. 2. *Coctiva* quam triangulalarem esse, & nigram popularemque ait Plinius, nisi fortè nigrarum peculiaris sit differentia. 3. Μάλακος, echino minus asperiore esse videtur. Virgilius *Molles* dixit mites, quo sensu poma mitia dicuntur. 4. Γυμόλικον, cujus nomen quod quidam in τιμόλικον vertunt sublestum est, melius, fortè γυμνόλεπον diceres. Videtur à Balanite Plinii non abludere. 5. Ἀσκήρη, cujus genus ignoratur.

Galen. l.1. de Cib. boni & mali succi c.4.

Eclogæ 1.

II. *Recentiores* quadruplicem arborem Castaneæ faciunt 1. *Sativam*. 2. *Sylvestrem*. 3. *Humilem racemosam*. 4. *Folio multifido*.

I. Castaneam sativam, alii *Domesticam, Grandem & Vulgatam* vocant. Phæniceas primò *virgas* exerit, quæ successu temporis in magnam, altam & crassam arborem abeunt. *Materie* est robusta, nec putredini obnoxia, quæ lævi, maculoso, subnigro in ramorum extremis & juventa in cinereum vergente *cortice* vestitur. *Folia* ampla, serrata, nonnihil rugosa, trans-

Bauh. H.P. l.7.c.5. Matthiol. ad Diosco. l.1.c.122. Gesner. in Horto Ge. Dod. Pem. 6.l.3.c.12. Stapel. ad Theoph. p. 172. 173. & seq.

Castanea.

transversis multis venis in dorso eminentibus notata. *Fructus* post nucamenta insignis longitudinis, luteolis apicibus constantia, fert calyces echinatos pungentes, intus setici villosi instar tactu molles. In his binæ vel ternę nuces, unica alias. compressæ, unâ parte in ventrem extuberantes, cordis quasi formâ; quibus *cortex* lentus, lævis, spadiceus, exterius; internæ canæ lanuginis & cui tenuior cortex, ruffus, crispus, & fructui se insinuans subest, nucleum album callosum, solidum ac durum continens. Scaliger quasdam alterâ parte qua sessiles sunt, adeò planas se metitum scribit, ut nihil ad rectissimam lineam deesse videretur. Ab Aquilonio cœlo abhorrent: ideo in Germania quæ frigidiorem axem respicit raræ. In Italia & Gallia inprimis apud Delphinates, Petrocorios, Arvernos, Lugdunenses frequentissimas vidimus. Apud Cenomanos familiaris sunt cibus plebeis. Ideo septimo nonnisi die vel solummodo solemnibus festis pane vescuntur. Non respuunt tamen Palatinatum & Helvetiam, Alsatiâ & vicinos Weissenburgo pagos. Alternis ferè annis funduntur. Angliæ olim familiares vel exinde colligas, quod in Cantio circa Gravesendam prima domorum & horreorum materies castanea: quæ nunc viginti ab inde milliaribus frustra quęritur. *Vsum &* in Medicina habet. Fit ex farina cum melle electuarium adversus sputum sanguinis & tussim. Cum sale & melle subacta rabidorum canum morsibus imponuntur. Cum hordeacea pollenta & aceto illitæ, fientem mammarum duritiem impediunt. Emulsio cum decocto glycyrrhizæ extracta, cum seminis papaveris pauxillo, ardorem urinæ teste Cratone vehementer restinguit. *Interior membrana* rubens quâ pulpa vestitur ex vino austero pota, duarum drachmarum pondere, valentes immodicos alvi & sanguinis fluores sistit; cum pari ramentorum Eboris pondere ex aqua Nymphææ menses supprimit. cum farina subacta, potest pessi formâ indi. *Alios usus* si spectes, lignum ædificiis & utensilibus aptum est. Carbones quia citò extinguuntur, à fabris ferrariis expetuntur. *Differentia* in fructu quærenda. Sunt *Majores*, quas *Maronas* incognito nominis ortu vocant, inter divitum lautitias: sunt & *Mediocres*, quæ & *Populares*, plebejo palato dicatæ. Sinenses in urbe Xuntung provinciæ Suchuen, ore aliquantulum contentæ, saccari instar liquescunt.

Brujer. de re Cibaria.

Trag. H.P.

Hartlieb in Legat. p. 25

Martin. in Atlant. Sin.

II. De Castanea sylvestri nihil ferè occurrit, nisi in sylvis obvenire, & fructus plærumque ferre, qui vix ungues digitorum, rarò pollicis æquant, calio solutiore ideoque minus gustui gratæ. In aqua decoctæ jejunia pauperum saturant. In Florida & Virginia magna eorum copia: sed Gallicis magis sylvestres.

III. Castanea humilis racemosa, à Johanne Choul circa Pilati montem inventa est. Matura nucis Avellanæ est magnitudine, echinato calyculo, corio, membranaque tegitur. Sola nunquam suo calyculo includitur. Multæ simul racematim cohærent.

Choul in Hist. montis Pilati.

Bauh. H.P. l. 7. c. 6.

IV. Castanea folio multifido, arbor est magnitudine Mori & patula. *Folia* palmata, ex segmentis plærumq; septem pinnæ marinæ similib⁹ composita. *Fructus* globosior, & cujus pulpa cortici nulla intercedente lanugine subjacet. *Echino*, qui extra ruffus, intra albus, in tres partes dehiscente, nux ipsius, lateri infimâ parte inhærens, in apricum venit. Clusius amissis autumno foliis, amentaceum quiddam extremis ramis & turgidum quasi parturiret, protrudere scribit; in quo, quia pingui & lento conspergitur, culices hærent: quodque tota hyeme perdurat, donec ineunte vere, præmaturè admodum gemmæ in folia se explicent. Veteribus ignotum Clusius & Matthiolus censent. Mixtæ ex Castanea & Fago naturæ Lobelius facit. Castanea ipsa equina dicitur, quod anhelosis equis prosit.

Bauh. H.P. l. 7. c. 8. p. 118.

Clus. H.P. l. 1. c. 5. Matthiol. in Dioscor. l. c.

Cæ-

Cæsalpinus *Myrobolanum folio heliotropii Plinii* facit, sed perperam. Clusius primò Constantinopolim, hinc Viennam delatam scribit. ubi intra duodecimum annum, in humanæ coxæ crassitudinem, duorumque orgyiarum altitudinem adolevit; frigoris patientissima, umbræque & aquæ ut Platanus amica. Zvingerus inter Patavium & Veronam observavit. Bauhinus Florentiæ in Horto Ducis. De usu superius diximus.

EXOTICA.

Vid. TAB. XL. XLI.

Ex Exoticis huc referuntur 1. *Arbor Mexicana, fructu castaneæ coccifero, cum Bixa Oviedi, & fructu Daburi.* 2. *Ahovay Brasilianorum.* 3. *Achiotl Novæ Hispaniæ.* 4. *Arbor fructu cholagogo Nicaraguæ.* 5. *Pinahuiz-xihuitl seu Cocochiatl Novæ Hispaniæ.* 6. *Ibacurupari Brasilianorum.* 7. *Ibiraba eorundem.* 8. *Xiloxochitl Quauhcocolanensium.* 9. *Trizin Terentii.* 10. *Arbor Leucomifera Monardis.* 11. *Arbor Gorifera Leonis.* 12. *Fructus exotici aliquot.*

Scal. Exot. Exerc. 60. Bauh. H. P. l. 7. c. 16.

I. Arbor Mexicana fructu castaneæ coccifera, Scaligero *Arbor finium regundorum dicitur.* Parva est, frequentibus virgulis, veluti Punica. *Folium* pruni. *Fructus* qualis castaneæ cum erinaceo. Intus *coccus* ruber, quo utuntur ad tincturas & picturas, quibus agrorum facies finesque prædiorum servant. Hinc nomen à Scaligero. Putatur esse *Bixa Oviedi* Bauhino & Clusio, hujus arboris fructus. Folliculus ille in partes binas dehiscens, cujus spinulæ attritæ; & in cujus internæ partis medio aliquantulum cavo, utraq; pars quindecem aut sedecem grana saturè rubra, exigui pyri, formam referentia, brevissimo tenuissimoque petiolo suspensa habebat: nullis aureis micis aspersa, nisi extima parte, quæ splendens & veluti aurea, minimâ nigra maculâ, tanquam puncto erat insignita. Saliva aspersa, eleganti minii colore inficiebant. Fruticem in humanam altitudinem assurgere scribit, & folia xyli foliis habere similia. An huic respondeat *Daburi* fructus, collatio dabit. Folliculus erat membranaceus, spadiceo ad fuscum tendentis coloris extus, molliter toto corpore spinosus, & bivalvis. Quatuor intus veluti loculamenta, membranaque tenella, in qua, exiguarum pyriformium, pusillis petiolis inhærentium baccarum, coloris miniati, quibus aureæ quasi micæ in umbilico inprimis interspersæ, uvula. Nec abludunt *Viciæ Africanæ*, de ramulo suo dependentes siliquæ; rubrorum granorum, quibus Brasiliani corpora sua inficiunt, domicilia; quas Petrus Garetus miserat. Castan. Clus. Hist. Ex. l. 3. c. 19

Bauh. Phytopin. l. 11. f. 4. p. 419. Clus. Exot. l. 3. c. 10.

II. Ahovay Brasilianorum, aliis *Aovay* & *Haouvay*, arbor est pyri altitudine, *cortice* albicante, *folio* mali nostratis, tres pollices longo, duos lato, æterni viroris. *Fructum* fert molemodicæ castaneæ ad Græcorum ἀ quam proximè accedentem, coloris ravi, superficie inæquali, duobus cornibus compressioribus, inter quæ rima ad intima penetrans. A summo apice in quo foramen, quatuor ducuntur sulci, qui fructum in totidem quadrantes secant. *Putamen* durissimum & tinnulum: *nucleus* maximè venenatus. *Lignum* amputatum, teterrimum & qui vix ferri potest, odorem spirat. Alii allium, quidam stercus humanum redolere scribunt. Ideò ejus nec in focis exstruendis usus. *Fructu* barbari nucleo exempto tintinabulorum vice utuntur & brachiis cruribusque ornatus gratia circumdant. De Laet Ind. Occi. l. 15. c. 9. Bauh. H. P. l. 3. c. 142.

III. Achiotl Novæ Hispaniæ à Mechuacensibus *Chacongariqua*, & interdum *Pamacua* nuncupatur. Arbor est omni prorsus formâ mali Medicæ similis, *ligno* aculeato, cortice trunci extra fulvo, intus viridi; fundit liquorem. *foliis* ulmeis, perpetui viroris; *floribus* stellatis, ex albo rubescentibus. *Fructus* vere nascitur erinaceis similis, amygdalarum viridium formâ & magnitudine, quatuor modicis distinctus angulis, per longitudinem discurrentibus. *Grana* intus uvarum acinis similia, admodum De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 3. Nieremb. Hist. Exot. l. 15. c. 42.

Castanea.

modum rubescentia, ordine tertio frigida. Dehiscit maturus ostenditque cavitates. Provenit in plagis calidis. Materies igni velut è silice excitando utilis est. E cortice firmiores cannabinis funes texuntur. Semen in medicina refrigerio servit, urinam evocat, & sitim sedat. Paratur ex eo pigmentum, difficulter delebile; nunquam, si urinæ permisceatur. Non multum à Bixa & huic similibus abludit.

Monard. Hist. Simp. c. 46.

IV. Arbor fructu Chalagogo Nicaraguæ, vasta est & castaneæ similis. *Fructum* fert calyce lævi, castaneis non multum absimilem, sed sine cortice, quadratum fere, in duas partes divisum, medium intercursante, & totum dividente pelliculâ. *Provenit* in Nicaragua. *Fructus* comeditur viridis, vel contusus & vino exceptus. Calidus est in primo gradu. In pulverem redactus, & cum jusculo galli vel vino sumptus, purgat: minus, si torretur. Nisi pelliculam internam & externam abjicias, valida symptomata excitat.

De Laet Ind. Occid. l. 9. c. 4. Ximen. H. N. l. 3. c. 17.

V. Pinahuitzxihuitl seu *Cocochiatl.* Novæ Hispaniæ frutex est, quatuor palmos ut plurimum altus, *radice* sarmentis fœta: caudicibus tenuibus & spinosis; *foliis* in sex partes divisis, & inter se in modum fasciculi conjunctis; *Flores* & *Fructus* ad modum castanearum; primo virides, post rossos, racematim pendulos profert. *Folia* vel minimo contactu aut afflatu humano, contrahunt se & marcescunt.

Marcgrav. H. N. B. l. 3. c. 11.

VI. Ibacurupari Brasilienſium, duplex genus est. *Primi* arbor *folia* in frondes congesta, pedem longa, linguæ figurâ habet; *Flos* ab authore non exprimitur. *Fructus* qui magnitudine malo aurantio respondet, parvo peponi aut cucurbitæ formâ similis est. Rotundus enim, compressus, & tot striis secundum longitudinem insignitus, quot castaneas intus continet: quatuor nempe, sex, septem. Cortex exterior viridis, interius in tot loculamenta dividitur. Cuilibet castaneæ cortex fragilis, color flavescens & splendidus: nucleus albissimus. *Alterum* prope sinum Aquapetiba invenitur. Cortice est gryseo: *foliis* membranaceis, duris, solidis, longis. *Fructus* maturus flavus, rotundus, pomi magnitudine, cortice facile separabili si incidatur, nec crassiore quam in aurantio. sub hoc duæ vel tres castaneæ ovales, magnæ, uno latere plano: quas caro albicans, acris & subamari saporis, edulis insuper, ambit. Castanea non venit in cibum. Arbor incisa lac croceum de se fundit.

VII. Ibariba Brasilienſium duplex Ibid. c. 13.
1. *Alba*, quæ figura est pyri, *cortice* fusco, *ramis* inordinatè positis. *Folia* solida, saturatè virentia, pyri similia. *Flos* quinquefolius, pallidè flavus, odore rosam superans, citò deciduus: in cujus medio, corpus semilunare castaneæ magnitudine, flavum & cochleæ instar convolutum. Fert *fructum* castaneæ magnitudine, poculi cum suo operculo instar, cujus circumferentia sexangulares exterius eminentias habet. Viridis is primò, mox fuscus. Castanea intus unica, avellanæ magnitudine. Maturè operculum dissilit, castanea excidit, poculum in arbore suspensum manet. Nascitur passim. Ex fructu fit atramentum. 2. *Nigra* Lusitanis *Preta* dicta, non describitur.

VIII. Xiloxochitl Quauhcocolanenſium, ob folia hic locum dedimus. Hæc enim ut in castanea equina sunt composita quina, quorum summum majusculum, media minora, reliqua minima, ut duplo, inquit Columna, parva à majoribus superentur, ut in plantis, quibus comparata sunt, observatur. Huic latiora, & in summo magis lata, nervulis obliquis & circa foliorum oras conjunctis. Majus & medium folium longum est, pollices sex, latum quatuor. *Flores* pilosi in summo lutescentes, reliquum coccineum: basi includuntur quinquefoliata calycis vice, ex viridi coccinea in imo & lateribus. Protruduntur ante exortum folium: suntque aliquando candicantes. Reperitur in calidis Quauh-

Recchus R. Med. N. H. l. 3. c. 35. Columna ad Recchum p. 362.

coco-

Tab XLI.

Xiloxochitl.

Archioll. Nova Hiſpaniæ.

Quauhtlalatzin Nicaraguæ

Caſtaneæ Peruanæ frutus.

Tritzin Terentii

Gor fructus Caſtaneæ ſimilis

Amigdalꝰ Wilder

ſilveſtris. Mandelbaum.

Amygdalus ſativa. Mandelbaum Mandel Kern.

fructus

Fructus pere Caſtaneæ medi

grinus alter oris ſpecie.

cocolanii. *Radicis* cortex, qui salivosus & nullius ferè saporis, ulceribus gingivarum opitulatur: urinam ex aqua absumtus educit: renes & vesicam à sanie & aliis excrementis repurgat: imprimis si pulvis Xoxocoyoltx in peni immittatur.

Terent. ad Thes. Recci p. 436. *IX. Tzitzin Terentii*, apud Terentium qui Recci icones explicavit, videtur arboris ramus. *Folia* bina Castaneæ similia, saturari valdè coloris, duos digitos transversos lata, longa quatuor.

Monar. H. Simp. c. 41. *X. Arbor Leucomifera Monardis*, arbor est vasta, materie firma, foliis arbuti. *Fructus* Castaneæ nostrati, colore, magnitudine, sessili & albicante parte similis, & prægnans. Grati saporis esse dicunt, & alvi profluvia sistere. *Leucoma* ipsi nomen.

Leo Afric. Africæ l. 1. Scal. Exer. 181. s. 20. *XI. Arbor Gorifera*, mirandæ proceritatis, secundum Leonem Africanum, procul à mari in continente proveniens: inprimis ad fluvium Nigir. Fert fructum Castaneæ similem, sed amarum.

Ind. Orien. p. 3. c. 39. *X. Fructus Exotici* qui huc spectant, sunt sequentes, 1. *Fructus ex insula Baly*, pyri magnitudine, castaneæ formâ, cortice tenui, minus aculeato, albicans, jucundi saporis. 2.

Clus. H. P. l. 1. c. 5. *Fructus Peruanus*, Bauhino *Castanea Peruana*, qui sphęricâ esset figurâ, nisi per latera depressiora staret. *Cortex* est crassus, fungosus, fragilis, ex fusco flavescens, cui innumeræ tenues & putamini inhærentes spinæ subsunt. *Putamen* fuscum est, lentum, fractu contumax, interius læve & splendidum; in quo amygdalæ magnitudine & colore æmulis, leporini renis formâ, albis & dulcis

Bauh. H. P. l. 7. c. 7. nucleus. 3. *Castanella peregrina*, quæ Castaneæ esset similis, nisi eâ parte quâ illa sensilis est, hæc efferretur in gibbum. *Cortex* est spadiceus plusculis striis inæqualis. supernâ parte linea coronalis est: à sum̃o ad imum mucronem linea latiuscula cinerea, striarum eminentiis asperata protenditur. Pulpa ex albo in fuscum inclinat, oleaginosa & pinguis, amara & ingrati saporis. 4. *Fructus peregrinus castaneæ specie*, qui pro Castanea primo obtutu fallere posset: co-

Ibid. c. 11.

lor tamen paulò dilutior ad flavum inclinat. Cortex extimus tenuis fragilisque, cui fungosa substantia substernitur. Cavitas subest vacua; ideò insigniter levis est. 5. Claudat agmen *Nucula quadam* falsò *Higuero & Ahovay* putata. Phaseoli est vulgaris magnitudine, nihilque aliud quam putamen levissimum, nitidissimum, coloris spadicei obscurioris; intrinsecus striatum, ruffum. Gibbus foramine exiguo pertusus est: sima pars tota patet, ut lembum mentiatur. Collisu mutuo tinnulum sonum edunt. Clusius *Ahovay* vocat, Lugdunensis *Higuero*.

Castanea.

Bauh. H. P. l. 3. c. 143.

Ad Garziæ l. 2. c. 11.

Titulus II.

De Arboribus Nuciferis Classis Secundæ.

Caput I.

De Amygdalo.

Tab. XLI.

Arbores Nuciferæ Classis secundæ sunt *Amygdalus & Styrax*.

I. *Veteres* & Arborum & Fructus differentias exhibent.

I. Amygdalus arbor est ex μονοῤῥίζοις una. *Radix* ἐκ τοῦ μέσου μεγίστη καὶ τῆς βάθος. *Folia* Theophrasto propter fructus copiam, minus cernuntur; Plin. sunt rubentia. *Flores* foliati, aliquando ἐπέρυθροι, quos prima omnium hyeme Aquilâ exoriente concipiunt, mense Januario, & sola inter arbores ante foliorum exortum fundit, Plinio & Theophrasto: austrino cœlo aut nubilo amittit. *Fructus* ex annotinis, & Martio maturatur. Tenuiore est sed simili juglandium summo operimento, item secũdo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, & acriore in amaris callo. viridis ὑδατώδης est; siccescens λῖπος λαμβάνει. Fundit & *lachrymam*, quæ αὐτομάτως ἐπιπήγνυται. De cætero; nec breviter vivit, nec cito senescit, q̃vis inter πολυκαρποῦντα numeretur. *Prodit* sub cœlo calido, præcipuè in Tasso, Naxo, Cypro, Paphlagonia, & aliis insulis. In Italia Catonis ævo non fuit. Duro, sicco & calculoso agro gaudet, & quia maturè florere sueta, ad meridiem obvertenda est. De *Vsu* nota, pro pastione apum esse probatissimam.

Theop. H. P. l. 1. c. 9. Theop. C. P. l. 5. c. 4. Plin. H. N. l. 16. c. 26.

Ibid. c. 25. Theop. H. P. l. 7. c. 12.

Theop. C. P. l. 6. c. 8.

Ib. l. 2. c. 16.

Palla. R. R. mense Jan. Tit. 15.

Amygdalus. Colum. R. R. l. 9. c. 4. Id. l. 12. c. 56 Dioſco. M. M. l. 1. c. 176

Sumitur fructus & ad jus ſinapios conficiendum ad convivia, cum nucleis pineis quàm recentiſſimis. *Gummi* arboris ſpiſſandi viribus pollet: cruentis excreationibus opitulatur. Summæ cutis impetigines ex aceto illitum rapit: & vetuſtæ tuſſi ex diluto vino medetur.

II. Fructus ſeu *Amygdale*, Theophraſto aliæ *Dulces*, aliæ *Amaræ*.

1. *Amygdalæ dulces* vel ſunt *Molles* vel *Duræ*. Illarum meminit Athen. l. 2. Phrynicus, dum ſe molares ſibi dentes rupiſſe queritur, ut ne Naxiam quidem amygdalam frangere poſſit. Præcipuæ erant *Naxiæ* & Athenæus Ἀλφίους vocat. Hæ ſunt *Cypriæ*, diverſa ab iis quæ aliunde afferuntur figurâ. Ibid. Sunt enim oblongæ, & ἐξ τὸ ἄκρον ἐπικαμπεῖς, in ſummo reflexæ. Plinius *falcatas* vocat. Ex Hermippi ſententia ex Paphlagonia primitus venêre. Plinius *Thaſias & Albenſes* celebrat. Ex Cypriis ſunt quas Apuli *Amendolagine* vocant. Quatuor hæ digitorum longitudine, & interviles habentur, quod earum arbor paucas producat, nec continuò fœtificet: quin nec exportari quidem poſſunt, ſed ſecundis menſis apponuntur.

Porta Villæ l. 4 c. 34.

2. De *Amararum* natura nihil occurrit, niſi hoc fortè, ſaporem ipſarũ arte poſſe corrigi. Alii paxillo deciſo humorem influentem abſtergunt, idque biennio vel triennio faciunt. Nonnulli circa radices apertas urinam & ſuillum ſtercus diffundunt. Quidam circumfuſo ſtipite quatuor digitis à radice cavernulam, per quam noxius humor deſudet, imprimunt. *Radix* arboris decocta faciem corrigit. *Nuces* ſomnum faciunt, & aviditatem. Urinam & menſes cient. Capitis dolori illinuntur maximeque in febri: ſi ab ebrietate, ex aceto & roſaceo & aquę ſextario; & ſanguinem ſiſtunt. Ebrietatem arcere, Medicus quidam tempore Druſi Tiberii Cæſaris F. comprobaſſe dicitur. Nulla illi præmanſis, à nimio potu noxa.

Plutarch. Sympoſ. l. 1. q. 6.

II. *Recentioribus* alia eſt *Sativa* alia *Sylveſtris*.

I. Amygdalus Sativa arbor eſt, μεγάφιζα. *Radix* altè demiſſa citò germinat. *Folium* Perſicæ ſimillimum, crenatum, obſcurè amarum, magis lentum. *Flos* qui folia præit, par, niſi majore candore albeſceret, viſi Patavii pomorum adeò ſimiles, ut imponerent. *Fructui* pulvinatus callus, acidulus dum tener eſt: intus *nucleus* omnibus notus. Provenit in calidioribus; uberiorisque eſt in inſulis proventus, quæ pluviis intempeſtivis non infeſtantur. Monſpelii Januario & Februario floret: Patavii & Lugduni Februario & Martio: Genevæ Aprilis principio. In Anglia nullo ſunt fructuum proventu, qui memorabilis eſſet. Laudatiſſimi in Germania circa Spiram & Lindaviam fructus. Geneva rugoſiorem profert. *Genera à fructu* ſumuntur. Sunt enim Amygdala 1. Quoad *quantitatem* vel *Maxima* duas aliquando uncias longa, unciam lata, compreſſa: In quibus extrinſecus ſtriata teſta apparet, criſta per ambitum eminente & acuata: vel *Mediocria*, lævi ore putamine, criſta minore & obtuſiore, minus frequentibus punctis notata, ſed ventrioſiora: cujus generis geminam habuit Bauhinus, tam fabrè vinctam, ut nates puelli repræſentaret: vel *Minima*, ferè ad cylindri rotunditatem accedentia, triplo longiora quam lata, quæque pulchellum ſui generis nucleum continent. Talia adhuc putaminibus ſuis incluſa ex Aſia cum Gallis Aſiaticis adferri, teſtatur Cordus. 2. Quoad *Subſtantiam* ſunt *Lanuginoſa*, qualia ſunt vulgaria. *Lanugine carentia* qualium meminit Cæſalpinus: quæque cibi gratia (priusquam os indurueric, palato gratus eſt & ſubacidus) ſuper prunum inſeritur. *Cortice* alia *duro*: alia *tam tenero* ut facilè digitis atteri poſſit: qualia Argentinæ ex amygdala Genuâ delata Caſparus Bauhinus vidit. Putamen nullis foraminulis punctatur: ſulcatum quodammodo potius

Bauh. H. P. l. 1. c. 7. Matthioſ. ad Dioſco. l. 1. c. 139. Geſner. in Horto. Tab. H. P. l. 3. c. 48. Dodon. H. P. Pempt. 6. l. 3. c. 8. Stapel. ad Theoph. l. 3. p. 202.

Camerar. Epit. p. 169. Porta Villæ l. 5. c. 34.

H. P. l. 2. c. 7. p. 177.

H. P.

potius est, & cui extrinsecus venulæ albæ ex carne separata adhærent. Nucleos habet succulentos. Sunt quæ duplici constant nucleo. 3. Quoad *figuram*, dantur *rotunda*, ut apud Gesnerum videre est. 4. Quoad *saporem*, sunt *Dulcia & Amara*. Monachi ex illis *Ambrosina* dicta quæ Apulejenses commendant. Habentur & Venetiis autumno delicata, prope indicibili in Castaneam tostam, & panis purissimi benè cocti qualitate inclinantia, odore ante esum ferè nullo, inter edendum jucundo. Ex istis laudantur succulenta, integra, recentia. Ex utrisque flavissima, plena, nec erosa, levia, dura & sicca. *Usum* in *Cibis* & *Medicina* invenere. In *Cibis*. Apponuntur enim *Dulces* & crudæ & tostæ pipere aspersæ in bellariis. Paratur ex iisdem cremor, sed qui facilè accescit, si in loco calido deponatur: sed & jusculæ, cum sacchato, aqua rosacea, & passulis minoribus. Ægrotantibus nutricibus, Amygdalino lacte cum aqua Carduibenedicti extracto, infantes sustentari possunt. Lacuna difficulter à ventriculo coqui describit, & vapores ad caput mittere. Ex iisdem Martii panes conficiuntur. Caseus ex lacte fiet, si ovis temperatum, salitum, decoctum, igne densatum, ſ setaceo injiciatur. Defluet liquidius, & saccaratum convivis apponi poterit. Incoquitur oryza vel far. In *Medicina*. Nam *gummi*, quod ad pannos sericeos oblinendos adhibetur, si non adstringit, glutinat tamen, viscido liquamine in humore aliquo dissolutum. Amygdalæ ipsæ *virides*, cum cortice, si Amato credimus, ventriculi humiditatem corrigunt. Dulces ad roborandam venerem, quia benè nutriunt, aptæ. Lac in quo chalybs extinctus proruentem alvum adstringit. *Eclegma* quod exinde paratur, hecticis & consumptis prodest. Pro iisdem *panis* conficitur ex excorticat. unc. ij. pinear. unc. ij. passular. enucleat. &, decortic. pulpæ dactylor. ana unc. ss. gummi arab. & tragacant. ana drachm. ij. Amyli unc. ij. Pulpæ capi elixi unc. iv. contusis & saccaro aspersis. *Oleum* expressum & recens laudatur in constipata alvo, doloribus calculi & renum, tussi sicca, pulmonum infarctu, & aliis. Adhibetur ali. quando loco butyri. Ex *amaris* quod fit, auribus est convenientissimum. Ipsa cum vino dulci sumpta urinam provocant. Magma expressionis gallinas & vulpeculas interficit. Sed & felis, octo devoratis vel haustis intra horam moritur. Amygdalus.

Gesner. de lacte & lacticiniis.

II. Amygdalus sylvestris, circa Tripolim in sepibus copiosè provenit. Fructus pauperum esca. Rhauvolf in itinerar.

EXOTICA.

Referri ex arboribus & Fructibus Exoticis ad Amygdalum possunt Arbores, 1. *Totockifera Orellanensium* 2. *Tzopilotl Ximenis*. 3. *Ajubatipita Brasilianorum*. 4. *Tlepatli Ocpayocanorum*. 5. *Cacava quahuitl, seu arbor Cacavifera Mexicanorum*. 6. *Quauhzapatlatli eorundem*. 7. *Amygdalus Granatensis*. 8. *Ahuaca quahitl*. 9. *Fructus Exotici aliquot*. Vid. Tab. XLII.

I. Totockifera Orellanensium ab indigenis *Ademonie Totocki* vocatur. Procera est & ramosa: *foliis* grandibus, ulmi æmulis, obscurè virentibus: *floribus* nullis, quia loco eorum certas gemmas colore à foliis non abeuntes, fundit. *Fructus* est capitis humani interdum mole; cortice ligneo, tuberoso, duro crasso & penè nigro. Sex velut intus distinctæ septis regiones: in quarum singulis octo imò duodecim arctissimè junctæ rugosæ nuces; quibus varia forma, triangularis tamen plærumque, tres futuræ, color ruſus, cinereus aliquando & niger; *nucleus* oblongus rubra membrana tectus, candidissimus, solidus, nonnihil oleosus, & venerem excitans. Totocke incolis. Interioris nuclei meminit Clusius. Difficulter decutitur: & decidens caput silicis instar comminuit. De Lact Ind. Occid. l. 17. c. 44.

Amygdalus. De Laet Ind. Occid. l.7.c.10.

II. Tzopilotl Ximenis, dicitur quoque *Tzopilotzontecomatl*, arbor est grandis, *foliis* longis & anguſtis; *fructu* longo & grandiuſculo, *oſſicula* quædam amara muſcum redolentia, amygdalorum amarorum ſapore, quem putridum poſt ſe relinquunt, pectori ſalubria, continente. Trahitur ex illis *liquor* quidam oleoſus & emolliens, quique amygdalarum amararum facultates obtinere videtur.

Ibid.

III. Ajubatipita Braſilienſium, arbuſcula eſt quinque aut ſex palmos alta, fructu Amygdalis ſimili, ſed nigro: ex quo oleum ejusdem coloris exprimitur. Eo artus infirmorum inungere Barbaris ſuetum.

Recc. Theſauri Rer. M. N. H. l.4.c.2.

IV. Tlepatli Ocpayacanorum, ſeu *frutex igneus, radici* magnæ inſiſtit. Caules ſunt fœniculacei, ſarmentoſi, medulla pleni: *folia* amygdalina: *flores* candentes calyculorum ſcabrorum formâ, in capitula congeſti. *Provenit* in calidis Ocpoyacani, ad aquarum alveos. *Radix* guſtatu amaritudinem præfert, ſed quæ in acrem dulcedinem finitur: decoctum epotum dolores quosvis etiam Gallicos tollit, flatus diſſipat, & thoracis affectibus vehementer opitulatur. *Folia* medentur gangrænis, ſuccus conceptionem juvat.

Nieremb. Hiſt Exot. l.15.c.22. Recchus Theſ R.M. l.3.c.46. Ind-Occid. p. 9. l. 4. c. 22. Ximen. H N l.5. De Laet Ind.Occid. l.6.c.2. Cluſ Exot. l.4 c.28. Scal. Exer. Bauh. H.P. l.3. c.25. Benzo Ind. Occid. l.2. c.16.

V. Cacava quahuitl, ſeu *Arborem Cacaviferam Mexicanorum*, Guilandinus, *Avellanam Mexicanam*, *cujus fructum indigenæ Cacao* appellant, quæque palmarum naturam obtinet, vocat. Arbor eſt amplitudine & foliis mali Medicæ (Caſtaneæ Scaliger ex Herrera & Benzone dicit) ſed majoribus, fructu Amygdali ſpecie, ſed minore & compactiore, oblongo peponi ſimili, rubicundo & ſtriato. Benzo ſiliquis quibusdam velut cucurbitis includi, craſſitudine & latitudine cucumeris ſcribit, & annuo ſpacio matureſcere. Incolæ *Cacava centli* & *Cacavate* vocant. Cluſio membranâ tegitur tenui, nigrâ, nucleo, qui in binas aut ternas partes dividitur, ſubfuſco, & cinereis venis diſtincto, adſtringentis & ingrati ſaporis. Maturus excuſſus folliculis ſuper ſtoreis ad ſolem exponitur, donec ſudorem exſudaverit. Nonniſi ſolido, uliginoſo & opaco loco vivit arbor, à ſole tacta tabeſcit. Ideò in ſylvis ſeritur, juxtaque eam alia *Altyna* dicta, qua à ferventibus ſolis radiis defendatur. *Fructu* olim nummorum loco utebantur: eundemque pauperibus in Eleemoſynam erogant. Quatuor nucibus cum gummi *Olle* ſeu *Vlle* hauſtis, ſanguinolentæ dejectiones ad miraculum ſiſtuntur: ſed torreri primò neceſſe eſt. Adeò enim ſunt pingues, ut oleum ex illis exprimi poſſit. Hepati æſtuanti opitulantur, quia refrigerant. Et hic eſt ille decantatus fructus, ex quo aliquot potionis genera conficiuntur, quæ apud Recc. & Nierembergium vide. Benzo *Chocolaten* inter reliqua nominat. Quatuor ejus reperiuntur genera. 1. *Cacahuaquahuitl* quæ omnium maxima & copioſos fert fructus. 2. *Cacahuaquahuitl* quæ mediocris magnitudinis, frondibus & fructibus longè minoribus. 3. *Xuhicacahuaquahuitl* quæ adhuc minor, & cujus fructus exteriore parte rubet. 4. *Talcacahuaquahuitl* quæ humilis, fert fructum minimum, ſed colore à cæteris non differentem.

Recc. de Lact, Nieremb. Ximen. l.c.

VI. Quauhzapatlatli eorundem, ad Cacaviferam referri poteſt. Major tamen eſt arbor, *radice* & *caudice* flavicantibus, & *foliis* majoribus, parte ſuperna virentibus, inferna candicantibus: *floribus* quinquepartitis, colore dilutè carneo roleo. *Fructus* qui durior, rotundior, obſcurè flavicans, & maculoſus eſt, amygdalorum loco ſumi poteſt: & prius toſtus ad tragemata utilis eſt, ad potiones plane ineptus.

Columna ad Recc. p.369.

VII. De Amygdalo Granatenſi hoc duntaxat tradere poſſum, tereti eſſe trunco, pinus inſtar, & genus quoddam amygdalorum proferre, renorum ovillorum effigie, oblongum, ſapore ſuavi & Hiſpanienſibus æmulo. Fructus effigiem curavimus apponi.

De Laet Ind. Occid. l.9.c.4.

VIII. Ahuaca quauhitl ſeu *Arbor Querciformis butyraceo fructu*, eſt procera,

cera, mali Medicæ *foliis* sed virentioribus & asperioribus: *flore* parvo, ex albo flavescente; *fructi* ficus præcocis forma & magnitudine, extra nigro, intus virescente; cui *nuclei* è candido in rubrum vergentes, duri, solidi, in duas partes velut amygdala fissi, amygdalar. amarar. sapore. Calidis locis lætior provenit. *Folia* sunt odorata & lotionibus adhibentur. *Fructus* butyrum pinguedine æmulatur, & instar viridium nucum sapit, veneremque majorem in modum excitat. *Nuclei* amygdalorum amarorum sunt sapore; funduntque pressi oleum amygdalino simile; quod impetigini, stigmatis, & dysentericis confert, findiq; capillos prohibet. Recchus R. M. H. N. l. 3. c. 59.

IX. Fructus Exotici sunt sequentes.

1. *Fructus Peruanus*, qui duplex. *Primum* vocant *Almendras del Peru*, seu Amygdalas Peruanas. Cortex ei erat triangularis, dorso lato, in bina latera angulosa desinente, valdè rugoso: supinâ etiam parte rugosa, angusta, & cunei formi. Nucleus amygdalæ nucleo non erat dissimilis. *Alter* dictus est *Pepitas del Peru*, seu Acini Peruani. Planus erat & rotundus, glaber & lævis, totus fusci, interdum spadicei coloris. linea candicans, qua parte suo fructui adhæserat, varium fecit. Clus. Exot. l. 2, c. 18. Ibid. c. 20.

2. *Fructus Guianensis* seu *Amygdala Guianensis* Clusii. Valdè crasso & duro *putamine* erat, triangulę quodammodo figuræ, tuberculis universim perspersus, coloris ex rubescente spadicei. *Nucleus* ejusdem cum nuce figuræ, membranâ russâ, candidissimus, instar amygdalæ, cujus etiam saporem habebat. Ibid. c. 30.

3. Fructus *Mani* dictus. *Grana* sunt sub terra in radicibus cujusdam fruticis nata: clauduntur vaginis majoribus quam ciceroni: extracta imitantur avellanæ nucleum. Sufficiuntur ad plures usus pro amygdalis. Ibid. c. 6. Nieremb. H. E. l. 14. c. 103.

4. *Fructus Andensis* isque triplex. 1. *Casparis Bauhini*, qui oblongus compressus, altero latere modicè sinuato, ex quo tuberculum barbatum eminet, oppositio arcuatim gibbo. *Nucamentum* ipsi villis densis & quales porcellorum, firmis obsitum, umbilico conspicuo, sulcatis per longitudinem lineis. Internæ faciei eburneus nitor: *nucleus* figurâ phaseolacea, membranula per medium distinctus, subdurus, fuscus, & intra fulvus, sapore medulloso, subdulci. Bauh. H. P. l. 2. c. 10. Amygdalus.

2. *Iohannis Bauhini*, villosus, amygdalæ similis, compressus, sonorus. 3. *Ejusdem*, & idem fortè cum præcedente, cinereus, pilosus, cortice sulcato, sub quo membrana tenuis, ex albo cinerea. *Nucleus* phaseolum exprimens, partim nigricans, partim rubescens in duas partes findebatur.

5. *Zicara Guatimalensium*, quem Herrera cum *Capotes* fructu eundem facere videtur teste De Laetio. Est instar pinearum nucum, in quo viginti, aliquando & triginta amygdala continentur. Diversus est ergò cujus in Malo Cydonia mentio. De Laet Ind. Occid. l. 7. c. 10.

6. *Fructus Pepitæ Peruanæ similis*, qui magnitudine erat amygdali, lubrica lævitate splendicans, colore ex pullo flavescente, obsoleto, *Cortice* mediocriter duro. Supernè latior, infernè angustior, alteram faciem compressam habebat veluti ex appressu alterius; parte oppositâ tumidior. Laterorsum hilo insignichatur longo, profundo, candicante. Bauhinus à Ducissa Wirtembergica habuit. Bauh. H. P. l. 3. c. 18.

7. *Fructus amygdaloides nitidus Bauhini*, qui nuclei amygdalini magnitudine & formâ: *cortice* lævi & lubrico, ex flavo ferè cinereo, tenui & fragili; & altera parte magis in arcum curvato. Ibid. c. 19.

8. *Fructus Manobi Lerio* dictus, qui sub terra tuberum modo nascitur; tenuibus filamentis simul cohæret: & *nucleum* gerit, cinerei coloris, cortice non duriore quam Pisorum siliquæ; nec avellana domestica majorem. An folia vel semen proferat, ignorare se fatetur Lerius, licet frequenter fructum ederit. Fortè *Ma-* Ibid. c. 31. De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 11.

Styrax. De Laet Ind. Occid. l.16.c.11.

ni, Maragnanæ incolis *Mandovi* dicitur.

Hist. Simp. c.60.

9. *Fructus Peruanus amygdaloides sub terra nascens Monardis*, qui è Peru missus erat. Pulcher is aspectu, rotundus, contortus, coloris spadicei. *Nucleum* intus gerit Amygdalę similem, cortice fusco, intra album, in duas partes divisum, sapore Avellanæ. *Nascitur* sub terrâ, tuberum modo, ad flumen Maranhaon, nec usquam alibi per universam Indiam reperitur. *Editur* recens, exsiccatus vel tostus, bellariorum loco, quia ventriculum exsiccat. Liberalius sumptus, capitis gravedinem infert. Temperatum Monardes credidit. Habet aliquid ex *Mani* & *Manobi*.

Bauh. H.P. l.3.c.31.

10. *Fructus bivalvis Indicus niger*, qui lævitatis est præcipuæ. Bivalvi & fragili tegitur cortice, hiantibus jam mediotenus valvis nigris, subscabris: figurâ oblongâ utrinque excavatâ, modicè compressa. Latitat nescio quid nuclei. Unicus apud Platerum quia visus; ideò aperiri non potuit.

Caput II.

De Styrace.

Tab. XLII. Dioscor. R. R. l.1.c.79. Plin. H.N. l.12.c.25. Theop. H. P. l.9.c.7. Strabo Geog. l.12.

NUciferam fecit Styracem Cordus, licebit & nobis inter illas referre. Apud Veteres frustra fortè exactam descriptionem quæras. Cotoneæ malo similis est Dioscoridi & Plinio, non magna Straboni, sed recta. Truncus à vermibus penna seu ligno innascentibus, seu circa canis ortum advolantibus, ad superficiem usque erodituր, ut calamo similis fiat, & in scobe sordescat. Serapio magnam facit, *foliis* lolii, quod falsum, fructu albo, avellanâ majore, prunis albis simili, cui duplex cortex, & inferius nucleus pinguis, ex quo oleum. Crasse nimis erat, dum corticem pro styrace, lachryma sumit, Index erroris Strabo. Exeso scilicet ligno, πυρῆνι πτίσμασιν ἐοικὸς ἢ ψήγμα πέσσει ἢ σαρὸς σπύρεται πρὸς τῆι ῥίζῃ, quod ille corticem putabat. *Nascitur* in Phœnicia, circa Gabalá & Marathunta, & Casium Seleuciæ montem: nec non in Amano monte, Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, & Creta. De *succo* infra. Lignum ad fugandos serpentes in odoriferis sylvis frequentissimos, Plinius ni fallor prodidit: nisi de succo intelligere malis.

Apud Recentiores triplex. 1. *Folio mali Cotonei*. 2. *Folio aceris*. 3. *Rubra officinarum*. Cui adde 4. *Arborem Chiapensem resinam styracis instar fundentem*.

Bauh. H.P. l.9.c.56. Cord. H.P. in Dioscor.

I. Styrax folio mali Cotonei est arbor magna, *caudice* mali cotoneæ candidiore. *folio* illi ut dixi simili, subrotundo, superius glabro & viridi, subtus canâ lanugine pubescente. *Flores* fert in novellis surculis Arantii candidos, πολυφύλλους, plures & simul junctos, odoratos. *Fructus* est magnitudine avellanæ, incanus, seu exteriore cortice carnoso, in viridi cæsio, qui in duas, tres quatuorve carinas dehiscens, lignosum osticulum, buxei coloris & durum exhibet: in quo *nucleus* aliquando unus, quatuor lineis sulcatis, aliquando geminus angulosus, aliquando ternus. Medulla ejus pinguis, oleosa, gustu acris, odorata, resina multo acrior & fauces scarificans. Fundit *lachrymam* de qua inter succos agemus. *Nascitur* in Phœnicia, circa Gabala Marathinta, & Casium Seleuciæ montem. Habetur & in Amano monte, Pisidia, Cypro, Cilicia & Creta, &c. Nata & Basileæ apud Platerum è nuculis: Floruit; & maturavit fructus. Ex *ligno* fiunt jacula corni hastilibus similia. In trunco genus quoddam vermis nascitur, qui lignum ad superficiem exedit.

Plin. H.N. l.12.c.25.

Bauh. l.c. p.344.

Prodromi l.11.c.6.

II. De Styrace folio aceris ita Caspar Bauhinus, qui solus folia descripsit. *Ex radice rotundo, nigricante, rugoso, striato & quasi articulato cortice tecto, folia terna, etiam quina, oblongis, tenuibus, nigricantibus pediculis donata, ex uno velut tuberculo* prodeunt, quæ vitiginea sunt foliorum Aceris, vel Platani instar, in lacinias ternas, etiam

Arbor Cacavifera.

Tlepatli Ocpajacanorum.

Tobocki Orelanenſium.

Amÿgdalus Granatenſis.

Quauh patlatli Mexicanorum.

Arbor Cacavifera Rocci.

Styrax Arbor.

Fructus Guienenſis.

Fructus Peruanus Amÿgdalo ſimilis.



Cararamair.

Pistacea silvestris.

Folia glandis vnguentariæ.

Pistacia fructu racemoso.
Welsch pimpernüss:
le.
Tab
XLIII

Glans vnguentaria.

Acer montanum candidū.
Aborn Waldeschern.

Acer vulgare minore folio.
Abornbaum.

Acer montanū flavum.

Acer vulgaris majore folio.
Aborn, Waldeschern & Buchoschern, &
Leinbaum.

Aborn

iam quinas divisa, nervosa, per circumferentiam crenata, & mucronato cuspide.

Bauh H.P. l.4.c.30. p.481. *III. Styrax rubra officinarum*, aliis *Maurocapno, Nascaphtum, Narcaphton, Dioscoridis Thymiama*, Lusitanis *Lignum aquila*, Italis *Tegname*, Siculis *Bifuri*, Belgis *Thus Iudæorum* dicitur. Fragmenta sunt corticum, fragilia, exsucca, quæ igni admota vix aliquid resudant; flammam, nec claram nec pertinacem edunt, ac sapore & odore aliquando propter vetustatem destituuntur. Sunt aliquando majora, aliquando minora: modò crassa modò tenuia. Visi *cortices* qui in tenues partes contusi, & in glebas compacti erant, succulenti, odore Balsami Peruviani, gravi, pertinaci (ad septennium enim durabat) nec sine suavitate; sapore glutinoso cum quadam acrimonia. Igni admoti fumum & flammam luculentam dabant. An sit *Lacaphtū*, quod in compositione Cypheos solaris miscetur, quod corticum pineæ vel alterius arboris Ægineta facit; vel *Narthe* Theophrasti, cujus usum ad unguenta aromatica esse ait; vel *Sericathum*, vel potius *Sarychatum* Plinii, quod ille Arabes intra se consumere, & nostro orbi nomine tantum cognitum scribit, difficile est dicere. *Narcaphthon* vero vel *Narschapton Dioscoridis*, corticosum quid est, mori libro simile, jucundi in suffitibus odoris, & quod vulvam adstrictam suffitu juvat; & ex India defertur. *Maurocapno* in Rhodo nasci ab insulanis accepit Bellonius.

Ægin. l. 7. c. 22. Theop. H. P. l. 9. c. 7. Plin. H.N. l. 13. c. 2.

De Laet Ind. Occid. l. 7. c. 4. *IV. Arbor Chiapensis resinam styracis instar fundens*, fert mali aurantiæ flores optimi odoris, quos potui Cacao admiscent, & ventriculo prodesse opinantur. *Lachryma* est styrace quoad colorem longe elegantior.

***

TITULUS III. Pistacia

De Arboribus Nuciferis

Classis Tertia.

CAPUT I.

De Pistacia.

ARboribus Classis tertiæ *Pistacia* & *Glans Vnguentaria*, seu *Myrobalanus* includuntur, de illa primò agendum est. TAB. XLIII.

I. Apud *Veteres* de generibus hujus ferè nihil occurrit, nisi quod Palladius Pistaciam aliam *Marem*, aliam *Fœminam* faciat. *Illi* sub corio veluti longi videntur latere testiculi. *Arbor* ipsa putatur esse Indica illa quæ Therebintho similis Theophrasto. Sic habebit ramos, folia, & reliqua omnia Therebintho similia. *Fructus* dum pendet ἀμυγδαλοειδὴς sed minor, πρόπιλος ὅμοιος, nucleo putamine exempto, qui inter nuces censetur. Quæ de eo Posidonius apud Athenæum prodidit, βοτρυώδη nempe esse, λοβηφλοιο, περιμφιξῆ πῶς δακρύοις ἀγίοις ἀγῶν πρίσιν ἀλλήλοις ὑπεμάλλειν, intelligi non possunt, nisi multa immutaveris, de quibus apud alios. *Locus* si quæritur, Dioscorides & Plinius in Syria locant; Nicander etiam in India apud Choaspem amnem, qui in Cophen labitur; Theophrastus Bactris quoque attribuit. Galenus ad magnam Alexandriam copiosè provenire scribit, sed inprimis Bertheæ in Syria. Posidonius Stoicus apud Athenæum in Syria & Arabia locat. In Italiam L. Vitellius primus fructum intulit è Syria, qui postea Censor fuit, cum legatus ea in provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus, simulque in Hispaniam Flaccus Pompejus Eques Romanus, qui cum eo militabat. Palladius humectum solum & rigationem desiderare ait. *Fructus* subamari sunt & subadstringentes; ἰνσχέμαχοι etiam & contra serpentum morsus. Ægineta odoratum ope-

R.R. mens. Oct. Tit. 12. Theop. H. P. l. 4. c. 5. Plin. H.N. l. 13. c. 5. Nicander in Ther. Dioscor. & Plin. l. c. Theop. l. c. Gale. de fac. nat. l. 2. c. 30. Athenæus Dipn. l. 14. Plin. H.N. l. 15. c. 19 22. Dioscor. M. M. l. 1. cap. 177. Plin. H.N. l. 23. c. 8.

Piſtacia. operimentum jecur laxare ex vino decoctum ſcribit.

II. Apud *Modernos* duplicem invenio. 1. *Fructu racemoſo.* 2. *Sylveſtrem.*

Bauh.H.P. l.5.c.18. Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.140. Dod.Pem. 6.l.5.c.25. Taber. H. P.l.3.c.52. Rhauvvolf in itinerar. Ruell.R.P. Cam.Epit. p.170.

I. Piſtacia fructu racemoſo ab Adverſariorum authoribus & Matthiolo *Terebinthus Indica Theophraſti*, à Serapione *Puſtech*, ab Anguillara *Piſtachium*, ab Aleppenſibus *Fiſtas* vocatur. Habet in longa coſta è ramis propagata, *folia* conjugatim diſpoſita, nunc ſubrotunda, nunc in mucronem acuminata, nervoſa, Therebinthi foliis, niſi iis majora eſſent, ſimilia. *Flores* ſi Lobelio credimus racemoſos, purpurantes. *Fructus* Avellanæ magnitudine, unâ parte in gibbum criſtatum protuberant; alterâ in acutum faſtigiantur. *Cortex* inter oſſeum & cruſtaceum medius, candidus, cui alius rugoſus, & coriaceus in exoletis niger, ſubſternitur. *Nucleus* in flavo vireſcit, pinguis, dulcis, & halitum maſticatus commendans. Nota verò hic. Rauvvolffium eam circa Alepum trunco craſſo, ramis expanſis, cortice obductis cinereo, foliis ſpecioſè rotundis, ſaturè virentibus, ſiliquis illorum vidiſſe: Hermolaum Venetiis vico Judaico ſatu ſeminis enatum, folio majore quam Lentiſci: talem & Ruellium in Pariſienſi agro; qui arborem in Syria nudam præterquam ramorum cacuminibus ſed perperam addit. Turnerum Bononiæ, ſed cujus folia nihil cum Therbintho commune haberent. Adverſariorum authores corniculorum meminere: ſed in alio loco nonitem. Bauhinus ramum habuit cum foliis acutis, & fructibus magnis. Apud Cæſalpinum quæ ſatu provenerat, foliis erat Therebinthi aut ſiliquæ perpetuis, & florebat in cacuminibus racematim, exiguo & rubro flore. *Therebinthum Indicam Theophraſti* eſſe Vincentius Pinellus evincere ſtuduit. Et ſanè arbor & folia ſibi invicem reſpondent: reſinifera eſt, & in Therebinthum inſerta, quod in Sicilia fieri dicitur, ſuaviores fructus profert: nec de illa ſub hoc nomine Theophraſtus, quem tamen cum rariora noſſet, latere non potuit. Ejusdem Matthiolus, Cæſalpinus, Cluſius, Anguillara, Camerarius, Lobelius & alii quidam ſententiæ. Poteſt tamen Piſtaciæ alia correſpondens & ſub hoc nomine, ut poſt videbimus, ubi de Therebintho agemus, ſubſtitui. *Naſcitur* in Perſia, Arabia & Syria. Inter Tripolim & Alepum, circa urbem Sermin, Sylvas Rauvvolffius vidit: Sed & ſecus vias in vico Baſilo. Circa Halepum vulgata. Viſa in Italia, Gallia & Londini, Genevæ, Pariſiis, ſed fructus maturitatem non videre. Tulit & Lugduni per aliquot annos fructus. Montbelgardi fruſtra aliquoties ſata. De *Uſu* ſuperius egimus. *Turtonibus* utuntur Æthiopes verno tempore in acetariis, priusquam ſe in folia pandant. Oleum quod ex *fructibus* paratur in pectoris anguſtia & renum dolore commendat Avicenna. Contra Paralyſin & ſpaſmum Matthiolus. Moſes Maimonides *nuces piſtacias* omnium fructuum præſtantiſſimas hyperbolicè tradit. *Cuticula* quæ odorata, vim quandam adſtringendi & roborandi ineſſe veriſimile eſt. Venerem provocare in dubio; niſi ad familiaritatem quæ nimis fallax, confugias. De *Differentiis* nihil occurrit; præter ea quæ apud Veteres habentur: niſi folia, de quibus ſupra, in conſiderationem trahere velimus.

II. Piſtacia Sylveſtris quibusdam *Staphylodendron Plinii*; aliis *Nux veſicaria*; Anguillaræ, *Arbor vitis & lachryma Ioppe*; Matthiolo *Coulcoul & Hebulben Turcarum*, dicitur. Denſè hæc frutificat, nonnunquam in arborem adoleſcens, cortice virente aut ruſſo, materie virenti, medulla ampla, alba, molli. Folia Sambucinis proxima, argutè crenata, quina aut ſeptena. Flores verticillatim orti, eminus racemulum mentiuntur, odore Sambuci, quinquefolii, radiatim expanſi, albi, mucrone interdum foris rubente, totidemque candidi, ſurrecti: & coeuntibus leviter

Caſp.Bauh Phytop.l.11 c.2. Joh.Bauh. H.P.l.3.c. 17. Matthiol. Epiſt.l.3.p. 102.

viter mucronibus, concavam quasi urceoli figuram exprimentes, quæ intercedunt totidem stamina alba, apicibus luteis, stylo albo & bifido. Superveniunt vesicæ magnæ, virentes, in duos loculos divisæ in quibus duæ nuculæ flavæ, putamine tenui, cohærent, Nucleis viresçens corium & nauseosus sapor. Possunt ex iis calvariæ commodè exprimi. Gaudet *Locis* udis & humidis. Basileæ extra portam Albanam & Rhenanam ad aquas nascitur. In agro Tigurino in sepibus provenire, sed frequentius circa Aroviam oppidum, Gesnerus reliquit. Inter Solodurum & Wallenburgum spontè prorumpit. Seritur nuculis & surculis; facillimeque propagatur, stolones quotannis è radice proveniunt, & autumno aut vere instante transplantari possunt. Putatur venenata animalia arcere. Floret Majo, Nuces Septembri maturantur: qui dulces nauseam commovent. Pauperes ex iis orbiculos precarios conficiunt. Dici *Staphylodendron Plinii* posse, quæ arbor est trans Alpes simillima aceri, albâ materiâ, siliquas & in iis nucleos sapore nucis avellanæ ferens, non negabo, si siliquarum vocabulum pro vesicis sumas: & albam materiam de medulla intelligas. Nam ipsa virens est. An cum ea arbor illa, quam Scaliger *Pistaciorum speciem* ponit, pertineat, ex collatione patebit, quam & apud Bauhinum vide. Nulla staphylodendri folio, cum olivæ aut salicis similitudo: nec quisquam enodem vidit. Sed & Matthiolus in suo Coulcoul & Hebulben fallitur. *Coulcoul* enim gemini pugni magnitudine est nux, parvis granis esui aptis, avellanæ instar dulcibus plena. Recens ex Ægypto advectæ, in deliciis sunt Constantinopoli. *Hebulben* verò semina sunt in officinis Turcarum venalia, nullius apud nos usus. Quid hæc ad Staphylodendron vel Pistaciam sylvestrem?

Gesner. in Horto.

Plin. H. N. l. 16. c. 16.

ad Aristot. de plantis l. 1. p. 74.

Bellon. in Observat.

EXOTICA.

Pistacia

Duo huc spectant, *Charamais* nempe *arbor*, & *Fructus Indicus Staphylodendri species*. Vid. Tab. XLIII.

I. Charamais arbor, quam, quia perpetuifolia, Adrachnes historiæ Bauhinus subjecit, *duplex* est. *Una* pyrifoliis dilutè virentibus, *fructu* avellanæ simili, admodum flavo, in multos angulos desinente, sapore omphacii, quem vel maturum vel immaturum cum sale edunt. Vocatur in Canara & Decan *Arazavali*, Turcis, & Persis *Ambela*. Nascitur secundum aquas. Radix illius quæ longius à mari cortex, succo lacteo turgidus, quatuor digitorum longitudine, cum drachma sinapi tritus, asthmaticis exhibetur, & valenter per alvum & vomitum purgat. Hypercatharsis, Carambolis viridibus vel aceti Canarini hausto (nihil aliud illud quam Oryzæ decoctum servatum donec acescat) sistitur: sin minus, caput frigidâ abluitur. *Altera* ejusdem magnitudinis, folio Malo minore, *fructu* priore majore. Crescit in sylvis, & montibus procul à mari dissitis. Decocto cum santalis adversus febres Canarici Medici utuntur.

Acosta Hi. Arom. c. 58 Bauh. H. P. l. 1. c. 10.

II. Fructus Indicus Staphylodendri species quem Bauhinus *Fructum Indicum, vel Nucleum luteum parvum, avellanæ oblongæ facie compressum*, vocat. Unciam ferè erat longus, flavus, lævis, lucidus. Ricino majori aliquo modo accedens, unciâ semis angustior, penè compressus, utrinque tamen ferè in medio elatior, unâ parte paulò latior & rotundior; parte autem qua hæsisse apparet, paulò angustior & non ita rotundus. Asperior cortex facilè aciculâ perforatur, in ea nucleus. Vidit eundem apud fratrem Casparum Bauhinum Johannes, figurâ multum dissimilem, breviorem, minus compressum; multò qua adhæsit parte angustiorem, quasi umbilicus aut oculus. Crista non ita apparebat, & repræsentabat Staphylodendron.

Bauh. H. P. l. 3. c. 58.

Glans unguẽtaria.

Caput II.

De Glande Vnguentaria.

Vid. Tab. XLIII. Theop. H. P. l. 4. c. 2. Plin. H. N. l. 12. c. 21. l. 13. c. 9. Diosco. M. M. l. 4. c. 160. Aristot. de plantis l. 1. c. 8. Plin. l. c. Theoph. l. de Odorib.

I. *Veteribus* Glans unguentaria, seu Myrobalanus, arbor est illæsâ fidelique *materia*; *folio* non tam myrti quam myricæ fortè simili, sed oblongiore, *fructu* odorato, quem Theophrastus magnitudine & aspectu cappari proximum posuit, Plinius & Dioscorides, avellanæ seu nuci Ponticæ. Dulcis hic ὅταν φανεῖ, sed communiter acerbus & concretione amarus. *Communis* est Troglodytis, Thebaidi, & Arabiæ quæ Judæam ab Ægypto disterminat. Vomitiones movet, & alvum solvit cum hydromelite, stomacho adversus. *Putamine* contuso Unguentarii ad unguenta spissanda, injecto in oleum propter odorem, utuntur, ut benè εἰς τὰ σπουδαῖα τῶν μύρων ἁρμόττειν dixerit Theophrastus. Præfertur, recens, plenus, candidus & εὐλέπιστος. Genera fructus aliquot sunt, quæ Plini⁹ à *Loco*, Mesue à *Quantitate* deduxit.

Plin. H. N. l. 12. c. 21.

I. A Loco facit glandem unguentariam *Syriacam, Thebaicam, Troglodyticam, Æthiopicam & Petræam.* 1. *Glans unguentaria Syriaca*, quæ & *Arabica*, est candida, cortice viridi, tenuiore, & quoniam est mõtosa, spissiore. 2. *Thebaica*, quæ & *Ægyptia*, est nigra, pinguior, & crassiori cortice rubens: & quamvis in palustrib⁹ nascatur, brevior sicciorq;. 3. *Troglodytica* est vilissima. 4. *Æthiopicam* sunt qui eis præferant, glandem nigram & pinguem, nucleoq; gracili, sed liquore qui exprimitur odoratiore, (credo cum Dalechampio vitium esse: prorsus enim odoris expertem esse liquorẽ illum oportet) nascentem in campestribus. 5. *Petræam* à Syriaca non distinxissem, nisi esset nigro cortice. *Nucleum* quoque candidum habet.

II. A Quantitate est *Major* & *Minor*. 1. *Glans unguentaria major* est nucis avellanæ magnitudine, triangularis. Inest ei *medulla* oleosa, lenis, & alba. Minus noxa vacat, præferturque ea, quę est putamine lævi, tenui, nucleo fragili, albo, oleosoq;. Calefacit initio tertii, siccat in secundo. Humiditate suâ acri, ventriculum subvertit, nauseam excitat, viscera conturbat. 2. *Minor*, est ciceri similis, eadem cum superiore medulla, sed magis noxia. Molestè namque purgat, vires dejicit & sudorem frigidum movet.

Bauh. H. P. l. 3. c. 74. p. 317. Ald. Horti Farnesiani c. 6. p. 72.

II. Apud *Recentiores* sola Glandis seu Nucis Unguentariæ descriptio occurrit. Bellonius betulæ similem facit, staturâ & facie, trunco albo. Aldinus cui in horto Farnesiano enata est, genistæ; foliis nempe, quod autumno fit, orbatam. *Radix* est crassa, Napi similitudine: ab hac unicus stolo, undique foliis inordinate ortis septus. *Folia* duplicia, ramosa nempe, & alia quæ ramis illis adhærent. *Ramosa.* A parte enim qua cauli hærent, virgulo primò est lenta, flexibilis, rotunda, tenuissima, in summo acuminata, cubitalis magnitudinis. Ab hac alati rami seu tenues aliæ virgæ, his similes palmo longiores, binæ semper & ordinatæ, quatuor vel quinque pro latere, prodeunt, quæ valdè inter se distant, & pariter in capillaceam tenuitatem desinunt. *Ramis quæ adhærent* myrti sunt formâ sed non acuminata, nec dura, raris geniculis orta, binario semper numero, magnitudine & forma inæqualia. Ramusculorum enim vicina summitatibus, minora sunt, mox oblonga admodum & tenuia, Poligoni vulgaris magnitudine & figurâ; tandem in ultimis foliis seu ramis, quæ Decembri mense oriuntur, ita exilia evadunt, ut virgosa folia sine ullis foliolis appareant. *Folia* ramos illos esse, vel exinde colliges, quod decidant & renascantur, nullum germen aliud præter foliola edant, quod ramis suetum; tota simul & semel à planta oriantur, primò rubescentia, post viridescentia, tandem nihil. De *Floribus* nihil addit, quia nondum protulerat. *Fructus*, qui *Nux unguentaria*, *Glans unguentaria*, *Balanus myrepsica*, *Ben parvum* Monardi, *Glans unguentaria siliquata* Lobelio, oblongus est, nuclei avellanæ magni-

Lobel. in Advers. magnitudine, figurâ triquetra. *Putamine* tegitur albicante fragili, cui *nucleus* albidus, nuclei avellanæ consistentiâ, & pinguis, pellicula fungosa nivei coloris vestitus inest. Continetur *siliqua*, palmum longa, carinula bifori conflata, terete, binis loculis ventriosa in quorum singulosingula glans, in acutum mucronem rostri instar desinens. Foris est cinerea & in longum striis rugisque exarata. Coriacea tota. *Nascitur* apud Troglodytas, in Thebaide & Arabia Petræa, ubi eam Bellonius ad pagum Pharagon, itinere à Cairo ad montem Sinai, vidit. In Hispania crescere, falsò Matthiolus prodidit. Ex Syria & Ægypto infertur Europæ. In India vix gigni credo. Solus fructus in *Vsu* est. Cum hydromelite sumptus alvum & vomitum movet tritus: cum aceto coctus, psoram exterit: cum nitro cicatrices nigras emendat. Ex *nucleo* fit Oleum quod *Balaninum* dicitur, nunquam senescens vel rancidum: imò gutta una & altera amygdalinum à corruptione præservatur. Et sanè nucleum per triginta annos rancorem non contraxisse Bauhinus testis est. Earundem est cum fructu virium, misceturque odoratis unguentis, quibus Itali aliquando cæsariem & barbam inungunt.

Obser. c. 54

Monard. Hist. Simp. Med. c. 47.

Titulus IV.

De Arboribus Nuciferis Classis Quartæ.

Caput I.

De Acere.

Vid. Tab. XLIII. Theop. H. P. l. 3 c. 11. Plin. H. N. l. 16 c. 15.

INter Nuciferas arbores visum ponere & *Acer* cum *Xylo* seu *Gossypio*.

I. *Aceris* apud *Veteres* quatuor præcipuè sunt genera, sed de quibus pauca occurrunt. 1. Σφένδαμνος quod nervosum est & album. 2. Ζυγίας, quod flavum, crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuerit, à similitudine caudæ pavonis nomen accepit. In Istria, Rhætiaque præcipuum. Ideò lauriora ex isto opera; idemque hoc cum *montano*, quod *carpinus* dicitur, crispius duriusve Plinio. Fiunt ex eo & boum juga. Lignum enim, ex minima ignis & terreni mixtione, aeris autem & humoris summa continetur temperaturâ; non est fragile, sed utilissimæ tractabilitatis. Habet Plinius & *Zygiam rubentem*, fissili ligno, cortice livido & scabro, quam *Opulum* quidam esse arbitrantur. 3. Κλινότροχον, *lectirota*, quod flavum & non crispum. E viliore genere & *Crassivenium* Plinio. Quia ex eo torno currente lecti fiunt & rotulæ lectorum pedibus subjectæ, inde nomen. 4. Γλῖνον quod candidum & minus. *Campestre & Gallicum* Plinio, quia in Transpadana Italia, & trans Alpes nascitur. Alii γαλάτειον legere malunt. Ad hoc referri debet *Opulus*, arbor Italiæ Padum transgressis, cujus tabulata in orbem patula replent, puroque producto dracone in palmam ejus, inde in subjectos digitos flagella dispergunt. Raram neque idoneam frondem pecori præbet. *Rumbotinus* mihi nihil aliud videtur, quam arbor rumbis suscipiendis idonea.

Acer.

Plin. H. N. l. 14. c. 1.

Colum. R. R. l. 5. c. 6.

II. *Recentioribus* est triplex, 1. Montanum nempe, 2. Campestre. 3. Trifolium.

I. Acer montanum est triplex 1. *Candidum* nempe. 2. *Flavum seu crispum.* & 3. *Tenuissimis acutisque foliis.*

Bauh. H. P. l. 8. c. 10. Stapel. ad Theophr. H. P. l. 5. c. 11.

I. Acer montanum candidum, aliis *Platanus*, *Aceris species folio majore*, *Sycomorus* Ruellii, Acer κλινότροχον antiquis, *Acer latifolium*, & *Acer folio majore*. Arbor est procera & speciosa, *materie* alba nec renitenti, rubenti cortice; *foliis* quinquepartitis, modice circa venas lanuginosis, superius viridibus, inferius candicantib. *Flores* racematim dependēt muscosi, ex albido herbacei, caliculo lanuginoso contenti, qui Majo funduntur. *Fructus* singuli bini, foliacei, bifalçati aut bipennis inversæ instar;

Acer. ſtar; maturantur Septembri. *Nuclei* in medio qua alæ coeunt, gemino utriculo duro, magnitudine ſeminum Aurantiorum, candidi nec ita grati occultantur. Turiones lacte ſcatent, ut Ficus. *Naſcitur* in montibus humectis & altis in Burgundia, Alpibus & alibi, inter Fraxinos inprimis. In hortis ad excludendos æſtivos ſoles colitur, ſolo pingui & ſpiſſo. Eſt in eo aliqua varietas. Nam quoddam floret; quoddam nec floret, nec fert fructum.

Bauh. Phytopi l. 11. c. 5. p. 450. Bell. Obſc. l. 1. c. 27. *II. Acer montanum flavum ſeu criſpum* quod Græcis ruſticis *Aſphendamnos*, aliis *Opulus montanus*, appellatur; duplex eſt *Mas & Fœmina*. 1. *Acer montanum flavum mas* citius floret. lignum ei durius, venoſius, magis flavum & criſpum. Germani ob flexuoſos venarum diſcurſus ad opera lautiora utuntur. Ex radicibus pulchra fiunt cochlearia. 2. *Acer montanum flavum fœmina* floret tardius. lignum ei pallidius, minus criſpum.

Thalius in Hyrc. ſylva Bauh. H. P. l. 2. c. 10. p. 168. *III. Acer montanum tenuiſſimis acutisque foliis*, folia adeò exquiſiti in extremis acuminis habet, ut cum quavis avicula certare poſſint. De cætero non ſunt incana, ſed dilutè viridia, ſplendicantia; ſupernè ſaturatius viridia: tota molliora & delicatiora. Viſa Baſileæ circa Dornacum & ad fontem Bollenſem.

Bauh. H. P. l. 2. c. 10. Geſner. in Horto. Cord. H. P. Camer. Epit Stapel. ad Theophr. H. P. l. 3. c. 11 p. 185. *II. Acer campeſtre*, aliis *Opulus Campeſtris Veterum. Acer tenuifolia*; *Acer vulgare minore folio*; *Acer Opulo cognominatum Romanis. Aceris ſpecies quæ Sphendamnos*; *Platanus*; *Opulus & Rhambotinus*; *Acer* denique *latifolium* audit. Fruticis ſæpius eſt magnitudine. *Rami & Cortex* ſulcati, materies fiſſilis & alba. *Folia* hederacea, anguloſa, quinquepartita, in principio mollia, & tum lac fundunt; poſt rigidiuscula. *Flores* ex pediculis lanuginoſis, muſcoſi, in undecem aliquando ſegmenta hirſuta, coloris herbacei diviſi, quibus ſtamina rubentia cum ſtylo bicorni. *Semen* in conceptaculo papilionaceo, hirſuto, in extremis membraneo, intus duro ac pænè oſſeo, medulloſum, virens ac palleſcens non ingrati, etſi adſtricti vi ſaporis: quod Septembre maturatur. Notum ſepibus & ſylvis, præruptis etiam; In Comitatu Bedeſcenſi tantæ aliquando magnitudinis, etſi alibi vix ultra hominem caudex attollatur, ut ædificiis, teſte Trago, inſerviat. In Sabaudia circa Genevam maritatur vitibus. *Viſcum* ferre vidit Bauhinus. *Radix* ejus jecinoris doloribus utiliter imponitur. Qui venationi ſtudent, Accipitres venatorios ad ejus baculum aſſuefaciunt. Ratio ipſis nota.

III. Acer trifolium, Lugdunenſi eſt *Monſpeſſulanum*, Alpino *Creticum*, Bauhino *Pavonaceum*. Arbor eſt mediocriter procera, *Cortice* quodammodo purpuraſcente; materia flavente: *folio* Aceris vulgaris tricuſpidato, craſſo, venoſo; *fructu* gemino; membranulis duabus cohærentibus, alarum in muſcis inſtar. *Erumpit* in ſylva Monſpelienſi, Valena dicta. Septentrioni eſt infrequentior. Acer Plinii quod in Iſtria Rhætiaq; præcipuum nonnullis. Bauh. H. P. l. 2. c. 10.

Caput II.

De Goſſypio ſeu Xylo.

NOtum & *Veteribus* Goſſypium. *Lanigeras arbores* in inſula Tylo Theophraſtus ponit, foliis vitigineis, verum minoribus, fructu nullo. Id in quo lana continetur, magnitudine eſt mali verni quamdiu comprimitur ac connivet: cum maturum hiſcere & expandi incipit, lanam incolæ extrahunt, qua telas texunt, alias viles, alias precioſas. Parvus eſt Plinio frutex, barbatæ nucis fructu; & gigni in ſuperiore parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit. *Pollux* fructum nuci valdè ſimilem prodit, niſi quod trifariam diviſa ſit & trifariam habeat putaminis carinam &c. Tab. XLIV. Theop. H. P. l. 4. c. 9. Plin. H. N. l. 19. c. 1.

Recentioribus triplex eſt 1. *Fructificans ſemine albo*. 2. *Arboreum*. 3. *Iavanenſe, ſalicis folio*.

I. Goſ-

Gossipium frutice scens semine albo. Bau woll.

Acer Monspessulanum trifolium.

Acer Campestre minus. Tab. XLIV.

Gossipium arboreum caule lævi.

Gossipium Iavanense salicis folio.

Palma spathæ supior fructus & osseuli: Gros Dactelbaum.

Palma minor vulgaris spinosa.

Palma minor vulgaris non spinosa

Palma major Brasiliensis.

Bauh H.P. l.3. c.153. p.343. Stapel. ad Theop.H. P.l.4.c.9.

I. Gossypium fruteſcens ſemine albo, Coto & Bombax vulgo, Bauhino *Xylon herbaceum*, caule eſt cubitali & altiore, ligneſcente; *cortice* rubente & hirſuto: foliis triangulis vitigineis hirſutis, quibus pediculi piloſi. *Flos* floris Malvæ figurâ, in apices numeroſos, crocatos, (alii ſubcæruleos, vel medio purpurantes eſſe ſcribunt) deſinit. *Fructus* amplitudine nucis avellanæ, barbulis quibusdam florem tegentibus includitur, qui per maturitatem in tres quatuorve punctatas carinas dehiſcit & molliſſimam candidiſſimamque lanuginem, ſub qua ſemen medulloſum, copioſum, oblongum, oleaginoſum, album, amygdalorum vel ſtrobilorum guſtu occulitur, oſtentat. Incognitum veteribus quidam fuiſſe credunt. Seritur in Aprili menſe, Februario vel Majo, colligitur Septembre & Octobre. Inter Marat & Halepum menſe Majo aut Julio; demetitur Septembre. *Naſcitur* & in Creta, Lemno, Maltha, Sicilia & in Gallia ex Italia allatum. In Germania ſimul atque adolevit, quod duorum ſit menſium ſpacio, nunquam deſinit florem & fructum proferre, donec inclementia hyemis impediatur, ſi Fuchſio credimus. Nullus tamen ei Norimbergæ & Genevæ. Mompelgardi nucularum duntaxat rudimenta, illaque antequam grandeſcerent, ſubinde decidua. De *Uſu* nota. *Folia* ad tomenta conferre. *Lanuginem* uſtam, ſanguinem è vulneribus manantem mirificè ſiſtere: accenſam & naribus admotam uteri ſtrangulatus. *Oleum* ſeminis lentigines & palpebrarum aſperitates lenire. Ex eadem veſtes maximæ Orientis parti. Amittit lotione maximam ſui candoris partem.

II. Gossypium arboreum eſt duplex. 1. Caule lævi. 2. Caule ſpinoſo.

Alpin. de plant. Ægypti c.18. Vesling. ad Alpin. p.23 Bauh.H.P. l.3.c 153.p. 346.

1. *Gossypium arboreum caule lævi*, quod alias *perenne Aſiaticum* & Ægyptiis *Gotne & Ssegiar* appellatur; creſcit ad decem cubitorum altitudinem, ſtipite & ramis lignoſis, duris. *Folia* violaceo primò tinguntur; adulta quinque laciniis profundius dividuntur; è quibus cum inferiores duæ, tum ſuperior & longior exiguo folii additamento auctiores habentur. *Florem* non vidit Veslingius ſed glomum tantum laneum pomi magnitudine, intra vireſcentem membranam collectum, quâ denticulatis veluti ſegmentis hiſcente, candidus fœtus eluctatur; in quo ſemina fuſca & intervallis dirempta. *Colitur* in Ægypti viridariis, & ad aquæductum urbis Cairo. Seminis in mucilagine contra febres uſus. Ex *lanugine*, tela tenuiſſima, Arabibus *Seſſa* dictæ, parantur.

Gossypium. Strap. ad H. P. Theoph l.4.c.9.

2. *Gossypium arboreum caule ſpinoſo*, quod mihi etiam duplex, *Majus* nempe & *Minus*. 1. *Gossypium arboreum caule ſpinoſo majus*, quod barbaris *Caquanquahuitl* audit, altum eſt, ſpinis horridum, folio olivæ: floribus albis & modicis. *Fructus* melo peponi parvo formâ & magnitudine ſimilis, lanugine fibrata & candenti plenus; quam granula orbicularia, ſeminis cannabini æmula & dulcia interſtant. *Gaudet* clemente & calido cœlo, tam campis quam montibus. Semen crudum vel toſtum impinguandis corporibus accommodum eſt. 2. *Gossypium arboreum caule ſpinoſo minus*, eſt *Bombax Indica*, *Gossypium Braſilianum*, *Alcodon Luſitanorum*, & *Xyloa* aliis. Mediocris viſitur altitudinis; *floribus* campanulaceis vel luteis, cucurbitarum vel citrullorum inſtar. *Fructus* maturus ad figuram fagi accedit, qui in quatuor partes finditur, ex quibus bombax magnitudine parvarum pillularum, in quorum medio nigra, arctè juncta fabæ craſſitie, renem exprimentia ſemina. Alii dena vel duodena in uvæ modum congeſta addunt. Provenit fortè in Canchirtenſi provincia ſponte. Paratur ex eo filum pro lectis. Pertinet huc *Mocarix*, arbor patula, morum æquans, in cujus ramorum cuſpidibus goſſypium fruticeo non minus utile. Decennio eam dicunt perire.

Nieremb. H.N. Exo. l.14.c.79.

Lerius in itine. Braſ. Bauh.H.P. l.3.c.153.

Nieremb. H.N.Exo. l.14.c.6.

III. Gossypium Iavanenſe ſalicis folio, Oviedi *Ceyba*, arbor eſt procera, ramoſa,

Cluſ.Exot. l.1.c 14. Hiſt.gene. l.9.c.11.

Palma.

mosa, *foliis* numerosis, salicis vel potius libanotidis coronariæ similibus. Fert *fructus* siliquarum instar, sex uncias longos, quinque crassos, cute cineracea vestitos, rugosos, qui postquam à summo in quinque abivêre, mollissimum & candidissimum tomentum fundunt, in quo multa *semina* nigra, libera, circum quinque veluti assulas longas, mediam siliquam occupantia nascuntur. Torquentur in fila, replenturque eis cervicalia. Oviedi Ceybæ bombax à vento in aerem spargitur, relicto semine rotundo. *Crescunt* & in Guineæ maritimis arbores similes, sed quæ ampliora folia habent. Est ibidem & *Arbor* alia *lanigera*, quæ in celsitudinem piceæ, expansis ramis, transversim è trunco surgentibus erigitur. In his post pulchri viroris folia & flores rubros, tribuli, qui lanam & semen nigrum piperis instar, producunt. Lana quæ fibris culcitris farriendis inservit, ignis tam tenax, si vel scintillam minimam concipiat, ut vix aqua restingui valeat.

Bont. H. N.N. M. l. 6, c. 14.

TITULUS V.

De Arboribus Nuciferis Classis Quintæ.

CAPUT UNICUM.

De Palma.

ARTICULUS I.

De Palma Veterum.

Vid. TAB. XLIV.

VIsum & hanc ad Nuciferas referre, non quod palmæ vulgaris fructum Nucem esse putem: sed quod multæ sint in India, quæ Nuces ferunt, quas hic recensere opus erat. Malui ergò omnia genera simul complecti; quam divellere per capita, quæ unius arboris familiæ erant. Agemus autem de ea, ex *Veterum & Recentiorum*, placitis.

Palmarum ergo apud *Veteres*, quoad *Arborem* & quoad *Fructum* diversa sunt genera.

I. Arboris diversitatem 1. *A loco.* 2. *A fructificandi ratione & sexu.* 3. *A trunci discrepantia* & 4. *à Comæ varietate, desumemus; eisdemque Palmam Cuci Theophrasti propter similitudinem adjiciemus.*

I. A Loco palma est, 1. *Mitis.* 2. *Sylvestris.* 3. *Marina.*

1. *Palmæ miti* radix est singularis & altè descendens; ideò inter ἀπαράβλαστα, quod & τῇ εἰς τὴν ἀνὼ φορὰν adscribitur. *Caudex* simplex & teres: ideò in longitudinem αὐξητική, *Medulla* caret, quia hæc in cacumine. *Lignum* humore, nervo multifario, & carne constat, sed processu lignescit. Leve idem, ἔνεργον, & suberis instar molle, sed quia γλίσχρον, melius. *Cortex* lævis, densis gradatisque pollicibus auctus, ut facilem se ad scandendum Orientis populis præbeat, Scaber cum senescit. *Rami* prævalidi, in diversa curvantur. Sola unicam in quolibet exortu frondem germinat, ut duodecem frondibus annum expleat. *Folia* sunt καλαμόφυλλα arundinacea, angularia, cultrato mucrone, lateribus in se bifidatis; & ita perpetua, ut nullum abjiciat, βιβαίως ἀείφυλλος existens. *Coma* omnis in cacumine, ut & germina, ubi & ejus πᾶν τὸ ζωτικὸν. *Flos* nullus. *Fructus* in cacumine, quem è rudimentis præcedentis anni spicæ modo producit: solaque in spathis fructum racemis propendentem habet, qui *Dactylus* dicitur. Spicatus hic palmes primò fructum racemosum involvit; post, disrupto ad solem cortice, racemosus quoque panditur. Prima hujus caro nascitur dulcis, coloris pro ratione coctionis varii, & anno maturescens; hinc semen totum, plenum, lignosum, solidumq;, oblongum; cæsum à dorso pulvinata fissura, & in alveo medio plærisq; umbilicatum. Multis candidisque à carnibus discernitur tunicis, aliis corpori adhærentibus, laxeque distans, tantum cacumini filo adhæret. Nascitur & arbore & trunco. Vitę longioris erit, si demutiles. *Prodit*

Theop. H. P. l. 1. c. 4. 8. 9. 14. 16. 24 l. 2. c. 8. 23. l. 3. c. 3. 5. l. 4. c. 1. l. 5. c. 4. 10. 24. l. c. 7.

Herapollo Hieroglyp l. 1. c. 3.

Plin. H. N. l. 3. c. 14. l. 13 c. 4. l. 15. c. 4. 28.

Diosco. M. M. l. 1. c. 150.

dit in terris calidis. Babylone in Syria cava, quæ inter Libanum & Antilibanum montes, Judæa, circa Engaddi oppidum, Idumæa, Persia, in qua usque ad Mesenem & mare magnum ingentia, si Ammian. credimus nemora, Ægypto, ubi dulcem sed statim evanescentem fert fructum, & insula Tylo, benè habitat. Nata ibi parit & quæ protulit educat. Nulla in Italia sponte nata: in Hispaniis maritimis fructum fert immitem: alibi sterilis est. Mirum verò quod Palladius prodit, locum ubi palmæ sponte nascuntur, nullis
Plin. H.N. l.16.c.24. propè fructibus utilem. *Usus ligni* ad simulachra & prunas vivaces: *ramorum* robustiorum, ex quibus fructifer palmes, ad arcus: *cerebri* in cibis: *foliorum* ad funes vitiliumque nexus, & capitum levia umbracula. Cinere facies dealbatur. Ex *involucro* fit unguentorum spissamen, & decoctum quod capillos denigrat. Ex *fructu* vinum, panis, & quadrupedum cibus. Alexandri milites viridibus strangulabantur. Musteo est tanta suavitas, ut finis mandendi nisi periculo fiat. ad album profluvium in fœminis, si exemto nucleo, ebore, scobe, margaritis & corallis
Dioscor. M. M. l.1.c.143 infarciatur, prodest. Maturus adstringit, contra hæmorrhoides aliosque fluxus adhibetur. Nuclei in crudo fictili ad albedinem calcinati, spodii vicem supplent: corporis excrescentias cum vino reprimunt.

2. *Palma sylvestris*, humilis est. *Folio* latiore & molli, ad vitilia utilissima. Pars radici propinquior, in globum extuberat, internum cerebrum innumeris ferè involucris circumseptum habens, ut Neoterici observavere, ideo exempto vivunt, quod non aliæ, & à radice succisæ
Plin. H.N. l.13.c.4. rursus germinant, ut Plinii verbis utar. Cæduæ earum sunt *sylvæ*, in Creta, Sicilia, Hispaniæ, Galliæ Narbonensis & Italiæ maritimis. Radicibus apud Ciceronem in Sicilia victitavere milites. Cerebrum suavi carduorum gustu est. *Aliud*
Ibid. ab hac *genus* de quo ita Plinius: *Sunt è proceribus sylvæ ingentes, arbore ipsa ex ramorum initio fructificante foliis pectinatim compositis, quas (sylvestres intelligi necesse est. Incesta tamen libidine etiam mitioribus se miscent.* Sic locus legi debet. Palma.

3. *Palma marina* seu *pelagica*, caudice est admodum brevi, virgis rectis quæ subtus exeunt, in latitudinem velut figillatim continuata; foliis spinarum acanacearum similibus erectis, & à mari corrosis. Reliqua aspectu soncho similia. Universæ plantæ color intensè ruber atque puniceus. Theop. H. P. l.4.c.7.

II. A fructificandi ratione est Palma vel *Sterilis* vel *Fructifera*. 1. *Palma steriles* non tantum in Europa, sed & alibi habentur, iisque ad materias operumque lautiora utitur Assyria & tota Persis. 2. *Palma fructifera* vel est *Mas* vel *Fœmina*. 1. *Palma fructifera maris*, folia, prius pullulant quam fœminæ; minora & fragrantiora eadem. *Floret* in palmite. Culices in fructu habere sicut caprificum Herodotus scribit. 2. *Palma fructifera fœmina* citra florem germinat tantum spicæ modo. fructus ejus βάλανος dicitur. Nec sine maribus gignere fœminas edito nemore confirmant, circaque singulos plures nutare in eum blandioribus comis. Illum erectis hispidum, afflatu visuque ipso & pulvere etiam reliquas maritare. Hujus arbore excisa, viduas post sterilescere fœminas. Adeoque est Veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore & lanugine, interim verò tantum pulvere inspersо fœminis. Vide & Cassianum Bassum qui hos amores elegantissimè describit. Plin. H.N. l.13.c.4. Theop. H. P. l.2.c.8. Arist. H.P. l.1.c.6. Theop. C. P. l.1.c.24. Plin. l.c. Geoponic. l.10.cap.

III. De trunci discrepantia ita brevissimè Plinius. *Quædam in Syria & Ægypto in binos dividunt se truncos: in Creta & ternos, quædam & in quinos. Ferunt statim in trimatu: in Cypro verò, Syria & Ægypto, quadrima, alia quinquennes, altitudine hominis nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt novella, ob id spadonum accepto nomine.* Plin. l.c.

IV. Comæ varietas Babylonicis palmis competit, quæ stipite sunt aerio, præcelsoque ac tereti, vertice tenus gla- Diod. Sic. Bibliot. l.2

Palma. glabro. Comas in altum non uno tamen modo attollunt. Quædam enim τὰς βαδίκας ἔχουσι περιχυμένας, ramos undique circumfusos habent, & in medio ex cortice dirupto, βοτρυώδη racemosum extrudunt fructum. Quædam comis sub unam tantum cacuminis partem inclinatis, ardentis formam lampadis ostentant. Aliæ hinc & illinc circumflexæ, & duplici ramorum dispositu utrimque capillatæ, ἀμφίχαυλα γενήματα, σχαφικὴν ὁπτιλῆ τὴν περσῶν, intuitum picturatum exhibent.

Theop. H. P. l. 4. c. 2. *V.* Arbor *Cuci* palmæ similis est, caudicem & folia si attenderis: differt tamen. Palma est quid μονοφυὲς,

Plin. H. N. l. 13. c. 9. Cuci aucta in brachia ramorum spargitur: altera rara est, corpore, nervosa, viridis; altera spissa, gravis, carnosa, & cæsa crispa admodum atque dura. *Virgas* breves nec multas profert. *Fructum* magnitudine, figurâ & succo peculiarem. Pomo magnitudo quæ manum impleat, figura rotunda, color subfulvus, succus ex austero dulcis. *Lignum* intus, sub corticoso nempe & fibroso velamine, quod sese primum offert, grande firmæque duritiæ ponit Plinius: in eo nucleum dulcem, dum recens est, siccatum durescere ad infinitum, ut mandi non possit, nisi pluribus diebus maceratus. *Corticis* ad utensilium nexus usus. *Materiei* Persis ob crispiorem elegantiam, ad lectorum pedes: nucleorum ad annulos versicolores quibus in vinculis strangularis usus.

II. Fructus diversitas 1. *A nobilitate.* 2. *A loco.* 3. *Ab ossium diversitate.* 4. *Ab aliis accidentibus desumitur.*

I. Quoad *Nobilitatem*, aliæ sunt

Theop. H. P. l. 2. c. 8. Dioscor. M. M. lib. 1. c. 148. Xenoph. exped. Cyri l. 1. Diod. Sic. Biblioth. l. 2. *Caryotæ*, aliæ *Viles*. 1. *Palmulæ Caryotæ* globosæ sunt in modum malorum, cibo & succo ubertimæ, ex quibus præcipua vina Orienti iniqua capiti. Habentur circa Babylonem in Judæa & Thebaide: & si comedantur, faucium asperitati medentur. Tria eorum apud Plinium genera 1. *Nicolai*, quæ globosæ, magnitudine & pulchritudine admirabiles, sex nempe digitorum; colore partim melino partim purpureo: succini scribit Xenophon; odore suavi. 2. *Adelphides* quæ minus speciosæ, sed sapore Caryotarum sorores, ob hoc ita dictæ, proximam suavitatem habent, non tamen eandem. Genus est incognitum plane. 3. Παπυραι, quæ nimio liquore abundant, rumpitque se pomi ipsius etiam in sua matre ebrietas, calcates similes. Meminit earum & Trallianus. Galenus pingues, dulces & parum adstrictorias facit. 2. *Viles* seu *communes* Romanis Balani, Judæis Chydææ, ut in Botanologia Philologica diximus, vocantur. Post cœnam dabantur. Plura talium apud Plinium genera, quæ à fructu sumuntur. Suum genus è ficciore turba Balanis, (sic lege, non dactylis) prælonga gracilitate curvatis interim. Differunt *figurâ* rotunditatis aut proceritatis. Differunt & *colore*, nigriores ac rubentes. Nec pauciores hîc habentur colores. Maximè tamen placent candidi. Distant & *magnitudine*, prout multi cubitum effecere. *Usus* fructus *in Cibis* quod servari non possint, ut de Thebaicis dicemus. Conficitur ex πιναρίου vinum, ut apud Dioscoridem extat. Quin & sues & reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti ejus pomi signum est, decidisse candidam verrucam, quæ racemo adhæserit.

Plin. H. N. l. 13. c. 4. Ibidem. L. 7. c. 8. Gal. Meth. med. l. 10. c. 9. & l. de cibis boni & mali succi c. 4. Loc. cit. M. M. l. 1. c. 148. Plin. l. c.

II. Quoad *Locum*, optime in *Asiaticas*, *Africanas* & *Europæas* distinguuntur.

1. *Palmulæ Asiaticæ* sunt 1. *Judaicæ* tam Chydææ quam viles. Laudatissimæ Hierichuntes, Archelaides, Phasaelides, & Liviades. Dos præcipua succo pingui lactescentibus, quodamque vini sapore in melle dulci. Non multas sinebant crescere, ut raritate annonam earum incenderent. 2. *Babylonicæ* quæ etiam inter Caryotas numerantur. Copiosius quam in Judæa proveniebant. majores quidem his, sed non tam bonæ. Videntur eædem cum *Regiis*, quas τὰς διατόρους ὀστρυμίνους & ὀστρακίνους Xenophon vocat. 3. *Arabicæ* quæ languidè dulces; quanquam Juba

Plin. l. c. Diod. Sic. Biblioth. l. 2. Xenopho. Exped. Cyri l. 1. Plin. l. c.

Juba apud Scenitas Arabes præfert omnibus saporibus, quam vocant Dabulam. 4. *Cypria* quæ duplex, & confundit utramque Plinius. *Vnius* fructus, quamvis nunquam ad maturitatem perveniat, grato tamen sapore dulcis est. *Alteri*, folium latius, fructusque reliquis major & ἰδιόμορφος, magnitudine mali Punici; figura oblongus, succo minus grato quam in cæteris, sed punico simili. Ideò non deglutitur, sed commanducatus exspuitur. Plinius, non ut devoretur corpus, verum ut exspuatur, succo modò expresso, posuit.

Plin. l. c. Theop. H. P. l. 2. c. 8. Theop. l. c.

II. Palmula Africana est 1. *Æthiopica* quarum alia *Sandalis*, de qua sequenti differentia; alia *vilis*, quæ friatur, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Arbor ipsa κοίκας *Cacas* dicitur. Fruticosa est, virgâ cubitali, leni comâ, cacumini annexa. *folio* amplo, quasi ex duobus composito. *Fructus* quem gerit est pomo rotundior, malo major, odoris jucundioris, sed minus dulcis saporis. Triennio maturescit, semperque frutici pomum est, subnascente alio. 2. *Ægyptia*, quæ vel *Vilis* vel *Thebaica*. *Illa* circa Deltam & Alexandriam, ut apud Strabonem habemus, nascitur. Squallida est & exigua Siculo, dura sicca & austera Galeno, οὐκ εὔβρωτος Straboni. Quæ prima aut magna ex parte quinquennis fructificat. De *Thebaica*, Caryota ne sit an non, non conveniunt authores. Verisimile nobiliorem inter Africanas, sed Caryotis exæquari non posse. Plinio in totum arentes macroque corpore exiles, & assiduo vapore torrentes, crustam verius quam cutem obducunt. Extemplo in cados conduntur, cum sui ardoris anima, ni ita fiat, celeriter exspirant. marcescuntque non retosta furnis. Præstabant in *cibo*, & vinum ejusdem cum fructu facultatis. *Nuclei* in fictili novo cremati & vino abluti, spodii vicem in ornandis decorandisque palpebris supplent, quod Plinius ita protulit. *Nuclei palmarum cremati in fictili novo, cinere loto, spodii vicem efficiunt, miscenturque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo.*

Plin. l. c. Theophr. H. P. l. 2. c. 8. Plin. H. N. l. 13. c. 9. Strabo Geog. l. 17 Diodor. Sicul. l. 2. Galen. de cibis boni & mali succi, c. 4. Plin. H. N. l. 13. c. 4. Ibidem.

Palma.

3. *De Europæis* superius dictum.

III. Quoad *Ossium diversitatem* differentias ita brevissimè ex Theophrasto deduxit Plinius: *Fructiferarum aliis* brevius lignum in pomo, *aliis* longius: *his* mollius, *illis* durius: *quibusdam* osseum, lunatoque dente contra fascinantes, reliquâ politum. Malè in vulgatis, lunatumque dente contra fascinantes religione politum.

Ibidem.

IV. Ab aliis accidentibus sunt 1. *Regia* magnitudine & virtute omnium clarissimæ. Ideò Regibus tantum Persicis servabantur. Babylone natæ, uno in horto Bagoæ Eunuchi, qui crudelissimum Persarum Regem Ochum veneno sustulit, ipse à Successore Dario extinctus. Hortus ille, nunquam nisi dominantis in aula fuit. 2. *Syagri*, qui in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem. Ipsum *pomum* grande, durum, horridum, & à cæteris generibus distans, ferino sapore, quem fermè in apris novimus. 3. *Margarides* seu *Margaritides*, quæ breves, candidæ, rotundæ, acinis quàm balanis similiores. Una earum arbor in Chora fuit. 4. *Sandalides* suavitate mirabiles. 5. Ἀδίψοι Plinio virides, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colliguntur paulo antequam incipiant maturescere; quia humore sunt plenæ, sitim non aliter ac aqua sedant, sine noxa capitis. 5. Ἀπύρηνοι Theophrasto, quibus prout ἀδίψοις nullum intus ossiculum: quod & naturâ & arte procuratur.

Plin. l. c. Theop. l. c. Diodor. Sicul. l. 16. Plin. l. c. Theop. l. c.

Articulus II.

De Palma Recentiorum.

Punctum I.

De Palma Dactylifera majore.

PAlmas *Recentiorum*, tam vulgarem antiquis notam, quam Exoticas illis incognitas, in *Dactyliferas*,

Palma.

Cocciferas, *Viniferas*, & *Coniferas* divido, iisque *Arbores & fructus varios* tam *affines* quam *non affines* adjicio.

Palma Dactylifera quam ex mente Veterum jam descripsimus, est vel *Major* vel *Minor*.

I. *Palma dactylifera major* est vel *Vulgaris*, vel *Brasiliensis*, vel *Dactylifera & Vinifera simul*.

Alpin. de P. Ægyp. c. 7. Vesling. ad cap. 7. Alp. Bauh. H. P. l. 3. c. 159. Tab. H. P. l. 3. c. 686. Matthiol. ad Diosco. l. c. 126.

I. Palma dactylifera major vulgaris arbor est viginti passuum & amplius altitudine. Caudex simplex, parte humi proxima grandior & debilior, per tubera quædam inæqualia scansilis, *cortice* ad extremum senium scabro. Quo magis assurgit, eo minus ramorum abscissorum nodis horret: annosior nodos penitus obliterat. *Ramus* plusquam tricubitali est longitudine, minimi digiti crassitudine & ampliore, sensim ad summa usque attenuatur, & tandem in folia aliquot, arcto ortu cohærentia degenerat, triangularis, striatus, nonnihil fungosus, & quasi ex longis filamentis, quorum spacia medulla farcit, compactus. *Folia* utrinque adnascuntur arundinacea, rigida, in acutissimum mucronem desinentia; quorum superiora agminatim pari ferè passu pinnatimque exsurgunt. *Flores numerosi*, albi, facie crocinos æmulantes, tenuibus quibusdam villis appenduntur. Id quod spathâ involutum fructus sustinet, non malè scopis comparaveris. A manubrio compresso, materie cum ramis persimili, in fila solubili, bacilli scoparum forma, cubitales quamplurimi, gradatim ex intervallis modicis exeunt; quorum singuli, parte inferiore quæ nuda, quadrati, superius torqueri & crebris tuberculis, quibus fructus adhæret exasperari incipiunt. *Dactylos* ita absolutè Bauhinus descripsit. Dactyli figura oblonga mediante calyculo sessili bacillis adhærent, cortice externo per maturitatem fulvo, cui subest pulpa pinguis & dulcis: huic verò subtenditur membrana alba in tenuia filamenta dividua, proximè osficulum contegit ejusdem, ut videtur, portio, colore cinereo, albido aut fulvo. Ipsum osficulum oblongum, modò tenue, bruchi instar, modò crassum beneq; habitum, rugosum, altera parte secundum longitudinem sulco profundo exaratũ, adversa parte suspensa lineola notatum, in cujus medio impressus umbilicus, cui intrinsecus respondet antrum exiguum, conceptaculum germinis albicantis & mollis. Detracta ultimâ membranâ, substantia apparet rubra uvarum acinis concolor, superficialis, nisi quod ex sulco penitus se insinuat in intimam osficuli seu nuclei substantiam albam, duram ut cornu, atque adeò verè osseam, marmorisque fragmenta fractu imitatur: ejusdem duritiam & colorem, cum duritia & colore cornuum mistam gerens, sapore subdulci, & haud instrenuè adstringente, in cujus visceribus medulla latet, quæ penè cartilaginis refert naturam. Uberrimus earum etiam à pauculis ramis sed alternis tantumannis exortus. Tot unicus racemus profert, ut vix à terra præ pondere sublevari possit. Maritatur à nitrosi pulveris vi, quę flantibus ab Austro ventis, cacumina palmarum obsidet. A spatha prolatis floribus & post flores racemoso fructu arescit. De *Loco* vide infra in Differentiis. *Vsus* multiplex. Ex *truncis* fiunt domorum trabes: ex *ramis* parietes, & alia lignea vasa, quæ *Cuffaz* nominant: ex *foliis*, flabella & sportæ: è caudicis *cortice* funes pro navibus. Medulla quam rustici sterilibus auferre solent, cruda comeditur, & gustu Carduum refert. *Spathæ* membrana in pulverem redacta, per os sumta, omnem fluxum sistit, hepaticum inprimis & hęmorrhoidalem, frænat depascentia ulcera, & uvæ laxitatem tollit. *Pulvis albus* involucro cum florere incipit insidens, raucedini, tussi & ophtalmiæ cum saccaro opitulatur; retinetque menses & fætum. *Dactyli* maturi pulmonicis morbis ferunt opem; & variolas pellunt: immaturi stringunt. Ad illa quæ de *Generibus* ex Veteribus diximus hæc adjice. Videri in Italia satis adul-

Alpin. l. c.

adultas sed non satis magnas. Fuisse *Monspessuli* insignem quæ vere florebat, Dactylos satis magnos autumno fundebat, & centesimum annum superare credebatur. Persuasum vulgo, vix ante quinquagesimum annum illis locis parere. Visas & Arelatæ, Narbonæ, & ad Olbiam Galloprovinciæ, haud paucas, quæ fructus tulerunt, etsi non maturarent. Non dubitari & hodie vel de sexu vel de maritatione. Ideò pulverem maris involucro insidentem spargi: funem ab una ad alteram duci: manu postquam mas attactus fuerit, & fœminam attrectari: & in sylvestribus per radices fieri complexum. Dari & nunc differentiam in *fructu*. Sunt *oblongi, magni*; & prunorum instar crassi, qui Julio mense in agro Bassanensi maturantur. Sunt *parvi, longi, quercuum glandibus similes, rotundi*. Sunt *virides, albi, flavi, rubri*, quales Rauwolffius in Arabia deserta vidit. *Immaturi* sapore sunt asperi; *maturi* dulces, *maturescentes* Castanearum suaviore gustu. Vidit Veslingius ἀπυρήνους benè maturos, juxta cum aliis in eadem arbore, communibus minores & flavescentes. Nuclei vicem folliculus cartilagineus gerebat, cavitate inani circa medium relicta. In Chiapam novæ Galæciæ provinciam ex Hispania traductæ, octavo à satu anno, optimos dactylos dedisse observatum est.

Alpin. l. c.

Vesl. l. c.

De Laet Ind. Occid. l. 6. c. 4.

II. Palma major Brasiliensis, Barbaris *Caranaiba*, & *Anache Cairi*, Lusitanis *Tamar* appellatur. Arbor est tardè crescens, palmæ majoris altitudine: *ligno* ruffo, duro & crassi nervi intus: *cortice* gryseo, & cartilagine à terra cochleatim squammato; *Squamma*, quæ nihil aliud, quam ramorum dum arbor in altum tollitur, reliquiæ, sensim breviores fiunt, supernè decidunt: in adultis inferiori duntaxat medietati insident. *Rami*, in cacumine orbiculatim expanduntur, in utroque latere compressi, spinis nigris duris armati, brachiis caudam pavoninam æmulantes; in cujuslibet extremitate, *folium* rotundum, viride, fœminei manuarii, umbraculi instar plicatum, & introrsum in multa alia carinata duorum pedum folia sectum. Inter eosdem ramos, prodeunt alii quatuor pedum longitudine, in multos lanuginosos ramulos alternatim expansi & quasi è vaginula prodeuntes: quibus alternata serie *flosculi* pallidè flavi, τριφύλλοι ἀστέδες insident. *Fructus* hos sequuntur magnitudine olivæ, primum virides, amari; mox in Februario maturi nigrescentes & dulces. *Tirade* barbaris. Conspicitur in præfectura Paraybajensi, ex remotissimis nemoribus ad hortos traducta. Omni anni tempore adulta licet, tristi fundo felicissime transplantatur. *Foliis* teguntur ædes. *Fructus* gentilibus tam crudi quam præparati in deliciis. Semel secta, nunquam trunco renascitur.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 10. Marcg. H. N. B. l. 3. c. 17.

III. Palma dactylifera & vinifera simul est duplex, *Capitis viridis* nempe & *Guineensis*. 1. *Palma major dactylifera & vinifera Capitis viridis*, debetur Theveto, de qua hoc tantum ex eo habeo, arborem esse proceram & perpetui viroris. ferre *dactylos* parvos, austeros & acidos ut non facilè edi possint: *provenire* in promontorio viridi; *caudice* imâ parte duorum pedum altitudine à terra perfosso, stillare liquorem, qui Æthiopibus *Mignol*, colore vini Andegavensis, sapore pręsuavi & qui sale conditus à corruptione præservetur, & ardorem extinguat. Addit, quod falsum judico, Ægyptios eo mortuorum cadavera ante condituram, ter quaterq; abluisse. 2. *Palma major dactylifera & vinifera Guineensis*, quæ arbor est navalis mali altitudine & crassitie; *materie* rubescente flavis venis distincta, tenuibus segmentis dissiliens. *Folia* in summo fastigio, deorsum inflexa, duodecem aut quindecem pedes longa, arũdinum ritu incisa. sub his, brevib. demissę pediculis, capitis humani magnitudine *Vvæ, ex fructib.* pruno majorib. coloris aurei & quib. int⁹ nuclei, congesti. Arbor terebro transacta, *liquorem* seri lactis instar, dul-

Thevet. in sing. Galliç Antarctic. Bauh. H. P. l. 3. c. 166.

Franciscus Penius apud Bauh. l. 3. c. 161.

Palma. dulcemque fundit, qui cum melle sylvestri permixtus, *vinum de palma* vocatur, & largius sumtus temulentos reddit. Reperiuntur & in insula D. Mauritii propè Madagascar *palmitæ* ex quibus vinum fluit. Alibi sunt trunco crasso, è quo folia longissima, nullo pediculo prodeunt.

Bauh. H. P. l. 1. c. 72.

Punctum II.

De Palmis Dactyliferis minoribus.

Palma Dactylifera minor est vel *Vulgaris* vel *Exotica*.

I. *Palma Minor Vulgaris* est vel *spinosa* vel *non spinosa*.

Bauh. H. P. l. 1. c. 142. Matthiol. Camerar. Epit. p. 125.

I. Palma minor vulgaris spinosa aliis *Chamærops, palma humilis, Cefaglione, Palmites & Chamæriphes* vocatur. Cubiti & ultra est altitudine. In parte radici propinquiore, tuberosa & fistulosâ, germen, quod *cerebrum* vocant, innumeris involucris circumseptum. *Folium* simile majori, sed angustius. *Flores* ex obliquo, è capillacea coma emergunt; è quibus baccæ racematim prodeunt, crebræ & minores. *Provenit* in Creta, Sicilia, maritimis Senensibus, sed illis minor. Nec non in Hispania, Lusitania, Gallia Narbonensi, vicina mari. In insula etiam Ilva, sponte oritur in scopulis marinis; ut & Palmeola illi vicina, monteque Pisensium nigro. De *Usu* nota. Ex *foliis* tegetes & capitis umbracula texi. Ex *ramis* quorum Dominica Palmarum Romæ usus, scopas & sportulas parari. Tuber ad radicem tenerrimi est saporis; *Cerebrum* quod aqueum & terrestre, cujusque partem duntaxat radici incumbentem in cibo Cardanus concedit, cæteruorum est sapore: cum salis & piperis momento, multum ad venerem præstat: per se flatus excitat. *Bacca* adstringunt.

Bauh. H. P. l. 1. c. 162.

II. Palma minor vulgaris non spinosa à Bauhino sub titulo *palmæ humilis Hispanica non spinosa* descripta est. Ex pediculo uno ceu manubrio triangulari, muscarii instar, stipatum foliorum agmen assurgit: quorum singula unciam lata, striata, logitudine sesquicubitali in cultratum mucronem abeunt. *Fructus* magnitudine & figura est olivari, triplici cortice tegitur; quorum extimus tenuis, in ruffo nigricat, castaneæ instar, alter cinereus in fila ductilis: tertius ad nucis moschatæ colorem accedit. *Nucleus* intus, duritie cornea, albus, dulcis, quem lineæ ruffæ breves, quarum una ad centrum pertingit, percurrunt. *Crescit* in Hispania, & in horto Patavino, in angulo juxta domum ferè, tempore Bauhini fuit. *Fructus* nautæ Gallici per maria invehunt; & ab aromatariis divenduntur.

II. *Palma Minor Exotica* varia est, nempe 1. *Chamæriphe peregrina*. 2. *Mauza cum affinibus*. 3. *Pacoeira Brasilianorum*. 4. *Banana*. 5. *Pacoba eorundem*. 6. *Palmæ Americanæ* aliquot; quibus addendæ erunt *Affines arbores & fructus*. Tab. XLV.

Clus. Exot. l. 4. c. 11. 13. Bauh. H. P. l. 1. c. 16 j.

I. Palmæ Chameriphes peregrinæ ramus missus erat Cluio, isque pedem Romanum longus, quadraginta virgarum infimâ parte contortarum, ut spatha aliqua contectæ fuisse videantur, fusci coloris, & in quibus hærentium florum vestigia, fructuumque rudimenta. Prodibat ex denso *cortice*, semuncia alto, lunato, sed cujus materia è multis transversis fibris nucum Indicarum tegumenti instar. Repertus est, si fides nautis, in altissimo quodam scopulo, ex medio ipsius maris caput attollente. Hujus fortè *folium*, quod cum descripto ramo missum est, sub Nymphææ Moluccensis titulo. Ex nervis meris constabat, quorum in parte prona, præter illum qui medium folium secabat, viginti septem, totidemque in supina. Unde colligitur Nymphææ esse non posse. Flavum idem, & culmorum maturæ segetis instar; & ex quo paratum erat flabellum. Forte est palmæ Maragnanæ tertiæ quæ Carana-uve, quam post describemus, dicitur.

II. Mauza multa habet nomina. Appellatur namque *Musa*, *Maum* & *Amusa*. Garzias ab Horto H. A. l. 1. c. 1[illegible]

Pacoeira.

Hairi Theueti.

Muza. Ein Indianisch gewächs.

Banana Orientalis.

Chamæriphe peregrina. Tab. XLV

Pacoeira Theveti.

Folium Bénjoyno obvolutum.

Panis è farina arboris farinifera

Quaubcojolli Terentÿ.



Palma.

Ovied. Hi. Ind. l 8. c. 1. Ludov. Vart. tom. Nav. l. 5. c. 15. Thevet. Singul. Amer. c. 33. Acosta Arom. c. 42. Alpin. de P. Ægyp. c. 22 Vesling. ad caput illud Bauh. H P. l. 1. c. 74. Stapel. in Theophr. H. P. l. 4. c. 5. p. 352.

Amusa Serapioni, *Quelli* Indis, *Banana* Guinensibus, *Platanus* Oviedo, *Phixymilon* Æschylo, *Margarita* Græcis & Latinis, *Muz* & *Gemez* Mauritanis; *Ficus Pharaonis* Kasi, *Melapolanda* Indis Orientalibus, *Abella* incolis insulæ D. Thomæ, *Ficus Indica* Acostæ, Caspari Bauhino *Palma humilis longis latisque foliis*. Viginti ferè palmorum altitudine attollitur. *Radix* est rotunda, gratum Elephantis pabulum: ex eaque in transversum acta, etiamsi nondum ad florem pervenerit, soboles pullulat. *Rami* nulli. *Caudex* cruris humani crassitie nodosus, ex multorum corticum sibi mutuo incumbentium junctura constat; seu multiplici foliorum incubitu, extra glaber, investitur. *Folia* in caudicis cacumine expanduntur: duodecem interdum palmas longa, quatuor lata; minora plærumque hominem in longum procumbentem comprehendere, dixit Rauwolffius, colore una facie ravo, fusco altera. per quorum medium costa, perpetua, striata & fungosa, aliquando aculeis à tergo armata decurrit. Cannarum Indicarum more prius convolvuntur, paulatim deinceps explicata solem admittunt. Insitam olim cannæ saccarinæ supra culcassiæ radicem, arborem, quidam credunt. Perpetuò virent, nunquam decidunt. Ex fastigio nascitur veluti *thyrsus* quidam *florum* simul in modum pinei strobili congestorum. Veslingius florem lilionarcisso majorem, sed globorum & Meleagridis instar, extrema foliorum substringentem, coloreque ferrugineum vidit. Ex thyrsi pediculis seu malleolis & nodis brachialis crassitudinis, producitur *fructus* flavescens, palmari longitudine, crassitie brachiali, minore interdum, cucumeris figurâ; cortice crasso, aureo, & odoris aromatici: cui *medulla* candicans, mollis, pinguis, lenta, absque granis aut semine. Unus pediculus seu botrus vicenos, aliquando aliquot & centenos fructus fert. Perit arbor à formicis læsa. *Nascitur* in Orientali India, Guinea, circa Tripolim, in Portugallia &c. Visa Patavii: sed ob hyemis sævitiam emortua. *Foliis* saccari panes involvuntur. *Florum* thyrsus, pipere, zingibere recenti, allio, sale & aceto conditus, capparum modo editur. *Fructus* quoque, quia substantiæ pinguis lentæ & dulcis blanditur palato; sed stomachum gravat, nauseam excitat, & difficulter concoquitur. Frigitur & in sartagine cum saccaro, aspergiturque cinnamomo. Sunt & qui cum carnibus elixent. Decoctum tussientibus ex calido defluxu, pleuriticis, difficulter mingentibus, & qui æstuosos renes habent, prodest. *Cortex* fructus seu decoctus seu pulverizatus, omnia viscera roborare dicitur. *Affines* sunt ei 1. *Heloxochitl Terentii*, qui ramus arboris. *Folia* Muzæ, ex unâ parte saturati, ex altera, valdè diluti coloris. *Ramus* nodosus, ubi folia decidêre. venæ frequentes in inferiore foliorum parte: in summitate rami folia valde conglobantur. 2. *Photel* in regno Cattayæ, quam nonnulli Ficum Pharaonis nominant, de qua nihil occurrit. 3. *Banam* fructus in regno Congiano formâ & gustu Muzæ Ægyptiæ. 4. *Arbor pomifera Aegypti Giraudeti*, quæ est alta, folio cubitum longo & pedem lato, pomis longis, cucumeri similibus: in medio figura nucis esui optima. putrescunt intra septem dies. 5. *De Palma sylvestri in Cambaja simili*, nihil occurrit, præterquam visam ibidem, & in Guzarate à Garzia; sed sterilem & longè à Tamarindifera diversam.

In Itinera. Brocard. in descriptio. terr. sanctæ

Recens R. Med. N. H. p. 376.

Giraud. in itiner. Hierosolymit. Bauh. H. P. l. 1. c. 75.

H. Arom. l. 1. c. 78.

III. Pacœira est duplex *Marcgravii & Theveti*. 1. *Pacœira Marcgravii* Congitanis *Quibuaquitiba*, Brasilienfibus *Pacobete*, Lusitanis *Pacoba*, pro *Muza Brasilienfi* haberi potest. Occurrunt quippe in ea, de quibus in Muzæ descriptione authores silent. Utar Marcgravii verbis, qui exactissime ejus propagationem descripsit. Ex radice, inquit, propagatur hoc modo: *Primò erumpunt* folia duo aut tria *in fistulam convoluta, paulò post secundo se prodit ad quodlibet latus unum, in medio est fistulæ foliacea, & sic sensim*

Marcgrav. H. N. B. l. 5. c. 14.

Palma. planta trium aut quatuor mensium spacio, in quinque, sex, septem pedum altitudinem adolescit, caudice tibiam humanam crasso aut paulò crassiori, spongioso, foliis convolutis simili, & qui uno ictu facilè discindi potest. Superius octo, novem, etiam duodecim folia expandit elegantia: quodlibet quatuor, quinque interdum & octo pedes longum; quatuordecim aut quindecim digitos latum. In utraque extremitate paulo angustius, nervo secundum longitudinem digitum humanum crasso, qui etiam sex aut septem digitos crassus, per sex aut septem digitorum longitudinem se exserens è folio, pediculus folii vice fungitur. Nervus hic in superiori superficie tanquam canalis excavatur & transversim lineæ subtiles à nervo ad latera extenduntur. Sunt q. folia eleganter viridia, ad tactum lævia & solida instar chartæ membranaceæ, eodemque modo crepitant: Ideò non diu integra manent, sed à vento agitata dilacerantur transversim secundum ductum striarum, & strepitum excitant commota. Ex summitate caudicis hujus spongiosi, seu è medio foliorum prodit ramus seu brachium. Ramus hic primo quasi semipedem longus, tener & pollicem humanum crassus, in extremitate sua continet corpus turbinatæ figuræ, magnitudine strobyli majoris circiter quinque digitos longum, constans è foliis latis, ellypticæ figuræ, brunni coloris obscuri, striatis, quibus quasi pulvis cinereus aspersus: hæc complicata invicem constituunt illud corpus turbinatum: singulis autem diebus, unum, duo aut tria folia se pandunt, sursum versus se convolvendo, nam turbinatè corpus dependet. Subter foliis his expansis apparent sex, septem aut octo flores, ordine juxta se positi, ex albo flavescentes, quilibet duos circiter digitos longus, scapus autem similis parvæ scaphæ, cujus pars qua insidet exortui suo, sit prora, altera extremitas puppis, ex qua prominent quinque foliola angusta, figuram habentia illius instrumenti, quo nauta utuntur in humectandis velis: eminent autem è puppi flores digiti longitudine, ex albo flavescentes, & in ambitu lateritio colore fimbriati: in medio porro eorum stamen luteum crassiusculum insidet, figurâ baculi cum nodo in extremitate, quali incedunt Nigritæ. Dimidia autem parte scapha tegmine subtenditur à prora incipiendo, ut in scaphis nostris lusoriis: sub hoc tegmine intus in scapha manna seu lentus humor continetur, ad tactum frigidus, saporis mellei, consistentia & colore similis albumini ovi recentis; in hoc humore ortum sumunt quinque illa foliola cum stamine: delectantur formicæ admodum isto nectare. Flores hos sequuntur fructus ordine & arte juxta se positi, quilibet brevi pediculo nitens, & ostentans primo in umbilico suo florem, qui postea decidit: fructus autem in dies augentur. Continentur plerumque in uno ramo, decem, duodecim, quatuordecim aut sedecim numero, ut ita una planta proferat septuaginta aut octuaginta, quos virides sinunt donec flavescere incipiant. Fructus autem justam magnitudinem nactus, magnitudinem habet cucumeris nostratis oblongus & trilaterus quasi corio crassiori tectus, quod facillimè in tres partes digitis se dividi & detrahi sinit. Pulpa mollis est instar butyri medullam quasi cucumeris per medium, secundum longitudinem habens: boni est saporis, & frequentissimè comeditur vel solus, vel cum farina Mandiocæ, vel coctus & frixus in oleo aut butyro. Ramus autem ille fructibus onustus interea dum illi matureſcunt augetur, & ad duorum pedum aut majorem longitudinem excrescit, floresque semper protrudit ex corpore illo foliaceo, sed qui decidunt sine spe fructus, nam una planta non facit plus fructuum quam nutrire & ad augmentum perducere potest.

2. *Pacœira Theveti*, quam sylvestres Americani, *Pacoueram* vocant, ipse *Pacoveram*, effigie à Pacœira Marcgravii & Pisonis abit. *Caudex* est hominis altitudine, crassitudine, quam utraque adulti manus ex æquo capiat; *Folia* homine longiora, bipedanea latitudine. Lerius lapathi aquatici similia facit, longitudine sepedalis tenuia, & à vento in partes scindi. *Fructus* racematim crescit, pedalis, cucumeris crassitudine. Triginta aut quadraginta è surculis è stipite prosilientibus pendent, Pacona Brasilienſibus. Baub. H.P. l.1.c.67.

IV. Ba-

IV. Banana est duplex *Orientalis & Occidentalis.*

Amer. p. 4. c. 2 Purchas. Naviga. T. 1. l. 4. c. 4. f. 1. p. 416.

1. *Banana Orientalis* appellatur Oviedo *Platanus, Ficus Indica* Linschottano, *Darachi* Arabibus, *Bonnanas* aliis. A multis cum Muza planè confunditur. Ideo eadem & arbori & fructui nomina, eadem genera, & si quæ alia occurrunt. Et convenire quidem in plurimis fateor: esse tamen in quibusdam discrimen, ex descriptionum comparatione colligi potest. Crescit ad hominis magnitudinem. Truncus arundinis similitudine. Quod senescente arbore exteriorem corticis partem tegit, in modum cribri ex telo facti figuratur, aspectu aliquantulum crassius. *Folia* in medio crassiore nervo instructa, introrsum cucullata ac clausa, in mediam hominis altitudinem explicant se & per vices excrescunt, ita ut vetera à recentioribus quodammodo pellantur. *Flos* inter folia nascitur, ovi Struthionis magnitudine, colore purpureo, ex quo longiore incremento caulis brassicæ materia ramus prodit, *fructus* plærumque centum, racemi in modum proferens, quibus primo fabarum forma, cum adhuc volvulis includuntur, magnitudo medii palmi, trium pollicum latitudo, & cucumeris crassities. *pulpa* intus albescens, & mixturam ex farina & butyro referens. Syri nescio quas cruces, quæ obliqua fructus scissione appareant, in eo somniant. *Racemi* aliquando tam magni evadunt, ut à duobus bajulis deportari necesse habeant. Descinduntur adhuc immaturi, & inter virorem & flavedinem hærentes; suspensi, quatuor aut quinq; dierum spacio matureſcunt. Unum duntaxat arbor fert: detruncata, mensis spacio ita adolescit, ut fructum toto anno copiosè ferat. *Provenit* Ormuzii, ad oram Arabexinam, in Mozambique, Malabar, Guzaratte, Decan, Canarin, Bengala, Hierosolymis etiam, Damasci, Cayri &c. Ex *foliis* in insula Capol supparum conficiunt, quo corporis partem inferiorem & pudenda tegunt. *Fructus* decorticati assantur, & in orbes scissi, adjecto vino & Cinnamomo, cidonii mali assati saporem excedunt. Dispescitur sub nomine Ficuum in aliquot *genera*. 1. *Figos d' Orta* vocant Lusitani, quasi hortenses dicas, qui communiores & aliquanto crassiores. 2. *Senoria* seu *Cenoria*, quæ minores, læves, flavæ admodum, longiusculæ & odoratæ. 3. *Chincapanoes* seu *Chincapolina* quæ virescunt nonnihil, largæ aquæ rosaceæ odore. 4. *Cananorenses*, quæ palmi longitudine, crassitudine egregiâ, introrsum rubescentes, siccatæ per universam Indiam distrahuntur. 5. *Imminga* Æthiopibus, quæ Sophala profert, & præ cæteris laudantur. 6. Reperiuntur alibi in India exiles & candidæ, quas in Hispaniola *Dominicas* vocant: alibi crassiores & rubentes.

Linschott. Ind. Orien. p. 411.

Palma.

Acosta Ind. Occid. l. 4. c. 21.

2. *Banana Occidentalis* Brasilienſibus *Pacobucu*, Congensibus *Quibuca quiaucacala*, tota apud Brasilienses ut Paccœira est; at turbinatum illud floriferum corpus paulò minus conspicitur, & *flores* parum differunt. Sunt duos circiter digitos longi, ex albo lutei, coloris suavissimi. Scapus non scaphæ instar est, sed rectus, cavus tamen & Canoam Brasilienſem repræsentans; *Foliola* sex angusta è pupi prominet, ejusdem ut in Paccœira figuræ & coloris, sed stamen in medio deest: interior canoæ medietas, cavo albo flavescente tegmine tegitur. *Fructus* decem circiter digitos in longitudine habent, curvi & lunati, Paccœiræ fructibus minus crassi, & substantiâ sicciores. Piso addit cutem quadrangularem.

Marcg. H. N. B. l. 5. c. 14. 10. p. 238 Piso de facult. simpl. l. 4. c. 8.

V. Pacoba nomine binas venire arbores video. *Una* Pisonis, quæ nihil aliud quam *Paccœira* jam descripta, ex cujus etiam trunco perpetuo humore turgente, aqua frigidissima & adstringens, perpetuum in calidis affectibus solatium elicitur. *Altera* Ximenis, à Laetio descripta, paulo abista, ut & Muza, ut ex comparatione patet, diversa. Arbor sit an herba dubium. In summam quidem altitudinem crescit, sed caulis tenetior

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 28.

De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 10.

Palma. rior & porosus. *Folia* sunt pulchra, cubitum sæpe & amplius longa, levia, striata, lætè virentia, atque frigidiuscula. *Caulis* in plurimos ramulos spargitur, cui racematim annascuntur *fructus* numerosi, ficubus similes, flavi coloris, saporis salubris, febricitantibus inprimis & hæmoptoicis. Succisis maturis, nova subinde exoritur in infinitum proles. Fructum à Clusio in Exoticis expressum putat Laetius.

Clus. Exot. l.1.c.11.

VI. Palmæ Americanæ sunt 1. *Tri*. 2. *Hairi*. 3. *Vrucuriiba Brasiliensium*. 4. *Quauhcojolli*. 5. *Palma Chiapensis*, & 6. *Palmæ tres Maragnanæ insulæ*.

Lerius in descript. Brasil. p.3. Ind. Occid.

1. *Tri*, seu *Turi*, quæ fructum profert rotundum, sylvestris pruni specie, in tantæ magnitudinis racemum congestum, ut ægrè una manu subleventur: sed meri sunt nuclei, cerasinis non majores. Habet & teneram summitatem inter folia, quæ in cibum cedit, & fortè hæmorrhoidibus medetur. 2. *Hairi* sive *Ayri* arbor est sylvestris in Brasilia, trunco spinis acuum instar pungentibus armato; *ligno* nigro, polito, & quod aquæ injectum, fundum petit; *folio* palmæ; *fructu* pilæ lusoriæ magnitudine, altero extremo quodammodo acuto, in quo nucleus candidus non edulis. Ex *ligno* fiunt monilia, enses & sagittæ, quæ loricas ferreas penetrare possunt. Qui *Ebenum* esse putant, falluntur. 3. *Vrucuriiba Brasiliensium*, quæ & *Tucu* est dactyliferæ per omnia similis, magnitudinem si excipias. *Fructus* (qui *Vrucuri* vocatur) capulæ squammosæ insidet, racemosus, pruni magnitudine, cuticulâ luteâ, pulpa paucâ filamentosâ, dulci; cui intus lapis durus, in quo nucleus albis, edulis. *Nascitur* in ea Polypodium Caraguata, quæ aquam præbet ad bibendum. Ex *ligno* contuso fit *farinha do pao*, coloris ruffescentis. *Foliis* teguntur casæ. Ex *ramis*, quia lenti, fiunt vincula. E *fructu* oleum exprimitur. Ex *nuclei* cortice applicato tubulo fit instrumentum ad hauriendum tabaci fumum. 4. *Quauhcojolli Terentii* arbor ex palmarum genere. *Radicis* ad arborem exiguâ proportio: quippe nec crassa, nec longa. *Stipes* subfuscus, in quo præter manifesta abscissorum ramorum vestigia, subtiles sursum tendentes aculei. *Folia* vulgaris teneriora & pennata. *Fructus* uvarum rubellarum & albicantium racemis planè similes. 5. *Palma Chiapensis* quæ in Chiapa Orellanæ provincia abundè crescit. *Fructus* fert orbiculares, ubi maturuêre nigros, & palato non ingratos. 6. *Palmarum insulæ Maragnanæ tres species*, 1. *Meuruty-uve*, quæ fructum fert ovi magnitudine, cortice exterius rubicundo, & nigris maculis distincto, intus rubro, cui nux unica dulcis & edulis. 2. *Tnaja*, cui fructus racemosi, magnitudine olivarum, ducenti nonnunquam & trecenti uno racemo, ita unus singulis ferendis vix par sit. 3. *Carana-uve* folia promit patula, flabellorum fœmineorum instar, fructum prunis Damascenis non absimilem.

Thevet. in Hist. Gall. Antarct. Bauh. H.P. l.3.c.194.

Piso de facult. simpl. l.4.c.84. Marcgrav. H.N.B. l.3. c.9.

De Laet Ind. Occid. l.11.c.11.

Reccus R. M.N.H. p. 401.

De Laet Ind. Occid. l.7.c.4.

Ib. l.16.c.11.

VII. Affines hisce sunt *tres arbores & tres fructus*.

1. *Arbores* sunt 1. *Arbor Socotorana Purchasii fructu dactylis simili*, quæ altitudinis est circiter unius viri, caudice circa radicem crasso, sed qui ita versus superiora sensim attenuatur, ut in cacumen acutissimum abeat. Lævis idem & sine cortice. In vertice aliquot ramos cubitales, ἀφύλλους ꝓjicit, qui rubescentes flores producunt, & post hos fructum, forma & magnitudine Dactyli primò viridem; nuclei parvi, albidi & amari; cujus saporis sunt & rami, qui & resinosa substantia turgent. Finchius mercator ex cujus itinerario hæc desumpta, Myrrham esse putabat. 2. *Zagu* seu *Arbor farinifera*, quæ triplex. 1. *Alia eam fert in orbiculato capite*, quod in summo fastigio brassicæ capitatæ instar extuberat; cujus truncus est humani femoris crassitie, decem pedum altitudine. Fermentatur inspersa aqua, & in formulas coctili latere constantes longâ serie immittitur, circumpositisq; ardentibus prunis in panem coquitur. Vescuntur calido: ubi induruit

Purchasius Nav. T.1.l. 4.c.4.l.3. p.420.

Clus. Exot. l.1.c.3.& 16

Palma Elephantis Acostæ.

Palma nucifera Indica major. cum fructu.

Tab. XLVI.

Palma nucifera Manicōgensis

Iocara seu Jucara.

Pindoba.

Nux Naldivensis magna.

Palma Babey Coyalli dicta. Tab XLVII

Palmæ Cucciferæ fructus.

Nux Indica oblonga Faufel similis.

Fructus Palmæ Faufelferæ.

Palma Faufelifera.

Palma Saccifera.

Fructus vna parte sessilis altera parte distinctus in star nucis Faufel.

Fructus Exoticus Faufel Affinis.





ruit in pultem tepida aqua maceratur. Farinam *Sagge*, *Sagu* & *Zagu* vocant. Provenit in Ternate. 2. *Alia eam fert in trunco*, quæ iterum *duplex*. Nam quæ in *regno Fanfur crescit* vasta est, *caudice* quem duorum virorum ulnæ vix amplectantur, *cortice* tenui: *materie* tres digitos crassa; *medulla* farinaceâ cariei simili. Agitata in vase aqua pleno repurgatur; ex repurgata paratur panis, hordeaceo colore & sapore similis, & varia edulia. At quæ in *Amboina* Moluccarum unâ, palmæ est similis; materie & cortice tam molli, ut cultello discindi possit. *Medulla* candida ut grando, & pollini tenuissimo, non dissimilis. Depsitur à pauperioribus cum aqua; à ditioribus cum lacte ex eadem palma desumpto. Habetur talis arbor & in Peruana provincia, cui *Sancta Crucis de la Sierra* nomen. 3. *Alia materiam duntaxat suppeditat*. Recisa in multas partes finditur, & malleis harundinaceis tunditur, donec in scobem qui *Sagge* vocatur abeat. Panes ex ea confecti, sunt candidi & quadrilateri, palmi magnitudine. Alibi extat panem Moluccanorum Gagu, ex radicibus arborum confici. *III. Arbor tinctoria Theveti*, quæ in regno Senegæ nascitur. Est glandiferarum nostrarum crassitudine, *fructu* dactylis pari, ex cujus *nucleis* oleum exprimitur, quo cum aqua mixto, pocula & pileos ex junci vel oryza paleis contextos croceo colore tingunt. Odore est violæ Martiæ. Ideò eo pisces & oryzam condiunt.

M. Paulus Venet. Itinar. l. 3.

Clus. Cur. post. p. 66.

Clus. Exot. l. 1. c. 16.

Ind. Orient. p. 8.

II. Fructus sunt 1. *Fructus palmulis similis*, sed ut piper linguam exurens. 2. *Fructus Exoticus tertius Clusii*, quem in ficu vide. 3. *Folium Benjoino obvolutum* ruffescens, quod maximum erat & Muzæ fortè majus. Costa elata percurrebat id, cum nervis obliquis, elatis & ipsis, à quibus venulæ transversæ ultro citroq; discurrebant. 4. *Hibocoubu* fructus Americanus, qui dactylum æmulatur, nec editur. Fit ex eo *oleum*, quo nati in tibiis Americanorum albi vermes *Tom'* dicti tolluntur. Servatur in vasculis ex fructibus excavatis, quos *Carameno* nuncupant.

Linschott. p. 3. Ind. Orient. 10.

Bauh. H. P. l. 1. c. 80.

Bauhin. ex Thevet. H. P. l. 3. c. 91.

Palma.

Punctum II.

De Palmis Cocci seu Nuciferis.

TAntum de Palmis, quæ vel Dactylos, vel illis aliquid simile, vel vinum simul ferunt: Sequuntur *Cocci* seu *Nuciferæ*, quarum aliquot genera. Est 1. *Indica* 2. *Naldivensis*. 3. *Iavanensis*. 4. *Guineensis*. 5. *Manicongensis*. 6. *Americana*. 7. *Cuciofera*. 8. *Faufelifera* cum affinibus. 9. *Saccifera*, quibus adde 10. *Fructus aliquot Exoticos*.

Tab. XLVI. XLVII.

I. *Palma nucifera Indica* duplex est, *Major* nempe & *Minor*.

I. Palma nucifera Indica major est *Palma coccifera fructu anguloso* Bauhino, Arabibus *Maro* & *Siger Indi*, Indis *Tengamarau* Malajensibus *Tricon*, aliis *Coccus Indica*, *Neregil* Serapioni, *Darach* Persis, Mexicanis *Coyalli*, Palma *Cocoichne Iausial Indi*, arbor est tam excelsæ altitudinis, ut ascendens oculos animumque aspicientium perturbet. *Radicem* habet tenui spacio porrectam, & quæ quasi contra fidem terræ inhæret. *Truncum* spongiosum (Garziæ solidus est) rara densitate ferulaceum, & inoffensæ levitatis. Ideo in sparto per intervalla cingitur, ut facilius conscendi possit. *Medulla* ejus *palmite* dicta, chartæ tenuitate & candore, formâ plicabili crescit, ita ut interdum sexaginta togæ muliebris instar plicas habeat. *Rami* qui Indis olla deorsum flectuntur arcus instar, dorso eminentiore, oris utrinque in superiorem partem vergentibus. Scaliger in orbem sese ad summa usque effundere ait. *Folia* essent palmæ aut arundinis, nisi latiora haberet. *Flos* castaneæ similis. Ex ramis, qui ex inferiorum ramorum quâ caudici inhærent alis enascuntur; protruditur. *Fructus* aliquando humani capitis magnitudine, ovi struthio-

Linschott. Ind. Orien. p. 4. c. 12. fig. 11.

Reccus R. Med. N. H. l. 3. c. 40.

Ludov. Roman. Nav. c. 10.

Bauh. H. P. l. 3. c. 174.

Garzias H. Arom. l. 1. c. 26.

Acosta Arom. c. 19.

Lopez. H. Indicæ l. 11 c. 23.

Scalig. in Exercit.

Palma. nis vel cygni nonnunquam, ex rotundo magnam partem triquetrus, duplici cortice vestitus: quorum *extimus*, incolis *Xareta*, digitali crassitudine, carnosus, tot nervis per longitudinem perreptantibus, ut ex meris fibris congestus videatur, ex fusco cinereus, ruffescens & æruginosus intus, & qui medulla ejusdem coloris in pulverem levi attritu, si vetustior evadit, fatiscente, farcitur. *Interior* triquetrus etiam, sed solidus, osseus, cui tria foramina, ut larvæ speciem æmuletur, & stupei quasi villi, ex quorum concursu, barba exsurgit. *Nux* intus recens, tenero admodum cortice, & qui Cinaræ dum gustatur saporem refert; cui *medulla* tenera & dulcis. Ubi nux consistere incipit, aqua simul intus in media cavitate concreatur; simul ac illa perfecta, completur; ejus incrementi finis, initium nuclei est, qui ex aquæ condensatione provenit. Ideò in annotina mutatur in rotundam substantiam, mali instar, candidam spongiosam & levem. Suavis illa primò & durabilis: in maturiore aliquando acescere compertum. Ad ternos interdum mensarios cyathos excrescit. *Racematim* vero fructus plærumque propendet, sub foliis tanquam clypeo hærens. nonullis septem & octo racemis, aliquando à sexaginta ad centum libras pendentibus: intra trium mensium spatium *matureſcit*. & nonnisi per mensem vivit. Dicitur Malajensibus *Nihor*, Lusitanis *Coquo*, Persis *Nargel*, Turcis *Cox indi*, Brachmanis *Naxalu*, Malabarensibus *Tenga*. *Locum natalem* agnoscit Indiam, ubi tanta copia, ut Hispaniæ olivas & Bataviæ salices numero superet. In Sumatra nucibus naves Javonicæ plenè onerantur. In Bantam omnes domus sub talibus palmis. Sub iisdem & Canarini degunt. Amant maritima & sabuleta. in mediterraneis vix invenias. Seruntur nucibus & amphores juxta ædificia proveniunt. Nam pulvere & luto gaudere videntur. Tricenos aut quadragenos vivunt annos. Nihil in ea quod non singularem *Vsum* præbeat. In *Arbore* ipsa simiæ, cercopitheci, & bestiolæ viverris similes, sciuri caudâ oberrant & degunt. Ex *Ligno* naves in Naldivis insulis fabricantur, & clavis antennis, aliisque armantur. Ex *medulla* charta ducitur tenuis. Inscribitur virentibus plicis, quæ siccatæ literas indelebiles stimulo ferreo ante notatas, gerunt. Germina quo vetustior est arbor, eo teneriora, blandiunturque palato, sed cum arboris exitio. Ex *Ramis* ædium tecta & navium tabulata fiunt. Ex iisdem mense Augusto ad medium amputatis, & summitate residui ferro paululum scissa, liquor *Sura* dictus tantus stillat, ut ex singulis calix quatuor scyphorum die compleatur. *Crudus* bibitur prima die; tertiâ & quartâ injucundus est. Virus olet, flatus excitat, modicè humectat, & calefacit: Sed Vino mitior, caput non ferit. Phtisicis & calculosis adeò confert, ut vix aliquem ibi his morbis laborantem videas. At hypochondriacis & hydropicis noxius. *Destillatus* aquam ardentem fundit, *Fula*, *Arac*, & *Mype* dictam. Secundae ex ſura destillatio *Vraca* est, vinum, album, calidum, & efficax, totius Indiæ unicum, quod aquæ instar potatur. Temperatur à Lusitanis. *Coctus* sapam excellentissimam imitatur, ad inebriandum efficacissimus, & diu incorruptus permanet. Accuratiore coctione densatur in saccarum. *Iagara* vocant Indi. Mollit pectus & gravedini confert. Si *non decoquitur*, amittit dulcorem, & insolatus acerrimi aceti vim præstat; quod admotum igni, acrimoniâ exuitur. *Folia* chartæ instar esse dicuntur; inscriptamque iis, Regis Calecuti ad Portugalliæ, epistolam, fuisse, Lopezius author est. Præbent eadem coli vicem, & ad calceamenta soleas: nec non petasorum, verticulorum vestium, & florearum materiam. Regis Congitani ex ipsis scitè contexta insula. *Nux* siccata, ex superiore cortice libera,

Copra,

Palma.

Copra indigenis, devehitur Ormuzium & in alias regiones, castaneis siccis succedanea. Testa exterior dum mollis & candicans, edulis est, Cinaræ sapore: dulcior tamen & minus adstringens, quæque diarrhœis sistendis commodè adhibeatur. Ex corticis villis parantur lychnia inflammando pyrio pulveri, navium funes & rudentes, qui elato in altum navigio, miram in tenuitatem extenduntur; residente contrahuntur in crassitudinem, & dulci aqua situm contrahunt. Crassissimis farciuntur compages tabulatorum: tenuissima pars ad pannos, sericeis haud ignobiliores, vittas & alia servatur. Filum Indi *Cambaja* vocant. Ex *testa interiore* parantur vasa, quæ auro & argento exornantur, creduntque nervos egregiè roborare. Solymannus è tali calice ad formam scyphi adornati potabat. Ad carbonum eadem usus & præcipuum sibi aurifices habent. *Nucleus* recens amygdalorum dulcium sapore est. Editur aliquando cum pane, aliquando cum Jagara, aliquando cum saccaro, *Avela* seu pulmento ex Oryza & piscis quodam genere, bubalis carnibus induratis simili, qui ex Naldivis insulis adfertur & *Comalimasa* vocatur. Ex contuso atque expresso, *lac* habetur, quod unciarum octo pondere, cum pauxillo salis manè sumptum lumbricos necat, & oryza aliisque ferculis immiscetur; coctu alias difficilis & pituitæ parens. Idem in frusta sectus alio defertur, & loco reconditarum castanearum editur. Ex ramentis cum aqua fervefactis & subagitatis habetur *oleum* dulce, liquidum, olei amygdalorum in sapore æmulum, calidum & humidum, quod octo unciarum mensurâ, cum aqua in qua Tamarindi maduere humores atrabilarios & pituitosos evacuat, & dolorem à frigida causa exortum sistit. *Aqua quæ intra nucem* frigefacit & humectat, biliosis febribus, oculorum inflammationibus, carni absumendæ, viis urinariis purgandis, & emendandæ mulierum cuti convenientissima. In duo distinguuntur hæ Arbores *genera*. *Unum* fructus ferendi gratia servatur. *Alterum* suræ cogendæ causâ. Bauhinus Palmæ Elephantis Acostæ meminit, cujus & iconem apponimus.

2. *Palma nucifera Indica minor*, dicitur quibusdam *Fœmella*. Vinum nullum profert, sed fructibus abundat, quorum nucleus juglandis magnitudine, in quo tres avellanis similes nuces. In Philippinis vix ex terra erupere cum edunt fructum. Ind. Orient. p. 6. c. 12. Recc. H. R. M. N. H. l. 3. c. 40. p. 71.

II. Palma Naldivensis, aliis Maldivensis ab insulis Maldivis, quarum XIM. numerantur, inter insulam Madagascar & Indiæ promontorium Commorin sitæ, nomen sortita est, profertque Nucem. Nihil tamen de ejus origine certi: sunt qui ex arboribus in mari latentib. vel inundatione demersis, vel ibidem radices agentibus provenire, inde ad littora ejici credunt. Alii in insula *Palloys* dicta, quæ Cacodæmonum astu ita tegeretur, ut quærentibus abdita hactenus ignaris aliquando retecta, gigni, inde fructum caducum, maris æstu & reciprocatione in Maldivarũ oras ejici, produnt. Tentata illa sæpe à Rege Naldivensium frustraneo successu. Vel enim oculis inter horridas procellas subducta est; vel qui exscendere à Diabolo visibili specie torquebantur. Utut sit, nonnisi gemina conspicitur, magnitudine & figurâ majorum melonum tam arctè colligatis ratibus, ut divelli non possint. Nucleus intus in altum excrescens ater & Ebeno similis, tegit utriusque putaminis ulteriora, permeatque ex una Nucum ad alteram, fabacea aut renali figurâ. Ovilli casei crustæ veteri similis videtur, parte interna rimosa, externa qua parietibus Cocci interius adhæsit, soliditatis firmæ, interventu corticis intermedii stabilitur. Germẽ in medio seu gemma, pisi aliquando formâ, sæpe fabę referẽs, è rotũdo longiusculũ, aliquanto acuminatũ; quod è mediis liquoribus nascitur, & prædulci sapore linguam afficit. Clusius de Nuce Medica. Garzias H. Arom. l. 1. c. 16. Acosta H. Arom. c. 19. Clusius de Nuce Medica p. 5. Ibid. p. 11.

Palma. Tunicæ nucleo pro munimento, inter se quidem dissimiles, sed quæ à velamentis quibus juglandes ante maturitatem extrinsecus tectas cernimus, non different. Intermedius cortex, coloris ferruginei, corio hircino crassitudine par, fibris quibusdam ab umbilico, ad extera superficie convexa, variegatim distinguitur. Non una tamen omnibus *magnitudo* aut *forma*. Est in Wolferdianorum hęredum κειμηλίῳ una magna, quam Regis Bantamensis dono præmium liberatæ ab Hispanorum obsidione Bantamæ acceperat, quamque Rudolphus Imperator, quatuor millibus florenorum redimere voluit. Summa fructus facies, lineamentorum ductu lasciviens, serrâ ablata est. Refert enim, rugarum ambitu muliebre pudendum cum podice & intertæminio, à quibus versus gibbam partem (verba sunt Clusii) cælaturæ instar subalternant acclivè & declivè in laxitatem sensim accrescentem, uti unda undam trudit, non sine gratia oculis acceptissima, quæ ipsa iterum terminatur in aperturâ germini supernè annato dicatam, non absimiliter concomitatam duobus spiraculis, uti in Indica nuce sive vulgari Cocco, tam majore quàm minore, pluribusque ejusdem familiæ videre est. Ponuntur illa in margine aperturæ, introrsumque tenellis medullæ portiunculis obducuntur, ut spiritibus in germinatione transitus pateat. Erat magnæ molis & illa, circa quam torno desudantem Pangoramum Bantamensem, Speix, Hollandorum post in illis oris Generalis offendit. Minutula verò, quæ eidem Speixio in manus incidit, ovo anserino vix major, testæ compagine crassiore & scabrosiore, in longitudinemque magis producta. *Medulla* in aperta alba, testæ indissolubili nexu cohærens, solida, duritie ferè cum osse certans, ut vix ramentum novacula separari possit. Duarum amphorarum fuisse ad Regem Hispaniæ deferendas, Linschottanus author est: sed in dimidiatis tantum eam mensuræ rationem probabile videri, quòd integrarum circuitu duplam liquoris condi posse asseveret. Similis demensi, imò longius excurrentis Harlemensis illa. Tanti fit in India, ut inventam ad Regem vel Præfectos non deferre, capitale sit. Pangoramus Bantamensis ne scoriâ quidem Coenio Præsidi concedere voluit. Ejus Coccum Naldivensem pretii, ut apud Reges & Principes, non minorum gentium Generales divertere debeat. Fiunt ex ea Cyathi & Cymbia, quæ auro vel argento excipiuntur. Vidit Clusius vas, quod in Prætoria Hispanorum nave ab Anglis M D XCII, anno occupata, uncias quatuordecem longum, septem latum, ovalis infra figuræ, planioris superius, latere dextro rotundum & tumens, externa parte calcei pedi inducti penè instar. Cymbium verò de quo Clusius, ita edolatum erat, ut medium inter avem & piscem animal retulerit. Maximæ contra venena & malignos morbos vires. Bibitur contra illa ex scyphis aqua, in qua ex citraula, medulla ipsius cocci pendet. Hæc etiam mallei percussu fissa, pistillo in pulverem redigitur inodorum, insipidum, & lapidi Bezoartico simile. Præscriptus cum medulla nucleus à Clusio contra arsenici venenum, colicas passiones, pertinacissimos capitis dolores, Epilepticos insultus, febres acutissimas, dolores partus, δυσπνοίαν, cum Diascordio Fracastorii, aqua cinnamomi & borrace. Formulas apud eundem vide. Germen Indi annulis includunt, certissimum contra incantamenta amuletum.

De Nuce Medica p. 7

III. Palma nucifera Iavanensis dicitur *Lantor*. Arbor est palmæ specie. *foliis* magnitudine hominis; *fructu* pusillo, cerasi magnitudine, colore aurantii, qui nucleum *Carros* dictum continet. Fit ex eo oleum assuetis jucundissimum. Fortè est Theophrasti illa quam fructus cicerum magnitudine ferre ait. Fiunt ex foliis chartæ ad scriptionem & libri. An *folia quæ Clusius vidit* hujus arboris fuerint, incertum. Cubitalia erant

Ind. Orien. p. 4. c. 3. & 6. figura 15. Theophr. H. P. l. 1. c. 8 Clusius ad Garz. H. A. l. 1. c. 26.

Palma.

erant extremis reciſis, integra duorum cubitorum & ultra, ſecundum nervum per medium decurrentem complicata, binas ferè uncias lata, quibus tres verſus ſecundum longitudinem inſcripti erant. Vidit idem & librum ſex & ſeptuaginta foliorum per extremitates reciſorum, in quibus utrinque quatuor verſus ſtylo ferreo exarati. Tribus locis pertuſa erant, in medio videlicet & extremitatibus funiculo trajecta, aptata binis aſſerculis, quibus contracto funiculo tegebantur.

Bauh. H. P. l. 3. c. 182. Rœlſius in Epiſt. ad Cluſium.

IV. Palma nucifera Guineenſis incolis *palma Adyl*, aliis *Avellanæ Indicæ ſpecies*, *Palma Ady inſulæ S. Thomæ*, & *Palma Coccifera Guineæ* vocatur. Arbor eſt inſignis proceritatis, & pinum altitudine ſuperans. *Truncus* craſſus, nudus, *materie* rarâ, & ſucco turgida. In vertice plurima *germina*, quæ præciſa ſuccum lachrymantur, qui vini vicem Guineenſibus præſtat. *Fructus* qui Luſitanis *Caryoces* & *Caryoſſo*, Nigris *Abviga*, forma & magnitudine eſt Citrii mali, cortice inferiore luteo, cui caro ſubeſt, quam pullum putamen ſequitur, *nucleum* album nigra pellicula tectum continens. Non minus hic ipſis in uſu, quam nobis uvum ſorbile; mirificeque vires ex morbo reſtaurare credunt. Fit & *Oleum* croceum ex eo, quo & edulia caſtigant, & feſſos inungunt.

Purchaſ. Nav. T. 1. l. 4. c. 4. ſ. 1. p. 416.

V. Palma nucifera ſinus S. Auguſtini, duplex eſt *Major & Minor*. 1. *Palma nucifera ſinus S. Auguſtini major*, indigenis *Tobel* arbor eſt excelſa; *Caudice* arrecto, cui *cortex* nodoſus, *materia* ſpongioſa, rami nulli. *Virgæ* in cacumine, intus nervoſæ, extra duro cortice veſtitæ, duarum ulnarum longitudine; quibus acutæ & validæ ſpinæ, ſuilli dentis inſtar prominentes. *Folia* longa & tenuia. *Fructus* parvi, nucum Indicarum ſpecie, caſtaneæ magnitudine, duro & extrinſecus filamentoſo cortici incluſi, in quo cornea duricie nucleus, nullius ſaporis, qui ab incolis, *Bell* dicitur, & toſtus comeditur. *Rami* intra palmi unius à caudice diſtantiam reciſi, fundunt claram & ſubalbeſcentem *aquam* copioſè, quâ Barbari inebriari ſolent. 2. *Palma nucifera ſinus S. Auguſtini minor*, frutex eſt & rarò arboris altitudinem attingit. Spinis trium & ſupra ulnarum obſeritur. *Folia* braſſicæ majoris magnitudinem æmulantur, ad medietatem inciſa. In cacumine, *virgæ* ligneæ proveniunt inter folia; quibus *fructus* pyri Catharinalis magnitudine & colore, ubi maturuit, (primòenim vireſcit) nolæ quæ ovibus appenditur figurâ, faſtigio plano & lævi; intra cujus corticem ſubſtantia dura; putaminis nucis Indicæ inſtar; cui *nucleus* albus, cartilaginoſus, & edulis includitur; inque cavitate, aqua lacti ſimilis, delicata & refrigerans, cochlearis menſura.

Purchaſ. Nav. T. 1. l. 4. c. 4. ſ. 18 p. 417.

VI. Palma nucifera Manicongenſis, fructum nucibus ſimilem, extus & intus viridem profert; permagni apud ipſos uſus. Ex *putaminibus* quæ nucleum ambiunt, fit panis: è *medulla* oleum torculari exprimitur, quo in condiendis cibis, & lychnis parandis utuntur. Ex ſummitate arboris vertice terebrato, proliciunt *lacti ſimilem* humorem; qui recens vini vicem ſubit; ſi diu ſervetur in acetum faceſſit. Vel eſt Mauza, vel ejus certè ſpecies.

Bauh. H. P. l. 3. c. 181.

VII. Palma nucifera Americana duplex, *Major & Minor*. 1. *Palma nucifera Americana major* eſt. 1. *Cocæire*. 2. *Pindoba*. 3. *Iocara & 4. Ovacurii*, ſeu *palma Maragnanæ inſulæ*.

1. *Cocoeire* ſeu *Coqueiro*, Braſilianis *Inajaguacuiba*, à Congitanis *Ejaquiambutu* nominatur. Eſt quidem palma nucifera Indica major: habet tamen multa in partibus ſingularia. *Caudex* eſt rarò rectus, ſed ſemper ferè inclinatus, quinquaginta aliquando pedum altitudine. *Cortex* cinereus, vibicibus hinc inde transverſim per ambitum notatur. *Lignum* ex meris filamentis conſtat, & dulci lacteo ſucco turget: ideo à formicis expetitur. Ramis caret. *Folia* quæ magna, alata, in exordio ſuo textura gryſea, quaſi crudum textum cannabinum eſſet, veſtiuntur, quæ ſucceſſu temporis, ſubſequente alia ſolvi-

Marcg. H. N. B. l. 3. c. 20. Piſo de facult. ſimpl. l. 4. c. 10.

Palma. tur, & à vento circumagitur: Suntque in exortu pedem crassa, & sedecim pedes Rhinlandicos longa, & in alas juxta se positas & oppositas, quæ osseo flavescenti nervo in medio per longitudinem secantur, transversim striàs virides subtilissimas habent. *Inter* folia *alata* (inquit Marcgravius) *ex summitate arboris oritur* siliqua *sive vagina duos & semis circiter pedes longa, crassa in medio novem aut decem digitos, fastigiata, viridis, striata, quæ successu temporis fuscescit ac sponte rumpitur. Antequam autem rumpatur, eleganter intus compositus reperitur* caulis, *pedem longus, tres aut quatuor digitos crassus in plures ramos pedales aut sesquipedales distinctus, qui rami ita aptè à natura complicati magnam spicam repræsentant.* Rami *hi onusti sunt ubique triangularibus* corpusculis magnitudine amygdalarum, *albis, quæ rudimenta sunt* florum *& hinc* nucum: *nam rupta vagina rami hi se explicant instar arbusculæ & flosculos exhibent luteos. Hinc succrescunt* fructus, *quilibet insistens suo brevi pediculo, pennam anserinam crasso, & cupulæ squamis constanti ex ruffo flavescentibus.* Nux minor *est viridis,* matureſcens *sit pallidè flava,* sed planè matura *lignei est coloris, figuræ oblongæ seu ovalis & quasi triangularis: longa plerumque decem, duodecim, aut quatuor decim digitos, in ambitu crassa duos & amplius pedes.* De *Fructu* nihil ultra occurrit, quod non sit dictum, nisi hoc, unum nucleum ad tres saturandos sufficere. *Medulla* quæ in summitate arboris, est albissima, & quasi bulbosa, nam instar ceparum separari potest. Succulenta eadem & punctulis quasi poris dotata. De transplantatione & progerminatione vide loco citato Marcgravium.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 10. Marcg. H. N. B. l. 3. c. 18.

2. *Pindoba* seu *Pindova* major aliquando præcedente est arbor; *caudice* crasso, gryseo, glabro, in quo vibices non apparent: *Piso* scribit, *lignum* albicans & scabrosum corticis loco habere; *ligni* autem loco fungosam & intus filosam facileque combustibilem medullam, in cujus vertice medulla albicans & gummi: ramis porrectis, *foliis* elatis sed quæ maximam partem surrecta stant; penes quorum exortum rami dependent, qui racemos quatuor aut quinq; pedes longos *flosculis* plenos proferunt: quibus *fructus* ovi magnitudine & figurâ, (centum aliquando in uno racemo numerantur) cujus fastigium in summitate acuminatum, altera extremitas calici seu cupulæ, ex foliis triangularibus constanti insidet, succedit, & maturus è viridi flavescit ac decidit. *Cortex* exterior filamentosus est; caro crocea, nullius ferè saporis. *Nux* ovalis, durissima, nullis foraminibus pervia, cui in cavo per instertitia, juglandis more distincto, ejusdem magnitudine, candidus, duriusculus & suavis nucleus, coco paulo ficcior. *Matureſcit* Majo & per totum annum colligitur. Ex *ligno* fortissima lixivia conficiuntur. *Ramis* Lusitani templorum parieres exornant. *Ex foliis*, tecta domorum, siscellæ, storeæ &c. parantur. Ex *fructus cortice* fiunt tubuli ad tabacum sumendum, & oleum flavum, mollificans: *Carne*, oleum croceum, quod in lucernis usurpatur. *Nucleo*, qui comeditur, aliud per expressionem limpidissimum ad condiendos cibos, quod quia frigidum, rosaceo substitui potest.

3. *Iocara* quæ & *Iucoara* Brasilien- Marcg. ib.
sibus, dimidiæ est Cocoïræ altitudinis. *Caudex* rectus, glaber, gryseus, & versus summitatem gracilis. *Flores* è siliqua seu lento & flavo ramo, ex quo multi ramuli panduntur, parvuli, γριφύδια, ex albo subflavescentes, cum staminulis flavis in medio proveniunt; supra siliquam qua vagina sua arboris quasi ambit caudicem *folia* in summitate alatâ, palma coccifera breviora: ubi plærumque & folium stans erectum instar fistulæ convolvitur. *Fructus* flori succedit, figura cocci, & parvulus. *Ramo* floris ad scopa & flagella utuntur.

4. *Ovacurii*, seu *palma Maragnana* De Laet
insulæ, fert in trunco *medullam* can- Ind Occid.
didam, pro arborum mole, tibia humana majorem minoremve, quæ l. 16. c. 11.

cruda

cruda & cocta comeditur; *folia* Pindo, quibus tuguria teguntur. *Nuces* oblongas, ovis anserinis magnitudine & figurâ pares, putamine ligneo quatuor vel quinque nucleos continente, eosque oblongos & grati saporis, è quibus barbari optimum *oleum* exprimunt. Palma.

Reccus R. M. M. H. l. 3 c. 43. p. 75.

II. Palma nucifera Americana minor est triplex 1. *Palma Bahey*, dicta *Coyolli*, cujus descriptio & icon apud Reccum. *Caudicem* fundit columnæ formâ, nuce Indica tenuiore & breviore: *fructum* ante foliorum divisionem cubiti unius intervallo è viridi fulvescentem, formâ & magnitudine parvæ pyri, *cortice* crasso; *callo* denso, duro, candidis punctis interstincto, & è rubro colore in nigrum inclinante, qui adstringentis gustus est. Quintam illius glandis partem, dimidio folio volubilis Bayo dicti mistam, & calce conspersam, quocunque se conferunt, ore gestant barbari. Dicitur dentes firmare, vomitiones à frigida causa compescere, labia rubra reddere, & oris fœtorem arcere. *Nascitur* maximè in Philippinis. 2. *Palma Americana minor Australis*, quæ in littoribus australis pelagi provenit, & fructum longè nuce Indica minorem, earundem tamen ut puto facultatum, profert. 3. *Palma Chilensis Coquille* dicta, de qua hoc unicum scio, fructum nuce juglande minorem & rotundiorem proferre, singularis suavitatis.

Reccus l. c. c. 49. p. 71.

Ind. Orien. P. 9. l. 4. c. 26.

Bauh. H. P. l. 3. c. 184. Cordus in Hist. Plant.

VII. Palmæ Cuciferæ descriptionem superius dedimus: apud *recentiores* nullam invenio. Fructus qui *Cucì Theophrasti* Cordo, *Bdelli fructus* Cortuso, *Cucì fructus suo pulvino nudatus* Clusio, pugillari est magnitudine, altera parte latior, turbinatus alterâ, & cydonium malum quodammodo referens, coloris melini. *Corticem* habet politum, punctis notatum, cui fungosa substantia, medium digitum crassa subest. *Nucleum* parvi pyri forma, turbinatum, nonnihil anguloſum, sesquunciam longum, unciam latum, cortice nonnihil rugoso, ruffo, & tenui vestitum; sub quo substantia candida, cornu instar dura, sapore Amygdalorum dulcium nuclei. *Cavitates* ei duæ, *altera* in totius fructus medio oblonga, inæqualiter tuberosa, pultis ex oryza facie, duritie corneâ, inanis: *altera*, in parte turbinata, oblonga, exigua, quam corpusculum quoddam ruffum, molle, dulce, (germen fortè) à quo per majorem cavernam filum duritiæ, colore & sapore nuclei demittitur, complet.

VIII. Palma Faufelifera, Lusitanis *Arequiero*, Romano *Arecha*, Bauhino, *Palma cujus fructus sessilis Faufel* dicitur. Excrescit in magnam altitudinem. *Truncus* est rectus, & æquali propemodum crassitudine: cui *materia* fungosa; *Cortex* adeo lævis, ut nullum ascensum præbeat, nisi aptatis ad pedes laqueis, aut cincto per intervalla caudice. *Rami* surſum eriguntur, & incurvantur. *Folia* palmæ similia, pectinatim palmos ambiunt. *Fructus* in inferiorum ramorum alis nascuntur, & ex oblongis pediculis dependent, deni aut duodeni. Magnitudine hi nucis moschatæ aut juglandis exigui; Cortice admodum lanuginoso, subflavo, & antequam induruit Dactylis simili; intus duri, candidis rubentibusque venis aspersi, & alterâ parte sessiles. Vocantur in Guzarate & Decan *Suppary*; in Zeilan *Poaz*; in Malacca *Pinam*; in Cochin *Chacanñ*; Romano *Coffoles*; Avicennæ *Filfel* & *Fufel*; communiter *Arecca*. Provenit in Indiæ Orientalis regionibus Malavar & Zeilan copiosè: in Guzarate Decan & Malacca minus; in Basaim, Mombaim & Caul, optimum. Alit eam & Arabia in Dofar & Xael. Delectatur maritimis, mediterranea contemnit. *Fructus* qui ad nos ex Indiis adfertur, maximus usus est. Manducatur & masticatur siccatus & contusus ab indigenis singulis diebus imo noctibus, cum Lycio & Betele, de quo inter Aromatiferas dicemus, plærumque, sæpe cum cardamomo purgandi cerebri gratia. Aliquando Betele foliis

Garzias H. Arom. l. 1. c. 25. Ludov. Roman. Nav. l. 5. p. 7. Clusius ad Garz. l. c. Linsch Ind Orient. p. 4. c. 5. & 16.

calce

Palma, calce ex oſtrearum teſtis aduſtis, inſperſis libum ex arbore *kaatom* dicta, addunt, & ſic deglutiunt. Dicitur contra ſcorbutum, & oris fœtorem, valere; dentes ac gingivas firmare. Unde illis firmus dentium ordo, & nullus dolor. Cum interim os velut cruore delibutum ſqualleat. Ex viridi, *aqua* ſtillatitia elicitur, unicum in bilioſis alvi profluviis remedium. Cluſ. Exot. l. 2. c. 15.

Ditiores ex eo cum Lycio, Caphura, agallocho & ambra, paſtillos componunt, qui *Sirigata gamber* Indis. Eſt tamen aliqua in hoc Fructu varietas. 1. *Alius* enim eſt latere uno preſſior, altero latior & major. 2. *Alius* minor, nigricantior, durior, quod genus Indi *Checaninum* vocant, & in Cochin prodit, ſapore in maſticatione ligneo. Humectat nihilominus os, & rubore ac nigredine inficit, ut velut cruore madere videatur. 3. *Alius*, à cujus maſticatione homo ut ebrius in vertiginem rapitur; quod tamen malum immaturo adſcribitur, & citò ceſſat. 4. Eſt & *candidus*, quem inſula Zeilan abundè profert. Affines huic palmæ ſunt quatuor. 1. *Palma cujus fructus oblongus*, *Faufel ſimilis*. Arboris nullibi extat deſcriptio. Æquabat magnitudine nucem Faufel involucro ſuo incluſam. Durus idem & foris nigricans, transverſim ut per medium ſectus, nucis myriſticæ nucleum non minus quam Faufel referebat. 2 *Nucleus nuci moſchatæ & Faufel ſimilis*, quem Chevlero debemus. Formâ erat non ſeſſili aut turbinata, unciam ſublongus, durus. *Vmbilicus* ei in una parte in medio nonnihil protuberans; à quo nervi, elati, albi, qui per nucem nigricantem aut fuſcam obliqui & reticulatim ad oppoſitam partem perveniunt. 3. *Fructus exoticus Faufel ſimilis*, qui eſcuncialis erat longitudinis, uncialis craſſitudinis, cutaceo cineracei coloris putamine. Geminus & duplicatus infernâ parte, extra calyx; intus involucri nucis Faufel inſtar, multæ fibræ. Nux nigra, rugoſa, dura. 4 *Fructus una parte ſeſſilis, unâ parte diſtinctus inſtar nucis Faufel*, qui juglandis inſtar erat, ponderoſus, colore fuſco. cui ſulci reticulatim diſtincti, cortex duplex, quorum unus niger, lucens, alter fuſcus cum aliquo rubore. Umbilicus magnus, albus. 5. *Nucleus pyramidalis ad Faufel veris accedens*. Nigricantes extra venæ; pulpa alba, dura; in medio cavitas, ſapor ferè nullus. Unciam longus erat.

Cluſ. Exot. l. 2. c. 15. Bauh. Phytop. l. 12. p. 510. Cluſius ad Garziæl. 1. c. 25. p. 188. Bauh. H. P. l. 3. c. 189. Cluſ. Exot. l. 2. c. 23. Bauh. H. P. l. 3. c. 190. Bauh. H. P. l. 3. c. 193.

IX. Palma ſuccifera à Sacco Hippocratico quo vinum aromaticum percolari ſolet, nomen ſortita eſt. Involucrum habet ſacco *jaca* dicto ſimile, triginta aliquando uncias longum, ea parte quâ patet ſeptem latum, creberrimis ſpadicei coloris fibris, transverſim & obliquè ab infimo ad ſummum excurrentibus, variâ longitudine contextum. *Fructus* intus magnitudine juglandis, adeò rotundi, ut torno elaborati viderentur; ſed & adeò duri, quamvis non valdè craſſo putamine, ut malleo vix confringi poſſint. *Nucleus* orbicularis, candidus, leguminum initio ſapore, dein lupini inſtar amarus putamini adhæret. *Naſcitur* in quadam maris Atlantici inſula Coronopez dicta, integræ ibidem illius ſylvæ.

Cluſ. Exot. l. 2. c. 2. Bauh. H. P. l. 3. c. 176. p. 383.

X. Fructus palmæ Indica affines ſunt 1. *Nux Indica larvata*, quæ duplex. *Prior* erat nigra, duas ferè uncias longa, unam lata, ovata, monticulis quibusdam inæqualis, cui terni ſcrobiculi ſuperni adverſa facie impreſſi, larvam ſimiæ caudatæ, ſine naſo quodammodo repræſentant. Talem aliquando apud Illuſt. Regni Poloniæ Theſaurariam vidimus. *Altera* triangularis ferè, ſecundum longitudinem ſulcata, ex pulla cinerea, in qua tres ſcrobiculi tribus canaliculatis lineis, in medio concurſu tres oppoſitos angulos facientibus, interſtinguuntur. 2. *Fructus Iavanenſis quadrangulus cortice reticulato ſpadiceo*, qui ſeptem uncias à faſtigio erat longus, pedem cum ſemiſſe craſſus. *Cortex* denſus, nitidus & lævis, ex multis fibris retis modo contextus, cui fungoſa materia inter-

Bauh. H. P. l. 3. c. 183. Cluſ. Exot. l. 2. c. 5.

Tab: XLVIII.

Palma Conifera squammis pediculum conversis.

Palmitas arbor

Fructus Javanensis quadrangulus Cortice reticulato spadiceo.

Fructus Palmæ Coniferæ squammis sursum conversis

Nux Indica larvata

Palma Conifera squammis a prioribus differens.

Fructus palmæ montanæ Americanorum

Erinaceus Lusitanorum



Jaca Indorum Orientalium.

Fructus squammatus orbicularis major.



termixta. 3. *Nux de Conlcoul*, quæ gemini pugni magnitudine, parvis granis esui aptis, & Avellanæ instar dulcibus, plena. Est quibusdam in deliciis quando recens ex Ægypto advehitur. 4. *Couroq.* fructus Brasilianus, ex quo oleum exprimunt curandis vulneribus præstantissimum. 5. *Nux Indica oblonga cortice contecta.* Ruffus is, obsoletior, in putamine non crassior, & ungue separabilis. Sub eo substantia fusca, ferè ossea, secundum longitudinem flexuosè sulcata, adstringens. Similis huic ex fusco niger, cortice tenui, sub quo materia fusca, cum osse duro, albicante.

Bello. Obs. l. 1. c. ult.

Ind. Orien. P. 3. c. 10.

Bauh. H. P. l. 3. c. 205.

Articulus III.

De Palma Conifera & affinibus.

Tab. XLVIII.

I. *Palma conifera.* 1. Squammis ad pediculum conversis. 2 Squammis sursum conversis. 3. Squammis à prioribus differens, & 4. Palma montana Americanorum.

Lobel. in Advers. Clus in aut. ad Ex. Bauh. H. P. l. 3. c. 202. P. 399.

1. Palma conifera squammis ad pediculum conversis, aliis *Palma pinus sylvestris*, fert *fructum* quem Bauhinus à Robino accepit. Figurâ & magnitudine erat ovi; cortice fulvo in spadiceum polito, splendicante, duro, squammulis pyxidatim artificiosissimâ compage coaggesto, per quarum media singulis ordinibus æquabilis canaliculus, per universi fructus longitudinem descendit, uno insigni, cæterisque ampliori canali eodem ordine ac descensu inter cæteros conspicuo. Parte supernâ apex eminet, circa quem longè minutiores squammulæ reliquarum seriem claudunt, & in dictum apicem fastigiantur, pulchro prorsus & visendo artificio. Ipse fructus concussu sonorus intus contentum nucleum prodit.

Clus. Exot. l. 1. c. 3. Bauh. H. P. l. 3. c. 200.

II. Palma conifera squammis sursum conversis, fert fructum abiegnę nucis facie. Cylindroide is formâ, trium in longitudine unciarum, duarum in circumferentia; multis squammis imbricum modo dispositis, in medio velut compressis, oris tenuioribus & quodammodo villosis constans, strobilo abiegno brevior; cui intus nucleus durus, solidus, qui confractus crebras venas ostendit. Palma.

III. Palma conifera squammis à prioribus differens, Taberno. *Palma conifera*, Penæ *Palmapinus* vocatur. Arbor est sylvestris in Guineæ Oceani occidui sinu. *Lignum* ipsum fungosa Palmæ prorsum textura, in villos dehiscens, & squammosa cute loricatum, fastigio termitis numerosis & in orbem exortis surculosis ligulis 40. aut 50. compactili verticulorum & squammarum serie pyxidatim articulatis, pedem longis, rotundis, parum compressis. Quarum singulis commissuris, singuli, numerosi *coni* altius inferuntur triceni aut quadrageni, qui mediocrem conum Cedri ementiuntur, pulvillis in quincuncem digestis, reticulatoque & imbricatim extuberante ventrioso nucis cortice, fusco, nitido, polito crassitie & concretione nucis Indicæ, *intus* nucleum glandemve oblongam, sesquiunciam aut duas uncias longum continente, præduro, inque farinam ægrè triabili, gustu glandis & castaneæ, quæ sunt ei Genti panis supplementum. Tab. H. P. l. 3. p. 489. Bauh. l. c. 202. p. 399.

IV. Palma montana Americanorum, quæ Laetio *Iecatl*, Recco *Icsotl*, Indis nonnullis *Quauhtlepapotli* dicitur, est arbor fruticescēs. Duo ei vel tres ab una *radice* stipites. *Materia* levis & lenta. *Folia* longa, angusta, crassa, Iridis ferè similia, sed longè majora quæ acervatim ab extremis stipitibus oriuntur. *Flores* ex foliorum, candidi, odori, racematim dependentes. *Fructus* pinearum nucum specie, colore ut plurimum castaneæ, mole & figura varia. *Nascitur* in locis montanis cujusq; temperiei. E *foliis* madefactis primò, mox protritis, lotis, iterumiterumq; maceratis, & insolatis, nentur fila, linteis storeisq; accommoda. *Germina* in lævorem redacta & tosta, cum bolo armeno, dysenteriæ mirè opitulantur, & abortum impediunt. *Radicis* & *foliorum* decoctum Reccus R. M. N. H. l. 1. c. 41. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 3.

Palma. sistit lypothymiam, in paroxysmo usurpatum.

II. Affines Palmæ Coniferæ sunt partim *Arbores* partim *Fructus*.

Linschott. p.3.Ind.Orient c.10. Ind.Orien. p.6.c.38. Bauh.H.P. l.1.c.79.

I. Arbores sunt 1. *Palmitas, cujus fructus pineæ nuci similes.* Arbor est excelsa. *Truncus* spinosus. Nec *rami* nec *frondes* ulli. *Fructus* ut dixi, pineæ nuci similis, ex caudice ipso prodit. Refert externa specie fructum Ananas; aureoque est nitore conspicuus. *Intus* grana parva latent, qualia mali granati; quâ parte dulcissimus est; reliqua durus & inutilis. Stillat mense Augusto *vinum* non secus ac palmæ cocciferæ, quod nisi excoquatur, post triduum in acetum acerrimum desciscit. Decoctum in defrutum abit, & ex aqua resolutum ac percolatum defæcatumque, jucundissimi saporis potus est. *Nascitur* in parva S. Mariæ insula. 2. *Melenken Theveti*, arbor, de qua nihil habeo quod scribam, præterquam quod fructum pineæ nucis specie proferat, & in Necumere (fateor me de ea nihil legisse) maris Indici insula proveniat. Referri ad eam possunt aliæ *Arbores palmæ dictæ*, quarum fructui *Cola* nomen, isque pineę nuci majori similis, pulpa quadruplici, intus colore rubicundo castaneæ æmulo. 3. *Iaca Indorum Orientalium*, quæ etiam *Iaca minor, Iaceras in Calecut, Iaaca & Iaqua, Palma fructu aculeato ex arboris trunco prodeunte*, vocatur. Arbor est vasta & celsissima. *Caudex* pyri. *Folia* palmaris crassitudinis, dilutè virentia, & quibus crassus ac durus nervus per medium. *Fructus* è trunco majoribusque ramis provenit, Melopeponis effigie, major aliquando, & optimi, cum maturus, odoris. *Cortex* crassus tam durus, ut securi aperiendus sit, & obscurius virens, *cuspidibus* omni ex parte sepitur, qui tandem in unam brevem viridem, & nigro aculeo minitantem, non acutam tamen spinam desinunt. Intus densa, lenta & albicans caro, ut Acosta habet, inq; capsulas divisa, castaneis longioribus & crassioribus quam sint palmæ vulgaris dactyli, cinerea tunica tectis, callo albo, prægnans. Linschottanus tunicis (ut in malo punica forte) interiorem nucleum distingui scribit, colore inter album & nigrum, sapore mellis reperiri; aliquando in uno pomo centum. Guzaratenses *Panaz*, Canari *Panasu*, Arabes *Panax*, Persæ *Funax* appellant. *Nascitur* duntaxat in maritimis, in Malabar imprimis. De *Usu* nota. *Corticem* ita excerni, ut editur: *Pulpam* saporis esse peponis moschum redolentis, & patum à Persico cotoneo abesse. *Castaneas* virides gustu aspero & flatus concitare; torridas aut elixas abjecto putamine, vehementer Venerem excitare. Frequentius comestas, in horrendum Mordexi conjicere. Diversorum esse *Generum*, *ex descriptione fructus* colligi potuit. *Majores* etiam & præstantiores in Malabar proveniunt, eorumq; precium, regalis Castellanus. *Minores* & magis insipidi in Goa. Vulgò in *duo genera* distinguuntur. *Vnum Barca* appellatum, quod præstantius. (Linschottanus Girasal vocat) *Alterum Papa* aut *Girasal*, Linschottano *Chambasal*, quod minus bonum, quia molle & digitis, si manu apprehendas, cedēs. Sed & Ludovicus Romanus addit, fructum esse nuci pineæ haud absimilem, sed vinaceis minorib. & cum maturescere incipit, nigrorem contrahere marcereq; videri. 4. *Erinaceus Lusitanorum* de quo hoc scio, arborem esse celsam, & *fructum* racematim protrudere, pyri nostratis magnitudine, infra rotundum, supra turbinatum, cui cortex asper & echinatus: unde & nomen. Diu durat, & conditum, qui comedere, dulcem esse & sapidum dicunt.

Pigafe. descrip. regni Congo l.2. c.1.

Garz. Hist. Arom. c.4. Acosta Arom. c.40. Bauh.H.P. l.1. c.58. Linschott. Ind.Or. p.4 c.6.fig.16. Ludovicus Rom Nav. l.4.c.15.

Martin. in Atl.Sinens.

Linschott. p.4.Ind.Orient.fig.19

II. Fructus palmæ Coniferæ affines sunt 1 *Fructus squammosus orbicularis* est triplex, Major nempe, Minor & sulcatus. 1. *Fructus squammatus orbicularis major*, duplex, *Clusii & Bauhini*. 1. *Clusii* nucem juglandem cortice vestitam superabat, in rotunditate depressus, & quasi in umbilicum sidens. *Squammæ* eleganti serie in obliquum dispositæ, quodammodo sectæ & per longitudinem lacunatæ, ab extimo versus petiolum tendebant: cui

Clus. Exot. l.2.c.3. Bauh.H.P. l.3.c.287.

Tab. XLIX.

Nux vomica officinarum.

Fructus squamosus pyriformis.

Fructus squamatus orbicularis Minor.

Fructus squamatus orbicaris sulcatus.

Anacardium orientale.

Cocculus officinarum.

Nux metel oculata officinarum.

Fructus Wormy tertius.

Fructus Wormÿ primus.

Fructus Wormÿ quartus.

Fructus Wormÿ quintus.

Fructus Wormÿ secundus.

cui proximæ ſurſum vergere nonnihil videntur. Nucis color ſpadiceus, nucleus pro craſſitudine ſua levis. 2. *Bauhini*, qui *Nucem Indicam teſſelatam* vocat, ſescuncialis in circumferentiâ, utrinque leviter ſeſſilis. *Cortex* culmum craſſus, extra lævis, ſpadiceus totus, ſulcis in longum, obliquum & intercuſſatim decurrentibus teſſelatus; intra villoſus caſtaneæ modo, ſed denſius. *Nucleo* juglandis magnitudo, umbilicus ſupernè ſatis inſignis, à quo ſulcus per longitudinem, ſubſtantia oſſea, diſſecta, ebor politum, colore, lævore & duritia referens. 2. *Fructus ſquammatus orbicularis minor*, nucis avellanæ magnitudine erat. Extimæ parti mucro: ſquammulæ in obliquum diſpoſitæ, contrario prorſus ut in præcedente ſitu, verſus petiolum vergebant. Cannæ è Bengala fructum eſſe unus Indorum affirmabat, alteri incognitus. 3. *Fructus ſquammatus orbicularis ſulcatus*, Cluſio *Guajava* fructus, aliis *Guanavanus*, ſex unciarum erat in circumferentia. *Corium* durum, ex nigro ſpadiceum, obliquis, transverſis & rectis ad amuſſim & proportione ſervata, ſulcis inſignitum. *Oſſiculum* magnum, ſed quod non deſcribitur. De Guajabo, & Guanabano ſub Malo Punica egimus. *II. Fructus ſquammoſus pyriformis*, qui ex Baly inſula erat. *Ambitus* ſex unciarum. *Cortex* aſper, denſis ordinibus ſurſum verſus ſquamoſus, flaveſcens. *Pulpa* intus alba, odorata, condimenti, quod ex amygdalis, lacte, farinæ flore, aqua roſacea & ſaccaro paratur, ſubſtantia; cui bini vel tres grumi ex craſſiore parte dependentes. *Oſſiculum* intus ſolidum, in metam aſſurgens, ſupra anguſtius, intra craſſius. *Naſcitur* in altis arboribus, congeſtus uvarum modo, tanta copiâ, ut mirum ſit, ramos non confringi. Adſervatur melle coctus, aut muriâ conditus. *III. Fructus ſquammatus Ieraſoy dictus*, qui albicans erat, pediculo craſſiuſculo. Cavus intus, & binis celluliſ intercurrente ſepto, imò quaternis diſtinctus. Roſæ nondum expanſæ ac per medietatem ſectæ figuram nonnihil referret, niſi cavus eſſet. Ita ſquammata eum extrinſecus ambiunt foliola.

Bauh. H. P. l. 3. c. 208.

Cluſ. Exot. l. 2. c. 3.

Ibid. c. 4.

Ibid. c. 14.

Bauh. H. P. l. 3. c. 210.

Articulus IV.

De Nucibus quibusdam Exoticis.

PLacet hunc librum & hoc caput quibusdam Nucibus ductu magni Botanici Bauhini, quem ſequimur, concludere. Quinque autem ponimus. 1. *Nucem vomicam in officinis.* 2. *Nucem meteloculatam officinarum.* 3. *Cocculas eorundem.* 4. *Anacardium* & 5. *Nuculam Taphet Saxoniæ.* Tab. XLIX.

I. Nux vomica officinarum, quibusdam *Fungus Orientalis*, *Nux canina*, *Nux metella*, & *Tithymalli myrſinitis fructus* audit. Orbicularis eſt, fungi inſtar abjecto pediculo, coloris ex cæſio cinerei, & vario lucis objectu renidente: tactu molli & ſuperficie villum holoſericum imitata, qui deraſus comminuto Amianto quodammodo ſimilis eſt. Umbilicus utrinque medium occupat, altera parte expreſſior. Fiſſa in duas gemmas ſeu cruſtas abit, duritie fere cornea, colore ex fulvo candicante, ſapore inſigniter amaro; ſubſtantia tam ſolida & lenta, ut vix contundi & in pulverem redigi poſſit. In centro apertæ exiguum foramen eſt, germinaturæ & ex ſemine hoc fato prodituræ plantæ, rudimentum, exiguo pediculo, & veluti parvo hederaceo, venoſo, duplici; folio conſtans; quorum ille prædicto foramine continetur: hæc duplicis fructus commiſſura clauduntur. Cæſalpinus in centro apicem quendam, in labro ſeminis ob exiguitatem inviſibilis, medullam, ut in Dactylorum oſſibus contineri ſcripſit; idque lanugine tenui & candicante obvolutum. Narcotica eſt vel opio deterior. Exhibita drachmæ ſemis pondere, canem in profundum ſomnum conjicit; ſed in quo convulſus moritur. Penultimum remediũ, vulnerare auriculam, quando convelli incipiunt, ut ſanguis exeat. Prodeſt

Matthiol. ad Dioſc. l. 1. c. 141. p. 225. Bauh. H. P. l. 3. c. 147. Tab. H. P. l. 3. p. 650.

Palma. & Antidotus Saxonica Moibani, ſi drachma dimidia cum carne exhibeatur.

Bauh.Phytop.l.12. p. 511. Ind.Otien. p.4.c.8. Cluſ.Exot. l.1.c.30. Bauh.H.P. l.3.c.144.

II. Nux metel oculata officinarum, quibusdam *Hippomanes Cratevæ*, *Nux metel communis*. Similis eſt gallis forma & magnitudine, ſi Indiæ Orientalis deſcriptioni credimus; ſi Bauhino, qui fructum Cluſii ſextum libri & capitis facit, tota ligneâ duricie, nuci vomicæ concolor, cinerea, pronâ parte magis tumens, in ambitu ſinuoſo, ſupinâ verò quinque inter ſe juncta & æqualibus ſpaciis ab invicem diſſita grana, meſpilorũ ſetaneorũ granis æmula, oſtẽdit, quę exemta, profunda lacunarum veſtigia, relinquebãt. Bauh. alter addit, gibbum per declivia habere ordine impreſſos quinque ocellos; compreſſam partem ſcrobiculis inſcribi; in umbilico quidem uno, unde & petiolus; in marginibus, multis. Ocellis totidem ocellos diſtinctos reſpondere, in quorum unoquoque ſemen unicum pomorum aut pyrorum ſeminibus ſimile, ſubſtantia pingui & oleoſa; ſapore avellanæ: circumjectam ſubſtantiam lapideæ eſſe duritiei.

Bauh.H.P. l.3.c.155. Rauvvolf. in itinerar. Matthiol. Epiſt.137. Tab.H.P. l.3.p.647.

III. Cocculus officinarum, alias *Baccæ Coculæ Elephantinæ*, *Solani furioſi fructus*; *Cuculi fructus ſolani furioſi in Ægypto*; *Coco de Levante*; *Grana Orientis*; *Nux vomica fortè*, *quæ officinis Galla Orientalis*; *Cucculus Indicus*; *Coccule Orientales Doam Sames in Ægypto*; *Baccæ Orientales & piſcatoriæ*; *fructus Tithymali paralii*; granum eſt ciceribus par aut majus, renis ferè figurâ. *Cortex* exterior fuſcus, rugoſus, lentus: interior craſſior & cinereus. Nucleus intus fragilis, obſoleti coloris, lenticulari σκυτάλῃ, quam geminæ ex umbilico corticis partes emittunt, circumjectum. Bini aut terni, plærumque ſingularis, cruſculis totidem hærentes cohærent, pediculis ſubnexi uncialibus, ligneis, ſapore amaro, & qui unico modo articulãtur. Subſtantiæ quidem ſunt calidæ & igneæ, ſed ſimul Narcoticæ. Piſcibus exhibiti, faciunt, ut primò infatuentur, & hinc inde in flumine diſcurſent, in orbemque moveantur: mox fatigati & ferè exanimes, in ſummo fluminis natent, ita ut reticulo piſcatorio extrahi poſſint. Parantur ex iis cum adipis agni ana unc. ſ. caſei antiqui unc. j. ſemin. cannabini totidem; ſeminis anethi & hyoſciami ana dr. iij. farinæ tritici dr. ij. mellis dr. vj. camphoræ dr. j. in mortario in maſſã redactis, pillulæ, quæ flumine placido piſcibus objiciuntur. Pulvis exigua quantitate cum adipe ſuillo vel pomo decocto permiſtus, pediculos capitis interficit.

Bauh.H.P. l.3.c.140. Garzias H. Arom. l.1. c.30. Acoſta de Arom. c.23 Matthiol. ad Dioſco. l.1.c.141. Tab.H.P. l.3.p.644.

IV. Anacardium ſeu *Anacardus* eſt duplex *Orientale* nempe & *Occidentale*. 1. *Anacardium Orientale*, Arabibus *Balado*, vel *Baladar*, Luſitanis *Faba Malaccana*, Cæſalpino *Perſea fortè Plinii*, Indis *Bybo*, quibusdã *pediculi Elephantis*, eſt fructus veteribus ignotus, ſimilis avis Cordi, & viridis ac in arbore pendens, fabæ noſtrati majori; compreſſus, unciam longus, aliquando major, in obtuſum mucronem deſinens, ex pediculo rugoſo, totam baſin occupante appenſus, colore nigro aut ſplendente. *Nucleus* intus amygdalæ ſimilis, planus & candidus, inter quem & corticem extimum, liquor glutinoſus ſeu melligo nigricans, quod mel Anacardinum quibusdam. Serapio colorem fructui rubeum tribuit, ſubſtantiæ quæ intus ſanguinis. Gemellum aut certè per medium diviſum Bauhinus obſervavit. *Magna* ejus in Siciliæ montibus, Ætna inprimis, Apulia, *copia*: nec non in Cananor, Calecut, Cambaja, Decan, Indiæ provinciis. Adfertur è Syria. Quantum ad *Vſum*. Fructus iſte eſt in tertio calidus & ſiccus, Avicennæ in quarto talis. Viridis ſale & aqua conditur, & excitandæ appetentiæ ergò coctæ oryzæ immiſcetur. Maturus & cuſpidi cultelli infixus, ardentique candelæ impoſitus, diverſorum colorum ſcintillas, quaſi fulmina ejicit. Paratur ex eo tam confectio Anacardina dicta, Paralyſeos & Apoplexiæ & memoriæ labantis Theriaca: tum Electuarium ad eadem,

ut

ut & frigidos totius ventris affectus, conveniens; sed quod sexto demum mense, ad drachmas duas sumere consulit Mesue. *Melligo* exulcerat, inflammat, & sanguinem adurit: eodemque tota India pro caustico utitur. In putridum & cavum dentem instillatum urit, & confringit eumdem. Obsignantur eâ, calce additâ, panni bombycini. Notam adeo imprimit, ut nulla ratione elui queat. Optimum est nigerrimum, ponderosissimum, cui nucleus cãdidus & rectus; melligo copiosior & fluidior. 2. *Anacardiũ Occidentale* fructus est arboris, Acajou seu Acayaibæ ipsi pomo adnatus, qui Cajous dicitur, & de quo supra egimus. Occidentalem dixi, tum quod Americæ sit familiarior: tum quod putetur in Orientem ex Brasilia translatus. Quod ego oleum vocavi; id alii mellaginem crassiusculam & lentam nominant, ex eaque copiosius oleum elici quam apud nos ex juglandibus. Palma.

V. Nucula Thaphet Saxoniæ, unguem medii digiti æquabat; sessilis modicè, & in gibbum hæmisphæricum penè elata, ut per medium sectum globum ferè repræsentaret. *Cortex* durus, cinereus; in centro foramen umbilicale. Substantia interna nigra, duricie cornea, sine sapore notabili. Ad Nucem fortè vomicam referri posset. Bauh. H. P. l. 3. c. 149.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER III.

De Arboribus Aromaticis.

Nux Moschata.

CAPUT I.

De Nuce Moschata.

NVciferas sequuntur Aromaticæ, ex quibus eduliis condimenta petuntur. 1. *Nux myristica.* 2. *Macer.* 3. *Cassia.* 4. *Cinnamomum.* 5. *Malabathrum.* 6. *Betre* seu *Tembul.* 7. *Caryophillus aromaticus.* 8. *Piper.* 9. *Cubebæ* cum affinibus. 10. *Amomum.* & 11. *Cardamomum.*

TAB. LI. I. *Nucem moschatam* seu *aromaticam*, qui Veteribus Græcis ignotam fuisse scribunt, minimè falli videntur. Nulla certè ejus apud hosce mentio; primi Arabes qui cognovere. Fruſtra vel *Chrysobalanus Galeni*, vel *Comacum Theophrasti*, vel *Cinnamum Caryopon*, dicitur. Equidem *Chrysobalanum* Galenus ex Asclepiadis præscripto, contra coli inflationes adhibet, & inter discutientia & roborantia recenset, quod & Nuci myristicæ convenit: aureum tamen colorem, quem χρυσοβαλάνῳ inesse, vel ipsa nominis ratio ostendit, istam non habere, omnibus notum, qui nucem moschatam videre. ut taceam, hanc subrotundam esse, βαλάνου nomen solis longis arboreis fructibus in genere imponi. *Comacum* Theophrastus in Arabia ponit, & *duplex* facit, *alterum* fructum, *alterum*, quod probatissimis unguentis miscetur. At nux moschata, in insula Banda duntaxat nascitur. Idem de *Cinnamo Caryopo Plinii*, de quo vulgaris editio ita; *In Syria gignitur & Cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri Cinnami differens, vicinâ tamen gratia. Pretium in libras asses quadraginta*; sentiendum est. Nam præterquam quòd locus sit corruptus, & pro surculo succo legi debere videatur; certum est, nucem aromatiten in Syria non nasci; & vocabulo Caryopon, in quibusdam codicibus Chamochum, & Comachum legi, & de Comaco intelligi debere.

Plin. H. N. l. 12. c. 18.

II. *Nobis* Indicis navigationibus innotuit, estque duplex 1. *fructu rotundo* & 2. *fructu oblongo*: cui *Macis officinarum* & *Arbor affinis Americana* addi debet.

I. Nux moschata fructu rotundo est duplex, 1. *fructu rotundo majore*, & 2. *fructu rotundo parvo.*

S. l. 8. c. 3. & 9. c. 4.

H. P. l. 9. c. 3.

1. *Nux moschata fructu rotundo majore*, quibusdam *Chrysobalanos Galeni*, Guiland. *Comacum* Theophrasti, & *Cinnamum Caryopum Plinii*, Abensinæ *Iausibant Arabum*, Bauhino *nux figura olivari*, Garziæ *Nux aromatites*, Incolis *Palla* & *Lapatri*, arbor est pyri magnitudine; *ligno* medulloso, cortice cinereo, medulla ex fusco rufescente, *foliis* seu ejusdem, sed subrotundis, seu laurinis, at latioribus, seu nucis juglandis, seu mali Persicæ, sed non tam longis, in ambitu serratis, venosis, qui brevi pediculo nituntur, & catervatim, rarò singula depen-

Clus. Hist. Ex. l. 1. c. 15.

Fructus Durionis minoris, Cham picto.

Fructus Durionis majoris.

Fructus Wormij septimus.

Myrobolanus Iavanica.

Cornus Indica seu Javanensis.

Guanambanus Affricana

Arbor lanigera Iavanensis.

Cardamomum minus.

Cardamomum majus

Quercus Indica Ratiebita.
Arbor spinosa in Java unde Cak.
Arbor Javanensis folijs Fraxini
Nux moschata fructu rotunda.
Cassia Zelanica.
Nux moschata fructu oblonga.

pendent. *Flos* eo tempore quo aliis prorumpit, sylvestrium rosarum modo pansus si Matthiolo credendum. Piso pyri vel Cerasi esse dixit, & qui facilè cadat, parum odoratus. *Fructus*, qui mala Persica quadantenus vel juglandes æmulatur, & parte pediculo proxima turbinatus est, ex extremis ramis, seu horum articulis, ut plurimum singularis dependet, ubi maturatur paulatim è viridi, tum cæruleas luteasque, tum purpureas & igneas in maculas transit, arcum cœlestem imitatus. Triplex illi *cortex* Pulvinatus prior, juglandis in morem: huic lignosus mediocris crassitudinis subest, intus cinereus, foris ex nigro spadiceus, valliculis hinc inde depressis inæqualis, nullius vel saporis vel odoris. Has huic & extimo cortici interjectas *Macis* replet, reticulato plexu, & libero appressu, certis locis durum illum corticem obvolvens, pertinacius circa pediculum adhærens, coloris ex rubro flavescentis, saporis cum amarore quodam acriusculi, oleaginem quandam punctura exsudans. *Nucleus* intus aromaticus, rugosus, coloris extus ferè cinerei, spadiceis & ex flavo albicantibus venis undatim hinc inde discursantibus; substantia solida, qui decorticatus adfertur. Garzias duro cortice per maturitatem dehiscente, calycum echinatorum qui castaneas amplectuntur modo, macem apparere scripsit. Visus & gemellus facie interiore nucleus, qua se nuclei ambo tangunt compressim, externè gibbosus. Fert & *gummi* referente Camerario, eximiè fragrantis odoris & pulchrè rubens, quod à Lusitanis in Italiam importatur. Nota verò *de fructu* insuper. 1. Bis, subinde ter in anno nasci. Prima vindemia Augusto & Septembre; altera Martio, tertia alio atque alio mense peragitur. 2. Sæpe nucem sine Maci reperiri, quod præproperè tumescente nuce reticula disrumpatur & pereat, antequam justa crassitudine firmari potuerit. 3. Intempestivè decerptum, minus ob succi paucitatem durabilem & teredini obnoxium. Nux Moschata. 4. Maturas nuces detractis nucamentis sicc. ri ad solem. Siccatis adimitur suus Macis: Nuclei lavantur calce, ne facilè corrumpantur. Optimæ quibus color ex rufo cinereus, sed striis quibusdam albidioribus interpolatus. 5. Devorari dehiscente nucamento à quodam columbarum genere, quas integras per alvum reddunt, citiusque aliis germinare, & præcociores ferre fructus, sed qui corruptioni obnoxii essent; ideò etiam negligerentur. *Nascitur* in Bandæ insulæ sylvis αὐτοφύτως; Clus. l. c. & aliam in planis quæ ad nos adfertur; aliam in montanis provenire scribunt, à cujus fructu, cum vix maturescat, Macis duntaxat adimitur. Conditos docuit versutia humana Cord. H. P. l. 4. c. 17. adulterare, singulis nucleis viridi juglandium putamine diviso impositis, vel limonum aut Chebulorum conditorum carne. Illud mollitie, sapore (solidior enim nucis moschatæ & sapidior) & quia commissuræ dividuntur, cognoscitur: hoc, commissuris solum. *Usus* est Nux in *Medicina* eximii. Calida & sicca fere in tertio. Prodest ad oris halitum si masticaveris; & singultum, si adjiggnem desiccata vel tosta cum pane malvatico imbuta sumatur: citæ respirationi, si dimidiam ex vino hauseris: fluxui ventris, si cum vino rubro propinetur. Ventris & coli doloribus à frigiditate invectis, si una & altera devoretur. Prodest & jecori, cordi, urinæ à frigore difficultati, paralysi & nervis, renibus & matrici. Egregium in hujus flatulentia remedium, si vel decoquatur; vel unâ crassiusculè tusa, cum radicibus matricariæ ex senis unciis vini albi, additis duabus drachmis saccari, propinetur, vel fumus in quatuor partes sectæ, & in carbones conjectæ, per tritorium matrici aliquoties immittatur. Nocet si nimium sumatur. Duodecim prægnans in Anglia assumptis in delirium incidit, sed quod à somno discussum. Viti in India qui tanquam caro correpti per integrum diem immoti jacuere.

Maffeus in Hist Indic. Garzias H. Arom. l. 1. c. 10. Acosta Arom. c. 11. Bauh. H. P. l. 3. c. 12.

Piso Mantissæ Aromat. c. 3.

Camera. in Epit. p. 174

Hart. Chymiat. p. 171. edit. Lipsi.

Bont. Med. Indo. p. 26.

Nux Moschata.

cuere. Paratur ex viridi ibi cortice *pulmentum*, cibum ex pomis acidis coctis sapore referens. Inde hæc noxa. Caro conditæ (condiunt Lusitani & Javanenses immaturam) Cordialis est. Libra tempore Amati Lusitani, quatuor aureis vendebatur. Conditur cum utroque cortice fructus & muria. Exprimitur ex contusis & in cacabo calefactis *oleum*, saturè flavum, fragrantissimi odoris, quod ceræ instar concrescit; ideò eadem adulteratur, in frigidis morbis & venereis inunctionibus expetitum. Compescit ex calido jusculo dolores colicos, & tormina nephritica, assumpta. Nuclei *eligendi* majores, ponderosiores & solidiores, qui spadicei intus coloris plurimum, candicantes ac pallidi minimum obtinent, & copiosiorem liquorem puncti fundunt. Fit & ex foliis. Unum addo, condiri secundum quosdam, unâ & altera ad diuturnitatem vina, si in dolium injiciantur, & melius quam impuro sulfure.

Bauh. Phytop. l. 11. f. 3 p. 407.

2. *Nux moschata fructu rotundo parvo*, in Moluccis & Zeilan provenit. Garzias infructiferam facit.

II. Nux moschata fructu oblongo, quibusdam *Mas* dicta, Arbor est longioribus & crassioribus foliis. Nuces non modò oblongæ, sed & quadratæ ferè, è ramorum summis & juglandium instar prodeunt, ternæ quaternæve simul. Prolixè à Clusio ex ramo allato describitur. Ramo erat *cortex* cineraceus, medulla superiore parte multa, ex fusco ruffescens; *folia* densa, pedis Romani longitudine, trium unciarum latitudine, prona parte canescentia, supina viridia & splendentia, & quibus multi nervi, nec nimis urens amaror: summo fastigio *nuces* brevi & crasso pediculo nixæ, binas uncias longæ, (vulgaribus palmulis nonnemo assimilat) quibus *operimentum* rugosum, & Amygdalarum instar villosum, ex ruffo fusci coloris, fissum hiatuque suo nucem reticulata maci vestitum ostentans. Odore eam esse nullo, sapore subacri & aliquantum tenaci, cariosam magis oleosam, & ventriculi capitisq; affectibus commodiorem quidam scribunt. Rondeletius sanè *pingues* blandimentis culinariis dicabat: *immaturas*, siccas, læves, austeras & aliquantum cariosas, firmando cordis & capitis robori. Rarò ad nos importari creditur.

Clus. Exot. l. 1 c. 6. Piso Mantiss. Arom. c. 4.

Bauh. H. P. l. 3. c. 11. p. 256. & 265.

III. Macis vocatur Cordo *Macer*, Officinarum Macis, incolis *Bunapalla* & *Iaifol*, Javanensibus *Massa* & *Fœlien*, Abensinæ *Befbase Arabum*, aliis *Nucum myristicarum flos*, Malayensibus *Bengu*, cortex est ut diximus nucis moschatæ, coccineus quidem & elegans initiò, sed qui aeri expositus, flavescentem colorem contrahit. Omnium aromatum principatum obtinere credidit Scaliger. Odor ei suavis, sapor subacris & nimium amarus. Non esse eundem cum Macere, mox dicemus. *Vehitur* ex India per Syriam in Asiam superiorem, & inde in Græciam: in Ægyptum item, inde in Italiam. Hispani, Angli, Batavi, per mare meridionale in suas regiones, inde ad nos transvehunt. Creditur decennium durare. *Deligendus* integer, ponderosus, crassus, rubentior, & cui ex plaga impressa liquor copiosior. Quantum ad *vires*, calidus hic in fine secundi & principio tertii cortex, tenuiumque partium, cum levicula adstrictione. Purgat caput cum oleo violaceo mistus: morborum frigidorum major quam ipsa nux myristica averruncus. Exprimitur ex eo *oleum*, contra nervorum affectus & flatus validum. Ex Banda allatum & pedi illitum, podagram sanare, sunt qui affirmant. Certius, ventriculo frigido, & vomitibus opitulari, cum theriacæ pauxillo, si inungatur. Inspissatum & in tabellas saporis Gallici modo redactum vendi, vidit Clusius. Immaturus adhuc & coccineus sale & aceto conditur, ut in primis mensis appetitum excitet, odoris dum recens, mirè jucundi.

Linschott. Ind. Orient. p. 1. c. 32.

Exerc. 145.

IV. Arbor affinis Americana est illa quæ in sylvis Orellanæ nuces fert myri-

De Laet Ind. Occid. l. 17. c. 4.

Nux moschata fructu oblongo.

Canella ex Mindanao insula.

Nux moschata arbor fructu rotundo.

Canella Zeilanica arbor Theveti.

Nux moschata rotunda.

Macer Græcorum.

Folium Canellæ Columnæ.

Folium Canellæ veræ.

Baculus Canellæ veræ.



myristicis planè similes, virtutis cujusdam aromaticæ, sed invalidæ & quæ statim evanescit.

Caput II.

De Macere.

Tab. LIII. DE Macere hic ex Veterum & Recentiorum sententia dicemus.

Dioscor. l. c. Plin. H. N. Lib. c. 8. I. Maceris *Veterum* descriptionem sed brevissimam, apud Dioscoridem & Plinium habemus. *Ille* corticem flavescentem & crassum esse ait: *hic* rubentem, radicis magnæ, nomine arboris suæ; sed qualis ea sit, incompertum habet. *Locus* ipsi Barbaria secundum illum, secundum istum & Simpl. l. 2. Galenum India. Barbariam intelligé, vel urbem ad fluvium Indum sita, ut vult Ptolomæus, vel insulam ut modernis compertam, vel Arabici maris sinum, qui Barbaricus dicitur. Quandoquidem, ut Strabo notat, omnia quæ in India proveniunt, eâ scilicet parte quæ ad austrum magis vergit, in Arabia quoque nascuntur. Eundem, cum Maci, Monachis qui in Mesuem commentati sunt, facere placuit, sed perperam. Nam præterquam quod Macer sit cortex arboris crassus; Macis, nucis operimentum interius & tenue: Serapio certè, ista duo distinxit; Avicenna de illis seorsim egit: nec, ut superius diximus, quicquam apud Veteres Græcos de hodierna nuce myristica invenitur. *Usum* si spectes, Dioscorides usu perquam adstringentem fecit, ideò contra cruentas excretiones, dysenterias, & alvi fluxus commendavit: Plinius ejus in melle decocti usum in medicina ad dysenteriam præcipuum haberi scripsit. Gal. ita de eo. *Gustu est multum acerbus cum levicula quadam acrimonia odorata, jucundum sanè redolens, ut plæraque odorata sive aromata, quæ ex India convehuntur. Videtur itaque & ipse ex mista constare essentia, plæraque terrena frigida, paucula vero calida & tenuium partium. Quamobrem valenter desiccat, adstringitque: proinde cœliacis & dysentericis miscetur facultatibus: in tertio exsiccantium consistens ordine, in caloris frigorisque differentia, neutrum insignitur efficiens.* Facultatum & virium respectu, videtur cum Macere Acostæ convenire: Inter arbores nulla ferè institui potest comparatio, quod antiqui nullas notas nobis reliquerunt, corticem si excipias. Macer. Acosta Arom. c. 12.

II. Apud *Recentiores* dicitur Abensinæ *Talisafar* radicis cortex, Acostæ *Macer arbor dysenteriæ*, & *arbor sancta*, Lobelio *Cortex Xylocassiæ facie*. Arbor est vasta, ulmo major. *Radix* illi magna, ilicis instar, succo lacteo dum recens est, flavescente dum sicca, turgida. *Cortex* crassus, lignosus, durus, qui exterius ruber, fractus, striis albas & rubras, alternantibus fuscis pectinibus, perinde ac si laminis quibusdam constaret, exhibet: gustu primum dulci, mox manifestè adstringente. *Folia* septem uncias longa, duas lata, exterius dilutè virentia: *flos & fructus* multus, semen si excipias, quod cordis effigie denarii magnitudine, colore flavo, sapore amygdalæ, tenui & candida membrana tectum, vesicâ quadam ex transparentibus duabus membranis combinata includitur. Nascitur hæc in medio folio aliis non dissimili, sed cuspide obtusiore, colore inter rubrum & fulvum medio, multis fibris quæ in longitudinem protrahuntur, crispo & rugoso. *Lactescit* tota ut Morus. *Provenit* in Malavar, insulis S. Crucis regni Cochin; in ripis fluminis Mangate apud Cranganor & alibi. *Corticis* qui calidus & siccus in secundo, terrearum magis quam tenuium partium, *usus* in adstringendo celeberrimus. Ideò frequentissimè in dysenteria, diarrhæa, mensibus immodicis, hæmorrhoidum fluxu, vomitibus, in Oriente usus. Datur drachmæ unius pondere, ex oxygala, lacte, vino rubro, aut aliquo alio convenienti liquore, manè & vesperi. Maceratur ejus & in sero lactis semuncia, & propinatur bis. Bauhinus in *inveteratis alvi profluviis* summo cum Bauh. H. P. l. 3. c. 12.

Cassiaseu Canella.

succesſu adhibuit. Pellit & omnis generis lumbricos: nec poſſe inebriari qui ſingulis dieb. eo uteretur.

II. Affines, ſi non eadem cum Macere ſunt 1. *Arbor Americana* prægrandis, cui folia cordis effigie, cortex digiti craſſitudine, durus, ponderoſus, tenui eaque candicante cuticula tectus, Gentianæ inſtar amarus, & manifeſtè adſtringens. Frequens ejus contra alvi fluxus uſus. 2. *Cortex Cluſii* apud Dackerum Medicum viſus, latus, craſſus, exterius ſubrubens & veluti nodoſus, ſubfuſcus intus & multis rimis hians, adſtringentis ſaporis.

Monard. Simpl. Me

Clus. Exot. l. 4. c. 4.

Caput III.

De Caßia ſeu Canella.

Vid. Tab. LIII.

I. CAſſia ſeu Canella eſt ex *Veterum* ſcitis, & *quoad ſe* & *quoad genera* deſcribenda.

Plin. H. N. l. 12. c. 19. Theophr. H. P. l. 9. c. 5. Dioſco. M. M. l. 1. c. 12.

I. Caſſia ipſa eſt frutex trium cubitorum amplitudine, cui πεχυτέρα καὶ ἰσώδεις ῥάβδοι in montib. præſertim, tenui verius cute quam cortice veſtitæ: *folia* piperis. Colos illi triplex. Cũ primum emicat, candidus, pedali menſura: deinde rubeſcit, addito ſemipede: ultra nigricans: non quod in diverſis partib. talis ſit, ut Pl. innuere videtur, ſed quod non probè parata, cinereum colorem acquirat, à ſole ſota corallinum ſeu rubeſcentem, ab eodem aduſta, nigricantẽ. Quoniam nullo pacto decorticatur, ideo ſingulari opus eſt artificio. Conſecant ſurculos, longitudine binum cubitorum, mox inſuunt recentibus coriis quadrupedum obid interemtarum, ut iis putreſcentib. vermiculi lignum erodant, & excavent corticem tutum amaritudine, vel potius amaro ſeu ingrato odore. hoc enim ἡ πικρότης τὸ ὄδμης apud Theophr. ut & apud Hom. mare πικρὸν ὄδμαν ſpirare legim⁹. *Naſcitur* circa aromatiferam Arabiam, quod Dioſc. prodidit; juxta Cinnamomi campos, quod Plin. qui tamen falſitatis à modernis accuſatur. Eſt πλύχρηστος, & vim habet calefaciendi, urinas movendi, exſiccandi & leniter adſtringendi. Convenis πρὸς ὀξυδαρκίαν, ὀφθαλμίαν, καὶ μαλάγματα. Fœminis ad menſtrua eliciendа, & uteri dilatationem, tum ſuffitu, tum inſeſſu prodeſt.

Odyſſ. 4.

Dioſc. l. c. Plin. l. c. Dioſco. l. c.

II. Genera Cenellæ duo à Theop. & Plinio ponuntur, *Candidum* nempe & *Nigrum*; à Dioſcoride & Galeno totidem, quæ non ſpecie ſed bonitatis nota à ſe invicem diſtant. Aliud enim eſt *Præſtantius* aliud *Vilius*.

Theophr. H. P. l. 9. c. 5. Plin. H. N. l. 12. c. 19.

I. Præſtantior Canella triplex eſt. *Prima* quæ Dioſcoridi γνήσιος, Aetio ὀξεῖα, eſt purpuraſcens, craſſa, brevi tunicatũ fiſtula, ἀποδίζουσα τῇ ὀσμῇ & maximè πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἐυβόλους. *Balſamodes* fortè Pl. ab odore ſimili appellata. Pretia nullo diverſiora. Optimæ in libras X. L. cæteris in L. V. *Altera* eſt Achi, vel Adi, quam Plinius *Lactam* dixit. Lauro cortice eſt ſimilis. Dioſ. eligit ἰσχνὰς, εὐχρόους, καὶ πρὸς ἁλλίζεσθαι: nec non ἀκριβῶς ἐσταμένην ὀσμὴν. Plinio *probatur* non tantum recens maximè, & quæ ſit odoris molliſſimi, guſtuq; quam maximè fervens potius, quam lento tepore leniter mordens; ſed etiam, quæ plurima minimum ponderis faciat. *Adulteratur* ſtyrace & propter ſimilitudinem corticum lauri tenuiſſimis ſurculis, ſecundum Plinium: quod tamen dubium, cum nec color, nec forma reſpondeat, & cortex Daphnitis ſit craſſus. *Tertia* quæ βλαστὸς μισυλλίς, ſeu *germen Moſyliticum* vocatur. Fortè illa eſt, q̃ Galen. frutices magnitudine æquare & ramos aſpectu & corticis tenuitate ſimiles habere; nec non τὰ βιβλιωδέστατα γωνίσματα κινναμώμου δίχα τῆς ὀδώδοτος ἰσχνὰ ἰσοφόρητα γινόμενα ſcrib.

Plin. l. c. Dioſco. l. c. Ibid. c. 10. Ibid. de Antido. l. 1.

II. Vilior Canella triplex quoq; eſt. 1. *Caſſia Aſyphæmon* vel potius Ἀφυσίμων, quæ Dioſcoridi nigra, injucunda, λιπόφλοιος & φλοιοφαγὴς. 2. *Caſſia* κιτὼ alias μοτὼ dicta; ſed fortè malè. Galenus enim hanc ſecundum locum obtinere ſcribit. 3. Δακκὰρ vel ut alii δαγὸς & δοχὰ, de qua nihil occurrit.

III. Huc pertinet *Pſeudocaſſia Dioſcoridis* & πλατεῖα σύριγξ ejusdem. 1. *Pſeudocaſſia Dioſcoridis* eſt ἀφαίτως ἐμφερὴς, ἣ ὡς ἐλίγχιστα τῇ γνήσιᾳ κεῖται ἔκτος ἀλεμμεῖα, κόλλης ἀρωματώδης, περιεχόμενον τὸν φλοιὸν τῇ ἐπιφανείᾳ. Serapio corticem adhærere ligno; ſeu exteriorem interiori dixit. 2. Πλατεῖα σύριγξ,

Dioſc. M. M. l. 1. c. 12.

eſt

Galen. Antid. l. 1.

est simul ἁπαλὴ, κάφη, ἰσιεχὴς, ἀμφίφωνος δὲ τῆς ἄκρης. Fortè est eadem cum illa, quam Galenus σύριγγα vocari scribit. Quod si est, *cortex* ejus exterior, qui *fistula* dicitur, saporem & odorem validum habebit; interior adeò debilis erit, ut nullum usum præstare possit.

Vid. TAB. LIII.

II. Apud *Recentiores* plura Cassiæ seu Canellæ occurrunt genera. Est enim 1. *Zeilanica*. 2. *Malavarica*. 3. *Americana*. 4. *Crassiore cortice vulgaris* cum sociis. 5. *Lignea fusca aromatica* cum adjunctis. 6. *folio mali Punicæ* & 7. *Cortex eriophorus Clusii*.

Garz. Hist. Arom. l. 1. c. 15. Piso Mantiss. Arom. c. 1.

1. Canella Zeilanica, Monardi *Cassia, Cinnamomum* & *Canella Orientalis*, Garziæ *Cinnamomum* id est lignum odoratum, quasi amomum ex China: Abensinæ & Arabibus *Darsini*, quod Persis, lignum Sinense sonat, Acostæ & aliis *Cassia legitima*, Linschottano *Cinnamomum Zeilense* vocatur. Arbor est oleæ magnitudine, minor interdum, multis *ramis* iisque rectis & enodibus brachiata, ex quibus ramuli folioši prodeunt. *Truncus* sæpè femoris crassitudine brachialis plærumque, si benè Amatus. *Folia* ad folia lauri vel lauro cerasi colore, citri similitudine accedunt. *Flores* in extremis ramis parvi, candidi, qui solis fervore flavescunt & delabuntur. *Fructus* niger & rotundus, Avellanæ magnitudine olivæ exiguæ similis, ex quo liquor viridis acris & oleaginosus exstillat. *Cortex* arbori prout suberi duplex, etsi non ita crassus & distinctus. Qui ad nos adfertur secundus est & interior. Detractus enim cum Regis venia, crasso illo & exteriore, depurgatur: mox in quadrangulas laminas ita sectus, soli expositus in Cannas sponte convolvitur, ut trunci unius rami integer cortex videatur. Roseus seu ex cinereo vinosus illi à sole color, cinerescit si non benè tractetur; si æstu aduratur, nigrescit. Cinericius est intus, odore suavis, gustu acris & mordax. Nec tamen hæc protinus recenti. Post tres demum menses odoratissimum reddi, Lobelius tradidit, At statim tam lubricus & glutinosus sentitur, ut mansus dentibus adhæreat; & cibos injectos in salivosam vertat naturam. Sex vel septem, seu totidem quot è trunco prodeûnt, singulis annis amputari & iterum repullulascere, proditum Lusitano; mense post incisionem decorticari Curtio. Utut sit, sæpè etiam in eo fragmenta invenies quę superiorem corticem pellicula cinerea obtectũ ostendunt. Denudata per tres annos sibi relinquitur; per unum, si mendaci sæpè Theveto fides. Piso scribit, Corticem primum pelliculam esse, adeò tenuem, ut nonnisi viridis tolli possit: siccescentẽ, ita interiori contiguam, ut nec visu, nec gustu discernatur, nec manu separetur cortice nuda, per biennium & ultra persistit, tum nova induitur. *Natale* in Zeilan insula solum, cui quidam Moluccas & Mindanao Philippinarum unam jungunt. Per sylvas & saltus spargitur. *Usus* est in Medicina *cortex* maximi, sive ipsum, sive aquam, vinum, spiritum, syrupum, oleum ex ipso, spectes. Tenuior & interior pro odoratissimo, suavissimo & optimo probatur. *Pulvis* Ducis, qui ex pulverizato & saccaro fit, ventriculo robur afflat, cũ chalybe præparato mistus, hepar deobstruit. *Aqua* in Indiis ex *radice* destillata, camphorã redolet: sed evelli edicto prohibitum, ne pereat soboles: ex *foliis* prolecta, ventriculo frigidiori opitulatur, colum intestinum à flatib. expeditioris halitum & faciei colorem comendat. eadem & validius ex cortice recentiore educta facit. Apud nos variis modis elicitur, contra omnes morbos quos frigus excitavit valida. Albet, sæpè clara, flavescit aliquando; rarò sine empyreumate. Capitis, cordis, pulmonis infarctus, ventriculi humidioris & uteri cum πλάδῳ conflictantis subsidium. Nec inde abit vinum Hippocraticum, quod vel simpliciter, vel cum Caryophyllis paratur. Multum aquæ, quam Hippocraticam diximus, quæ ex aqua limpidissima cum saccaro & pauxillo Cinnamomi paratur, sitis in febribus etiam putridis levamen.

Cassia seu Canella.

Hartman. Prax. Chymiat. p. 127

Recc. R. M. N. H. l. 2. c. 11.

Cassiaseu Canella.

Spiritus, qui ex aqua ardente rectificata, in qua Cinnamomum maduit destillatur, unica gutta tingit cyathum. Senibus & phlegmatis saburra onustis proficuus; sed modicè adhiberi debet. *Oleum* & ex fructu & ex cortice extrahitur. Sebaceum *illud*, & pressu effluit, inodorumque nisi incalescat: *hoc* ab aqua, coactum, separatur, drachmæ unius in libram pondere. Incrassare cum modico ceræ, reservareque pyxidibus in usu. *Syrupus* cum aqua ardente, in qua aliquandiu Cinnamomi nodulus maceratus fuit, cum modico saccari compendiosè paratur. *Differentias* & *Genera* non est quod expectes. *Darsinni* Arabibus dicitur, non quod in Sina aliqua nascatur, sed quod Sinenses ex Zeilan Ormuzium frequenter advexerint. Annales certè illius urbis produnt, quadringentas olim inde uno tempore appulisse naves. Nec aliter *Alepina* dicitur. Eo enim devecta, ab Europæis distrahebatur. In mari Erythræo nasci quod Tamar reliquit, falsum est. In *cortice* aliqua *diversitas*, prout *tubi* formantur. Alii ex his cubitales, alii sesqui cubitales, longiores brevioresque alii, alii digitali crassitudine, alii brachiati, nunc singulares, nunc veluti gemelli ab una parte: parietibus modo sextante unciæ crassioribus, modo chartæ lusoriæ crassitudine respondentibus, infinitisque modis inter hæc extrema variantibus, texturâ lignosa & fibrosa, fragili tamen. Est & ubi sæpe in longum secundum lentas fibras findi possunt. Superficies rugosa interdum, aliquando polita & lævis, nonnunquam velut zonulis præcincta, nodis quandoque tuberosa. Color ruber, ferrugineus vel fuscus, & uterque mistione infinitâ varians, rarius cinericeus, idque non ubique, sed obiter hinc inde respersus. Sapor acriusculus, subdulcis, suavis & aromaticus, sed cum sit partium tenuium non ita multò post evanescens: cui etiam respondet odor, sed exterior. si teratur, in pulverem quodammodo facessit, lentoris non participem. Sunt etiam quibus Cassiam, Canellam & Cinnamomum ex una arbore propagari, & variis appellari nominibus, placet. Unum addo, nihil videlicet magis corruptioni obnoxium quam canellam, si diu in nave perstiterit: eandemq; multum singulis annis de sapore & odore deperdere. Aldinus *baculum* hujus quia veræ habuit, quem filicis esse dixisses, rugosum, colori ruffo & salici simili, cum maculis parvis & nigris; cui cortex tenuissimus & unicus, intus lignum lævissimum, spongiosum, quasi album inodorum, insipidum, extra nodi parvi & inter se distantes. Mansi sapor canellæ, Talis & folio, quod eo ipso à folio Indo, quod mentitur, distinguitur. Horti Farnes. c. 4. p. 61.

II. Canella Malavarica & Iavanensis, Garziæ *Cassia ignobilior*, Acostæ *Cassia in sylvis Malabar*; aliis *Canella de Mara*, Clus. *Cassia veterum fortè*, arbor est minor Zeilanica, Mali aureæ magnitudine, ramosa. *Cortex* crassus, nullius precij, minusque in tubulos convolvitur. Si quid in eo tenerum, non contemnendi saporis est. *Folium* laurino simile, latius tamen & dilutius, tribus nervis per longitudinem fulcitur, & pediculo aromatico dependet. *Flos* candidus & ἄκομος. *Fructus* oleæ baccis par, sessili parte minus crispo calyci insidens; qui virescit initio, mox ruffescit, niger & splendescens maturus. Officulum sylvestribus olivis simile caro olivacea ambit, ex qua liquor subvirescens, baccarum lauri odore, sapore acri exstillat. Tantum à Zeilanica differt, ut cum hujus centenæ libræ X. aureos pendeant; quadringentæ illius duntaxat unum. Teneriores arbores pro optimis habentur; cætera gustu vulgari ligno similis. *Provenit* in Malavar & Javæ sylvis. Stillatur ex cortice viridi minutim inciso, radicum inprimis. *Liquor*, qui stomachum roborat, urinam movet, colicam ex frigiditate exortam pellit; menses movet; vomitiones cohibet & venenis resistit. Qui ex floribus educitur, Aiom. c. 8.

citur, vilior. Eadem cum ista est quæ
Ind.Orien. p.4.c.19. *Canella de Mato* Linschottano dicitur, cortice nullo sapore insigni, quamvis teneri sint paulo gratiores.

III. Canella Americana quadruplex est, *Peruana, Terræ firmæ, Guajanæ, & Cubana.*

1. *Canella Peruana* Monardi *Canella novi orbis*, diversimodè describitur,
De Laet Ind.Occid. l.10,c.16. Gomar H. Ind. general.c.145. Augu. Carat. Histor. Peruanæ l. 4.c.2. Clusius ad Garz.H.A. 16.l.1, c.15. Mon.Simplic.Medicam.c.25. Arbor est *Laetio* oleæ magnitudine, *folliculos* quosdam cum floribus producens, qui contusi, ad odorem & saporem hujus aromatis quam proximè accedunt. *Indicæ Historiæ scriptores* vastam faciunt arborem, *folio* laurino, *fructu* racematim cohærente, qui calyce suberino simili continetur, ampliore tamen, minus cavo & nigricante. *Monardi* est mediæ magnitudinis, immortalis comæ; *cortice* crasso & qui nullum odorem spirat; *fructu* petasi forma, Joachimici latitudine, undiquaque ex purpurea nigricante intus lævi, aspero foris, cujus margines crassitie nummum æquent, summitas longè superet. In Zumacensi provincia quæ Æquatori subjacet *inveniri*, ratum apud omnes, impositumque ditioni Canellæ nomen. Fructus in *Vsu*, & hinc ei gratia maxima. idem cum canella sapor & odor. *Calycum* pulvis in pulverem redactus, ventriculum si propinetur roborat, & flatus discutit. E vino vel alio conveniente liquore haustus, muliebres purgationes molitur. Calidum in tertio, siccum in primo faciunt. *Folia* trita aliquid fundunt aromatici. Arborem cultam nobiliorem Canellam proferre, proditum à quibusdam. Huc
Thom.Hariot. in descrip. Virg. refer arborem Virginiæ *Asop*, lauro valdè similem, cortice calido & acri. Multum Canellam Peruanam refert: & fortè appellationum dunta-xat inter eas diversitas.

De Laet Ind.Occid. l.8.c.11. 2. *Canella Terræ firmæ* arbor est cui ab incolis *Carrapa* nomen. A nemine quod sciam descripta. *Lignum* ejus amarum: & inde à barbaris nomen. In pulverem redactum & ex aqua potum, tam potenter alvi profluvium sistit, ut & sanguinolentis dejectionibus medeatur. Cassia seu Canella.

3. *Canella Guajana*, quæ & *Caryophillata* mediocriter procera arbor est. *Flores* parvi cærulei coloris in umbilico subalbidi, croceis aureisque lineis variegati. *Cortex* tenuis, qui detractus, & in corrigias consciscus, siccitate in Canellæ modum convolvitur, & saporem ejus cum prædominio Caryophilli de se dat, acquirit; vires cum tempore, inprimis si ex surculis tenuioribus & vegetioribus detrahitur. Aquam maceratus rubicundo colore & caryophylli sapore imbuit; præbetque spiritum subtilissimum. *Provenit* in Brasilio, Guajanæ & Muranhar districtu. Piso Mantissæ Aromat.c.2.

4. *Canellæ Cubanæ*, Abensina *Rerfe aromatici*, Hispani *Caningæ* nomen imposuêre. Arbor est magna, *trunco* vasto, fusco & crasso, qui juxta radicem nigricat. *Cortice* cassiæ crassiore, arente & lævigabili, sapore Caryophyllorum acri, sed mox evanescente: *foliis* Canellæ similibus, sed majoribus & pinguioribus. De floribus & fructu non constat. *Crescit* in Cuba insula, ideò Cubanam diximus, locis editis & montosis. *Vsus corticis* in cibis & medicamentis. Commendat sapore suo fercula. Contritus & decoctus articulorum doloribus à frigidis ortis opitulatur: sanguinem Cassiæ instar depurat: venenis adversatur: ventriculi humiditatē absumit, & flatus discutit. Assulæ dentes aptè extergunt. Pertinent ad eam sequentia. *I. Lignum aromaticum Monardis*, cui cortex aromaticus, sapor macis, aut nucis moschatæ, imo vegetior. Nam & gratia Cinnamomum superat, & acredine piper; levique dentium attritu, totum os ita imbuit, ut vix intra diem evanescat. Lignum inodorum est & insipidum. Sed candela accensum, gratum fumum eructat. Magna ejus circa Havanam portum Cubæ copia; secaturque ad ignem. *II. Lignum ligno Monardis simile Clusii*, quod solidum erat, non minus quam Guajacum grave, candidius Recens R. M.N.H.l. 2,c.25. De Laet Ind.Occid. l.2.c.2.p.13. Mon.Simplic.medi. c.26. Clusius ad Monar.l.c.

Cassia seu Canella.

didius tamen, & nigris *venis* distinctum; *medulla* nigra, odore tenui, sapore nonnihil calido. *Cortex* ligno Monardis simillimus. Ideo idem cum eo facit Clusius. Ex ligno globi in Anglia tornati, quorum ad jactum usus. *III. Canella alba Clusii*, eaque *duplex*. *Vna* tubis majoribus & longioribus, cortice crassiore, scabro, colore minus albo, minoreque acrimoniâ, ideo vilior. *Altera* minoribus tubis, cortice tenuiore, scabro, magis candicante, fragrante & acri, *IV. Cortices Cherleri albi*, quorum *prior* rugosus & tantillum ad cinereũ tendens, internè candidior, specie duplex, odore & sapore remisso, & qui dentibus facilè frangitur: *alter* albus, lævis, haud tamen sine tuberculis, saporis non bene grati, cum lævi acrimonia, odoris pigri, & qui facilè frangitur. *V. Cortex Clusii ex radice*, seu *Canella alba ex radice Bauhini*, qui erat rugosus, pallescens & valdè acris. Radix ipsa dodrantalis longitudinis, pollicaris crassitiei; fortè non adultæ. Similium corticum fragmenta & amphoram Batavi ex Moluccis & Java Anno M DC I. reduces, sub Canellæ albæ nomine attulerant, candore eximio, nec acrimonia experte.

Cluf. Exot. l. 4. c. 4.

Bauh. H.P. l. 4. c. 12.

Clusl. c.

IV. Canellæ crassiore cortice vulgari, cortex triplo quadruplove eo qui prostat crassior, textura lignosa & fissili, foris rugosus, dilutiore ferrugine tinctus, sapore post triginta etiam annos acriusculo, & cum quadam dulcedine suavi. *Secundus* fortè vulgaris Cinnamomi cortex. Erat enim *Bauhino* & extimus, convexâ parte rugosus & scaber, zonâ præcinctus, coloris cinerei, sapore minus vegeto. Eadem cum hac *Lobelii Xylocassia*, cortice pollicari crasso, scabro, calloso, ilici aut oleæ foris concolore, interius convexo, superficie molliore. Sapor ei canellæ vulgaris, gustus adstringens, siccus & ad sistendum opportunus. Heurnium capite mortuo quod post destillationem aquæ remansit, in dysenteria usum recordor. Interior superficies à caudice canellæ arboris avulsa videtur, odoris præstantia nares feriens, & os mansa complens gustu Cinnamomeo. Ad hanc referri potest 1. *Canella ad Cinnamomum vulgare accedens*, cujus tubi annulari digito pares, læves & politi, concavo fusco, convexo ferrugineo dilutiore undulato; parietibus mediocriter crassis, fragiles, nullis fibris donati, sapore multo ignaviore quam Canella, licet similis, omnisque lentoris experte. 2. *Cinnamomum* seu *Cassia crassior*, quæ præter odorem & saporem in officinis occurrit, Pseudocassiam esse, non temere quis dixerit. 3. *Pseudo Cassiæ nomine datus cortex*, qui erat crassitudine semunciali, coloris ferruginei, punctis albicantibus perspersus, superficie utraque lævi, substantia nullis fibris intertexta, sapore evidenti nullo. Argillata fortè cujus apud Matthiolum mentio.

Bauh. H.P. l. 4. c. 12. p. 451.

Lobel. in Advers.

Bauh. H.P. l. 4. c. 12. p. 451.

Lobel. in Advers. Cordus ad Dioscor. l. 1. c. 12.

Bauh. H.P. l. 4. c. 12. p. 451.

Bauh. Phytopin. l. 11. c. 1. p. 409.

Bauh. H.P. l. 4. c. 17. p. 460.

Epist. l. 3.

V. Cassia lignea fusca aromatica, Lobelio *Xylocassia subnigra*, Cordo fortè *Cassia syringitis*, vel *Syringis Cinnamomo cognata*, vel Cassiægenus, quod Andromacho juniori, quia inanis, cava, & crassi corticis, Cassia fistularis dicitur. Tubuli ejus canellæ similes, capaces crassi, in rubore fusci, gustu Canellæ imbecilliore, subadstringente & glutinoso seu sublubrico. Data Bauhino sub nomine *Cinnamomi ex Decan*, apud quem post triginta etiam annos saporem aromaticum tenaciter servavit. Putat ad Zigin vel potius Gizir Dioscoridis posse referri. Nec dubium summè aromaticam recentem. Erat apud eundem & *Acrior*, tubulis minoribus, digito minimo paribus, dimidio ferè tenuioribus, minus scabris & inæqualibus, coloris ferruginei, saporis minus viscidi acrioris & glutinosi. Ad hanc spectat. 1. *Cassia lignea valdè odorata* Valeriani Dourez, cui pars interior eximiè aromatica & suavis, exterior planè insipida. 2. *Cortex Cassiæ Mossilitica Veronensis*, qui à Veronensi Pharmacopæo, sub nomine isto Bauhino anno M D LIX. datus, anno M DC IV. vegetissimum adhuc retinebat saporem & jucun-

Bauh. H.P. l. 4. c. 12. p. 452.

Ibid. p. 454.

jucundissimum, grata & luculenta acrimonia linguam vellicans Canellæ instar, nisi validior videretur, ineffabile quiddam & diversum gustanti offerens: alioqui lævitate, colore, texturâ non differt. 3. *Cinnamomum ex Sarmatia*, de quo ita Bauhinus: *Est nobis cortex nomine* Cinnamomi ex Sarmatia, *cujus* tubuli *minimum digitum crassitudine æquant, rugosi, & paucis tuberculis inæquales, coloris ferruginei obscurioris parietibus mediocriter crassis, substantiâ minus fragili quam Cassia lignea glutinosa, & nonnihil lignosa, fibrosaque, sapore (etiam post annum trigesimum ex quo habemus) acri & aromatico, Canella proximo, diverso tamen, nullo lentore admisto, ut in Cassia lignea fusca.* Bauh. l.c.

VI. Canella folio mali Punicæ, creditur in insulis Moluccis & Leucoiis si Historiæ Gallicæ Fumæi credendum, crescere. *Cortex* Zingiberis instar acris, odore Caryophyllorum, gustu Canellæ similis. Idem apud Gomaram invenies. Corticem à Sole findi; detractum ad eundem mundari, Historiæ Lusitanicæ author prodidit. Ibid. p. 455. Hist. c. 92.

VII. Cortex Eriophorus Clusii, fragmenta erant, cineraceo colore, sapore acri, frangi prompta & quæ in minutissimas partes fracta & protracta, veluti tenuissima stamina, instar ferè telæ aranearum ut lana candida ostendebant. Clus. Exot. l. 4. c. 5.

Caput IV.

De Cinnamomo.

EX *Veterum* sententia dum de Cinnamomo agimus, & de *frutice ipso* & de *ejus generibus* seu *differentiis* dicendum erit.

1. *Cinnamomum* est *Plinio* frutex duorum imo quatuor cubitorum altitudine, amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis furculosus, arido similis. Cum viret, non odoratus, *folio* origani, siccitate gaudens, steriliori imbre, cæduæ naturæ. *Radicem* ejus magni ponderis in palatii templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta, aureæ pateræ impositam, ex qua guttæ editæ, annis omnibus, in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumptum est, idem se vidisse affirmat. *Galenus* id, modò arboris, modò fruticis, θαμνίσκου titulo dignatur. Solent ista Veteres inter se confundere, & lentiscum, tamariscum, &c. arbores vocare, quæ inter frutices reponi debent. Herbam an vocet, affirmare non ausim. Nam quòd virgulta pedis Romani dimidium non excedere, quòd hellebori, immò Damasonii, quod ex Creta adfertur, figuram præ se ferre scribit; de illis Cinnamomi generibus, quæ in ligneis Cæsaris Adriani vasis reservabantur, de quibus, cum Severo Imperatori Theriacam componeret sumsit, & quæ dimidium pedis Romani non excessisse addit, sumi debere videtur. De iisdem intelligi debet, cum dicit: ἕκαστον δὲ αὐτῶν ἰσῶν ἐξ ἴσου, πάχος μὲν ὡς φοίνικος ὅσον θαμνίσκου, ὕψος δὲ ὡς ἐπὶ τὰς ἐπιφύσεις ἔχειν, ἢ βραχὺ πλείους ἢ ἐλάττους σὺκ ἴσων μὲν ἀπέντων κατὰ τὸ μῆκος, ἀλλὰ τὸ μέγιστον αὐτῶν ἡμίσει μεῖζον ἴσῳ ἡμίσει πόδος ἰωμαικοῦ. Arcam verò illam, in qua ex Barbarorum terris, δένδρον ὅλον κινναμώμου ἓξ πήχεις ὕψους *arbor Cinnamomi primi generis* allata fuerat, cubitorum quatuor esse scribit. Unde colligere aliquis posset, arborem illam eâ proceritate fuisse. Ut ut sit, Arrianus ὡς τῶν θαμνίων τὸ κινναμωμον τίμιωτον, ex fruticibus cinnamomum rescindi testatur: lignum verò *Xylocinnamomum* communiter dicitur: quod tamen quidam pro genere diversis sumsere; alii id quod virgultis longioribus ac robustioribus erat, eo nomine dignabantur. *Nascitur* in Æthiopia Troglodytis connubiis permixta, ut Plinius prodidit. In Arabia & quidem circa Mali prodire, apud Agatarchidem, Arrianum & Theophrastum legimus; in India Australi sub initio zonæ torridæ Strabo. Inde regio κινναμωμόφορος Straboni & Ptolomæo, aliisque veteribus Geographis Plin. H.N. l. 12. c. 19. Cinnamomū. Antido. l. 1. Exped. Alex. l. 7. Plin. l. c. Arrian. l. 7. Theoph. H.P. l. 9. Strabo Geogr. l. 15.

Cinna. phis in tantum celebrata, ut inde parallelus διὰ κιννα μωφόρου nomen suum acceperit. Non habere vires in Syriæ vicina perveniendi, apud Plinium proditum. Gignitur in planis quidem, sed densissimis in vepribus rubisque. Ii mercantes id à conterminis vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio ulla adjuvet, cum omnium instar ibi sint, hamo tantum & audacia. Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Eurisum maximè flantibus. Hi recto cursu per sinus impellunt, atque à promontorii ambitu Argeste deferunt in portum Gebanitarum, (*in faucibus Arabici sinus hi ad ipsum trajectum*) qui vocatur Ocilia, Artemidoro apud Strabonem Ocila, authori peripli Ocelis. Quamobrem illi maximè id petunt, produntque vix quinto anno reverti negociatores, & multos interire. Contra revehunt vitrea & ahena, vestes fibulasque cum armillis & monilibus, ita ut negociatio illa, fœminarum maximè fide constet. Difficilis autem illius erat collectio. *Metitur*, inquit ibidem Plinius, *non nisi permiserit Deus*, Jovem hunc intelligunt, Asiabinum illi vocant. XLIV. boum caprarumque & arietum extis impetratur venia cædendi. Non tamen aut ante ortum solis, aut post occasum licet. Sarmenta hasta dividit Sacerdos, Deoque partem ponit: reliquum mercator in nassas condit. Est & alia fama cum sole dividi, ternasque partes fieri, dein sorte cremia discerni: quodque soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrare. Brevius hoc ita Solinus: *Legitur per Sacerdotes frutectis prius cæsis: quæ cum litaverunt, observatur ut messis, nec ortum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet, sarmentorum acervos hastâ dividit, quæ sacrata est in hoc ministerium: atque ita portio manipulorum Soli dicatur: quæ si justè divisa est, sponte incenditur.* Addunt alii, Avium nidis & privatim Phœnicis, in quo situ Liber pater e-

Plin. H.N. l.16.c.32.

Id.l.12.c.19

Polyhist. c.30.

ducatus esset, ex inviis rupibus atboribusque decuti, carnis quam ipsæ inferrent pondere, aut plumbeis sagittis. Et hæc quidem ex Herodoto falsissimè Plinius. Equidem cinnamis nidum struere prodiderunt plærique; at Herodotus ex myrrha concinnare scribit. nec quicquam is de Phœnice, sed ὀρνίθας λίγυσι μεγάλας φορέειν ταύτας τὰ κάρφεα τὰ ἡμεῖς ἀπὸ φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν, tradit. Nec ignotum est, avem cinnamomum à veteribus poni, quæ privatim cinnamis nidum ædificet ἐφ' ὑψήλων καὶ ἀβάτων ὀρέων. atque inde ab ἰχνευτῆρες, qui μολίβδοις τὰς αἰχμὰς ἐκπυθῶσι, deturbari. Quæ de serpentibus, alatis messem impedientibus antiquitas fabulata est, apud Theophrastum invenies. De pretio hoc apud Plinium legimus. *Pretia quondam fuêre in libras denarium mille. Auctum in parte dimidia est, incensis ut ferunt sylvis irâ barbarorum. Id acciderit ne ob iniquitatem præponentium, an fortè, non satis constat. Austros ibi tam ardentes flare, ut æstatibus sylvas accendant, invenimus apud authores.* De ejus *in Medicina usu* ita Dioscorides. δυνάμει ἔχει παν κιννάμωμον θερμαντικὸν, ὑγρητικὸν, μαλακτικὸν, πεπτικὸν. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα πινόμενον, καὶ σφριγιόμενον μὲν ζωύφια, ἰοβόλοις θηρίοις καὶ θανασίμοις ἀρμόζει· καὶ τὰ ταῖς κόραις ὑπισκιοῦντα ἀποκαθαίρει, θερμαίνει τε καὶ λεπτύνει, καὶ ἰσχναντικός, φακῶς τε καὶ ἐφήλεις ἀποκαθαίρει μέλιτι δ' ἐπιχριόμενον πιεῖ δὲ καὶ πρὸς βῆχας, καταῤῥοὰς, ὑδρωπικοὺς, νεφρίτιδας, δυσουρίας. Et hæc quidem se ita habere certum: at illa quæ in commentariis Græcorum reperiuntur, falsa sunt. οἱ γὰρ τὸ φασὶ δὲ ἐν λίβηι ὕδατι ἐπὶς θίγει μένον τὸ κιννάμωμον ἰνθὺς καταψύχειν τὸ ὕδωρ καὶ λευκὸν ἐπεσπνιχθὲν ἀφ' οὗ μεταπιῖν τὸν ἐν τῷ νεφρῷ φλεγμὸν εἰς ψυχρόταιον, καὶ ἀφανισικὸν τῶν ἐν φθορᾷ ἰκτῖς συναγεγενημένων τῷ φύσιν ἔχειν. *Præcipua* tamen bonitas virgultorum tenuissimis partibus, ad longitudinem palmi. *Secunda*, proximis breviore mensura, atque ita ordine. *Vilissimum* quod radicibus proximum, quia ibi minimum (l. plurimum) corticis, in quo summa gratiæ. Qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus (l. minimus) cortex. Ipsum verò lignum

Aristo. Hi A. l.9.c.13.

Antiq.Caryst.c.49.

H.P.l.9.c.5

M.M.l.1.c.13.

Salmas. in Sol.p.1305.

Plin. H.N. l.12.c.19.

Theophr. H.P.l.9.c.5.

gnum in fastidio est, propter origani acrimoniam. Pretium in libras XX. quæ totidem ferè verbis à Plinio ex Theophrasto desumptum. Fiebat ex eo & *unguentum* pretiosum & optimæ fragrantiæ, quod Dioscorides, ex oleo balanino, Xylobalsami, balsami ac schœni spissamentis, Cinnamomi verò balsami seminum, & quadruplæ ad cinnamomum myrrhæ odoramentis parat. Adhibebatur & in alios usus. Coronas enim ex cinnamomo interrasili auro inclusas, primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Vespasianus Augustus. In funeribus quoque cum Amomo, Myrrha, & aliis locum habuisse, aliquibus dictum est.

Dioſc. M. M. l. 1. c. 74.

Plin. H. N. l. 12. c. 19. Salmas. in Soli. p. 401.

II. De Generibus diversimodè à Dioscoride & Plinio præditum. *Plinius* duo quædam genera innuit, *Candidius*, *Nigriusque*. Quondam, addit, præferebatur candidum, nunc contra Nigrum laudatur; atque etiam *varium* præferunt candido. Dioscorides in *Verum* & *Spurium* divisit.

Plin. l. c.

1. *Veri* plura ἐπιχώρια ὀνομαζόμενα recensentur genera. 1. *Primum* est quod *Mosylum*, tam propter aliquam cum Cassia Mosylite ἰμφίεσιν quàm à Mosylo oppido dicitur. Excellit secundum Dioscoridem in eo genere, σεσηπὸς, *recens*, allatum nempe, non de arbore decerptum, nec enim in Græcia nascitur, nec cariosum, τῇ χρόᾳ μᾶλλον πυρίζον ἐπὶ τοῦ οἰνώδους, colore nigrum, ex vinoso in cinereum vergens, id est tali, qualis esset, εἴ τις μίξειε τὸ γάλακτι τὸ χρῶμα τοῦ φαιοῦ καλουμένου μετὰ βοτρύος ἢ κυάμου καλουμένου. Tale autem οἰνώδους χρῶμα fit, describente Aristotele, ὅταν τῷ μέλανι καὶ σιλβοῦντι κοκκώδεις αὐγαὶ περιτεθῶσιν, quales botrorum acini, quorum planè color vinosus agnoscitur cum maturescunt. nam deinde nigrescentes puniceum habent, quem postmodum in ἄλικον mutant. Idem Cinnamomum quod excellit debet esse tenuium & lævium virgultorum; unde Herodotus τὰ κάρφια dixit, quæ sunt ξύλα λίπτα καὶ ξηρὰ, ut Hesychius explicat; ἔχοις σπονδύλους κεκερμμένους, nodis frequentibus præditum; quod & de ramulis Coralli Dioscoridis dixit, ut horum in Cinnamomo faciem innuere videatur, per quam odoratum. Ideò Galenus alibi ἀβέλτερον λόγον ἐνομίζειν ἔχειν ὑπὲρ ἄκρων τὰ ἄλλα, alibi, πάνυ τῇ ὄσμῃ καλλίστου καὶ ἥδιστον scripsit. Quod autem additur, in præstantissimo ἐσθλῷ esse πηγανίζουσαν, aut καρδαμώμῳ ἐμφέρη, nescio quomodo sumendum sit, nisi fortè cum Galeno, ἀγμασώδη addas, ut mansum πηγανίζειν seu rutam præ se ferre videatur. Præfertur quoque & gustu acre ac mordacitatis particeps, nec non etiam cum calefactione quadantenus salsum (ὑφαλμυρίζον, Galenus hujus qualitatis non meminit, fortè quod saltedo illa sit exigua) quodque inter atterendum non facile friatur, & inter frangendum ex se pulvisculum emittit, (ἐν τῷ θραύεσθαι χνοώδες. Serapio, quando franguntur rami ejus, elevari inde pulverem odoriferum, cujus odor omnia quæ sunt circa se superet, scribit) levia interim habens internodia. Facturus periculum, addit Dioscorides, sumito ab una radice periculum, siquidem facilis est hujusmodi probatio. Enimverò fragmenta miscellanea quædam sunt, atque adeò cum primum fit experimentum, quæ præstantiora fuerint, dum halitu efflatuque suo odoratum implent, deterioris judicium impediunt, seu ut Græcus textus habet. κρῖναι τῷ πρώτῳ δοκιμασίαν τὰ κρείττονα εὐπετῶς καὶ πλησιάσαντα τῷ ὀσφρήσιν ἐμποδίζει τῷ ἅμα καὶ ὑπερβάλλειν ἐπίκεισιν. Ferre ætatem Dionysius qui ἀκμάζειν dixit, sed falsò, prodidit. Galenus enim à triginta annis, quam à principio vim habuit, integram non conservasse, expertus est, πικτάγει τῷ ἐμογεῖ κατὰμικρὸν σαφῶς ἀλλήλων ὑπεξιέναι καὶ τι τῶν τῆς γλίσχρας, καὶ τῆς ἰσοφεύστου ἀτονίαν καὶ ἐντονίαν καὶ τοῦ χρόου inquit.

Cinnamomū.

Dioſco. M. M. l. 1. c. 139

Galen. de Antid. l. 1.

Galen. de Theriaca ad Pisonē.

Galen. l. c.

Dioſco. M. M. l. 1. 2. l. 13.

Serapio c. 256.

Dionyſ. in deſcript. Orbis.

Galen. l. 1. Antid.

2. *Alterum* est *Montanum*, crassum, pumilum, ὑπέρυθρον τῇ χρόᾳ, colore admodum fulvescens, vel ut Galenus legit, μᾶλλον κίρρον τῇ χρόᾳ magis rubens colore. 3. *Tertium* à

Cinna. Mosylo est *Nigrum* (apud Galenum πόσως μέλαν) & valdè odoratum, attamen fruticosum, καὶ οὐ πολυγόνατον, nec multis modis constans. Galenus fibris quibusdam intertexi agit. 4. *Quartum* est *Album* quod χαύνιον, ὀγκῶδες ἰδέσθαι καὶ εὐτελὲς, εὐθραυστόν τε καὶ μεγάλην ἔχον ῥίζαν κατίζουσαν. Serapio propter radicem magnam, facilè ad plantandum putat. 5. *Quintum* odore nares ferit, fulvescit, Cassiæ ruffæ simillimum, tangenti verò solidum animadvertitur, non valdè nervosum, radiceque crassa firmatur; in quo genere, quod Thus, Myrrham, Cassiam, aut amomum odoris suavitate imitatur, deterius est. Serapio corticem Cassiæ ruffæ habere, & odorem Cassiæ odori similem, cum pinguedine quadam scribit. Pro οὐ πάνυ ἐνῶδες quidam οἰνῶδες, alii ἐνῶδες, sed perperam legunt. Cur enim eligeretur illud quod valdè odoratum est, cum nec illud quod odorem præstantissimorum Aromatum refert, probetur. Fortè est illud quod Cassiæ apud Galenum simillimum est, ut superius diximus. *Damnatur* candidum (apud Plinium, damnatur molle & cui albet cortex) scabrum, rugosisque festucis: (ῥυσόκαρφον) sed &, non læve, & quod circa radicem lignosum est, rejicitur.

2. *Spurii* Cinnamomi duo sunt genera. *Primum Pseudocinnamomum* simpliciter ita dictum, εὐτελὲς οὐκ εὔτονον τῇ ὀσμῇ ἐκλελύμενον δὲ καὶ τῇ δυνάμει. *Alterum Zingiber* appellatur, quod habet aliquam cum Cinnamomo cognationem, cum sit xylocinnamomon. Est vero ξυλῶδες, ἔχον ῥάβδους μακρὰς καὶ ῥωμαλέας, καὶ τὴν ἐνωδίαν πολὺ καταδεεστέρας. Facit hujus & Galenus loco sæpè laudato mentionem.

Diosco. M. M. l. 1, c. 13.

II. Ex *Recentioribus* nihil habeo quod dicam. Vel exinde colligi potest, longè nostrum à Veteri differre. Virgultum hoc, cortex illud. Plinius Cassiam aromaticam juxta Cinnamomi campos nasci scribit: & tanquam diversæ arbores describuntur ab authoribus. *Summa virgulta Cassiæ pro Cinnamomo veteribus fuisse*, affirmare non ausim. Video tamen cacumina illa, quæ Galeno ἀκρέμονες ab authoribus laudari, & reliquis partibus præferri. Quod supra de guttis à Cinnamomo editis à Plinio dictum, videtur simile ei, quod quidam ex Cassia liquorem stillare Caphuræ æmulum produnt, sed vetitum ne laceraretur arbor, quod interire posset. Galenus etiam sæpè unam in aliam transire, nec multum à Cinnamomo Cassiam differre, scribit. At rem non eandem esse, nominum, descriptionum, locorum, & preciorum diversitas ostendunt. Cassia cortex, Cinnamomum virgultum cortice suo vestitum, quæ virgulta, ῥάβδοι, ῥάβδεα, κλωνία, ἀκρέμονες & κάρφεα dicuntur. Maximæ quoque sunt fragrantiæ, quam frustra in Cassia quæras. Nec me *Cardani*, *Amati Lusitani*, vel *Lacunæ* authoritas turbat. In Zeilan & Moluccis inveniri, nullum gerere fructum, æstu corticem findi & absistere, bis in anno deglubi; dulcem primò, mense postea perfici; ideò, Caunama (Cau inquit lignum est, Nama dulce) vocari, scribit *ille*. At longè aliter se rem habere oculati testes perhibent. Ab *isto* proditum, omnia Cassiæ & Cinnamomi genera ex India Antverpiam adferri. At cur non tantum opinioni suæ dedit, ut illa descripsisset? *Lacuna* speciem illam cinnamomi quæ *montana* dicitur, vidisse se Romæ jactat, frustilloque à Gilberto Medico donatum. Repertam inter alia preciosa in Mariæ Arcadii & Honorii sororis, Uxoris Stiliconis, in Vaticano sepulchro; quod sub pontificatu Pauli III. detectum traditur. At cur non scripsit cortex ne an virgultum fuerit? Ne Orientis quidem Reges verum se Cinnamomum habere, gloriari possunt: nec apud quenquam illorum hactenus inventum est.

***

Ca-

Canella alba Clusij tubis majoribus Crassior.

Canella de Mata Linhottanj.

Canella Malavarica Tab. IV.

Tamala patra seu foleum Indum.

Canella Crassiore cortice. vulgares.

Canella alba Clusij tubis minoribus tenuior.

Betre sive Tembul.

Caryophillus Acosiæ.

Caput V.

De Malabathro, sive Folio.

Tab. LIV. Plin. H. N. l. 12. c. 26. Diosc. M. M. l. 1. c. 11.

I. IN descriptione *Malabathri* variant *Veteres*, *Plinio* arbor est folio convoluto, (non quod tale nascatur, sed quod convolvatur, ut post dicemus) arido colore. *Nonnulli* apud Dioscoridem, Nardi Indicæ folium, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφερείας πλανώμενοι, arbitrabantur. Ipse, peculiare genus esse ait. *Folium id est*, inquit, *quod lentis palustris modo aquæ innatat, nulla fultum radice.* Odoratius croco, addit Plinius, scabrumque. Ajunt & aqua per æstivos ardores exsiccata, cremiis fomitibusque aridis terram peruri: atque nisi id fiat, non amplius renasci. Collectum statim lino trajicitur, siccatumque reconditur. *Peripli author*, nervis sive fibris calamorum seu virgularum malabathri, quæ πέτροι dicuntur, trajici prodidit. Et hæc quidem ex vulgari sententia. Nos dum quædam exactius excutimus, inducimur ferè ut *Folium & Malabathrum diversa esse credere cogamur.* Quamvis enim apud Geoponicorum authorem, modo μαλαβάθρου φύλλον ζφαίριον, modò φύλλον ζφαίριον dicatur; tamen author parvi Dynameri distinguit, & omnia ista quæ hactenus ex authore Peripli & Plinio, de folio allata sunt, Betre seu Tembul, optimè conveniunt. Potuerunt veteres φύλλον dixisse, quod in Malabathro pars præstantior esset folium. Nec videntur φύλλου ἰνδικοῦ meminisse.

Plin. l. c.

Apud Recentiores Græcos ex Arabum scriptis hujus mentio, qui qui etiam cum folio veterum sive Malabathro confundunt. Quod autem nunc veterum illud non advehatur, vel indigenarum culpa est; vel quod non renasci tradatur, nisi resiccatis æstivo fervore aquis, prout supra diximus. In Indiæ paludibus, Dioscoridi & Plinio *nascitur.* Ptolomæus apud Besadas, seu, ut Peripli author vocat, Sesatas, Citradibus finitimas, κάλλιστον γένεσθαι affirmat. Ab his, dum quotannis ad confinia Sinarum, populabundi, cum uxoribus & prole, tegetibus in quibus folia, quæque sibi dum in illis regionibus degunt substernunt, onusti vagantur, ad Sinenses pervenit. Hi, illis viam retrò ingressis, strata relicta colligunt, & folia in globulos convolvunt, convoluta fibris calamorum trajiciunt, ut sic in pilula hæreant. διείρειν (non διαίρειν) ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων ἴναις, Peripli author dixit. Quod Horatius *Syriacam* vocat, perinde sumendum est, ac quod calamum aromaticum Alexandrini Romanum dixere, quod ex Ægypto per Alexandrinum cataplum, in Italiam adferebatur, quod à Syria dari Plinius ait. Laudabilius duntaxat in Syria nasci, falsum est. *Vires* ita à *Dioscoride* describuntur. Easdem cum Nardo vires sortitur, sed illud ἐν ἐργέστερον πάντα ποιεῖ, *efficacius omnia præstat.* Majore enim vi *urinas ciendi* pollet, & stomacho convenientius est. *Oculorum inflammationibus in vino fervefactum*, tritumque ac illitum apprimè confert. Linguæ, πρὸς εὐωδίαν στόματος, ad commendandum *oris halitum*, confert. Vestibus interpositum easdem à tineis & fætore tuetur. ἄβρωτα καὶ εὐώδη ταῦτα τηρεῖ. *Laudatur* recens, subalbidum, in quo tamen aliquid nigroris appareat, minimè fragile, integrum, nares odore feriens, illiusque suavitate diutius implens, nardo sapore simile, nullo salis gustu. At τὸ ἀδρανὲς καὶ τὸ λεπτοκοπημένον, εὐρωτιῶσαν ἔχον τὴν ἀποφορὰν (celerrimè autem situm in vetustate sentit) vitiosum est. Et hæc quidem Dioscorides. *Plinius*, nigricans & quodam salis gustu probat, & addit, odorem in vino suffervefacti antecedere alios. De *Differentiis* id duntaxat dicam, quod apud Peripli authorem observavi, nempe, Foliorum Malabathri complicatorum tria genera esse. *Hadrospharum*, quod ex majore fit folio.

Malab.

Arrian. in Periplo maris rubri.

Carm. l. 2. od. 7.

Diosc. l. c.

Plin. l. c.

Arrian. in Periplo.

Malab. *Mesopharum*, quod ex mediocri. *Microsphærum*, quod ex minore. Eadem habet Plinius. *Folia*, inquit, *divisere annonam; ab amplitudine* hadrosphærum *vocatur, majoribus foliis. XXX. Quod minore folio est*, mesophærum *appellatur: emitur X. LX. Laudatissimum* microsphærum *è minimis folium*: pretium ejus X. LXXV.

Garzias H. Ar. l. 1. c. 19. Abenfina l. 2. c. 25. Cordus in Dioscor. Bauh H.P. l. 4. c. 9. p. 430.

II. *Recentioribus* vocatur Malabathrum, Indis *Tamalapatra*, Arabibus *Cadegi Indi*, seu folium Indum, Cordo *Cassiæ folium &c.* Arboris descriptionem non habeo undedem. *Ramis* qui aliquando cubitali magnitudine adferuntur, mediocriter, *cortex* est flavescens, nigricans & aromaticus; *materies* fagina; exiisq; alii ex adverso siti pronascuntur. *Folia* magnitudine variant. Aliquando dodrantem superant, aliquando palmum æquant; duorum, trium, sæpè unius unciæ latitudine. forma laurinorum, sed latior, rotunda interdum, & inferiore parte cinerea. Tres hisce costæ, quarum media per rectum decurrit, laterales sinuantur; omnes subtus quam supra magis extant. Sapor aromaticus. Diversa apud Codrum descriptio. *Folium*, inquit, *propemodum rotundum, & disci figura orbiculatum, trium ferè digitorum, quoquo versus latitudine, colore in fusco & spadiceo* cinericeum, venosum, denium, laurino crassius, lentum, flexile, & fractu contumax, nisi omnino aridum fuerit, gustu subacre, subamarum, tenue, per palatum sese diffundens, orisque halitum odoris gratia diu commendans, odore acre, Nardi æmulum & admodum aromaticum. *Ejus in locum Cassiæ Cinnamomi & Caryophylli folia substituta.* Utut sit, colore est cum ad nos pervenit virescente, sapore glutinoso, tenui, aliquantum subacri, veluti si quis piperis & Cinnamomi miscellam faciat. *Fructus* glandis effigie appingitur à Clusio. *Nascitur* in procera arbore procul ab aquis, pluribus in locis, sed maximè in Cambaja. In Syria, Ægypto vel Æthiopia nasci falsum. Collectum in fasciculos colligatur, & ita venditur. *Deligendum* est recens, densius, crassius, majus atq; integrum, quod non facilè in partes minutas frangitur, & tam gustu quàm odore proximè ad Cassiam accedit. Calidum & siccum in secundo. Coctum in rosacea apponitur tumoribus. Huc *folia saporem Caryophyllorum referentia*, in insula S. Mariæ ad littus Madagascar, pertinent, de quibus nihil occurrit. Ind. Orien. p. 3. c. 12.

Caput VI.

De Betre seu Tembul.

Betre, Abensinæ *Tembul*, aliis *Tembur*, *Betella*, *Betel* & *Betle* dicitur. Fragosus *Folium Indum* esse putat. Amatus Lusitanus cum eodem confundit. Arbor est piperi nigro similis, si à longè spectatur, eaque scandens. *Caulis* ipsi gracilis & obsequiosus: *folium* mali Medicæ, oblongius tamen & per extrema arctius, cui costæ per longitudinem excurrunt. Amatus Nuci juglandi persimile, totum undulatum, cum tribus costis facit: Anguillara alno simile. Bauhino tiliaceis sunt similia, rotunda, nisi in mucronem mox desinerent, glabra, atrovirentia, tenuia, Potamogetonis modo, nervis quinque, sex, & aliquando septem, partim rectis, partim sinuatis instructa, & pediculo unciali appensa, sapore aromatico & tenui. Mansu nescio quid arenosi sub dentibus esse videtur. Corrumpitur si recens decerptum, diutius manibus manibus tractetur. Nec florem nec semen profert Anguillara tradit. *Fructus* ex foliorum exortu prorumpit, contortus, Lacerti caudæ similis, nec mali saporis. *Prodit* in plærisque Indiæ locis, in Malavar, Moluccis &c. iisque maritimis, & temperatis. In Bultabado urbe, in Decan, & Bisnagar minor ejus quantitas. Supra Calajate, quod octoginta leucis ab Ormus distat, vix invenias. Chinam etiam, quia frigidior, Mozambiquen & Sofalam, quia squallescunt aspernatur. Vid. Tab. LIV. Barbosa de Ind. Orien. tr. 1. Linschott. Ind. Orien. p. 4. c. 16. Garz. Hist. Arom. l. 1. c. 18. Bauh. H.P. l. 4. c. 10.

Arbor Caryophylli dentati seu spicati.

Arbor Caryophylli vulgaris.

Piper fœmina.

Piper mas.



Caryophillus aromaticus Rechi.

Caryophillus Clusy cum foliorum et fructus rudimento.

Caryophillus Clusij cum folio et fructu primus. Tab: LV.

Fructus fuscus forma Caryophilli aromatici minoris.

Caryophillus aromaticus fructu rotundo. Amomum quibusdam.

Ramus piperis nigri Clusy.



Folium piperis.

Piper Calecutense Acostæ.

Piper longum.

Ramus arboris piperi ferræ fructu longo Javanensis Clusy.



natur. Seritur vitis modo, additis stipitibus & pedamentis, quibus repens fulcitur. Piperis aut Arecæ arboribus maritare, quæstuosum credunt. Subsidit nisi sæpius rigetur. Insulanis folii apud Indos usus. Semper hoc in virorum & mulierum manibus, nec majus in salutationibus benevolentiæ indicium, quam *Betre* offerre. Ter de die masticatur: nec nox ab hisce cupædiis libera. Mulieribus tum maximè in usu, cum de conservando genere humano cogitant. Solis luctui & jejunio destinatis diebus seponitur. Non manditur à viliori sorte; nec sola, quia amara: Condimenti loco kaate, Areca & calcis momentum promiscue; Lycium & camphora de Borneo apud ditiores; agallochum, moschus & ambra cinerea apud Principes. Hi pillulis ex Arecca, Caate, Camphora & aloe contusa cum ambaro utuntur. Costæ folii ungue pollicis erasæ, calce unguntur; sic votatum præsumto Arecæ & Caate pauxillo inseritur ori. Primus succus sanguinis ex Arecca colore, certo ad purgationem cerebri remedio exspuitur; alter deglutitur avidè. Firmare gingivas & stomachum credunt. Halitum certè oris commendat: sed dentes hinc subruffi, & in abstinentia nigricantes. Calida sunt & sicca in fine secundi. Optima quibusdam matura & fulvescentia; ἄωρα aliis, quod majorem sonum masticata edant. Venduntur per duodenas: & singulis diebus tres absumere suetum. In mediterraneis magno veniunt precio. Ferunt enim Nazamoxæ Regem XXX. M. aureorum Lusitanicorum quotannis impendere. Huc Caate refertur de qua hoc solum habeo quod dicam, ex ligno ejus concinnatos pastillos cum Betele comedi.

Linschott. Ind. Orien. p. 4. c. 16.

***

Caput VII.

De Caryophyllo.

I. UT de Cinnamomo Veterum apud Recentiores nihil: sic de *Caryophyllo* apud *Veteres* ferè nihil invenies. Fructus qui καρυόφυλλον & καρυοφύλλου, id est, si verbum verbo reddas, *Nucifolium*, cum quo tamen nullam similitudinem habet, appellatur, Arabibus Carunful קרנפל, nec Dioscoridi nec Galeno dictus est. Citat quidem istum Serapio, sed falsò; rectius Æginetam vel Sethi nominasset. Quod verò apud Plinium legitur. *Est etiamnum in India piperis grani simile quod vocatur garyophyllon, grandius fragiliusq;. Tradunt in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia*; Comaco potius Theophrasti competit. TAB. LV. Vid. & TAB. LII. Plin. H. N. l. 12. c. 7. H. P. l. 9. c. 7

Primus qui Caryophyllorum inter Medicos Græcos meminit, est Ægineta, καρυόφυλλον, inquit, ἀφεστὸ ὄνομα καὶ τῷ ὑσίαν ἴσχει. ἀλλ' ὀπὸ τῆς Ἰνδίας οἷον ἀνθέλινά δένδρα καρφοειδῆ, μέλανα ὅσον δακτύλου σύντηγμένα φέρεται ὁμοιάζοντα δρυμίαις, ἰσχνὰ θυμώδη καὶ ξηρὰ ἀδήκτου τρίτης τάξεως δοτολύχνοις ἐν οἴῳ τινὶ καὶ ἰτέοις φαρμάκοις. *Caryophyllon non eam habet substantiam quæ nomine prætenditur, sed ex India veluti flores cujusdam arboris festucacei, & nigri sunt, longitudine ferè digitali, odorati, acres, subamari, calidi & sicci in tertio propemodum ordine, qui multiplicis usus sunt, tum ad obsonia tum ad alia multa medicamenta.* An & Achillem Tatium huic adjungam nescio. Scribit quidem is esse in Græcia florem ἀνθίου τοῦ χρυσοῦ qui apud Indos sit πίτταλον, reveraque flos est niger, & folium vocatur. Sed addit, odorem domi celare, quem ἐξοικίζοντας pandit, è fronde in florem mutatus. *Nigram rosam* vocari, & elephantis pabulo esse, quod Caryophyllo non competit. Inde de Ctesiæ arbore quæ Græcis μικρόφυλλος, Indis κάρπι dicebatur, intellige. Procera est, foliis palmæ, fructum non ferens, flore masculæ lauri, qui ἀτρίμας ἀνίσυδρος καὶ ὀσπαχνώ- L. 7. Tatius Exotic. l. 4. Ctesias in Indicis.

Caryophyllus

Olei quasi guttas stillat, quæ benè expressæ in alabastris marmoreis excipiuntur. Vides convenire quædam, quædam non item. Meminit & Abensina gummi Caryophyllorum, eidemque terebinthinæ facultates tribuit. *Vires* si spectes calidos & siccos circa tertium Ægineta facit, in secundo Aetius. Veneris incentivum Serapio, præfertq; eos qui ad ruborem inclinant, & digitis ex arbore decerpuntur. Abenzoar pulverem vertici inspergi hyeme suadet, aspersо primò aliquo liquore vel vino ardente, capite: sic catarrhos absumi.

II. Apud *Recentiores* & *Caryophylli* & *Affinium* descriptiones invenio.

1. Caryophyllus aromaticus est vel *Vulgaris* vel *Dentatus*.

Clus. Exot. l. 1. c. 16. ad Garz. l. 1. c. 21. Garz. Hist. Arom. l. 1. c. 11. Linschott. Ind. Orien. p. 4. c. 21. Acosta Arom. c. 15. Nieremb. H. N. E. l. 15. c. 102. Piso Mantiss. Arom. c. 5.

1. *Caryophyllus aromaticus vulgaris*, Ægineta *Caryophyllon* Arabibus *Siger* dicitur. Arbor est mali vel pyri magnitudine. *Rami* pedales, summa parte in quinos ramulos, ex adverso sibi enascentes divisi: quorum infimi, quicalami scriptorii crassitudinē non superant, cinereo cortice; graciliores tenellique candicante teguntur: extremæ festucæ nigræ ex vino in purpureum vergunt. Gustus & odor caryophyllis remissior, jucundissimus tamen, & sine ulla in mordicando palato tristitia. *Folia*, quę Persis *Naraqua*, magnitudinis variæ: majora, minora, latiora, angustiora, lauri angustifoliæ maximè similia, ex oblongo pediculo, sub singulorum ramorum alis ex adverso nascuntur: medium nervus longitudinem decurrens secat, multis venis in latera excurrentibus. Habuit Bauhinus quæ ad pyri accedebant. *Flos* copiosus, color initiò candidus, cum in fructum efformatur virescens, suavissimique tum odoris, ruffescens seu rubens tandem: collectus & siccatus nigricans; forma florum in cerasis; singula foliola tribus candidis radiis distinguuntur. staminula purpurei coloris in medio. *Fructus* in extremis festucis, qui *Fusti* officinis, Lusitanis *Bastan*, (fallunt, qui ficus modo per ramos ad foliorum basin prodire scribunt) funditur, illique inhæret scit. *Maturus*, inquit Stapelius, *qui justum incrementum capit*, (Abensinæ Caryophyllus mas, Officinis Antophyllon) *figurâ oblongus est, in medio crassior, magnitudine mediocris avellanæ, aut potius corni, aut nucleo olivæ similis, & æqualis, superius quadrangulum πύθμενα, id est umbilicum habens, cortice foris tenui vestiatur, quo detracto duplex apparet nucleus, ideoque in duas partes fissilis, in curva & sinuosa commissura compactilis, ligni aut corni instar solidus, trituque difficilis.* Cortex caryophyllo saporem similem habet, remissiorem nucleus. *Minor sive immaturus* longitudinem habet transversi digiti aut uncia minorem, formam verò exigui & obtusi clavi. Nam gracili ejus corpori latiusculum, & quadrangulum capitulum insidet, in angulis quatuor eminentiis dentatum, lacunulæ, aut quadrati alveoli instar, superius modicè excavatum, convexo concavoque ceu tuberculo tectum, friatu facili. Quapropter hæc capituli pars non in omnibus caryophyllis conspicitur, cum solidius eorum corpus, fragilius in tanto itinere atterat: materia constat cartilaginosa, modicè lignosa, lenta, infragili, tritu difficili, tam foris quam intus in nigro & rubente colore fusca; nigrior tamen probatur, & solidior, quæque pinguem, oleosum, tenuemque liquorem cum pungitur è plaga remittit. Sapor piperis modo acris, qui linguam adstringit & stupefacit. Odor aromaticus suavissimus. *Decutitur* flagellatione, mundato circa arborem solo, in quo nullum graminis genus, quia arbor ad se succum trahit, nascitur, à medio Septembre usque in Januarium: decussus biduum aut triduum siccatur, post aliò mittitur. Scaliger bis in anno legi, Decembre & Junio; quarto liberiorem proventum; triennio vacante vidimia, ita demum efferari atque degenerare ex Vartomanno scribit. Piso verò prodidit semel in anno, ab Octobri nempe ad Februarium legi. Alii alli-

Stapel ad Theophr. H. P. l. 9. c. 5.

Exerc. 146. l. 1.

Piso l. c.

alligatis ad ramos funibus multa vi avelli tradunt: & ideò læsis arboribus fructum sequente anno nullum, spe in tertium producta. Venditur cum *matre* (sic antophylla seu magna & ventricosa vocant) Magni proventus augurium, si arbor plures flores quam folia produxit. Arab. vocatur *Karumfel*, Turcis *Calafur*, Javanensibus *Syanke*, Malayensibus *Sinken*, Indis aliis *Chamque*. Habetur inter allatos & *gummi*, ruffescens ex atro, ἰυσεμον, & quod prunis injectum odorem Caryophyllorum eructat.

Bauh. H.P. l. 4. c. 6. p. 429. Habuit *Bauhinus* glebã fusili crocei coloris, fragilem admodum & siccam, sapore nullo, odore si adoletur Caryophyllorum suavi; quæ facile & clara incendia dabat. Habuit & *Lobelius* eximii odoris, glebæ Ammoniaci concretione & colore. Garzias dari negat. In solis ferè *prodit* Moluccis, quarum quinque numero, præcipua Gilolo; nec longè à mari, nec in vicinia, & quidem sine curâ. In Zeilan & aliis locis minus fructifera. Abruptis gaudet, & aliquando ita densatur, ut lucum faciat. *Nascitur* & ex ipsis Caryophyllis in terram decidentibus, allabente pluviâ. Adolescit intra octennium arbuscula, & fructificat, in centesimum usque annum perennis. *Usus surculis, floribus & fructui. Surculi* incrustantur Genuæ & Lugduni saccaro. Eligendi sunt nigriores, pinguiores, qui liquorem fructus modo remittunt, & immaturos sapore ac odore æmulantur. *Flores* conditi cum petiolis & ramulis teneris, Venetiis, Antverpiæ, & in aliis emporiis visuntur. *Fructus* nullo olim apud Moluccanos in precio; donec Chinenses magnam eorum avexissent copiam; quæ inde in Indiam, Arabiam & Persiam delata est. Non sentiunt teredinem si aqua marina asperseris. Conservantur viridia saccaro, & in condimentum *Achar* dictum redacta, mittuntur in Malaccam. Prosunt contra morbos frigidos. Ita naturalis illis calor, ut cum in India emundantur, vas aqua vel alio liquore vicinum intra duos dies exhauriant. Compescunt vomitum, si panis vino Cretico madens iisdem adspersus, comedatur: vel scutum ex crusta panis vino rubro, vel aceto rosaceo madefacta imponatur. Animo linquentibus offeruntur præmansi; aut acetum naribus admovetur, in quo maduere. *Lixivium* in quo contusorum suspensus nodulus, in morbis capitis frigidis commodè adhibetur. *Aqua* ex viridibus destillatâ mirâ odoris suavitate anhelitum commendat; sudorque ea in Lue Venerea prolicitur. *Oleum* dentium doloribus cavorum frigidis feliciter instillari solet: in dolore ventriculi à pituita & flatibus præsentissimum est remedium, si in jusculo vel vino sumatur. *Deligendi* sunt nigri, solidi, ponderosi, odorati, qui copiosiorem liquorem oleosum puncti sudant, frangi sunt lenti, & linguam cum taucibus adurunt. Annos quinque loco temperato servari posse, notavit Sylvius. Humidiore putrescunt, sicco rugosiores evadunt. De *Differentiis* nihil planè occurrit: nisi quod arboris aut ramulorum icones aliquando varient. Discrepat Acostæ ab aliis sed falsa est. Clusius quoque duas dedit. *Primæ figuræ*, describente Bauhino, ramis color fuliginosus; partes inferiores quadrangulæ; cortex aromaticus; quibus insident ceu præpilati clavi rugosi, denticellis decussatis radiatim coronati. Medio horum capitulum pisi magnitudine, è foliolis squammatim implicatis contextum: quibus patentibus fibræ quam plurimæ, æqui ruffescentes in conspectum prodeunt: & inter has ex cavitate quadrangulâ stylus rectior, ejusdem coloris, odoris fragrantissimi, florem non malè quidam dixere. Hoc excusso, cauda clam in ventrem turgescit, & in corticem degenerat, nucleus intus simplex alias, alias geminus, niger, in duas partes ac ὀνυχας commissas fissilis, durior, sed aromaticæ gratiæ exors. *Altera* fructus rudimentum jam formatum, & florem nondum explicatum exhibet.

Bauh. H.P. l. 4. c. 6.

Clus. Exot. p. 36.

Caryophyllus

Secc-

Caryophyllus Recch. R. Med. N.H. p. 34.

Secedit ab utraque *Recchi*, cui flores oblongi, clavorum instar, capitulis trifidis, candidis primò mox viridibus, rubescentibus dein, tandem in nigrum inclinantibus dum in ipsos Caryophyllos evadunt.

II. Caryophyllus aromaticus dentatus, à Commentatore Theophrasti Bodæo Stapelio producitur. Clavi modo nec capitatus, nec stellatus est, sed ab imo ad summum in multas quasi particulas sectus, & in acutum desinens. Sapor, odor, & vires vulgari majores; idem & majore apud Indos precio. Accepit eum à Laur. Realio, Orien. Indiæ nomine societatis Generali. Wormio *Caryophyllus Regius* dicitur, incolis *Thinca Rodoi*. Florem potius quam fructum refert, oblongus anguloſus, grani hordei longitudine. Sex velocto cuspides alternatim lateribus erumpunt, & in summo quasi coronam constituunt. Color ferrugineus, sapor & odor caryophyllorum. *Provenit* in insulæ Macciam meditullio. Unam duntaxat arborem esse ferunt, quâ flores producente, decidunt communium, ipsæ versus eam incurvantur. Dum floret custoditur à satellitibus, ne distrahatur fructus. Ideò rarò ad nos defertur. incolæ filo per longitudinem trajectum, armillarum loco, in brachiis odoris gratiâ gestant. Piso *spicatum* vocat, Tshinka Popoua, incolis.

Bodæus ad Theophr. H.P. l. 9. c. 5 p. 996.

Wormius Mus. p. 203

II. Affines Caryophyllis aromaticis sunt, 1. *Caryophyllus albus, spurius*, cujus flores ex Italia, Clusio missi, sed adeò aridi, ut ferè in pollinem resolverentur. Ignobilis plantæ esse deprehendit; si non Solani Belladonnæ, saltem illi congeneris. Candicabant, quia in calidiore regione nati. Accepit eosdem sub eodem titulo & Caspar Bauhinus. 2. *Caryophylli odore fructus exoticus*, qui in insula Madagascar, seu Divi Laurentii provenit. Avellanæ est cum suo putamine magnitudine: usus incomperti. 3. *Caryophyllus aromaticus fructu rotundo*, qui quibusdam Amomum esse putatur. Habet quidem calefaciendi, exsiccandi, & adstringendi vim: sed quia folia Bryoniæ dissimilia, radix crassior quam ut fruticis videri queat, haberi pro ea non potest. Magis ad Caryophyllon accedit, de quo superius diximus. Egregiè à Clusio describitur. *Ramuli* erant tenues, quadranguli, cortice cineraceo, annotini videlicet; qui verò postea nati spadiceo, foliorum monstrabant vestigia, acres. *Foliis* diversa magnitudo, oræ æquales, color ex spadiceo cinereus, sapor validus. *Fructus* botti in modum, ex multis granis orbicularis, pipere major, minor aliquando, rugosus, fuscus, fragilis. *Semen* intus rotundum, nigrum, in binas partes scissile, sapore & odore Caryophyllaceo. 4. *Fructus fuscus forma Caryophylli aromatici majoris*, qui totus fuscus, nec valdè lævis. Cortice denso ac duro, saporis fortè ex aqua modica salsi. Quatuor supernè decussatim dispositæ crucis formâ alæ: angustior infra & pertusus, prodeunte ex foramine veluti cauda, pro fructus magnitudine crassa aut tenui. Extima hæc nuclei qui in fructu pars; in majore, crassior, cava, & veluti articulis distincta; in minore, angusta & mucronata. 5. Referunt huc quidam *Seitaragi Indi Arabum*, quod pro festucis Caryophyllorum sumunt. Sed adeò hoc nomen obscurum est inter Botanicos, ut vix scias, quid eo velint.

Clus. Exot. p. 376.

Bauh. Phytop. l. 11. c. 3. p. 411.

Garzias H. Arom. l. 1. c. 21.

Bauh. H.P. l. 4. c. 8. p. 410.

Clus. Exot. l. 1. c. 17.

Clus. Exot. l. 2. c. 15.

Bauh. H.P. l. 4. c. 22. p. 462.

Caput VIII.

De Arbore Piperifera.

I. ARboris duntaxat in genere, Fructus in specie apud *Veteres* descriptio habetur. Vid. TAB. LV. & LII.

1. Arboris descriptio ut inter eos dissona; sic, ut ex Neotericorum placitis cognoscitur, falsa est. Arborem esse inter omnes ferè convenit, junipero nostro similem si Plinium sequaris: vitici seu agnocasto si Philostratum. *Radix* Costo æmula, quæ gustantium ora calefacit, cien-

Dioscor. M. M. l. 2. c. 180 Plin. H.N. l. 12. c. 7. Philostr. in Vita Apollon. l. 3. c. 1.

Piperis Indici differentiæ
Caſpari Bauhini.



Piper Cordatum minus Surrectum.
Piper Cordatum Surrectum maius.
Piper erec tum mino pyra midale.
Piper oblongum erectū maius pyramidale.
Piper rotundum majus Surrectum.

Piper longum mino Siliquis recuruis.
Piper oblongum recu rvis Siliquis.
Piper erectum mino pyramidale
Piper oblongum exig num erectum pyramidale.
Piper longum maius Surrectum.



Piper cum rotunda cera ſorum modo.
Piper cū Siliqua oliuaria.
Piper cordatum.
Piper bifurcata Siliqua.
Piper cū Siliqua lata ac rugoſa.
Piper vulgatiſſima.
Piper longum Siliquis luteis.
Piper Siliqua flaua.

Dioſco M. M. l. 1 c. 12. cietque ſalivam. *Folia* Caſſiæ, quæ ſuper racemos ſingulos dum pluit, inflectuntur, ceſſante pluvia attolluntur, ut Geographus Nubienſis prodidit. Ita vel ideò fortè piperitidem arborem ἄγνου τὴν γε ἄβλα καὶ τὸν κρεμνὸν & κάρπω, Græcos vocaſſe videatur. *Fructum* ad juniperi ſimilitudinem diverſum edere apud Solinum lege: fortè quod uno eodemque tempore maturos & immaturos oſtendat. Dioſcorides inſtar oblongarum ſiliquarum eſſe ſcribit. Hæ priusquam dehiſcant, decerptæ toſtęque ſole faciunt piper longum; pauloque dehiſcentes oſtendunt candidum, quod deinde toſtum ſolibus, calore rugisque mutatur. Sic omnia iſta genera in una arbore provenire crediderunt, Theophraſtum ſi excipias, qui longam à rotunda expreſsè diſtinxit. Nec de *Loco* conveniunt. Aliis in fronte Caucaſi ſolibus oppoſita tantum gignitur: aliis in India. Fit & Cottonaræ regionis ex qua piper monoxylis intribus Becarem convehebant, apud Plinium & Peripli authorem mentio. Fabella de ſimiis ejusdem vindemiatricibus, apud Philoſtratum extat. Nullum in obſoniis apud Veteres habuiſſe *Uſum*, innuit Plutarchus: admiſtum oleribus ex Martiali ex adagio τὸ ἐν λαχάνοις πίπερι; ab illis tantum quibus major copia, ex alio, ὁ πολὺ ἔχων πίπερι τίθησι καὶ λαχάνοις colligitur. Adeò placuiſſe miratur Plinius. In aliis quippe ſuavitas cœpit, in aliis ſpecies, invitavit: huic nec pomi nec baccæ commendatio eſt aliqua: ſola placere amaritudine, & ob hanc Indos peti. *In Medicina* haud contemnendarum eſt virium. Calefacit validè, ſed Zingibere minus concoquit. discutit, veſicis excitatis attrahit, & urinam ciet. Bibitur & illinitur ad *rigores febrium*. Cum uva paſſa maſticatum, *pituitam cerebri* exonerat. Educere fœtus, & poſt *mortuum*, ſi apponatur, *conceptionem impedire*, quod minus veriſimile, creditum tum. Hippocrates certè quoad illud cum Elaterio aliquot grana in lacte muliebri cum pauco melle ſubacta, & unguento Ægyptiaco intincta, ſupponebat. Purgare viſum Ariſtoteli, & poſt eum Abenſinæ, ſi parcè ſumatur: urinam pellere, ſi largius.

Geog. Nubienſ. Clim. 4.

In Polyhiſtore.

H. P. l. 9. c. ult.

Plin. H. N. l. 6. c. 23.

Arrian. in Peripl. maris Erythr.

Quæſt. Sympoſ. l. 9 quæſt. 9.

Dioſc. l. c. Galen. de med. ſimp. l. 8.

De morb. mul. ſect. 2.

Ari. Probl. l. 1. 44.

Abenſi l. 2. tract. de Pipere.

II. Genera ejus tria. 1. *Longum*, quod intus λεῖον, quid καὶ κίγκλῳ ἀφομοιούμενον habet, & tandem τέλειον πίπερι evadit. Siliquas arboris piperitidis ſole toſtas decerptasque priusquam dehiſcant credit Plinius: Solinus egregiè fimbriis corylorum qui primò erumpunt antequam pandantur, comparat: Theophraſtus ὠοείνθῳ eſſe & ſemina papaveris continere dixit. Receptum eſt à Seniore Andromacho in Theriacæ compoſitionem: & videtur δεῖν τὸ ἄβρον εἰς τὰς ἀνιδότους καὶ θηριακὰς δυνάμεις ἀποτάσσειν. Facilè adulteratur Alexandrino Sinapi. Emitur in libras X. XV. 2. *Candidum*, quod ſemen eſſe ſiliquis illis contentum, ſed nondum ſolibus toſtum Plinius ſcribit. ἀσμύκητον eſt & μελάνου; non quod ſit ſuperaſſatum, & ὠοειδεξηρασμένον, ſed ex ſua natura. Emebatur in libras X. VII. 3. *Nigrum*, quod Plinius idem ſemen toſtum ſole & colore rugisque mutatum putat. Theophraſtus baccæ laurinæ comparat, rotundum, ervi modo, tegmine carneque conſtans. Albo eſt ἀσυμμέτρον, magis ῥωμαλέον, & εἰς τὰς ἀρτύσεις ἰσχυρότερον. Ingreditur & Theriacæ compoſitionem, ut apud Damocratem videre eſt. Emebatur in libras X. IV. Fit huic injuria, cœli temperie carbunculatur, fiuntque ſemina caſſa & inania, βεβίωμα nominant. Nam ut ampullis & bullis aquarum ſcaturientium nihil intus ſolidi: ſic nec huic.

Galenus Simpl. l. 8.

Dioſc. l. c.

II. Apud *Recentiores* non tantum Arboris Piperiferæ genera occurrunt, ſed & Affines quædam tum arbores tum fructus.

I. Arbor Piperifera eſt quadruplex 1. *Fructu rotundo*. 2. *Fructu longo*. 3. *Fructu caudato*. 4. *Fructu inani*. TAB. LVI.

1. Arbor Piperifera fructu rotundo eſt etiam duplex. *fructu* nempe *Nigro* & *Albo*.

Piper. 1. *Arbor Piperifera fructu rotundo nigro*, vel eſt *Calecutenſis* vel *Guineenſis*. 2. *Arbor Piperifera fructu rotundo nigro Calecutenſis*, Arabibus *Fifil*, Javanenſibus *Schang* dicitur. Planta eſt ſarmentoſa & volubilis. Frequentes *Sarmentis* nodi, & ſi humi ſpargatur, multæ ad ſingula internodia fibræ. Fulcitur ideò pedamentis, & pangitur juxta arbores ut ſe circa eas convolvere poſſit. *Radix* puſilla & δριμύτατος, etiam ſub terra acris. *Folium* ad ſingulos in ſarmentis nodos, betulaceum & hederaceum, ſine cingulis tamen, tenue & adeò latum, ut quatuor uncias æquet, folio Tembul adeò ſimile, ut ſola magnitudine, duritie & nervis diſtinguantur. Garzias rara, Mali Aſſyriæ effigie, ſed minora, virentia & per extremum acuta, guſtuque calida ponit. Ad ramorum internodia, parte ſarmenti folii pedicula oppoſita, *fructus* racematim congeſtus, ipſi ſcapo ſine petiolo annectitur, ad plenam maturitatem virens, poſtea nigreſcit. Maturatur Septembri & Octobri in Java; Novembri & Decembri colligitur. *Naſcitur* in Malavare, regione maritima, quæ à promontorio Comorin ad Canonor usque protenditur: in Sumatra, inſulis Javæ vicinis, Sunda & Cuda, Malaccæ maritimis; & ſupra Canonor, verſus Septentrionem; ſed tam inopi proventu, ut vix incolis ſufficiat. Inde in Pegu, Mortavan, Chinarum regionem, & in Balagate defertur: & hoc quidem bubulis coriis. Luſitani, Belgæ, Angli, in noſtras apportant oras, in quibus magna ejus abſumitur copia. Dum ſeritur, defoditur ad palum vel arborem Faſel; inſperguntur cineres cum aqua & bubulo ſtercore: poſt annum κεφαρεῖ arbor, & annis ipſis fœcundior evadit. *Conditur* fructus ſale & aceto racemoſus virens. Immaturus non ſine voluptate manditur: acris leviter, & paululum acerbus. Calidus eſt & ſiccus in tertio, fuere tamen ex Empiricis in India, qui frigidum facerent. *Diſtinguitur* quibusdam in *Marem & Fœminam*. Folia huic dilutiora, fibras æqualiter naſcentes habent. Nigriora illi, & fibris inæqualibus. In Malacca quod creſcit, bonitate Calecutenſi cedit. Magna ex parte enim inane. 2. *Arbor Piperifera fructu rotundo nigro Guineenſis*, liguſtri eſt magnitudine. *Folia* anguſta & tenella. *Fructus* baccis berberum forma & colore ſimilis; viridis primò, mox dum matureſcit; ruber; ſed non racemoſus. Tres vel quatuor baccæ ſimul ramuſculis adhærent. Vocatur *Bangue*. Sylvoſa natale ſolum.

2. *Arbor Piperifera fructu rotundo albo*, rara eſt. Piper quod profert cedit nigro magnitudine. Umbilicellus extra tantillum prominulus, non rugoſus, cinereus: cortex quo tegitur, detractu facilis: ſubſtantia interior bicolor, in meditullio cava. Sapor adeò tenax, ut nec intra annorum triginta decurſum, quicquam amittat. Nonniſi certis in Malabare & Malacca locis conſpicua. Viſum à Cluſio Ulyſſipone grano non rugoſo ſed pleno, acriore etiam & odoratiore quam nigrum. Racemi Antverpiæ ſæpè inter conditum Zingiber reperti. Solet menſis magnatum inferri; nec eo aliter quam ſale utuntur. Ocularibus medicamentis prodeſſe, teſtantur Veteres. Species illius eſt *Arbor Piperifera Sumatræ fructu Molaga dicto*, quæ caudicem craſſiorem, folia carnoſa & ampliora præcedentibus gerit. Piper eſt vulgari procerius, multo candidius, ſed inane, minus ponderoſum, & plurimum mordax. *Provenit* in urbe Pyder, & venditur ut plurimum Tartaris. Vartomanni tempore vicinæ ſingulis annis naves evehebantur.

II. Arbor Piperifera fructu longo eſt triplex 1. Indica. 2. Æthiopica. 3. Americana.

1. *Arbor Piperifera fructu longo Indica* eſt duplex, *Iavanenſis & Philippina*. 1. *Arbor Piperifera fructu longo Iava-*

Cluſius ad Garziam.

Recch. R. M.N.M. l. 5. c. 37.

Columna ad Recchū p. 806.

Garzias H. Arom. l. 1. c. 22.

Piſo Mant. Arom. c. 7.

Acoſta de Aromatib. Piſo Mantiſſ. Arom. c. 7. & 8.

Purchaſ. Nav. T. 1. l. 4. c. 4. fi.

Vartom. Navig. l. 6.

Iavanenſis multum Garziæ à præce-
Cluſ. Exot. l. 1. c. 20. Garzias H. Arom. l. 1. c. 22. dentibus differt, Cluſio non item. Viſa ei teneriora, & à viriditate diluctiore folia, quibus plures & minus quam in nigro eminentes nervi, brevior pediculus, nec ſuperficiaria etiam in vetuſtate acrimonia. *Fructus* juli forma, ad ſingula internodia, breviore quam in nigro ſitu, ex folii oppoſita parte, ſed in altera ramuli, prorumpit: ex multis granulis per longitudinis ſeriem congeſtus. Viridis tum, quia ante maturitatem decerptus, & quibusdam ramulis adeò tenellis, ut demum prorumpere putares. Matthiolo eſt *Macropiper minus*, Indis *Pinpinil*, & *Pepileni*. *Naſcitur* in Java & Bengala. Garziæ tempore centum libræ aureo & ſemiſſe vendebantur. Putatur rotundo ſalu-
Hartm. Prax. Chymiatr. p. 74 brius. Inſufflatur laxæ uvulæ, præmiſſo gargariſmo ſcrupuli unius pondere cum ſucci Acaciæ & radicis tormentillæ ana ſcrupulis duobus, in pulverem redactum.

2. *Arbor Piperifera fructu oblongo*
Recch. R. M. N. H. l. 4. c. 37. *Philippina* triplex invenitur. *Prima* quæ incolis *Buyoſomo* ſeu Simiæ incolis dicta, perforata & ſanioſa folia, odor gravis, ſapor acris & adſtringens; fructus *Buyo Mexicano* de qua mox ſimillimus. *Alteri*, quæ *Major* dici poteſt, radix guſtu Piperis nigri, majora folia, fructus piperis longi, tenuior tamen & acrior, in cæteris ſimi-
Nieremb. H. N. Exot. l. 15. c. 86. litudo. *Tertia*, quæ *Minor*, radicem habet nigram; corticem mellini coloris, fungoſum, lævem, acrem & roborantem. *folia* minora, quæ ſapore & odore carent. *Naſcuntur* locis humidis, umbroſis, juxta aquas, ſepes & ſaxa. Hujus & alterius *radices* tritæ, in aqua nucis Indicæ aut vino palmarum reſolutæ, contra venenatas potiones & Veneris ex veneficio impotentiam propinantur. Succus earum & germinum infuſus aquam intercutem etiam per clyſteres evacuat. Jus decocti, crurum œdemata diſcutit: menſtrua evocat, flatusque tollit. *Folia* ulceribus venenatis, & nervorum reſolutioni medentur, ſudores evocant: & dolores à frigore aut lue venerea exortos diſſolvunt. Uſus eorum in ſuffumigiis contra frigora & rigores. Piper.

2. De *Arbore Piperifera fructu oblongo Æthiopica*, nihil habeo, fructus ipſe *Habzeli* & *Piper Nigrorum* Serapioni, *Crone & granum Aneſcen* Abenſinæ, *Carpeſium* Codro, *Amomum officinarum nonnullarum & longa vita*, Lobelio dicitur. Continetur *ſiliquis* nigricantibus incurvis, thorulis pro ſeminum contentorum numero diſtinctis, rugoſis, ex fibris longis, lentis, fructu contumacibus compoſitis, quarum plures extra ex uno tuberculo dependent: intra loculis ſepto carnoſo divulſis diſtinguuntur. *Semen* ipſum ex rotundo oblongum, minimi phaſeoli magnitudine, nigrum & nitidum, medulla duriuſcula ruffeſcente, quæ juxta pelliculum, textura cancellata, favos apum imitatur. Sapor ſiliquæ & ſeminum acris, & qui Piperi nigro non cedit. *Adfertur* ex Æthiopia & Nigrorum plagis. Maſticatur in dentium doloribus, pyrethri inſtar. Proximè ad id accedit *Cardani Piper* quod Diepæ ex India allatum vidit, mucoſum, valde pingue, majus noſtro, coloris ferruginei, quod vaginulis nigris claudebatur. Sapor piperi longo ſimilis, ſed longè mitior. Bauh. H. P. l. 15. c. 46. p. 187. Adverſar. p. 421.

3. *Arbor Piperifera fructu longo Americana* eſt quadruplex: 1. *Mexicana*. 2. *Carthaginenſis*. 3. *Braſilienſis* & 4. *Floridana*.

Arbor Piperifera fructu longo Mexicana eſt duplex. *Prima* fruticoſa eſt, *foliis* oblongis, ſubalbidis, in acumen deſinentibus, guſtu acribus; *fructu* piperis longi, acriore & odoratiore. *Naſcitur* in Philippinis, ubique locis maritimis & mediterraneis. Folium calce glandis Bahei conſperſum, in ore geſtare incolis ſuetum. Putant ſic cerebrum & ventriculum roborari, coctionem juvari, dentes firmari, carnes juxta Recch. R. M. N. H. l. 4. c. 36. Nieremb. l. c.

Piper.

corum radices inſtaurari; ingratum oris halitum fugari; & labiis roſeum conciliari colorem. *Alteram* Philippini *Buyobuyo* & Sabiani, Mexicani *Tlatlancuaye* & *Acapatli* vocant. Frutex eſt, cui *ſtipites* volubiles & ſarmentoſi; *folia* piperis nigri, (candidi Ximenio) longiora tamen & acuminata, acris ſaporis & odoris, ordine tertio calida & ſicca, partiumque tenuium: *fructus* teres, longus. Nunquam ita maturatur, ut ſementi aptus ſit. *Colligitur* ruffeſcens, ſeu cum rubeſcere incipit, exponiturq; ſoli ut matureſcat. Comeditur viridis, neque malè nutrit. Cibis admixtus, ſi igni ebullierit, ſaporem & virtutem amittit. *Cortex* ſtipitum in farinam redactus, atram bilem purgat, & plagis venenatis medetur. *Foliis* & ſtipitum nodoſitate *differt* à priore. Allati & ex India Orientali ejusmodi fructus, ligneis verubus affixi, quos *Ciriboa* vocabant, & quidem immaturos decerpi. Non tam ipſis vellicans ſapor, fortè quod non admodum recentes.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 4.

Marcgrav. H. N. B. l. 2. c. 13.

Monard. Simpl. Medica, c. 54.

Arbor Piperifera fructu longo Carthaginenſis, alta planta eſt ſi Monardem ſequimur. Fructus dimidii pedis longitudine, craſſitie funiculi, ex multis veluti granulis, qui circa pediculum continuo ordine diſponuntur, ſeminis plantaginis modo compoſitus, majoris quam piper Orientale acrimoniæ, jucundioris que & magis aromatici odoris. Recens viridis eſt, ſole maturatur & nigreſcit. Eadem cum ſuperiore ſine dubio planta, niſi altitudo diverſam faceret: quæ vel genio loci, vel cultura, vel utroque ſimul variare ſolet.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 4.

Nec dubito errare Laetium, qui eandem cum herba *Mecaxuchitl* facit, de qua inferius.

Marcgr. l. c. Piſo de facult. ſimpl. l. 4. c. 54.

Arbor Piperifera fructu longo Braſilienſis incolis dicitur *Nhamdu* vel *Nhamdi*, Luſitanis quibuſdam *Betre*, eſt ſubfrutex, ad quinque vel ſex interdum pedum altitudinem excreſcens. *Radix* in plures, tenues, fuſcos, acris odoris, ſaporis, qui linguam vellicat, dividitur. *Caulis* lignoſus, teres, nodoſus. *Folia* lata, cordis vel vomeris figura, in quibus multæ venæ arcuatim per longitudinem decurrunt. Ad nodos prorumpunt *juli*, ſex ſæpè digitorum longitudine, caudæ muris figura incurvati, virides, qui menſibus Octobri & Novembri decerpuntur, & in ſole ſiccati nigreſcunt. Granula his rotunda, nigra, ſeminis papaveris magnitudine, arctè in uvam compoſita, piperis optimi, qui ex India adfertur ſapore. *Habetur* in Braſilia. *Radices* præſentaneum adverſus apoſtemata remedium. *Foliorum* adverſus tibiarum ulcera. Clariſſimus *Piſo* Luſitanis *Pimento dos Indios* dici, in arboreſcentis fruticis altitudinem aſſurgere, ſcribit; Caule ſaturatè virente, & maculis albis diſtincto: foliis lævibus & oblongis. *Piper* ferre etectum primo ex viridi flaveſcens, mox ſaturatè viridis coloris, quod digiti longitudine, ex ſolis granulis ordine digeritur. *Provenit* circa Olindam maximè, terrâ ſolida & pingui, ſemelque tantum in anno. Urit inſigniter, ſi maturum media æſtate decerpatur, ſenſimque ſub ſole nigreſcat. Icon Arbori piperiferæ Mexicanæ fructu longo primæ, reſpondet, geniculatos ſtipites ſi excipias. Apud Piſonem & Marcgravium eadem figura.

Ibid. c. 57.

De Arbore Piperifera fructu longo Floridana pro certo dicere non poſſum arbor ne ſit, an frutex, vel herba. Nec enim ejus apud quenquam deſcriptio occurrit. Stylos profert palmaris longitudinis, ſpicæ Myoſuri ſpecie, craſſitudine pari, fuſcos, pulvere veluti criſpatos, nudos tamen, obſequioſos, & circa imum politos, ſapore acriuſculo & ad piper accedente. Servavit in Muſæo per quadraginta ferè annos Bauhinus, conſiderandumque relinquit, an cum pipere longo Monardis ſit idem. Diverſa eſſe vel icon oſtendit. Proximè ad eum accedit fructus herbæ *Macaxuhitl* dicta ſi iconem attendas, qui in Nova Hiſpania naſcitur & potionibus *Cacao* miſcetur. Planta quæ eum profert *herba* eſt humi repens, cui caules teretes contorti

Bauh. H. P. l. 15. c. 46. p. 187.

De Laet Ind. Occid. p. 251.


Tab: LVII.
Arbor piperi fera fructu longo Mexicana secunda altera planta geniculata
Arbor piperi fera fructu longo Mexicana prima Buyobuijo
Piper Æthiopicum
Fructus plantæ Maccxuhtl piperi longo similis
Piper longum Floridarum.
Arbor piperi fera fructu longo Brasiliensis Nhamdu dicta
Piperis caudatiuva.
Negundo foemina.
Negundo mas.
Tavil Alpini.

forti & læves, præterquam ubi foliorum pediculi enascuntur: *folia* grandia, crassa & quasi rotunda, odorata, & saporis acris. *Fructus* cor & ventriculum corroborare creditur: amoliri venena: & lentos humores attenuare. Inter *cognatos* repono 1. *Felfel Tavil Alpini*, quæ & *Felfel Rumi*, seu piper Romanum, quod eo Græci in condimentis & morbis uterentur. *Provenit* in Africæ maritimis & viridariis: terniorum sæpe cubitorum altitudine. *Caules* numerosi, rotundi, juncea specie, crassitie ferè digitali. Cum nonnihil increvit, promissis è caulibus ramis, sylvosior pariter atque elegantior evadit. *Folia* temperatiore anni constitutione tenella, rara, & quæ vix ætatem menstruam ferunt: in graviore nulla. Ideò quibusdam ἀφύλλῳ. *Flores* in summis caulibus albicantes, exserto capitato tubulo insignes: quibus dilapsis, inclusa membranoso folliculo semina supersunt. Imperatus inter Tithymalos retulit: sunt qui *Xabram* aut *Camarronum Rhasis* arbitrantur. E ramis sectis succus albidus, (flavus Alpino) acris & exurens elicitur, cujus in emplastris ad coxendicum & articulorum à frigido dolores usus: sed corrigitur rotaceo aut myrtino oleo. Caulibus arefactis condiuntur fercula. Tota herba in quarto censetur calida. 2. *Plantula peregrina Clusii*, cui cauliculus uncialis & valdè gracilis. Sustinet is ut plurimùm binas oblongas, graciles quinquuncialesq; veluti spicas, longo pediculo subnixas, adeò obliquè quaquaversùm striatas & rugosas, ut exilium lumbricorum exsiccatorum, aut teretium limulatum formam quodammodo referrent, coloris fusci & fuliginosi, subacris & calidi saporis, odore autem melilotum pænè referentes.

Alpin. de plant. Ægypt. c. 30. Vesling ad Alpin. p. 34

Clus. Exot. l. 4. c. 11.

III. Arbor Piperifera fructu caudato Guineensis, non describitur ab authoribus. Piper quod Lusitanis *Pimenta delrabo*, Anguillaræ *Amomum*, Imperato *Piperiferis nova species*, est cubebis ferè simile, pediculo exiguo, rotundum, plenum, aliquantulum rugosum, nigricans, aromaticum, acredine piperis, & racematim cohærens. Uvæ unciales aliquando, trium nonnunquam unciarum. Grana uni vicena & tricena, tenui stylo longiusculo petiolo inhærent. *Invehi* olim Antverpiam magna copia solita; sed prohibitum mox, ne vulgaris vilesceret. *Cognata* huic, si non eadem, illa, quam Tabascenses, apud quos provenit, *Xocoxohotl* seu *florem acidum* vocant. Arbor est magna, *folia* mali Medicæ: *flos* coccineus, seu granati instar rubens; mali Punicæ forma, florum mali Medicæ odore, sed qui folia vincit. *Fructus* orbicularis, acinosus, racematim dependens, primò viridis, mox fuscus, tandem in nigrum inclinans, acris, odoratus, sapore ad Caryophyllum accedens, calidus & siccus in tertio. *Nascitur* apud Capitlanenses. *Implet* vicem piperis, flatus dissipat, urinam & menses evocat, venerem incendit, crassos & lentos humores incidit. Medetur & aneurismati.

Piper.

Recch. R. Med. N. H. l. 2. c. 5.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 30. p. 477. & 523.

IV. Arboris piperiferæ fructu inani nullam damus descriptionem. *Fructus* piper Canarinum lingua Malabarica à Canara vocatur. Cæruleum est, intus cavum, in cujus spacio granula quædam continentur. Non effertur propter vilitatem ad exteros. Cedit plebis pauperculæ usibus. ideò *Canarini* seu *rusticani* appellatio. Magni tamen est & in deducenda ex cerebro pituita, deliquium doloribus, & cholerico affectu usus. Datur & in nigro *abortivum*, nutrimenti fortè defectu, idque *Brasma* Dioscoridi ut diximus. Clusius etiam ex Walachria allatum accepit, exilem illum, semunciæ magnitudine, exiguæ nuci Faufel similem, exalbidi coloris; in cujus calice quatuor squammis constante, grana fusca, rotunda, Piperis instar, valde rugosa, intus alba & acris saporis. Sed & illud quod *Molaga* vocatur, inane est.

Garzias H. Arom. l. 1. c. 22. Linschott. Ind. Orien. l. 4. c. 18. Bauh. Phytop. l. 11. f. 3. p. 412.

Clus. Exot. l. 2. c. 22.

II. Affines Piperi sunt Arbores tres. 1. *Negundo Malabarum*. 2. *Ibira*

TAB. LVII.

Linschott. Ind. Orien. p. 4. f. 15. Clusius ad Garz. Hist. Arom. l. 1. c. 34.

Piper. *Braſilienſium.* 3. *Itzlé huaio patli Ximenis: & fructus quatuor.*

Acoſta. Bauh. H.P. l.15.c.46.p. 150.

1. *Negundo* Perſis *Bacche*, Turcis *Ayt*, duplex eſt, *Mas* nempe & *Fœmina*. 1. *Negundo mas* Canarinis *Varalo Nigunda*, Amygdalæ magnitudine eſſe cenſetur, ramis frequentibus, qui reciſi lætiores naſcuntur. *Folia* intra lanuginoſa & hirſuta, ſalviæ modo, ſupra virent, in ambitu ſerrata, ad folia ſambuci procul aſpicientibus quam proximè accedunt. *Provenit* in Balaguate & Malabar; cujus incolæ eum eduliis *Curil* nuncupatis inſpergunt. 2. *Negundo fœmina.* Luſitanis eſt *Nochilla*, Canarinis *Hyergundi*, Balaguatenſibus *Sambali*, Malabaribus *Noche*. Ejusdem cum priore magnitudinis, *foliis* amplioribus, rotundioribus neque in ambitu ſerratis, populi albæ vel fortè juglandis foliis per quam ſimibus, amaris, ſalviam, quod & mari competit, odore & ſapore referentibus: in pluribus ſummo manè ſpuma candida, quæ ex illis promanat, conſpicitur. *Flos* cinerei coloris eſt, & propè ad florem Rorismarini accedit. *Fructus* piperis æmulus, acris, ſed non urentis guſtus: non abit à Zingibere. *Vſus* utriusque in Medicina ſingularis & tam frequēs, ut jam diu conſumptæ fuiſſent arbores, niſi lætius reciſę exſurgerent. *Folia*, *flores* & *fructus* contuſa & decocta, dolores articulorum, tumores ex frigida cauſa, & contuſiones pellunt ſi imponantur. una nocte id factum, experientia habetur. Paratur ex iisdem lavacrum ad conceptiones, quibus mulieres lavantur. *Folia*, quibus acrimonia naſturtii, contuſa, vulnera emundant & cicatrice obducunt. Maſticata oris halitum commendant, & ſtimulos Veneris cohibent. Huc fortè *Gelum* ex oriente à De Laetio ad Wormium miſſum referri poteſt. Baccæ ſunt exiguæ, pellicula ſaltem conſtantes, rotundæ, coriandrorum magnitudine, altera parte apertæ & tribus quaſi loculamentis diſtinctæ, adeò ut trifolii minutam figuram foramine exprimant. Sapor adſtringens.

Wormius Muſ.p.203.

II. Ibira Braſilienſium, betulæ figura creſcit, *cortice* tenuiſſimo, fuſco & punctulis albis notato. *Folia* ſibi opponuntur, ſaturatè viridia, infernè cinerea, pilis cinereis veſtita. *Flores* albi, ſex oblongorum foliorum, odorati, in Martio erumpunt. *Fructus* magnitudine avellanæ, ovalis, qui tritus piperis loco in cibis adhibetur. *Cortex* detractus ob lentorem loco funium: fiunt & funiculi ſulfuracei ex eo. Detractus albus eſt, ſeparato exteriore fuſco, intra quadrantem horæ ruffeſcit. Marcgrav. H.N.B.l.3. c.4.

III. Ytzle huayo patli Ximenis, arbor eſt frondibus limonis qui inferiore parte candidi & villoſi, ſuperiore ad nigrum inclinant. *Flos* ei candidus & minutus: *fructus* exiguus, rotundus, odoratus, ſaporis caryophyllorum, ideo his ſubſtituitur. *Naſcitur* in collibus Huitlaugo. *Cortex* qui amaricat tritus, præſentaneum eſt contra ſanguineos ventris fluxus remedium, ſi duarum drachmarum pondere hauriatur. Xim. apud Marcg. l.c.

IV. Fructus ſunt quatuor. 1. *Lobus Æthiopico piperi ſimilis*, Craſſus erat, cortice denſo, foris rugoſo, ex ruffo nigricante, duplici nervo per longitudinem excurrente. Intus grana in articulis, craſſiuscula, rugoſa, nigra, acrioris ſaporis. Vid. TAB. LVIII. Cluſ. Exot. l.3.c.16.

2. *Haermia* ſeu *Haernia Serapionis*, Bauhino fructu Negundo eadem. *Granum* eſt piperi ſuppar, coriandro paulò majus, citrinum. A pediculi veſtigio ad mucronem ſtriæ ſunt crebræ. ſub cortice ſubſtantia compreſſa, ſolidiuſcula, punctis rubentibus guttata, in qua ſinus exſculptus, ad medium uſque penetrans. Odor ligni aloes, ſapor Caryophyllorum. Cluſius granum nigricans, calidi guſtus contineri ait. Bauh. Phytop. l.11.ſ.3. p.412. Cluſius ad Garz. l.2.c. 21.

3. *Cropiot Americanorum*, fructus parvus & rugoſus, articulis piperi Æthiopico quod Abenſinæ eſſe putatur non diſſimilis, acrior, nigrum que ſemen continens. Incolæ Tabaci foliis admiſcent, ad dolorem capitis leniendum. Cluſ. Exot. l.2.c.21.

4. *Bodaglam fructus exoticus Paludani*, miſſus Johanni Bauhino. Cinereus erat, imâ parte anguloſus, nullo pediculo Baub H.P. l.15.c.46 & 188.

culo donatus, supernâ amplo hiatu cavernosus, intergerrinorum quorundam parietum beneficio in tres cellulas distinctus, apertus, cæteroqui per ambitum ita æqualis, ut cultello dissectum, & mediam quandam fructus portionem dixisses. Cellulas porrò seminii quiddam continuisse suspicio est, quæ fortè exciderant, aut ad maturitatem non pervenerant. Totius alioqui structuram non malè fortè quis Mespilo compararit, nisi quod totus hic cavernosus, & seminii (si quod fuit) nil nisi vasculum corticosum esse videatur, qui dentibus facilè atteritur, sapore est acriusculo & ferè evanido. Est & gemellus, & compressiones quæ circa angulos imâ parte apparent, plures cohæsisse immediatè & sine pediculo manifestè arguunt.

Caput IX.

De Cubebis.

CUbebarum vocabulum nusquam apud *Veteres* invenias: Sunt verò qui eas *Comacum*, *Myrtidanum Hippocratis*, *Corsion Strabonis*, *piper rotundum Theophrasti*, *vel amomum* esse volunt: sunt qui *Cardamomum*, *ruscibaccam*, *viticis semen*, *caryophyllum Plinii vel Carpesium*, pro illis accipiunt. Et de *Comaco* fortè aliquid credi posset; cum & nunc Cubebæ Cumuc in Java dicantur. *Myrtidanum* quoque Hippocrates rotundum quid & Indicum esse scribit; Dioscorides junior apud Galenum fructum Indicæ stirpis, piperi proximæ, myrto similem facit. *Corsion Strabonis* pipere aliquanto majus est: at cubebæ minores. Illa Ægyptiaca, hæc Indica planta. *Piper Theophrasti* cortice subrutilo constat, ad instar lautinæ baccæ. *Amomo* folia bryoniæ. *Cardomomum* est frangenti contumax. *Ruscibacca* rotunda quidem, sed ἰσόδρομα ἐκ τῶ πυκνοῦσθαι & cui ἔντομα ἀσώδεις. *Viticis semen* venerem cohibet. *Caryophyllon Plinii*, pipere grandius fragiliusque. *Carpesium* Actuarius in compositione quadam, cui orbiculi stomachici nomen, Carpesium à Barbaris κομβιβαε vocari scribit. Græcorum quale sit superius dictum. Galeni tenue est virgultum, phu ἀδρανέστερον, ἰσχνόφυλλον, propter πυκνότητα χαμαιζήλου, ἐν ᾧ ἐστιμὴ κοιλίαι γλοιοί.

Cubeb.

Galen. l. de Antidot.

II. Apud *Recentiores*, Cubebæ & Affines ipsarum quædam occurrunt.

I. Cubebæ vulgares, arbores sunt malis nostris haud absimiles, minores tamen, hederæ modo per arbores repentes, *folia* Piperis sed angustiora; *fructus* rotundus, pipere minor, colore ex cinereo fusco, qui acu punctus, caryophylli modo liquorem exudat. Tanti apud incolas æstimii, ut non nisi decoctus evehatur, ne alibi plantetur. Colliguntur *maturæ* & *immaturæ*. *Immaturæ* læves sunt, superficiemque rugis contractam habent, intus autem in corticis inani concavitate nucleum exiguum, flaccidum & tabidum, (hunc *myrtidanum* appellasse videtur Hippocrates, ἐν τυτίῳ ὄντα σφόγγωλον, quod inest rotundum) *maturæ* autem æquales, extentæ, minimeque rugolæ, intus autem cæsio, tritu facili, & consummatæ magnitudinis nucleo (hoc est ipsum myrtidanum) plenæ ac distentæ, ideoq; immaturis ponderosiores. *Immaturæ* saporem habent valdè aromaticum, acrem & mediocriter amarum, subtilem cum maxima tenuitate, ad caput in gustu evaporantem. *Maturæ* gustu minus acres, minusque amaræ sentiuntur, valdè etiam ipsæ penetrant, facileque vapores sursum mittunt, immaturis tamen minus id præstant. Ex *immaturis* probantur rugosæ, inanes, lævesque, & valdè aromaticæ, tam odore quam gustu. *Maturæ* sunt majores, ponderosiores, foris æquali superficie, minimeque rugosa, intus plenæ & nequaquam inanes. Javanis dicuntur *Cumuc*, Arabibus *Cubebæ & Quabeb*, reliquis Indis *Bubab Siri*, aliis *Cubachini*, quod in Chinam perfere-

Garzias H. Arom. l. 1. c. 13.

Bodæus ad Hist. P. Theophr. l. 9. c. 7. p. 1010.

Simpl. l. 7.

Strabo Geog. l. 17.

Plin. H. N. l. 12. c. 7.

Cubebæ. Acosta Aroma.c.17. fererentur. *Acostæ* Cubebæ aromaticæ & venereæ. Arbor est sylvestris & sponte nascens, provenitque in Java. Egregius earum in *Medicina Vsus*. In tertio enim gradu calidæ & siccæ ponuntur. Subveniunt ventriculo phlegmatico, pectus ab humoribus lentis & viscosis expurgant, flatus discutiunt, & frigidis uteris opitulãtur. Indi cum vino ad excitandam Venerem utuntur. Cum mastiche masticatę, cerebrum à superflua humiditate liberant. Vertiginem quatuor aut quinque propulsant, si masticentur, post & deglutiantur. Ex earundem unc. un. cum saccari unc. js. fit ad eundem affectum pulvis, qui manè & vesperi adhiberi debet.

Vid. TAB. LVIII. Clusius ad Garz H.A. l.1.c.23. *II. Affines Cubebis* sunt *Fagara, Mungo, & Fragre Serapionis*. 1. *Fagara* est vel *Major* vel *Minor*. 1. *Fagara Major*, ut Imperatus vocat, *Fagaras* Abensinæ, fructus est, Cocculis Indis primo aspectu simillimus. Magnitudo ciceris arietini; *Cortex* tenuis, ex cinereo nigricans, cui subest putamen tenue, nucleum satis solidum, & tenui nigraque membrana vestitum continens. Bauhinus à Cortuso accepit putamina pisis paria, rugosa, fusca in geminas carinas ad medium usque dehiscentia, pediculo tenui, intrinsecus lævia. *Crescit* in Java. Abensina de Sofala adferri scribit. Calefacit & siccat in tertio. Ventriculi & hepatis intemperiem frigidam, nec non pectoris corrigit, & alvum constringit si Abensinæ credimus. 2. *Fagara minor*, cortice est bivalvi, hiante, foris aspero, intus pellicula candicante intersepto, sapore aromatico, subamaro, qualis in aurantiorum corticibus. 2. *Mungo Garziæ, Messe* Abensinæ, pro *Mex*, & *Mens* Bellunensi, vocatur. Semen est Coriandri magnitudine, primò viride, post per maturitatem nigrum. *Nasci* ferunt in Palæstina, sed & in Guzarate & Decan. Est equorum pabulum, & hominum cibus. Utuntur eo etiam in febribus, hoc modo. Febricitas cibo abstinet per decem, nonnunquam per quindecem diès: post quos hujus fructus decoctum illi propinatur; in quo nihil pulpæ remanserit: deinde cortice delibratum Mungo & instar Orizæ coctum febricitanti exhibetur: panis verò triticeus non nisi post multos dies administratur: non quod frumento careant hæ provinciæ: nam etsi non colantur & stercorentur agri, quemadmodum apud nos, sed superficie tenus duntaxat arentur, nativa sua pinguedine & ubertate etiam interdum sine pluvia frumentum Novembri mense sibi commissum, medio Januario colligendum & maturum exhibent. Mungo frigidus est, quantum ex ejus facultate colligere licet. 3. *Fragre Serapionis*, authore Aben Mesuai, Ciceris habet similitudinem, interius granum parvum, nigrum, rotundum, deforis rubeum; ex cujus succo fit ad fœtorem oris collutio. Habetur pro calido & sicco in secundo: reponiturque inter stomachica.

Bauh.H.P. l.3.c.156. Linschott. Ind.Orien. p.4.c.7. Garzias H. Arom.l. 2. c.21. Bauh H.P. l.15.c.46.p. 188. Bauh H.P. l.15.c.47.p. 191.

CAPUT X.

De Amomo.

TAB. LVIII. Diosco.M. M.l.1.c.14. Theophr. H.P.l.9.c.7 Plin.H.N. l.12.c.13.

I. AMomum ex placitis *Veterum*, frutex est pusillus, palmi longitudine, οἱόν ἐ βότρυς ἐκ ξύλου ἄντεμπεπλεγμένος ἑαυτῷ, botryosus (malè myrtuosus & myrteolus) seu cujus *lignum* ita invicem convolutum est, & implexum, ut racemi seu uvæ effigiem repræsentet. Unde quidam apud Plinium, uvam ex Indica vite labrusca opinantur. aliis verò uva amomi nihil aliud est, quam surculi inter se in uvæ figuram implexi. *Folia* habet bryoniæ seu vitis albæ similia; (Mali Punici æmula sunt Plinio) *flores* parvos ceu violæ albæ. Serapio cum floribus plantæ Locatam componit, quam nemo novit. Carpitur cum radice. manipulatim leniter componitur, & protinus fragile, sicque ab adulterato distinguitur. *Nascitur* Virgilio in Assyria, Media, Armenia, inprimis parte quæ vocatur Otene,

Tab. XVIII

Cropiot Americanorum.

Bagdalam fruct. ut Paludani

Lobus Æthiopico piperi similis

Ibira Brasilienſium

Fagara Abenſinæ Cluſy.

Amomum racemoſum.

Amomum foliosum

Amomum Baubini odore Caryophilli.

Cardamomum Majus.

Cardamomum medium minus.

Amomum Cluſy.



Diosc. l. c. tene, & Ponto. *Vim* habet θερμαντικὴν & στιπτικὴν. ἀποποιον idem, & ἀνώδυνον τῷ μετώπῳ καταπλασσόμενον. Confert podagricis, mulierum vitiis ἐν προθέτοις καὶ ἐν ἐγκατίσμασι. Inseritur antidotis & πολυτελεστάτοις τῶν μύρων. Galenus ejusdem cum Acoro *facultates* posuit, sed hoc siccius, majoris concoquendi potentiâ illud. *Vsus* ejus & ad crines, qui nitidi reddebantur, & ad funera, in quibus præcipue locum habebat. De *Adulterio* non cohærent inter se authores. Plinius foliis punicæ & gummi liquido ut cohæreat convolvatque se in uvæ modum, adulterari scribit. Dioscorides & Aetius herba simili quæ *Amomis* dicitur, flore origani, inodora, ἄκαρπος, quæque in Armenia nascitur. Plinius eam quandam speciem amomi esse docet, minus & venosam & odoratam; duriorem tamen. *Deligi* debet recens, & candidum aut subrubrum, λελυμένον καὶ διακαχυμένον, semine refertum, ὅμοιον βοτρυδίοις, ponderosum, ἐνῶδες, δίχα ἔνρωτος, simplici colore, & δάκνον τὴν γεῦσιν. Pretium olim uvæ in L. X. LX. Fracti, quod *pulvis Amomi*, Ovidio, quo sua ossa condere jussit in L. X. XLVIII. *Differentia* à natali loco sumuntur apud Dioscoridem. 1. est *Armeniacum*, χρυσίζον, ligno fulvescente, ἀποκίρρον valdè odoratum. 2. *Medicum*, magnum, & ἀπόχλορον, tactu molle, ἐνῶδες τοῖς ξύλοις, odore origani vel rutæ: quia ἐν ἐφύδροις καὶ πεδίοις provenit: Infirmius idem, odore scilicet & sapore, quæ humor vehementer infringit. 3. *Ponticum*, quod ἀποκίρρον, nec longum, nec δίστραυστον: racemosum verò, fructu plenum, & odore nares feriens. De *horum delectu* ita Plinius. *Laudatur* quam maximè foliis simile, nec rugosis, colore ruffo. Secunda bonitas *pallido*. *Herbaceum* pejus, pessimum *candidum*, quod & vetustate evenit. Sunt qui fructum esse putant: sunt & qui rosam Hierichuntinam, vel columbinum geranium; vel piper caudatum, vel cubebas, vel piper Æthiopicum, vel Caryophyllon.

Ovid. Trist. l. 3.

Amomũ.

II. RECENTIORES duplex nobis dant Amomum. 1. *Racemosum*. 2. *Foliosum*, quod spurium; quibus adjungitur *Amomis* cum aliis.

I. Amomum racemosum unum *fructu*, *Martinelli*, aliud *Ligno Alpini*.

Amomum racemosum fructu, *Martinelli*, prout hoc apud Cerchinum Martinellum Pharmacopæum Veronensem habebatur, describitur à Nicolao Maronea Veronensi Medico, qui etiam integrum librum de eo edidit. *Fructus* ipsi est integra planta. *Racemus* nempe parvus, absque pediculis ex unico sarmento enatus, sibi ipsi arctè cohærens, & convolutus in uvæ modum, constans denis aut duodenis ad summum acinis, seu folliculis, fibrosis, se mutuò comprimentibus, tanquam de communi loco inter se decertantibus, adeò ut sibi invicem parvas cavitates imprimant. Racemum sustinet *lignum* teres, pollicari longitudine, fibrosum, odoratum, acre, foliis confertim exornatum, tum pusillis squammarum serie distributis, qua parte folliculorum est expers; tum longioribus foliis, senis singulos folliculos ambientibus, quæ vicem quandam præstant calycis illius, quem in Nuce Avellana conspicimus. Ex longioribus foliis tria quidem constant longitudine semunciali, tria verò paulò breviora sunt, eadem folia tenuia sunt, fibrosa, acria, odorata: sed quæ privatim folliculos complectuntur, æmula sunt foliorum Mali punici, suis cacuminibus sæpe contracta, rarò integra, ut vix extra Amomi acinos emineant, quod evenire credendum est, quia mutuo attritu foliorum summitates confringuntur in longissimo itinere. *Acinorum* crassitudo & figura orbicularis existit, qualis mediocris uvei acini. Ornantur folliculi Amomi externis tenuissimis filamentis, seu nervis

Maronea de Amomo apud Bauh. H. P. l. 5. c. 48. p. 196.

Amomũ. quasi lineis per longitudinem ductis, ternis etiam præditi sunt parvis sulcis, totidemque interpositis exiguis eminentiis, quæ triplicem internorum seminum seriem circumscribunt, singulos folliculos replent *tres seminum phalanges*, tenui membranâ ab invicem sejunctæ, unaquæque autem phalanx pluribus constat seminibus angulosis, eadem tenui membrana involutis, adeoque strictim sibi cohærentibus, ut trium duntaxat seminum longiusculorum effigiem præbeant. Racemi totius & ligni *color* idem spectatur in aliquo pallidus, in alio candidus, in alio verò ex pallido ad subruffum vergens, sed in candido folliculo semina insunt plærumque evanida, in subruffo semina solidiora & perfectiora frequentissimè observantur: seminibus angulosis color externus ex rufo nigricans adest, internus albus, semina interna eadem solida quidem sunt, sed frangibilia, non fractu contumacia, ut Cardamomi semina. Racemo *odor* inest validus, sed ἰνώδης, ingenitus verò non asciticius, qui vulgarem Lavendulam quodammodo redolet, suavior tamen. Exemptis à folliculo seminibus major odoris acrimonia inest, minor autem odoris gratia. Eadem ratione, & racemus, & nuda semina acri sapore sunt prædita, sed in racemo hebetatur acrimonia, in nudis seminibus vehementior percipitur, quæ vulgarem caphuram quodammodo sapit. Johanni Bauhino est *Amomum novum Cardamomi vulgaris facie*, seu Indicus racemus, Clusio *Amomum spurium*, à Pena sibi submissum. Theca ejus Cardamomi vulgò recepti theca brevior, crassior, candidior, nec adeò striata. Semina tenui membrana involuta, nigra, oblongiuscula, duplo majoris Cardamomi seminibus majora, splendentia & valdè dura; quibus medulla alba, acris sed sine omni amaritudine. Tota uva olei lavendulæ odore. Hoc & Bodæo Constantinopoli & Alepo pro amomo ibi usitato missum est. Noster Bauhinus pro Amomo vero ponit. Si est Dioscoridis, necessario verba illa quibus lignum ita invicem implexum dicitur, utracemi effigiem repræsentet, de fructu sumenda erunt; diligentiorque existimandus Plinius, qui propius ad modernorum descriptionem accessit.

Clus. Exot. auct. p. 377

Bodæus ad Theophr. Hist. l. 9. p. 1017.

II. Amomum racemosum ligno, Alpini, Ægyptiis *Hamama*, est ramulus brevis, gracilis, multis obliquitatibus, atque parvis, densis, obtortis ramis præditus, vereque racemo uvarum figurâ similis. Est tamen lignosus, durus, frangibilis, colore corticis quidem nigro, subrubente: ligni verò vel albo vel flavo præditus, valdè jucundum vel aromaticum odorem spirans; sed nullius saporis. Vide an non potius hoc pro *Amomo Dioscoridis* seu Armeniaco seu Pontico sumere malis, sine verborum, de quibus supra, violentia. Non alium credo fuisse Garziæ ramum, quem collatum descriptioni Dioscoridis, venustissimè quadrasse refert; Utinam descripsisset! De Arbore Amomi, quam Castor Durantes foliis Bryoniæ, floribus violæ pingit, nemo judicare potest.

Alpinus de Med. Æg. l. 4. c. 10.

II. Amomum folio sum, Ormuzio Walerando Dentæo Pharmacopæo Lugdunensi in fragmentis transmissum est. Constabat aliquot ramulis, foliolis quibusdam adeò onustis, ut ex solis, prout in Tithymalo paratio videre est, constare viderentur: eaque eorum extremo ordine ἀλφίτως, ut flosculum aut rosam efformarent. Sapor & odor proletarius. Compacti simul non ineptè *pedem columbinum* referebant.

Clusius ad Garz. Hist. Arom. l. 1.

III. Adjungi Amomo debent quatuor 1. *Amomum Sperlingii* ex Hispania allatum, grana quædam, *inquit Vormius*, erant Cubebarum instar, rotunda, aspera, ex cinereo purpurei coloris, punctula duo albicantia in utraque extremitate habentia, quorum *unum* vestigium habet pediculi, quo ramulo adhærebat

Wormius Mus. p. 182.

alte-

alterum protuberans aliquantum, in centro foramen habens, quod floris ostentare videtur vestigia. Tenui constat cortice aromatico, intus granum nigrum rugosum tenens compressum & rotundum. *Fructus* ipse magnitudine inæqualis, maximum, pisum mediocre æquat, minus, granum piperis, sapore acri aromatico. 2. *Amomum Bauhini odore Caryophylli*, quod à Paludano sub veri Lusitanorum Amomi titulo donatum, à Cherlero ex Anglia sine nomine allatum est. Magnitudine fructus iste variat. Quidam enim piper æquat, quidam etiam duplo ferè major est: omnes sunt cortice fusco, rugoso, umbilico, summo tenus, non quo parti adhæserint, præditi, quadripartito. Unum vel duos continent nucleos nigros, atrovirente membranulâ tectos, qui intergerino pariete dispescuntur. Tota sanè fructus figura externa pulchrè Mali Granati, colore excepto respondet. *Sapore* est acriusculo, aromatico, ad Caryophyllos accedente. Differt ab *Haermia* seu Piperella, & destituitur striis. 3. *Fructus Clusii VValachrensis*, *Cardamomum officinarum referens*, qui triangularis erat formæ, magnitudinis semuncialis, coloris exalbidi, tenui membranâ vestitus. Multa intus grana inæqualia & rugosa, cinerea in superficie, alba in meditullio, in globum congesta omnia, odoris & saporis validi. Brevissimo & vix apparente petiolo inhæserat plantæ, calice tribus petiolis constante, incluses. Caspar Bauhinus pro Amomo vero Martinelli posuit: nec abludunt descriptiones. Malui tamen separatim ponere. Habet aliquid in secessu malignitatis. Contractus ex esu morbus, oboriturque capitis dolor, si duntaxat gustaveris. 4. *Amomis Clusii*, quæ Constantinopoli Viennam missa erat, quum Amomum peteret. Nihil illi cum Dioscoridis vel Plinii Amomo commune.

Bauh. H.P. l.15.c.48.p. 194.

Vid. Tab. LVIII.

Clus. Exot. l.2.c.22.

***

Caput XI.

Cardamomũ.

De Cardamomo.

I. CArdamomi descriptionem curtam apud *Veteres* invenies. Simile ut nomine ita frutice Amomi & Amomidi Plinius facit, semine oblongo. Folliculis hoc albis tegi apud Æginetam habemus: subamarum, & διάφανον esse, apud Dioscoridem. De *Loco* ambigit Theophrastus, ex Media an India tempore Alexandri allatum fuerit. Plinio in Arabia metitur. Dioscorides præter Arabiam & Indiam, Comagenem quoque Armeniam & Bosphorum addit, indeque importari scribit. Andromachus senior Idæum laudat; quod an Græcorum vulgare sit, dubito. *Vsus* apud Veteres seminis seu fructus. Calidum hoc; sed Nasturtio minus; ὑδιον tamen & δριμαλικώτερον. Adhibebatur ἐξεντερεμένον seu κεκαθαρμένον, rejectis lobis, cõtra latos lumbricos, paralysin, tussim & tormina, in aqua: contra disuriam, scorpionũ ictus, & renũ ex calculo dolores ex vino; credebatur & ἀποθυμιώμενον ἐμβρυα φθείρειν; & εἰς τὰς μύρων σύνθεσεις & alias antidotos prodesse. *Optimum* est frangi contumax, πλῆρες, μεμυκὸς, occlusum, caput odore tentans, & gustu acri ac subamarum. De *Generibus* si inquiratur, Dioscorides & Theophrastus unius duntaxat meminere. Plinius quatuor ponit. *Viridissimum* ac pingue acutis angulis, contumax fricanti, quod maximè laudatur. Proximum de *rufso* candicans. Tertium *brevius atq; nigrius*. Pejus tamen *Varium* & facile tactu, odorisque pravi. Unde desumserit ignoro. Meminere quoque Abensina & Serapio, qui *Soccolaam* vocant, duplicis Cardamomi, *Majoris* nempe & *Minoris*. Illud *Saccolaa quibir* Abensinæ, *Heil* seu *Hil* dictum Serapioni, habet cortices & capita sicut rosa, grana piperi paria vel majora. *Intra ipsum*, inquit Serapio, *granula sunt parva, anguloſa, boni odoris,*

Vid. Tab. LVIII. & L. Plin. H.N. l.12.c.13. Dioscor. M.M.l.1.c.5. Theophr. H.P.l.9.c.5.

Gal. Simp. medic. l.7. Dioscl.c.

Plin. l.c.

Serap.c.64

pinguia, pulverulenta; & ipsum est melioris odoris, atque delectabilioris naturæ, quam minus, & in sapore ejus est stipticitas & acuitas, Verum non comparatur minori, est acuitas ejus minor, & stipticitas ejus major, & cortices ipsius & capita sunt stipticiora quam ipsum, calida & sicca virtus ejus est in primo gradu. Hoc *Heilbane* vocatum, *non habet*, inquit idem, *nec capita nec corticem, & habet grana habentia corticem, cujus color est sicut cardamomi majoris, & virtus ejus sicut illius, nisi quod propter subtilitatem magis conferat digestioni.* An huc pertineant, de quibus nec inter ipsos Arabes convenit, Cardamomi Græcorum calor, amaritudo, & alia, quæ comparatio dabit, ostendent.

II. *Neoterici* quadruplex exhibent. 1. *Majus officinarum.* 2. *Medium.* 3 *Minus*, Officinis *Cardomomum simpliciter.* 4. *Minimum:* cumque iis *Meleguetam* seu *Grana Paradysi.*

I. Cardamomum majus Officinarum, Arabibus est *Soccola*, vel ut alii volunt *Saccolaa*, Abensinæ *Sacoule*, Mauritanis *Elachi*, Cordo *Cardamomum majus*, & *Heyl Arabum*, Matthiolo *Cardamomum medium*, Johanni Bauhino *Cardamomum maximum.* Continetur *folliculo* oblongo, triquetro, gracili, striato, fructu contumaci, & modicè quia in summitate cacumen retunditur, turbinato. *Semina* intus numerosa, triplici versu, membranis transversis candidis intercedentibus, colore spadiceo & cinereo, angulosa, rugosa, saporis fervidi. *Matthiolus* canaliculo quodam altera parte dividi, pluribusque transversim intersecantibus lineis, colore ex albo ruffescente scribit, *Cordus* fructum lignosum facit, fructu contumax, ficus figurâ & magnitudine: grana intus Mali Punici modo. Alibi facit pyri aut ficus modo turbinatum, & in quo nulla commissura, quâ aperiri posset. *Cortex* venosus & distractu difficilis, foris in cinereo subruffus, nullius in gustu gratiæ. *Semina* intus à Meleguettę magnitudine, colore & figura, obtusioribus angulis; sapore & odore aromatico, subacri, & modicè amarescente. *Defertur* sed parcius, ex Syria & Ægypto, exemptum sæpius, aliquando cum folliculis. Fructus *probantur* maturi, superficie extenta, undique præclusi, ponderosi, & in quibus densæ seminum nitidiorum & odoratissimorum phalanges. Secundum Bontium, assurgit arbor ultra humanam altitudinem. *Caulis* cœparum more tunicatus. *folia* ampliora, aversa parte mollia; flos hyacinthi modo fasciculatus albus cum limbo purpureo, quem in fastigio gerit. Siliquæ digitali, aliquando longitudine.

Cordus ad Dioscor. M. M. l. 1. c. 5. Matth. ad eund. locũ. Bauh. H. P. l. 15. c. 49. p. 205. Garzias H. Arom. l. 1. c. 24.

Cord. H. P. l. 4. c. 29.

II. Cardamomum medium, Cordo *Mediocre, figura* est, eo describente, oblongum, triquetrum, utrinque acuminatum, colore in candido fuscum, quantitate grandi avellanæ nuci æquale, majore Cardamomo minus, minore verò majus, ideoque *mediocre* nominatum, intus densè in se farctis, majorique Cardamomo similibus granis plenum: cortice constans prædicti instar, venoso, sed multò tenuiore, in tribus suis angulis, quibus maturum dehiscit, singulas commissuras habens. *Gustu* Cardamomo majori grana ejus respondent. *Affertur* & hoc ex Ægypto & India, sed pauciſſimum, idque perquam rarò, cum utroque Cardamomo. Ibid. Taber. H. P. l. 3. c. 2.

III. Cardamomum minus, Officinis *Cardamomum simpliciter*, Arabibus secundum Cordum *Helbane*, Cæsalpino *Cardamomum primum*, Camerario *tertium.* Mediocri est per omnia simile, fructu avellanâ minore, qui candidiore, & paulò tenuiore cortice, trium angulorum commissuris dehiscente, vestitur. Intus *semina* densè in se farcta, nullis membranulis distincta, majore Cardamomo angulosiora, in ruffo cinerea, & tam arctè sibi devincta, ut unum semen bubulorum renum effigie appareat. *Sapor* iis tenuis & valdè aromaticus. *Adfertur* ex India & Ægypto, sæpius folliculis suis exemptum, & quidem majore copiosius, *solumq; vulgo hodie cognoscitur.* Eligitur, quod majoris notas habet. Bontius caule arundinaceo Cordus in Dioscor. l. 1. c. 5. & H. P. l. 4. c. 30.

Bontius H. N. & Med. l. 6. c. 37.

naceo nodis interstincto esse scribit, nec absimilibus *foliis*, & vix ultra tres pedes assurgere. Emittit circa radices primùm spicam. Cujus calycibus *flores* pallidi, mali aureæ similes in calycibus subflavi supernascuntur. Decidentibus his succedunt siliquæ intra quas semen quale in officinis, flavum dum concluditur, sed quod successu temporis expuniceo atrum evadit. Confert cerebro masticatum, urinasque & menstrua blandè ciet.

Camer. Epit. p. 11. *IV. Cardamomum minimum*, Camerario *Cardamomum quartum*, sola fortè magnitudine à præterito differt.

Bauh. Phytop. l. 11. s. 3. p. 415. & in Prodr. l. 11. c. 5. Cordus in Dioscor. l. c. & Histor. l. 4. c. 27. Bauh. H. P. l. 15. c. 49. p. 204. *V. Melleguetta* est duplex, 1. *Melleguetta vera*, Bauhino *Grana Paradysi officinarum*, Matthiolo *Cardamomum majus*, Lacunæ *Cardamomum hortense*, Cordo etiam *Cardamomum piperatum*, Tabernomontano *Cardamomum Arabum majus*, Camerar. *Cardamomum primum*, Cæsalpin. *Cardamomum secundum*, Hispanis *Malagueta*, Abensinæ *Combazbange*. Folia illi crassa, Caryophyllorum æmula, si elatam costam, à quâ multæ per transversum fibræ, aspexeris; pediculus sapore aromatico, Caryophyllis tamen cedente. De *siliquis* & *fructu* ita Cordus. Oblongus est fructus, & magnitudine figurâ propemodum ovo æqualis, folliculo similis, cortice constans venoso, fractu contumaci, subrufo, aut in pallido fusco, supernum pythmena, inferius pediculi vestigium habens, intra se nitidis, angulosis, pipere minoribus, superficie ruffis, intusque candidis seminibus, crebris fungosisq; membranis distinctis & interceptis plenus, gustu fervidis ut piper & zingiber, quibus odore etiam non dissimilia sunt. Cortici nulla ferè in gustu qualitas. *Afferuntur* ex India & regno Melli: cortice exempta ejus grana, raroque folliculo inclusa: *eligenda* sunt nitida, ruffa, superficie extenta, minimeque rugosa, solida atque ponderosissima. 2. *Melleguetta spuria Clusii*, planta Cannæ Indicæ vulgaris modo crescere, suspiceris, quod caulis suprema pars capita seu siliquas continens, prorsus similis esse videtur. Erant verò hæc capita, *inquit Clusius*, binas uncias longa, internâ parte crassa, deinde paulatim ad supremam usque partem gracilescentia, quasi triangulari formâ prædita, obtusis tamen angulis cartilaginosa, externè fusci ex rufo coloris, internè veluti in ternas cameras secundum longitudinem membranacea quadam cartilagine divisa, atq; plena nigris, splendentibusque seminibus, milio majoribus, densè simul congestis, & tenui membranula involutis, intus albis & quadam acrimoniâ præditis. *Nascuntur* autem ea capita in summo caule, quaterna aut quina, atque veluti ex eodem ortu prodeunt. *Lecta* & in insula Madagascar, Melegueta vera gracilior & oblongior, cortice magis duro; granis non tam numerosis, majoribus tamen, fuscis & splendentibus, quorum singula peculiari & candicante membrana involvuntur. Clus. Exot. l. 2. c. 25.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER IV.

Quercus.

De Arboribus Glandiferis.

CAPUT I.

De Quercubus.

ARTICULUS I.

De Quercubus Veterum.

TAB. LIX.

ARbores glandiferæ sunt 1. *Quercus* cum suis *gallis, Excrementis & Visco.* 2. *Phellodrys.* 3. *Suber.* 4. *Ilex.* 5. *Fagus.*

Quercus naturam & Genera ex Veteribus & Recentioribus deducemus. Apud *Veteres* triplicem Quercuum invenio differentiam, *Communem* nempe, *Idæorum* & *Macedonum*, quibus *Quercum Polybii* adde.

I. Communiter dividitur in *Vrbanam* & *Sylvestrem.* 1. *Quercus urbana* habet radices copiosas, crassas & tam profundas, ut quantum vertice ad auras nituntur, tantum credantur ad Tartara mittere. *Lignum* lævius & carnosum; *folia* carnosa, procera, nec dum cadunt flavescentia. In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe conspiciebatur una nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. *Florere* eam nonnulli putant. Alii βρύον proportione respondere papillis, quæ, veri fici faciem antecedunt, existimant. Inferiore sui parte fertilior est. Mira de magnitudine Plinius. *Littora ipsa*, inquit, *obtinent quercus, maximâ aviditate nascendi. suffossæque fluctibus aut propulsæ flatibus vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita libratæ stantes navigant ingentium ramorum armamentis: sæpe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras stantium noctu, inopesque remedii illæ prælium navale adversus arbores inirent.* Visa est annosa eversa vi tempestatis, & jugerum soli amplexa. *Montibus* quidem delectatur, sed descendit, & in plana. Pulchrior & major in campis: melior materiæque crispioris in montibus. 2. *Quercus sylvestris*, quæ Latinis *Robur* tota est ossea; medulla nigra; *cortice*, si novella lævi & glabro; si annosa, duro, rimoso. *Glans* ei parva, fungi noxii.

II. Idæis quinque apud Theophrastum quercus genera. 1. ἔμιερις, quæ brevior & in orbem comosa: *materia* robusta. *Cortex* scaber. *folia* lęvia, duriuscula, oblonga, supernaparte virentia. *glans* grandissima & quæ suem diffusam & gravidam facit: inter *gallas* quædam nigræ ad pannorum tincturam. 2. Αἰγίλωψ, quæ materie est rectissimâ, lævissimâ, & per longitudinem robustissima; *glande* tristi, & horrida. *gallâ*, domestica læviore, sed nullius usus. βρύῳ muscoso, cubitali longitudine. Incultis est amica. Πλατύφυλλος seu *Latifolia* quæ secundas rectitudine & excelsitate à præcedente tenet. *Materia*

Theophr. H.P.l.1.c.9 13.l.3.c.6. l.16 c.1.6. 27.31.44.

Theophr. H.P.l.3.c.6.

Plin.H.N. l.16.c.27.

Ibid.c.1.

Ibid.c.11. Ib.l.13,c.18

Theophr. H.P.l.1.c. 8.9.

Ibi.l.3.c.9.

Plin.H.N. l.16.c.8.

ad

Tab: LIX.

Quercus latifolia longo pediculo.

Quercus Calyce Cirpido glande minore.

Quercus latifolia Vulgaris. Eichbaum.

Quercus Calyce echinato glans

Quercus calyce echinato glande majore.

Quercus Gallifera muricati folia major.

Quercus vix pedem Superamus.

Quercus Burgundica Calyce Cirpido.

ad ædificia deterrima: ad cremandum, vitiis obnoxia. *glans* post domesticam optima. *Galla* cerri similis sed minus probata. 4. *Fagus* seu *Esculus* quæ est patula & densa; *caudice* crassissimo & minus in rectum assurgente: *materia* à putredine libera: *glande* rotunda, dulcissimâ; & qua obsessi duravere, Arcades vescebantur. Peculiare ipsi cum ἀλιφλοίῳ seu corticoso, quod ambæ imâ summaq; glandis parte in lapideam degenerant duriciem, quædam cortice, quædam corpore. Ideò detractis lapillis, concava perinde atque in animalibus relinquuntur. Provenit cæsurâ triennio serior Plinio, minusque morosa nascitur. 5. ἀλιφλοίῳ, crassi cortex, cui *truncus* plærumque cavus & fungosus, & facile etiam dum vivit, putrescens; *cortex* crassissimus; *glans* rara, & si tulit amarissima, quam præter sues nullum attingat animal; βρύον nigricans & pusillum. Sola fulmine tangi creditur. Ideo ligno ejº nec ad sacrificia, apud Arabes nempe, uti, fas habebatur. Hoc quoque neglectę religionis est, quod emortuo carbone sacrificabatur. Materia ad axes similiaque tantum commoda.

Theophr. H P. l. 3. c. 9 Plin. l. c. Plin. H. N. l. 17. c. 10.

Plin. H. N. l. 16. c. 6. Theop. H. P. l. 3. c. 10.

III. Apud *Macedonas* quatuor Quercuum prostant genera. 1. *Etymodrys* quæ eadem cum domestica. 2. *Latifolia*, cui *glans* amara; *materia* ædificiis & carboni minus utilis. In ærariorum hic tantum officinis compendio, quoniam desinente flatu emoriens, protinus recoquitur, cæterum plurimis scintillis. 3. De *Esculo* nihil occurrit. 4. *Aspris* quæ quibusdam steriliseſe creditur, aliis glandem raram & quæ caput petat habere.

IV. Quercum Polybii descriptam apud Strabonem & Athenæum habemus. Radicem habet magnam ut quercus perfectæ. A terra minus attollitur, quam humilis aliquis frutex semper tamen minor invenitur, quæ infra columnas nascitur. Tantum fert glandium seu fructus, ut post maturitatem, littus maris intra extraque columnas, oppleatur, eo alluvie ejecto. *Nascitur* in Lusitania, non tantum in ipso profundo maris quo alluitur, sed etiam ad mare, imòin terra per Hispaniam. Polybius tradit glandem ab Hispanis etiam in Latium mitti, nisi fortè eam Sardia generet, & vicina loca. Vescuntur iis Thunni & pinguescunt. Quercus

Articulus II.

De Quercu Recentiorum.

Punctum I.

De Quercu arbore.

CIrca *Quercum* tria occurrunt, *Arbor ipsa*, *Excrementa* & *Viscum*.

Quercus apud Recentiores Botanicos, rectè in *Glandiferam*, & *Glandigalliferam* distinguitur.

1. *Quercus Glandifera* diversa habet genera; quorum alia à *Foliis*, alia à *Fructu*, alia à *Magnitudine* deducuntur. Vid. Tab. LIX.

1. Foliorum ratione est quercus triplex 1. *Latifolia*. 2. *Perennifolia*. & 3. *Longo pediculo*. 1. *Quercus latifolia*, est vel *Mas* vel *Fœmina*. 1. *Quercus glandifera latifolia mas*, πλατύφυλλος *Ideorum & Maurorum*, *Glandiferarum arborum species tertia* Anguillaræ dicitur. Arbor est ramis brachiata. *Caudice* vasto recto & crassissimo, cui materies firma. *Cortex* scaber rimosus inferius, superius aliquando lævis; alburnum intus. *Folium* in principio tenerrimum & facilè pruina marcescens, lutei coloris, rubicundi in novellis mox viridius & solidum, vetustæ sinuosissimum, minus in ea quæ cæsa novam frondem mittit, sed tum maximè spissum & latum, nigrescens potius quam flavescens ubi decidit. Comitantur id circa diem S. Georgio sacrum oblongæ & lutea *Cachryes*: quas perexigui rubri flosculi excipiunt. *Glandes* ex his mediocres, calice pustulata scabritie asperato; spissiores fœminea, quorum quibusdam tunica rubigine

Quercus. bigine ſcabra ſubeſt, aliis ſtatim candidum corpus; ſæpè terni aut bini ſimul cohærentes, rarò unica in ſummo arborum prodeunte. Circa diem D. Jacobi è calice prorepunt & Auguſto matureſcunt. Obſervantur in ea circa Aprilis finem vel Maji initium nucamenta ſeu *juli*, in quadrantalibus pediculis muſcoſi, ex apiculis herbidis & ſeſſilibus compoſiti, ſic ut interdum ligulam verticillatim coronent. Obſervantur & *glandium* rudimenta, tanquam globuli minimi, purpurantes & hirſuti, privatis pediculis inſidentia.

Bauh. H. P. l. 7. c. 1. p. 73. Paſſim eſt obvia. In monte Comitatus Montbelgardenſis Clerimont, altæ ſunt, rectæ, & ſine ramis, ac ſi data opera deciſi fuiſſent. De *Uſu in Medicina* nota. Ex *ligno* decoctum contra luem veneream parari. *Corticem* medium, & interiorem glandis tunicam in aqua & aceto decoctum, ſacri ignis æſtum tollere vel lenire. Ex *foliis* tenellis medio Majo aquam, contra capitis æſtuoſos dolores, & fluxus omnigenos, albos inprimis, ſanguinisque exſpuitiones, deſtillari. Hippocrates ad ſuffocationem matricis in ſuffitu utitur; & tenella contrita illita, vulnera ad cicatricem perducere certum. Decocta cum vino, dentium dolorem ex fluxu obortum convincunt, ſi ſæpè eo os colluatur, idque experimento habemus. *Carbonum* candentium ſuffitus, urinæ difficultati in mulieribus conducit, ſi vino aſperſorum vapor per infundibulum in uterum recipiatur. *Cupularum* cum aqua foliorum & amygdalis dulcibus decoctum, dyſenteriam peſtilentem ſiſtit. De *catero*, ſcobe corticum juniorum præparantur coria. Quernæ carinæ triremibus ſubjiciebantur à Cypriis. *Materies* optima ad ædificia, ex eaque dolia vinaria & cereviſiaria fiunt. Vetuſtate nigreſcit. *Glandes* olim Arcadum & Luſitanorum in montanis degentium cibus. Molitæ aliquando in farinam, ſpiſſatæque in panem. Inter bellaria apud Athenienſes igne torrefactæ. Sed & nunc in Hiſpania ſecundas menſas occupant. Craſſi ſunt ſucci & tardioris exitus: convenientiusque ſuibus & ovibus pabulum. Dantur apud Columellam & bobus. Viſa Franciſci I. Gallorum Regis in nemore Tronſac propè Bituriges, ſtupendæ altitudinis & craſſitiei, juſſu Regis pedamentis munita. Viſitur, & Baſilicæ in viridario S. Petri, trunco homine breviore, craſſitudine quantum vix tres homines comprehendant, ramis ſenis aut ſeptenis vaſtiſſimis, quorum quilibet quercus vulgares ambitu æquat, ita in orbem repandis brachiata, & triplici pedamentorum ordine in immenſum ambitu ſuffulta, ut jam multos ante annos, centum paſſus circumeunti non ſufficeret. Fons ad ipſum ferè truncum perennis, perennes per tubos excutit lymphas. Maximiliano Cæſari ſub ea, cum ſua aula diſcumbere & cænitare licuit. 2. *Quercus latifolia fœmina*, ſuperiore per omnia minor eſt; *foliis* ob denſas lacinias veluti criſpis: *glandib.* interdum quinis aut ſenis, ſæpè ternis aut quaternis, rarò binis, rariſſimè ſingularibus calici firmiter adnexis, dulcioribus & mollioribus. ſæpè penè rotundæ & imperfectæ calyci continuæ reperiuntur. 2. *Quercus latifolia perpetuò virens* conſpiciebatur in Thurino agro ubi Sybaris fuit ex ipſa urbe, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æſtatem germinans. Viſa talis & in Apennino & in Andium Gallicæ gentis agro. 3. *Quercus latifolia longo pediculo*, eſt *Hemeris Idæorum, Etymodrys Macedonum*, Gazæ *placida*. Hoc unicum ei peculiare, quod glans modo unica, modo gemina longo pediculo affixa dependet. Ampliſſimæ circa Viennam, quarum glandes viridi quadam & polygonâ excreſcentia, quæ reſiccata gallorum modo firma & dura erat, includebantur. In Guayaquil ſunt ſingularis præſtantiæ & longiſſimæ durationis.

Colum. R. R. l. 6. c. 3. Choul apud Bauh. l. 1. p. 69.

Bauh. H. P. l. 7. c. 1. ex Conſtant. Plin. H. N. l. 16. c. 21. Theophr. H. P. l. 1. c. 15 Bauh. Phytop. l. 11. f. 4

Clus. H. P. l. 1. c. 13.

Acoſta H. Amer. l. 4. c. 30.

Plin. H. N. l. 16. c. 5.

II. Fructus ratione eſt Quercus duplex 1. *Calyce nempe echinato, glande majore.* 2. *Calyce hiſpido glande minore.*

1. *Quer-*

Bauh.Phytop.l.11.c.4 Bauh.H.P. li.7.c.2.p. 77. *I. Quercus calyce echinato glande majore*, est αἰγίλωψ *Idæorum*, *Aspris Macedonum*, *Cerrus Latinorum*. In ingentem erigitur altitudinem. *Materia* est per longitudinem robustissima. *Folium* crassum amplis incisuris laciniatum. *Glans* tristis, horrida, rotunda, ac velut obtusa, & amarissima, calyce Echini marini magnitudine, rigidis latis in cinereo candicantibus aculeis vallato & echinato insidet, quæ immatura clauditur; matura se exerit. *Provenit* in Cypro, Chio, Hetruria, & qua Pisauro Romam itur.

Cæsalp. in Hist.Plant. apud Bauh. Lobel.Observ.584. Clus.H.P. l.4.c.12. *II. Quercus calyce hispido* est duplex, 1. *Glande minore*. 2. *Burgundica*. 1. *Quercus calyce hispido glande minore*, est *Haliphteos* seu *Cerrus fœmina*, *Ægilops minore glande* Dodonæo, *Cerrus Ægilops* Clusio, *Cerris Plinii minore glande* Lobelio, *Quercus tertia species quæ in Hetruria Farnia* Cæsalpino. Altitudine est vulgaris quercus. *Materie* candidiore & laxiore, *Cortice* crassiore & scabriore; foliis frequenter & minus alte incisis; *ramulis* brevioribus & frequentioribus nodis obsitis; *gemmis* minoribus & aliquot foliis ceu villis septis; *floribus* racematim compactis. *Caliculi* annotinis ramis adhærent, hispidi & molliter echinati, in quibus *glans* brevior, obtusior, in Autumno matureſcens. Sæpèramorum libralia in lapides, matrice in silicem etiam conversa, visa. Provenit in sylvis Pannoniæ. 2. *Quercum calice valde hispido Burgundicam* eandem cum *Cerro fœmina* Dalechampii, & Clusii *Ægilope Cerro* quæ nobis *Quercus calyce hispido glande minore*, Jo-

Bauh.H.P. l.7.c.1.p. 78. hannes Bauhinus facit. *Glandes* sunt vulgaribus pares, orbiculatæ & aliquantum compressæ, quæ ex calyculis parum exeruntur. spiculis echinatis longis, flavis densis, sed non ita rigidis erectisque horrentibus. Copiosè in Apennino & Burgundiâ qua itur Vesontio Dolam nascitur. Huc refer *Quercum Mauritanicam* grandissimâ glande, cujus apud Scaligerum mentio.

Quercus. Exerc.181. s.26. Cordus in Dioscor. Bauh.Phytop.l.11.4. Lob.Obse. p.586. *III. Magnitudinis* ratione Quercus est 1. *Parva*. 2. *Vix pedem superans*. 1. *Quercus parva*, Græcis *Phagus*, Plinio *Esculus*, Ilicis genus quod Hispani *Enzinas* vocant Cæsalpino. *Foliis* est quercus cum longo pediculo angustioribus, infernè candicantibus. *Glans* communiter unica, rarò gemina, & aculeo magis pungente. Hispani *Enzanas* & *Velletas* vocant, coctasque sub cineribus secundis mensis apponunt. Est & in *Olympo* Quercus folio tenui, glande minoribus fabis haud majore, quam veteribus incognitam putat Bellonius. 2. *Quercus vix pedem superans*, Lobelio *Quercus humilis fruticis specie, fronde ilicis molliore. Ramuli* sunt tenues & flexibiles, vulgaris quercus virgultis simillimi; *folia* roboris generibus majora & molliora; *glans* crassior, calyce planiore, admodum amara.

Observ.t. Clus.H.P. l.1.c.12.p. 19.

II. QUERCUS GLANDIGALLIFERA dicitur ROBUR, cujus differentia à *folio*, *magnitudine & patria* sumitur.

I. A Folio est Quercus galliferâ 1. *Lanugifolia*. 2. *Muricatifolia*.

I. Quercus gallifera lanugifolia est triplex, 1. *Major*. 2 *Minor*. 3. *Gallæ mali magnitudine*. 1. *Quercus gallifera lanugifolio major*, Clusio robur primum, vulgari est similis sed humilior: *materie* robusta: *caudice* magis contorto, frequentioribusque ramorum alis cavo. *Folia* magis incisa & sinuosa quam quercui, quæque aversa parte molli canaque lanugine pubescunt. *Frequens* est in celsis castellæ veteris montibus, atque in Aquitania supra Burdegalam. 2. *Quercus gallifera lanugifolia minor*, Clusii *Robur secundum*, strigosior est Quercu, *folio* minus amplo, altera parte nonnihil incano & minore glande. *Crescit* in Austria, Styria & Pannonia. 3. *Quercus gallifera; gallæ exigui mali magnitudine*, Clusio

Clus.H.P. l.1.c.13.

Quercus. Dod. Pem. 6. l. 4. c. 2.

Robur tertium, Dodonæo *Galla major*, Garziæ fortè *Galla magna*, quas *Poma de Coquo* nuncupant. Vix aliquando humanam altitudinem excedit, forma foliorum & canicie similis. Stolones ab una radice numerosi. *Galla* exigui mali magnitudine sphærica quidem, sed aliquot tuberculis aspersa. Rubent recentes, eâ parte qua Solem spectant: cohærentque ramo contiguæ, sed sine ullo ordine, in tanta aliquando copia, ut uni vix palmum superanti, octo vel novem insideant. Gerunt & folia *pillulam*, quercus nostratis similem. *Frequens* est in Castello & Austriæ montibus. Ramis contortis fissis & exsiccatis rustici in Hispania pro tæda utuntur.

II. Quercus gallifera muricatifolia est duplex, *Major* & *Minor*. 1. *Quercus gallifera muricatifolia major*, Clusio *robur quartum*, aliis *Galla* sive *Robur majus*, in arborem excrescit pusillam. *Folia*, quæ duriora & angustiora, non tam profundus sinus, sed aculei veluti denticulati; infernè candicant, nulla molli lanugine aspersa. *Galla* color pallidior, & acuta tubercula. 2. *Quercus gallifera muricatifolia minor*, Clusio *Robur quintum*, Dodonæo *galla minor*, superiori similis est, stolonibus brevioribus & magis contortis, cortice rugosiore. *Galla* extremis ramulis nascuntur minores aliis, læves & sine tuberculis; quibus ex russo nigricans color.

Clus. H. P. l. 1. c. 13.

Ibid. Dodo. l. c.

III. A magnitudine est *Quercus humilis*, Clusio *Robur sextum*, quæ fruticis potius, quam arboris nomen meretur: tenuibus & lentis ramis; foliis quercus gallliferæ lanugifoliæ minoris, sed minoribus, nec adeo sinuosis. Gallarum, quæ minores, ferax est, & plærumque binæ, ternæ aut plures simul nascuntur.

Clus. l. c.

III. A patria nomen *Iavanica Quercus* mutuatur, Malaiis *Kiati* dicta. *Lignum* est undulatum & insigni duritie, durabile idem, nec vel teredini, vel formicis albis, ita obnoxium. *Folia* patula, aspera, siculneis similia. *Flos* flavus peponum floris instar. *Fructus* Nux galla.

Bontius H. N. & Med. l. 6. c. 16.

EXOTICA.

Ad Quercum refero fructus. 1. *Glandes Americanas*. 2. *Glandem Virginianam*, cujus calix ex Windecaovv relatus est. 3. *Chequinquammens Virginianorum*. 4. *Glandem Indicam substantiâ pænè osseam*. 5. *Glandem Indicam magnam subrotundam Platert*. 6. *Fructus Orellanæ materie intus instar Gallarum*. TAB. LX.

I. *Glandes Americanæ* vel potius baccæ, quæ in diversis arboribus nascuntur, sunt quinque generum. 1. *Sagatemener*. 2. *Osamener*. 3. *Punnicboner*. 4 *Sappumener*. 5. *Mangumenauck* ut suo Virginiani idiomate vocant. *Tres priores* craticulis arundineis impositas lento igne siccant, & ubi libet aqua macerant & ebulliunt, vel ex iis dulce oleum exprimunt. Ex tertia quæ aqua macerata & cocta castaneæ est sapore, pinsitur aliquando & panis. *Quarta* inter ignobiles & mancipiorum deputatur cibos. *Quinta* decocta in cibum cum piscibus vel carnibus cedit. De Laet Ind. Occid. l. 3. c. 22.

II. *Glandi Virginianæ*, cujus calix ex Windecaovv relatus est, Latitudo fescunciæ, unciæ profunditas, durities ingens, squammæ multæ hispidæ & firmæ; ex cineraceo fuscæ; internâ parte ad glandis usque sedem, multa, brevis, mollis; & veluti sericea cineracei coloris lanugo. Fortè *glandis Mangumenauck calix*. Clus. Exot. l. 1. c. 16. p. 43.

III. *Chequinquammins Virginianorum*, fructus exigui, glandibus similes, nisi quod calicibus avellanarum instar contineantur. Siccatas recondunt, & ubi opus, duorum saxorum attritu comminutas, supra cratem tostas, ligneo pistillo in pollinem redigunt, aqua macerant, & lacteo illarum succo, quem *Pawwcohiccoram* vocant, vescuntur. Fiunt ex iisdem panes & potus, quibus primates festivis diebus deliciantur. De Laet de script. Ind. Occid. l. 3. c. 22. p. 81.

IV.

Tab: LX.

Glandæ Indicæ quinq; substantia fere ostreæ.

Quercus gallifera gallâ exigui malâ magnitudine.

Quercus gallifera muricati folia minor.

Fructus Orellanæ materie instar gallarum

Gallæ oblongæ Istriacæ

Glandes Indicæ magnæ subrotundæ Plateritres

Gallæ provinciales.

Excrementum Quercus Villosum

Gallæ oblongæ Istriacæ.

Gallæ maximæ



Tab: LXI.
Gallæ Vmbilicatæ.
Gallæ fungum exprimentes.
Gallæ sessiles.
Gallæ gallericulatæ.
Gallæ Cornutæ, radiatæ. Echinatæ.
Gallæ pileiformis.
Gallæ Cornutæ, radiatæ Echinatæ.
Gallæ foraminulentæ.
Galla tuberculosa
Pillulæ quercus Capillatæ.
Pilulæ Quercus Mæxædoveis.
Geamæ foliorū Quercus foraminulentæ
Pillulæ Quercus aquosæ.

Bauh. H. P. l. 7. c. 14. *IV. Glans Indica substantia penè ossea*, visendæ erat pulchritudinis. Erat glandi quercinæ figura & magnitudine similis, intus candida, substantiâ penè ossea, nullius saporis: exterius nigra, & venulis ac lineis squammatis corticatisque ruffis, per superficiem reticulata. *Cupula* crassa, dura & lignosa, cui extus multorum denticulorum, mutuo sibi incumbentium, imbricata asperitas, color cinereus; pediculus semunciam longus, crassus atque lignosus.

Ibid. c. 15. *V. Glans Indica magna subrotunda Plateri*, quæ sub titulo *Fructus Balsami* à Robino accepta est, Juglandem magnitudine æquabat. Cortex flavescens, lævis, crassiusculus; area scabra, subcinerea, hyli imaginem præ se ferente insignitus. Ruffus idem intus, rugosus, intercurrentibus veluti venulis; in quo velut in pulvino jacet nucleus rotundus, facie glandis aut castaneæ, geminus extra scaber & ruffus, substantiâ dura, colore glandis, sapore dulci.

De Laet Ind. Occid. l. 17. c. 9. *VI. Fructus Orellana materie intus instar Gallarum.* Cortice erat lignoso, exterius tuberculoso, è duobus veluti *orbibus*, coloris fusci, & qui interius in duas orbiculares cellas ligneo sepimento dividuntur, constante. Singuli sui *nuclei*, rotundi, sed qui sepimento incubant, parum compressi, quibus cortices lignosi, tenues, interiore parte purpurei seu violacei. Vacui intus erant, materie penè gallarum instar, sed magis fungosâ.

Punctum II.

De Quercus Excrementis.

Tab. LXI. EXcrementa Quercuum illa dicuntur, quæ præter fructus in Quercubus reperiuntur; quæ vel in *Genere* vel in *Specie* considerari possunt.

II. *In genere* sunt Excrementa quercus varia. Est enim 1. *Moro simile.* 2. *Pudendi virilis effigie.* 3. *Tauri caput referens* 4. *Villosum.* 5. *Fungosum.* 6. *Nuculæ facie album.* 7. *Purgans.* Quercus.

I. Excrementum moro simile, συκαμινώδες, est aridæ duritiei & fructu contumax. Duplex offendit Bauhinus, qui *Tuberosum* vocat, *Majus* & *Minus*, cavernosum utrumque & ex plurimis veluti baccis uvarum specie aggestum. *Majus* minutissimis & rigidis spinis horrebat, colore ex rufo in pullum ac fuscum tendente. Theophr. H. P. l. 3. c. 8. Plin. H. N. l. 16. c. 7. Bauh. H. P. l. 7. c. 2. p. 87.

II. Excrementum αἰδοιῶδες, *pudendi virilis effigie*, Lugdunensi *Veretrum*, quod initio refert. Bodæus Stapel. ad Theoph. l. 3. c. 8. p. 149.

III. Excrementum tauri caput referens, quod Tabernomontano *Gallorum genus undecimum*, aliis *Galla asinina*, Theophrasto ταυροκεφαλόν. Durum est, & perforatum. Ruptum, nuclei olivæ speciem intus ostendit.

IV. Excrementum villosum, est Dioscoridi ἀπλάγχνῳ, Theophrasto φάσκον, Plinio *Sphagnos* & *Bryon*, Lugdunensi *Splanchnon* & *Hypnum*, Arabibus *Vsnea*, solaid Ægilops fert pannis simile, canum & muscosum, cubitali longitudine pendens uti vestis lacera & longus pannus. Nascitur è cortice, non surculorum cacumine, unde glans; nec ex gemma, sed ex superiorum ramorum latere. Plinius pannos arentes muscoso villo canos vertit. *Vsus* ejus in sanguine sistendo, quod ab ursis didicimus; somno inducendo, si vinum in quo maduit propinetur; dolorem dentium expugnando, si in rubro vino decoctus gargarisetur; in abortu præcavendo, si exsiccatus, in ovo sorbili ebibatur. Ex eodem pulvis Cyprius à Monspelliensibus paratur. Processum vide apud Bauhinum. Theophr. H. P. l. 3. c. 9. Plin. H. N. l. 24. c. 13. Ib. l. 16. c. 8. Bauh. H. P. l. 7. c. 2. p. 88.

V. Excremento Quercus fungoso substantia rara, laxa, succulenta, acida; magnitudo nucis juglandis; superficies inæqualis, tuberosa, pulchertimi ruboris, reliqua parte albi, vel pomorum instar lu- Ibid. p. 86.

Quercus. teoli. Adnascitur verno tempore sine pediculo quercubus, quarum glandes longo pediculo dependent. Excipit successu temporis vermiculos, qui multas callosas cellulas sibi efformant.

Bauh. l. c. *VI. Excrementum album nuculæ facie*, Bauhinus summitati surculi foliis carentis insidens invenit. Compressum ex rotundo erat, infernè sessile, supernè umbilicatum, cuticula albida ac levissima, sub qua spadiceum visebatur; reliqua substantia ad Nucis myristicæ callum accedebat. Extimæ superficiei scrobiculi & tubercula. Sapor toti adstringens.

Ibid. p. 88. Lobel. in Obser. 583. *VII. Excrementi quercus purgantis* antiqui, ut tradit Lobelius meminere, instar Ledi pullulantis; quod, inquit, & purgat & adstringit summoperè. Fateor me nullibi de eo legisse. Scio inter purgantia esse, quæ stringunt; sed quæ vehementer purgent & vehementer simul stringant, vix dari posse credo.

II. Excrementa Quercus in specie considerata sunt, 1. Gallæ. 2. Pillulæ. & 3. ab his diversa.

I. De Gallis ex sensu Veterum & Neotericorum dicendum est.

Theophr. H.P. l. 3. c. 6. & 6. Diosco. M. M. l. 1 c. 146 Plin. H. N. l. 16. c. 6. 7. I. Apud *Veteres* pro fructu accipitur quandoque. *Nascitur* sole de Geminis exeunte, & noctu semper universa, & plærumque ἀθρόως erumpit. *Optima* Comagena, *deterrima* ex robore. Signum ejus quod cavernæ translucent. *Vsus* earum in adstringendo & tingendo nobilis, Crematæ & in vino aut aceto extinctæ fluentem sanguinem sistunt. Tritæ excrescentias in corpore tollunt. Capillos aceto aut aqua maceratæ denigrant. Præbent & curiosioribus præsagia. Si ex fractis (perforatæ esse non debent) musca evolaverit, indicium est belli; si anniculus prorepat, famis; si araneus, pestilentium morborum. *Genera apud Theophrastum, Dioscoridem & Plinium* occurrunt. *I. Apud Theophrastum Candidæ & Nigræ* fit mentio. 1. *Galla Candida* una die crescit, & si æstu excepta est, arescit protinus, neque ad justum excrementum pervenit. 2. *Galla nigra* diutius viret crescitque, ut interdum mali compleat magnitudinem. *II. Dioscoridi* alia est *Omphacitis*, alia *Plana*. 1. *Galla Omphacitis* parva est, κονδυλώδης, tuberosa, ad formam nodorum & tuberum qui in digitorum juncturis & curvaturis conspiciuntur, gravis & nullo foramine pervia. Efficacior est altera. 2. *Galla Plana* nihil habet eminentiæ, levisque est & perforata. *III. Plinius* præter Nigram & Albam, *Solidæ* quoque & *Perforatæ*, *Majoris* & *Minoris* meminit, sed perperam. Eandem esse, comparatio innuit. Sed nec Galeni flava vel magna, quam οἰνοκηκίδη ἀγροικὸν vocabant, alia quam nigra, quæ cum perforata eadem. Nam vel οἴνοψ nigrum significat Hesychio: & ut nigra ad nigredinem vergens; sic flava ex flavedine subnigra, intelligenda est.

Theophr. H.P. l. 3. c. 6. & 8. Diosco l. c. Plin. H. N. l. 24. c. 4. Gal. Simp. l. 7. c. 17.

II. Apud *Neotericos* haud parva quoque Gallarum varietas. Sunt enim *I. Gallæ orbiculatæ maximæ* quæ quæ duplices *Orientales* nempe, & *Provinciales* aut *Illyricæ*. *Illæ* ex Oriente adferuntur. *Hæ* ex Provincia & Illyrico. *Ponderosæ* sunt quædam cæteris omnibus ut osseas dicas, solidæ, durissimæ, tuberculatæ, fuscæ aut subnigræ, pediculo crasso. Quædam *leves* & penitus fungosæ, mediæque inter gallas & pillulas Quercus substantiæ. Sunt geminæ, sunt & singulares; omnes ἄτρητοι. *II. Gallæ oblongæ* quæ vel *Istriacæ* vel *Tyrrheni maris*. 1. *Gallæ oblongæ Istriacæ* Bauhino exhibitæ, cum extremitatibus seu pediculis ramusculi quibus adhærebant, ita ut eas ambivisse viderentur, rugosæ erant. 2. *Gallæ oblongæ Tyrrheni maris* ad maris mediterranei littora nasci creduntur. Fuere ex his illæ quas Bauhinus sub nomine *Gallarum maximarum Exoticarum* describit. Amplitudo eis ovi gallinacei, leves, color fuscus, secundum longitudinem aliquot sulci, nulla tubercula, nec quicquam foraminum. Corona superius, sed circulum non absolvens; interiora nigra. *III. Gallæ minores sessiles*, sub *sexto Taberno-*

Tab. H. P. l. 3. l. 4. c. 8. p. 843. Bauh. H. P. l. 7. p. 82. Ibid. p. 2.

bernomontani sunt *genere*. Virides quidam esse volunt & Omphacitas. Si hæ, minores sunt, uvæque acino magnitudine æquales; rugosæ, solidæ, nullo foramine perviæ. *IV. Gallæ galericulatæ*, sub titulo *Gallarum fungum exprimentium*, Bauhinus proponit. Diversarum sunt figurarum. *Aliæ* sunt supernè umbilicatæ, circa media laciniatæ; *aliæ* utrinque ventricosæ: *aliæ* semiglobum exprimentes; *aliæ* ambitu pentagono; *aliæ* radiato & stellato. Carent plætæque foraminibus: omnes duræ, & ad ligneam naturam accedentes. Habuit Bauhinus, piro vix majores, duriusculas, non foraminulentas & lævves. *V. Gallæ umbilicatæ*, balaustio brevi & inveterato absque flore, vel nuper ex flore emerso Mespilo, foliato umbilico, figurâ, soliditate, perbrevi & crasso pediculo ad amussim respondent. Colore sunt pullo ac nigro; foraminibus nullis; crusta seu umbilico rigidissimo. *VI. Gallæ angulares* sunt variæ, 1. *Cornutæ* nempe, 2. *Radiatæ*. 3. *Echinatæ*. 4. *Pileiformes*. 5. *Tuberculosæ*. 6. *Foraminulentæ* & 7. *Quinquangulares*. Ex his priores *tres* vulgaris non parum sunt duriores. 4. *Pileiformes*, aliquo modo pileum sacerdotalem πτερύγιον exprimunt, in qua quatuor veluti cornua, interna parte cinerea, inferiore tota lucentia, sursum tendunt. In medio est aliquid quadranguli formæ, in cujus medio veluti umbilicus. Totæ ex luteo lucent. 5. *Tuberculosis* ex albo flavedo, latera inæqualia, tubercula seminibus fragorum similia quam plurima. 6. *Foraminulentæ* totæ sunt tales, flavescentes, lignosæ duræ. 7. *Quinquangulares* ex Brasilia allata fuit, uncia minor, superna parte aliquantulum protuberans; infernâ longior, & ad sedem usque gracilescens. A centro ad extremos usque angulos quinque sunt lineæ.

Camer. Epit. p. 120.

Bauh. H. P. l. 7. p. 82.

Ibid. p. 84.

Ib. c. 2. p. 85

Clus. Exot. l. 2. c. 25. p. 33.

II. Pilulæ quoque sunt quintuplices. 1. *Lanatæ*. 2. *Capillatæ*. 3. Μαχαλοφυεῖς. 4. *Foliosæ*. 5. *Aquosæ*. 1. *Pilulæ Quercus lanatæ*, Theophrasto πίλοι, sunt pilæ lanuginosæ, molles, putamine duriore contentæ. Plinius nucibus non absimiles scripsit, & quæ intus floccos molles, lucernarum luminibus aptos haberent. 2. *Pilulæ Quercus capillatæ*, ζῳάριον κόμην ἔχον, comosæ sunt, cum capillo nullius usus. Verno tamen tempore mellei succi. Lobelius qui specie *Bedeguaris* Excrementum spongiosum & muscosum vocat, in Romano agro collegit. Æmulatur illi quodammodo quod in rosis, sed villis rigidioribus, fuscis ac subnigris; fibris multifidis; surculumque circa media durum immediatè complectitur. 3. *Pilulæ Quercus* Μαχαλοφυεῖς, Lugd. *Sessiles*, Clusio *capita multis squammis constantia*, Bauhino *Pilulæ in alis ramorum*; inferius ad pronos alarum recessus gignuntur, sine pediculo, intus cavæ, peculiares & versicolores. Umbilici eminentes candicant, maculosi aliquãdo, aliquando medii cocci colore splendentes. Apertis atra inanitas inest. Solent quanquam rarò in lapillum magnâ ex parte pumicosum degenerare. *Has & Thalius innuere videtur.* Visæ ei in quercubus humilioribus, inter crebriores foliorum simul cohærentes petiolos, ad aliquod ramulorum tuber. Squammatim sibi cohærebant, oblongiusculæ, ad basin rotundiores in tenuem mucronem fastigiabantur, ita ut conulum exiguum exprimerent. Forte κάλυξ Theophrasti, qui nihil aliud quam globosus foliorum conceptus inter præcedentem exortum, sive articulum, & novellam germinationem medius. 4. *Pilulæ Quercus foliosæ*, Bauhino *Pilulæ è foliis convolutis*, Theophrasto ζῳάριον φυλλῶδες. Rariores sunt, & convolvuntur è foliis, compressæ per se atque oblongæ. 5. *Pilulæ aquosæ* Theophrasto ζῳάριον ὑδατῶδες, Galeno ὀροκίδες, Trago *pilulæ asininæ*, Lobelio *Quercus vulgaris cum suis excrementis fungosis.* Aquosas, candicantes & translucidas *Plinius* facit, quamdiu molles: rubenti folio insidere, culices ferre, & in modum gallæ maturescere. Rotundæ sunt, magnitudine exiguæ gallæ, *ex*

Theophr. H. P. l. 3. c. 8.

Quercus.

Plin. H. N. l. 16. c. 6.

Lobel. in obse. p. 583.

Theop. l. c.

Clus. H. P. l. 1. c. 13.

Plin. l. c.

In Sylva Hercynia.

Theop. l. c.

Ibid.

Plin. l. c.

Quercus. *Neotericorum observatione*, læves, fungosæ, pallidæ, & subacidi gustus, vetustateq; in Octobri nempe corrugantur. *Nascuntur* adventante autumno post primos ejus imbres, aversa & terram spectante, foliorum parte. Aridæ & inveteratæ digitis facilè in pulverem atteruntur. Autumno calidiore vermes gignunt, qui in culicellos facessunt. Copiosissimæ in Frisia Orientali propè Auriacum, & in Anglia, prope Hallifaxiam. *Referri* ad eas debent, si non sunt eædem, *fungosa boletisque similes*, acerba humiditate plenæ in quibus similiter vermes qui in culices abeunt. Primum eas ex recentioribus observasse Tragum, vir doctus reliquit.

Bauh. H. P. l. 7. c. 2. p. 87. *III. Excrementa à Gallis & Pilulis diversa* sunt tredecem. 1. *Gemmæ foliorum foraminulentæ*, quæ autumno circa Befordiam & alibi observatæ sunt. Centum supra triginta in uno folio numerantur, minutissimæ, veluti sphærulæ corollares compressç, in medio pertusæ, colore ex byssino in fulvum nitente eleganter splendicante, ac si holoserico subtilissimo obductæ essent. Visa in eodem ramo capitula squammata. 2. *Albumen Quercus*, cujus Scaliger mentionem facit, de, quo hoc unicum habeo, posse cum animalis pingui comparari. 3. *Coccus*, quem in quercubus Ciliciæ nasci, cochlearum exilium similitudine, oreque ab illius regionis mulieribus legi, Dioscorides author est. 4. *Nodi* seu *Verrucæ*, quæ intra Quercuum corticem interdum inveniuntur, glandulatum in homine analogæ, lignosæ, materiâ querna, crispa & eleganti, cortice proprio ruffo & fungoso obductæ. Visæ pugni magnitudine; visæ & avellanæ. Prominent aliquando foràs, luxuriantis alimenti indicia. 5. *Iuli*, de quibus nihil occurrit, præter iconem. 6. *Capitula squammata*, quæ ramis tam extremis quam ad latera brevissimo pediculo adhærescunt, scabiosæ aut jaceæ capitibus majoribus similia, squammulis membraneis & subhirsutis, subcinereis aliquando, sæpè fulvis aut ruffis, amplitudine unciali. à Thalio descriptæ sunt. Vides aliquam à pilulis μακαλιγένεσι differentiam, imprimis si Theophrasti delineationē spectes. *Iconem* vide in Gemmis foliorum foraminulentis. 7. *Squammæ foliorum Quercus*, quæ autumno appropinquante in sinistro latere videntur, rotundæ, candidæ & caducæ. Apparentibus (*flosculos* rustici vocant) copiosi sequenti anno glandium proventus, spes concipitur. 8. *Uva quercina* quæ radicum quercus fibris sub terra adnascitur. Magnitudo ei juglandis; substantia ex pluribus velut acinis racematim cohærentibus compacta, dura; color vere extus, quo tempore vegeta est & colligi debet, purpureus; intus, candidus & quasi lactifer. (Bauhinus rubentem seu ferrugineam meditullio nonnihil albo facit.) Perit in æstate & fit quasi lignea. Ideo vere debet colligi, in umbra siccari & pulverisari. Præstantissimum in dysenteria remedium. Podagricis succus magno solatio inungitur. 9. *Agaricum*, seu *Fungus Quercinus* qui in Quercuum annosarum caudicibus reperitur, colore in fusco cinereo. Nonnulli recentem sale conditum loco calido reponunt; succum emanantem Podagricis illinunt. 10. *Lapides*, quos Theophrastus λιθάρια κισσοειδῆ vocat. Quos Bauhinus exhibet, plane pumicosi sunt, crustosi, punctati, oblongi, utrinque sessiles, colore extus pullo, intus cano, quibus sapor haud sine amaritudine austerus & os contrahens. 11. *Pumex*, quem etiam aliquando gignere Theophrastus author est. 12. *Boleti*, qui è radicibus & circa radices prodente Plinio erumpunt. 13. *Liquor melleus*, quem observationi Cordi debemus. Destillat è caudicibus sponte sua, veris tempore, melle liquido crassior, sapore dulci, sed postquam gustaveris, nauseabundo. Solent ad eum apes & alia insecta convolare. A pueris degustatus nauseam cum capitis dolore intulit: qui vomitu solvebatur. Theophrastus

Ad librum de plantis.

M. M. l. 4. c. 48.

Bauh. H. P. l. 7. c. 2. p. 87.

Ibid. p. 86.

Ibid. p. 87.

Encel. l. 3. de Lapidib. c. 51.

H. P. l. 5. c. 8

H. P. l. 7. c. 2. p. 82.

Plin. H. P. l. 16. c. 8. Cordus ad Dioscor. l. 1. c. 37.

H. P. l. 5. c. 9

Tab: LXII.

Viscum racemosum.

Viscum Quernum. Eich Mispel

Iuli Quercus.

Viscum Convolu.

Indicum olys tis tunicem.

Viscum Indium folys senis circulis utring notatis.

Viscum Indicum folys linea rubra in extremitate circudatis

Phellodrys candicans angu sti folia serrata.

Phellodrys nigricans latifolia in cisuris spinosis.

Phellodrys muri = catifolia



ſtus mellei humoris cœlo cadentis, & foliis inſidentis mentionem facit.

PUNCTUM III.

De Viſco.

TAB. LXII.

I. PLuribusquidem hoc arboribus Viſcum adnaſcitur, ut malo, pyro, abieti, aceri, betulæ, caſtaneæ, cerro, corylo, cotoneo, cynosbato, ilici, meſpilo, nuci, oleæ, ſalici, ſuberi, ſorbo, therebintho, tiliæ; ut ſparſim monebimus: at quia ut plurimum in quercu viſitur, idem optimum, hic de eo agere ſimul viſum. Dioſco. M. M. l. 3 c. 104

Theophr. H. P. l. 3. c. 9. & 16. Theop. C. P. l. 2. c. 15. Plin. H. N. l. 16. c. 42.

Ex *Veteribus* Theophraſtus, ſeu quod ſibi non conſtet, ſeu quod potius ex aliorum ſententia loquatur, alibi Viſcum & hyphear diſtinguit; alibi Viſcum ſeu ἱξίαν nomen eſſe commune, hyphear ab Arcadibus, ſtelidem ab Euboicis appellari. Unam eſſe naturam, diverſas habitudines, quatenus in diverſis naſcitur. *Plinio* viſci *tria genera.* Namque in abiete ac larice (pirο Theophraſtus) ſtelin dicit Eubœa naſci, hyphear Arcadia. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylveſtri, terebintho, nec aliis arboribus adnaſci | plærique. Copioſiſſimum in quercu, quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta ilice & quercu, naſcitur, differentiam facit odor virusq; & folium non jucundi odoris in utroque viſco amarum & lentum. Hyphear ad ſaginanda pecora utilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit, quæ ſufficere purgationi. Quibus ſit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio æſtatis quadragenis diebus. Adjiciunt diſcrimen, viſco in his quæ folia amittant, & ipſi decidere: contra inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem *ſatum* ullo modo naſcitur, nec niſi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdi. Hæc eſt natura, ut niſi maturatum in ventre avium, non proveniat. Altitudo Plin. H. N. l. 16. c. 44.

ejus non excedit cubitalem, ſemper fruticoſi ac viridis. *Mas* fertilis, *fœmina* ſterilis. Aliquando non fert. *Viſcum confit* ex acinis qui colliguntur meſſium tempore immaturi. nam ſi acceſſere imbres, amplitudine quidem augentur, viſco verò marceſcunt. Siccantur deinde & aridi tunduntur, ac conditi in aqua putreſcunt duodenis ferè diebus. Unumque hoc rerum putreſcendo gratiam invenit: Inde in profluente rurſus malleo tuſi, amiſſis corticibus interiore carne lenteſcunt. Hoc eſt viſcum pennis avium tactu ligandis, juglandis oleo ſubactum, cum libeat inſidias moliri. Apud *Druidas* nihil eo ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnaſcatur illis, è cœlo miſſum putant, ſignumq; eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia *ſexta luna*, quæ principia menſium annorumque his facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, ne ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epulisque rite ſub arbore præparatis duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candidâ veſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea demittit. Candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo potu dari cuicunque animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt. Viſcum

II. *Recentiores* in viſcum 1. *Albis baccis.* 2. *Rubris baccis.* 3. *Racemoſum &* 4. *Indicum* dividunt, quibus accedit 5. *Arbor viſcifera Braſilienſis.*

1. Viſcum baccis albis, aliis *lignum Viſci Quercini & Lignum S. Crucis*; multis Dodon. H. P. Pempt 6 l. 4 c. 5.

Viſcum tis ſtolonibus, altitudine cubitali, *cortice* herbaceo ſæpè flaveſcente, minimi digiti craſſitudine fruticat. *Genicula* eos intercipiunt, è quibus rami frequentes, nodoſi, lenti & lignoſi. *Folia* bina oppoſita, foliorum buxi majoris formâ, coloris herbidi, nervis per longitudinem rectis, ſaporis ſubacris & ſubdulcis. *Flores* ad genicula & extremos ramos, exigui, lurei, quadripartiti; qui in *baccas* ſtriatas, pellucido lento ac tenaci liquore plenas, ſapore jucundo, odore vinoſo, quibus grana nigra, compreſſa, cordis effigie immerguntur, abeunt. Ex harum ſemine, per alvos avium decidente naſci credidit antiquitas. Falſos in Diſquiſitionibus ex Scaligero oſtendemus. *Vſus* ejus utpote cui aerea & aquea calida ſubſtantia, eſt in attrahendo, digerendo & concoquendo. *Lignum* facit contra abortum, ſi ſecum portetur; ad collectiones aurium, ſi ſuccus viridis & tuſi, iisdem inſtilletur: contra vermes, ſi aqua in qua contuſum maceratum fuit, propinetur: contra Epilepſiam, ſi vel in pulverem redactum in liquore conveniente exhibeatur; vel in aqua rutæ decocta, per dies XL. bibatur: contra pleuritidem, ſi dr. j. pondere in aqua hordei vel alia aſſumatur. Raminovitiiin fluxu muliebri & Nephritide; *flores* cum calce ſubacti ad lichenas commendantur. Ex baccis fit *viſcum*, quod optimum ſi ſine cortice, lævillimum, extra fulvum, intus porraceum. Modum parandi vide apud authores. Scaliger in Vaſconia virides & pallidas baccas obſervavit.

Bauh. H.P. l. 7. c. 2. p. 89.

Tab. H.P. l. 3. f. 1. c. 23. p. 089.

Bello. Obſ. l. 2, c. 83. *II. Viſcum baccis rubris*, in Syria in oleis circa Hieruſalem obſervatum eſt, quas & interficiunt. Baccis ex rubro purpuraſcentes in Hiſpania obſervavit Cluſius. Tanto olivetorum dominos damno afficiunt, ut ſervandarum arborum ergò, magnam ramorum partem detruncare cogantur.

Cluſ. H.P. l. 1 c. 18.

Camer. Epit. p. 556. *III. Viſcum racemoſum*, Camerar. *polycoccon*, à vulgari hoc ſolo differt, quod racematim cohærentes baccas ferat. Rarum eſt & in Helvetia repertum.

IV. Viſcum Indicum eſt triplex. 1. *Foliis lineâ rubrâ in extremitate circumdatis.* 2. *Foliis ſenis circulis utrinque notatis.* 3. *Foliis convolutis tuniceis.*

1. *Viſcum Indicum foliis lineâ rubra in extremitate circumdatis*, ex rotundo aliarum arborum tubere progerminat, & in multos ramos, ligno fragili, extus ex brunno nigricante, multisque ſtriis ac maculis notato; flaveſcente medullâ ruſſâ, interius. *Folia* figura vomeris, craſſa, ſaturatè viridia, & qualia dixi. *Floſculi* ἐξαφύλλους ex flavo ruſſeſcentes, cum luteis in medio ſtaminibus. Decidentibus, calix caryophyllum aromaticum figura & colore refert. Inſident eis aviculæ Wanombugh.

Marcgrav. H.N.B.l. 2. c. 4.

2. *Viſcum Indicum foliis ſenis circulis utring, notatis*, ſeſſili ſed transverſim excurrente eſt radicis ceſpite, gramineis genicellis & Polypodii quadantenus ſed albicantibus: *Culmis* item ex pallido virentibus à medio ſummotenus craſſioribus, fungoſis, ſtriatis, ſesquipedem longis; in quibus *folia* ſemper virentia Viſci effigie, ſed duplo majora, fungoſiora, & ſecundum nervum, medium folium intercurrentem, circulis utrinque ſenis, non parum admirationis moventibus, veluti ſcalpo impreſſa.

Lobel. in Adv. p. 452 Bauh. H.P. l. 7. c. 2.

3. *Viſcum Indicum foliis convolutis tuniceis*, Bauhino *Viſci modo arboribus aliis adnaſcens*, Tabernomontano *Planta Peruana viſco ſimilis*, ceſpite eſt latiore, ſeſſilis caudicibus incumbit, fibrillis cæpaceis radicata, unde proximè ſurgunt *folia* invicem convoluta, tunicea, inferius fermè palmum lata, numeroſa, quadantenus Aloes aut Scyllæ & ſupernè in ligulas prætenues, mucronatas deſinentia: purpureum ſtriatum, concavum alis donatum, *Scapum* Haſtulæ Regiæ aut Aloes, duorum & trium cubitorum, ambientia, quæ multis glumoſis ſiliquulis ſpicantur, Avenæ ſitu: magnitudine verò & ſericeo tomento candido, Apocinum & Aſclepiadem repræſentant, & ſemine ſed

Bauh. Phytop. l. 11. f. 4. Bauh. H.P. l. 7. c. 2. Tab. H.P. l. 3. f. 1. c. 23.

Coniſæ

Coniſæ exili, guſtu ſalſo, ingrato, nitroſo fortè quia in aura maritimâ adolevit, ut Aloes illic in fabuletis.

V. De Arbore viſcifera Braſilienſi, nihil habeo quod dicam, niſi viſcum tenaciſſimum fundere, quo in aucupiis utuntur, & cutim ſuam, plummulas efflaturi, inungunt.

Caput II.

De Phellodry.

Vid. Tab. LXII.

I. PAuca apud *Veteres* de Phellodry. Theophraſto mediæ eſt inter Quercum & Ilicem naturæ, & quidem adeò, ut Ilicem fœminam eſſe putaverint; Mollior & ſubtilior iſta; durior & ſpiſſior illâ: color ligni decorticati candidior Ilice, vinoſior Quercu: *folio* ambobus ſimili; verum majore quam Ilex, minore quam Quercus; fructu quoque illa minore, majore hac. Plinius eandem cum ſubere exiſtimaſſe videtur. *Suberi-quercum* dici nomen Græcum oſtendit.

Theophr. H.P.l.3. c.16.

Plin. H.N. l.16.c.8.

II. RECENTIORIBUS eſt triplex 1. *Candicans* ſeu λευκόφυλλος. 2. *Nigricans* ſeu μελανόφυλλος. 3. *Muricatifolia.*

I. Phellodrys candicans eſt duplex 1. *Latifolia molliter aculeata.* 2. *Anguſtifolia ſerrata.*

1. *Phellodry candicanti latifoliæ molliter aculeatæ*, ſunt *folia* alterâ parte candicantia, raris laciniis ſinuoſa, & molliter ut dixi aculeata. *Cortex* & matura glans ex atro ruffeſcunt. Fortè Cæſalpini *Suberella*, quæ Suberi in cæteris ſimilis, cortice tenuiore, folio latiore, modicè ſinuata; & in maritimis tractibus oritur. Bauhinus variationem Ilicis Monſpelienſis eſſe putat.

Hiſtoria Lugdun. apud Stapel ad Theophr.l.3.c.16.

2. *Phellodrys candicans anguſtifolia ſerrata*, Phellodrys Matth. & Tabernom. *Ceroſugaro Matthioli Cluſ.* habet *folium* ut dixi alterâ parte albicans, longiuſculum, frequentibus ſed non profundis inciſuris coronatum, ſinuoſum, leviter potius aſperum quam ſpinoſum. *Cortex* eſt cinereus. *glans* matura ex fuſco flaveſcit. Viſa eſt Bauhino ad ſuos ramos accedere, qui ferè ſimiles Ilici Matthioli.

Matthiol. in Dioſcor. Tabernom. l.3.t.1. c.26.

Phellodrys.

II. Phellodrys nigricans ſeu μελανόφυλλος eſt etiam duplex, 1. *Latifolia inciſuris ſpinoſis*, & 2. *Anguſtifolia.*

1. *Phellodrys nigricans latifolia inciſuris ſpinoſis* Lugd. *foliis latiſſimis*, conſtat *foliis* craſſis, frequenter inciſis, & valdè ſpinoſis. *Glans* tenuis & ſtrigoſa, ex fuſco flaveſcens. *Calyx* lævis, cinereus, tuberculis verrucoſus. Quam ſub titulo Phellodrys nigræ Bauhinus proponit, *cortex* ramorum erat glaber & nigricans: *folia* Ilignis multo rotundiora & latiora; Smilacis longè pro latitudine breviora, minusque inferius candida; Subereis, duriora & ſpinis mordacioribus horrida. Similia eis facit Ilicis fruteſcentis ex monte Euganeo, uncias duas lata, tres longa, quæ ad D. Agerio accepit.

Stapel.l.c.

Bauhin. H. P.l.7.c.2.

2. *Phellodry nigricanti anguſtifoliæ*, quæ Lugd. mediocribus foliis, *folia* ſunt obſcuræ viriditatis, nec multis nec profundis laciniis ſinuata, minusque pungentia. *Glans* ut ſuperiori.

III. Phellodrys muricatifolia folia habet ſuperiore minora, pallida, multum laciniata & valdè muricata, aquifolii modo. *Glans* cæteris ſimilis, cortice cinereo, calyce echinato. *Provenit* cum reliquis in callibus Rhodano vicinis. De hac fortè, inquit Bauhinus, *Pena* & *Lobelius* ſcribunt. *Ilex media coccifera, Ilici planè ſuppar folio Aquifoliæ:* Cocco adeo ſimilis eſt, ut non ſit diſcernere illico facilè: hujus tamen glandoſus echinatus fructus oblongior eſt, Dactylum æquans, nusquam coccum ferens, etiam ubi inter cocciferas Ilices fruteſcit, proceriore majoreque trunco, ramis & frondibus perennibus.

Hiſtoria Lugdun. apud Bauhi & Stapel, l.c.

Lobel. Adverſ.p.431.

Caput III.

De Subere.

Tab. LXIII.

I. *Suber* apud *Veteres* descriptionem habemus. Arbor est Theophrasto procera, auctu insignis, συκῆς, sed paulum ramosa, ἐλαίας. *Lignum* est robustū, *caudex* crassus, in denos pedes explanatus disrumpi piceæ instar solitus; & qui cariem tardissimè sentit, demptoque cortice in aquis non fluitat. *Folium* mali potius quā fraxini, oblongius & crassū, quod decidere svevit. *Fructus* assiduus, glandis figurâ, illeque ilicis fœminæ similis. Pessimā & rariam fert Plinio. Inter ὀψιφλαῤῥότατα censetur. Cortice in orbē detracto juvatur. Crassescens enim præstringit & strangulat. Intra trienniū iterum repletur. *Provenit* in Pyrenæis. Plinius in Italia & Gallia nasci negavit; sed falsò, ut ex Scaligero videre est. *Usus* corticis anchoralibus maximè navium, piscantiumq; stragulis, & cadorū obturamentis: propterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrē non infacetè inquit Plinius, Græci corticis arborē appellāt.

Theophr. H.P. l. 3. c. 16.

Plin. H.N. l. 16. c. 6. & 8. Theophr. H.P. l. 3. c. 6.

II. RECENTIORIBUS est Suber duplex 1. *Latifolium*. 2. *Angustifolium non serratum*.

1. Suber latifolium est iterum duplex 1. *Folio deciduo* & 2. *folio perpetuò virente*.

1. Suber latifolium folio deciduo, Matth. *Suber*, Clus. *Suber Aquitanicum folio deciduo*, Lugd. *Suber folio breviore & latiore*, arbor est ilici adeò similis, ut primo aspectu fallat, major tamen. *Caudex* ubi adolevit crassus, *cortex* superior densus, carnosus, duos digitos crassus, scaber, rimosus, & qui nisi detrahatur, dehiscit, alioque subnascente expellitur; interior, qui subest, novellus ita rubet, ut arbor miniopicta videatur. Quinqueranus tres ponit. *Folia* ilignis majora, molliora, longiora, supernè magis virentia, aliquando dentata & quæ decidunt. *Glans* magna & ubi maturuit nigricans, Iligna longior, obtusiore cuspide, calyce magis hispido & per oras molliter echinato. Plerumq; cōjunctim nascitur, brevi crassoque petiolo. Gerunt nonnunquam rami & lignosa quædam cinerei coloris *tubercula*, quæ nonnisi fracto ramo, quia firmiter hærēt, eximi possunt. *Nascitur* in Aquitania, Pyrenæis mōtibus Galloprovincia, Tholonæ, Olbiæ, Romano inprimis in Italia agro. *Usus corticum* haud spernendus. Adhibentur ad cadorum & vasorum obturamenta, piscatorum retia, alvearia, crepidas, quibus fœminæ Italæ magnitudinem mentiri solent, quod fortè & olim jam svetū, & hybernum calceatum, tuguriorū denique, parietum, & murorū prætexta, adeo ut in Estremadura ædes subere imbricū loco tegantur. Fuit ex eodem, Bauhino scutella profunda, diametro spithamæa, quasi tornatili opere. Cinis exusti & cum axungia capi vel oleo myrtino cocti, ano applicatus, dolores hęmorrhoidū sistit. Cum vino calido sumptus, hæmoptoicis prodest, & dysenteria laborantibus. Ex subtili quemtertiū Quinqueranus facit, fiunt pateræ, è quibus haustus hecticis utiliter propinantur.

Clus. H.P. l. 1. c. 13. Tabernom. H.P. l. 3. t. 1. c. 16.

Quinquer. de laudibus Provinciæ.

Hartman. Chymiatr. p. 125.

2. Suber latifolium perpetuo virens, Lobelio *Suberifera latifolia Ilex*, glande echinato, eo tantum à superiore differt, quod folia habeat æterni viroris. *Crescit* circa Populoniā & oppidum Sughereto. In Castella nova & Lusitania ingētes ejus sylvæ. Tractui Hetruriæ Tyrrheno propriam ferè dixeris. Nusquam fortè copiosius crescit.

Lobel Adv. p. 432.

II. Suber angustifolium non serratum folio est longiore, minusq; crenato, glande minore, cupula foris pungēte, aspredine scabra. Frequentissima est ad Apennini radices & in agri Anconensis collibus.

Clus. l. c.

EXOTICA.

Ad Suber spectant. 1. *Arbor Jucaje*. 2. *Arbor Candu Suberi ligno affinis*. 3. *Memba arbor Congana*. 4. *Lignum Brasilianum fomitis vicem præbens*, & 5. *Lignum Javanense fungosum*.

1. *Arbor*

Ilex coccigiandifera.

Suber angusti folium non serratum.

Suber latifolium.

Tab: LXIII

Ilex non aculeata folio oblongo serrato.

Ilex aculeata baccifera folio sinuato

Ilex non aculeata folio rotundo molli modice sinuato.

Ilex Bauhini.

Ilex non aculeatæ folio rotundo ramus floridus

Fagus Latinorum

Nieremb. H.N.Exot. l.14.c.3.

I. Arbor Jucaje est malo Punico similis, sed frondosior. *Cortex* cariophylli odorem præ se fert, cinnamomi saporem & zingiberis amaritiẽ. Quotannis nulla *glandiũ* jactura detrahitur. In ramis columbarum hospitia, & quidem tam multarũ, ut eo ex proximis regionibus venatũ trajiciant, & naves columbis onerentur.

Laval. in descript. Naldivens. apud Purchas. T.2. l.9.c.19.l.3. p.1654.

II. Arbor Naldivensis Candou, Suberi *ligno* affinis, par nuci juglandi proceritate, *caudici* qui fungosus & subere levior, cortex candicans: *fructus* nullus. Lignum in asseres secatur & exuritur, miri de cætero usus. Ejus enim beneficio, gravissima quæque, etiam mille pondo, de maris profundo educuntur. Cingitur primò fune quod submersum est: hinc per lignum perforatum funis trajicitur, additis tot ejusdem particulis, quot necessaria operi exequendo esse norunt.

Purchas. T.2.p.979.

III. De Memba arbore Congana hoc tantum scribit apud Purchasium Battelius Anglus, leve & suberis modo lignum habere, ex quo cymbam cultro sibi parasset.

Clus. Exot. l.1.c.8.

IV. Lignum Brasilianum fomitis vicem præbens, fungus aut suberis lævigatus *cortex* esse videbatur, externè fuscus, internè flavescens, ubi & orbes quidam aliquo spacio ab invicem discreti, quales in aliis lignis transversis cæsis conspiciuntur. Americani ei particulam duri ligni indunt, & celeri circumvolutione fumum *Tataton* dictum excitãt, quem Tata ignis sequitur. Sunt ibidem ligna *Vrakuciba* dicta, quæ exsiccata teruntur, tritorum pulvis inflammatur.

Lerius Hist. Brasil.c.17. apud Bauh. Phytop. l.11. c.4.p.424.

Clus. Exot. l.1.c.8. Stad.p.3. Ind.Occid. c.6.

V. Lignum Javanense fungosum, tam leve erat, ut non nisi Sambuci medulla videretur. *Materia* ut dixi fungosa & candida: *cortex* admodum tenuis & membranaceus, coloris cineracei. Cotis vice in Java usurpabatur; huicque negocio accommodum Clusius expertus est.

Caput IV.

De Ilice. Ilex.

Vid. Tab. LXIII.

I. ILicis apud *Veteres* aliquot sunt differentiæ, prout in Theophrasto, Plinio & Columella videre est.

I. Theophrasto alia est *aculeata*, alia *illi affinis quæ Smilax*. 1. *Ilex aculeata Theophrasti* in magnam altitudinem assurgit, commodum sortita locum. *Radix* est ἐπιεικῶς profunda, alta, (alibi omnium sylvestrium profundissimam scribit) & multiplex. *Materies* spissa robustaque, sed quæ sponte frangatur & dissiliat: *cortice* læviore quam Quercus, cujus vel hyeme decorticationem ferre potest. *Medulla* magna, φανερὰ durior & spissior. *Folia* æterni viroris, δρυώδη, verum minora, ἐπακανθίζοντα vel potius παρακανθίζοντα. Nullo flore exhilaratur. *Fructus* βαλανώδης, sed glans ipsa pusilla est, calyx hispidus, Ἄκυλον Græcis. Novus cum annotino pendet; nam ὀψιμότατα maturescit; ἐνεαυτωφόρος, eamq; ob causam à quibusdam bifera existimata. Fert & *granum* quoddam puniceum, & à meridie *hyphear*, à septentrione viscum. *Montibus* esse propriam putavit Theophrastus; montes & valles amare Plinius. Potest & in agro frumentario nasci. *Non nascitur* circa Elim & Lacedæmonem, propterea incolæ in carpẽtariis fabricis ejus loco subere utuntur. *Vsus* haud spernendus. Ex *caudice* fiunt axes & vehicula μονόστροφα. Secatur & ad laminas prętenues, colore quoq; non ingrato, sed maximè fido iis quę terantur. Producunt & terebris ex eadem vaginas: & inter illa quorũ operimẽto alia materies vestitur. Ex *Medulla* cardines ædium sumptuosarũ fiunt. Ex eadem primo civica corona. Foliis conculcatis pecus stupescit. Glans & δύσπεπτος & παχύχυμος. *Duplex* est, alia ἄκαρπος, alia κάρπιμος: ambæ tamen florescunt. Dicit & Phellodryn Ilicẽ fœminam quibusdam dictam. 2. *Ilici affinis Theophrasti* vocatur *Smilax* Arcadibus. *Materie* est soluta & ἐν ἐργασίαις molli: *folio* molliore & latiore.

Theophr. H.P.l.3.c.7. & 16.l.1. c.16.

Plin. H.N. l.16.c.15.

Theophr. H.P.l.1.c.9.

Plin.H.N. l.16.c.18. Columella R.R.l.5.c.8. Theophr. H.P.l.5. c.7.& 8.

Plin.H.N. l.16.c.43.

Theophr. H.P.l.3.c.16 Columella R.R.l.6.c.3. & l.7.c.6.

Ilex. *Frons* inter ultima boum cibaria; capris verò ilignei frutices, qui in altum non prosiliunt, prosunt.

Plin. H.N. l.16.c.8. II. *Plinio* Ilicis duo genera, *Italicum* nempe & *Provinciale*. 1. *Italica* Ilex folio non multum ab oleis distat, *Smilax* à quibusdam dicta, Ilici affinem Theophrastus fecit. Vetustissima Romæ in Vaticano erat, in qua titulis æreis, literis Hetruscis, religione arborem jam tum dignam fuisse, significatur. Apud Tiburtes etiam extabāt tres Tiburto conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. 2. *Provincialis*, quæ & *aquifolium*. Frutex est, φριγανώδης vel potius πρινώδης Rhamni magnitudine, si colatur, foliis nigrioribus (male σχίνω similibus) ἀκανθοτέροις, & ilicis glandiferæ μικροτέροις. *Coccus* ei ceu lens adhæret, φοίνικος, hysgen quibusdam. Granum hoc, primoq; ceu scabies fruticis; aquifoliæ ilicis coscylium, seu quisquilium vocant. Gignitur in eo pusillum animal, quod si maturo fructu πέτεται, statim evolat, & ἐοικὸς κοίνωπι fit. Granum ipsum colligitur à mulieribus εἰς τὰ στίμματα & omnes βαμματῶν dotes provocat; micante in rosis gratiâ, pensionemq; alteram tributi Hispaniæ pauperibus donat. *Nascitur* in Hispania, sed deterius: in Galatia, Armenia, Asia & Cilicia optimum.

Dioscorid. M.M.l.4. c.48.

Serapio c. 311.

Plin. H.N. l.21.c.8.

III. *Columellæ* alia est 1. *Non Spinosa*, alia *Spinosa*, de quibus nunc dictum. Respuitur *hæc* à pecore, *illa* non. 2. Alia *Major* alia *Minor*. *Hæc* quæritur apibus; illa ab omnibus improbatur. Observatum tenellas & *humiles* per margines spinis horrere: *adultas*, carere aculeis.

II. RECENTIORIBUS dividitur Ilex in *Semper aculeatam* & *Non semper aculeatam*.

I. *Ilex semper aculeata*, vel est 1. *Cocciglandifera*, vel 2. *Baccifera folio sinuato*.

1. *Ilex aculeata Cocciglandifera*, est Dioscor. κόκκος βαφικὴ. Plin. *Ilex aquifolia parva*, aliis *Coccus infectoria*, Bellon. *Ilex pumila*. Joh. Bauhino *Ilex coccigera*. Stolones vix duorum cubitorum, illosq; non crassos habet: ideò stolone numeroso in modum Rosarii assurgere, aliis dictum. lævore præfulgida. *Folia* crispa ac spinosa, muricata, spinis vetustate aliquando rubescentibus, semper virentia & Aquifoliæ proxima, sed minora: *Flores* vel potius Juli, Martio erumpunt, copiosi, muscosi, sublutei aut herbacei. *Fructus* in surculis glandes, echinato acetabulo, non bullato imâ parte, longiores, nigriores & nitidiores quernis. *Excrementum* triplex. *Primum* Aprili & Majo visitur. Grana sunt in foliis ex ipsis nata, pisi magnitudine, partim rotunda, partim longa, intus alba, rubra extrinsecus, gustu acido, in quibus tandem vermiculus. *Alterum* mense Majo ramis leviter adhęret, copiosum, rotundum, nigrum, lævi superficie, durum, & liquore albido, cui vermiculi innatant, siccitate tandem evanescente, prægnans. Fervent sæpe circa id formicarum operæ. *Tertium* nobilis ille coccus est, infectorius dictus, qui eodem tempore redditur. Grana sunt copiosa, rubra, si albidum pulvisculū absterseris, sanguineo cruore & vermiculis concoloribus turgida, quæ folii intro flexæ spinæ amplexantur, surculi verò præduri copiosius fundunt. Roratos imbribus frutices ita id *vere medio ordiri* prodidit Quinquerranus. Ubi imus, *inquit* scirpus se in duo brachia partitur, in horum medio primum omnium increscit rotundum quiddam, magnitudine & colore Pisi, hoc *Matrem* vocant, quod ex eo cætera grana producuntur. Matres porrò habet ut plurimum quinq; quælibet cæspitū familia, quæ ineunte æstate, æstuq; minutissimorum vermiculorum catervam profundunt, fatiscuntq; in summitate. In animalia prorepit nova soboles, colore candida, pro se quisq; in sublime. At ubicunq; vermiculi vel geminantis surculi axellis occurrerint, desident, & incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius adolescentibus, albus color in cinericium transit, jamq; non animal, sed Pisum rursus apparent. Hoc *dignum observatu*, iis solum

Lobel. observat. p.581 Bauh. H.P. l.7.c.2.p. 106.

Quinquer. de laudib. Provinciæ.

ſolum regionibus quæ mari mediterraneo vicinæ ſolis ardoribus torrentur, naſci; neque ibi perpetuo. Deſinit coccum ferre, quando glandem largiri incipit. Ideò quadriennes aut adultiores urere ſvetum, ut proximo anno novelli reſurgant. Pariunt tum ſubſequẽtibus aliquot annis idem, exiguorum piſorum inſtar, ſed coloris cinerei. *Naſcitur* non tantum iis de quibus ſupra locis, ſed & inter Hieroſolymam & Damaſcum in Africa, Gallia Narbonenſi, Hiſpania, Italia, Creta, Sardinia, &c In Africæ Barbaria vilius eſt. In Gallia Narbonenſi tam circa Monſpelium, Arelatem planicie patentiſſima, ſolibus æſtivis retorrida, ſqualida, glareoſa, lapillis ſilicibusque conſtrata: quam circa Frontignanæ & Narbonæ finitimâ, prodit. In Italiæ provinciis plærisque ſed Romano inprimis agro, Senenſi vicino, locis montoſis, glareoſis, ſterilibus, inter varias Ilices, Smilaces, Therebinthos & Lentiſcos &c. In Hiſpania agro Valentino & Luſitano. In Polonia & Bohemia haberi, ſomnium eſt Matthioli ex porta eburnea. *Colligitur* ad *uſum* variè. *In Creta* paſtoribus opera illa relinquitur. Ferunt collectum ad quæſtorẽ, qui ex dimenſo ab illis redimit. Segregantur à veſiculis cribro animalia: mox in pilas ovi gallinacei magnitudine ſummis digitis delicato tactu formãtur, ne ſuccus effluat. *In Gallia* maturitatem adepta leguntur, jam coloratis vermiculis fœta: dumq; aſportantur (verba ſunt Quinquerranii) mercatoribus, ambiẽs pellicula præteneritate rumpitur. Vermiculorũ quidem qui citra vaginulam habentur pretiũ in libram quamlibet, aureus ſolatus, in granorum verò, quæ adhuc eorum partem retinẽt, hujus quadrans. Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent; cæterum cum primùm tempeſtivitas adeſt, in lintea præcipitati, ſoli exponuntur. Tum libato calore ſtatim prorepũt, atq; effugere nitũtur: ſed à cuſtode, qui continuus aſſidet, concuſſu lintei in mediũ eò usq; rejiciuntur, donec emoriãtur. Tanta quidem dum hæc fiunt, totoq; mox triduo, odoris ſvavitate atq; gratia, ut non Cibetæ, non Moſcho, non Ambræ, ſed ne Citriorum quidem floribus facilè conceſſerit. Si quæ verò grana legentis effugerint ſedulitatẽ, ea mox alatorum animaliũ numeroſum exercitum in auras effundunt. Obſervatũ eſt uno anno ex campo lapideo, Arelatenſi agro, *proventum undecim aureorum millibus æſtimatum.* Utuntur illis & Medici & Tinctores. *Medici* preſſis recentem cruorem ſerico excipiunt, ex quo cum aliis ingredientibus celebris illa *Alkermes* confectio paratur, quã Catellanus notiſſimus nobis apud Monſpelienſes Pharmacopæus deſcripſit, Eichſtadius in eſſentiã redigere docuit. Prodeſt granũ cum thuris modico cõtra abortũ mulieribus in potu, vel ovo ſorbili: muniuntur eodem cõtra partus difficultatem vicinæ. Confectio cõtra melancholicos affectus, virium proſtrationẽ, lypothymiam, cordis palpitationẽ cum ſummo fructu adhibetur. *Tinctoribus* in inficiendis pannis eleganti fuco, inſervit. *Scarlatinos* inde quidem vocãt. Vermiculatum ſeu Scoletidoton non malè dixeris. Emptum aceto aut albo vino irroratur, ne in vermiculos aut viniſugas muſcas abeat, vacua tunicella; mox in pulverem miniatum & rubicundum redigitur. De *Differentiis* hæc pauca habe. 1. Diverſam paulò à Provinciali Hiſpanicam quã Cluſius deſcribit. Nam & folia illi paullùm incana tribuit; & puſillũ amarãq; glandem. 2. Arbuſculas circa Monſpeliũ evulſas & in hortũ Montbelgardenſem transplantatas, hyemeq; repoſitas, plures quidẽ ãnos, ſed ſine flore, cocco & glande duraſſe. 3. Angvillaram in ilice quoq; granũ apud Sclavos & Macedonas gigni prodere, ab illis *Ceruach*, ab his *Cheruach* vocari. 4. Dari & in Cocco differentiã. Peſſimum eſſe in Sardinia. Minoris in Barbaria valoris. In Sezimbra parte Luſitaniæ ferè omnib. præferri. Vermiculos ibidẽ puriſanguinis colore, & in extremo gradu aromaticos: ali-

Bellon. Obſerv. c. 78.

Matthiol. in Dioſcor. l. 4. c. 43.

Ilex.

Lacuna 2. apud Bauhin. H. P. l. 7. p. 109.

Ilex.

quantumq; auctos ex semine in terram deciduo prodire, & innumera multitudine parietes invadere. De *Pimpinello Cocco* suo loco dicemus. Cognata huic *Agria Angvillarae* & *Arbor Novae Angliae baccas Alkermes dictas ferens*. I. *Agria Angvillarae*, quã Plinius Aquifolium vocitat, foliis est Ilicis, aliquantulum spinosis, glande minimâ, ligno duro; provenitq; in mõtosis Sclavoniæ & Patavinis. Fortè *Milax* sed *Acylaca* Cretensium, species ilicis Bellonii, quã ille in monte Athos, itinere siderocapsa Bucephalam, in rupibus circa Hierosolymam & Damascum, inter Halepum & Antiochiam, in mõte deniq; Cretæ Philonthi observavit. Arbor est insignis magnitudinis, fertq; glandes. II. De *Arbore Novae Angliae*, hoc solũ habeo, baccarum aliquando libram in Anglia triginta imo quadraginta solidis sterlingensibus veniisse.

Bellon. in Observat.

de Lact Ind. Occid. l.3.c.alp.65.

2. *Ilex aculeata baccifera folio sinuato*

Theophrasto est ἀγρία, plerisq; *aquifolium*, Lobelio *Agrifolium Septentrionis*; nonnullis *Ruscus sylvestris*, *Palma aculeata*, Lacunæ *Paliurus secunda*, Lonicero *Ilex Aquifolia*, Cæsalpino *Hedera regens Plinii*. Sæpè pro soli genio in justam assurgit arboris altitudinem, sæpè infra fruticis staturam subsidit. *Caudex* & rami lenti, quibus duplex *cortex*, pallidus interior, exterior viridis, fœtens cum avellitur. *Materies* alta, solida, interius nigricans, quę in aqua Guajaci instar fidit. *Frons* perpetua. *Folium* aculeis in ambitu horridum, satis magnum, densum, fimbriatum, ex viridi splendens: *flos* parvus πεταλώδης cum totidem apicibus, luteus, in lauro confertus: *Fructus* baccæ parvæ, umbilicatæ, rotundæ, rubrę, cum tetro quodam sapore subdulces; quibus semina quaterna, oblonga, triquetra, striata, insunt. *Prodit* incultis, sylvosis, umbrosis & desertis in Gallia, Germania, & alibi. Prope thermas plumbarias in Lotharingia frequentes visuntur: sic & in sylva Hercynia, montibus Burgundicis saltu propè Saltzburgum. Visa & in Silesia, in horto Doctoris Scholtzii Vratislavienses Medici. De *Usu* si quæras. *Radicis* decocto articulorum luxatorum durities dissolvitur, si fomenti instar applicetur. *Folia* vino injecta pleuriticum dolorem discutere putant. *E virgis foliosis* scopæ ad verrendas domos parantur. *Lignum* dissectum tædæ modo, authore Hermolao uritur. *Baccæ* quia tenuiorum partium, colicos à pituita dolores tollunt, ventre soluto, si numero X. vel XII. assumantur. Ex totius si in operta olla calcinetur cineribus, factum lixivium, hydropicorum aquas vehementer, si propinetur pellit. Si in teneras arbusculas inserantur rosæ, subvirides flosculos fundunt. Ramis quia perpetuò viret, ornantur templa, inde ablatos contra fulgura & fascinos prodesse, misera plebecula credit. Fit ex ea & viscũ. De *Differentiis* nihil occurrit. Non oberit tamen scire. In montibus Burgundicis pulcherrimas observari, quarum suprema folia, Laurina æmulantur, & quidem sine spinis. Circa arcem Veldentiam ita arborescere, ut cæteras arbores proceritate exæquet. In saltu Haganovensi, inter cæteras sentes & frutices humili staturâ pullulascere. In senecta uno & altero aculeo folia muniri.

Lobel. Advers. p. 431.

Bauh. H.P. l.7.c.3.

Schvenkfeld in Pytholo Siles.

II. Ilex non semper aculeata, in *triplici* est differentia. Est enim alia *folio oblongo serrato*: alia *folio angusto non serrato*: alia *folio rotundo molli modicè sinuato*; quibus *Ilex Londinensis* & *Ilex Bauhini*, quam sub Smilacis Dalechampii titulo posuit, subjungitur.

I. *Ilex non semper aculeata folio oblongo serrato*, Tabernomontano *Ilex angustifolia*, Lobelio *Ilex arborea*, Matthiolo & aliis *Ilex* simpliciter, spectatæ est proceritatis, cortice in ruffum nigricante. *Materies* densa admodũ, gravis, robusta, in atrum rubescens. *Folia* laurina, æterni viroris, intra virescentia, extra scabra, candicantia, & in toto ambitu serrata. *Glandes* quernis minores. *Pillulas* quasdam rubẽtes gignere, quæ cum aceto tritæ vulneribus recẽtib. & oculis utiliter imponãtur, Matthiolus author

Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.121. Tabernom. H.P. l.3. p.896. Lobel. observ. p.582. Advers. p.431.

thor est. *Carbo* in precio, quia ignem fovet, nec capiti infensus sentitur.

Dalechāp. in Hist. Plantar.

2. *Ilex non semper aculeata folio angusto non serrato*, Lugdunensi *Smilax humilis angustifolia* dicitur. Humilis est & fruticosa; *folio* oleæ candido, neque insecto, neque spinoso: *flore* oleæ luteo, roborive simili, glande parva. *Frequens* in collibus Rhodanum respicientibus, totoque eo tractu, qui à Vienna Allobrogum ad Arelaten usque protenditur.

Clus. H. P. l. 1. c. 15. Bauh. H. P. l. 7. c. 3. Tabernom. H. P. l. 3. p. 696. Camer. in Epitome. Lobel. in observ. p. 582. Advers. p. 431.

3. *Ilex non aculeata folio rotundo, molli, modicè sinuato*, Theophrasto est *Smilax*, Clus. *Ilex major*, Lobel. *Ilex arbor*, Bauhino *arborea*, Tabern. *Ilex*, Camer. *Ilex latifolia*, Cæsal. *Ilicis alterum genus*, Lugdun. *Smilax Arcadum glandifera*, mali aut pyri est magnitudine. brachia & *rami*, qui frequentiores & breviores quā Suberi, incanâ lanugine obducuntur; *folia* perpetua, infernè candicantia, antequam glandes fert ἀκανθώδη, in adultiore plerumq; sine aculeis, orbiculata, gustu adstringente, sinuata aliquando leviter, aliquādo ne crenata quidē. *Iuli* in extremis ramulis oblōgi, racemosi, in flavos & muscosos flosculos, polline & tenui pulvere perfusos explicantur. *Glandes* è separatis pediculis quernis similes, majores & lōgiores modò, modo breviores & minores. Nigrescunt ante maturitatem, gūmiq; fundūt calidū, nec ingrati saporis. Maturarū cortex nigricat, nucleus candidus & dulcis, nec minus in cibis ac castaneę expetitur. Bauhinus longas facit, læves, turbinatas, mediocris magnitudinis: calicem incanū & veluti imbricatum. Observavit idem in ramis & foliis excrementū per temp⁹ vernū, nigrū & rotundū. Visus & Clusio in Bętica supra ilicem *muscus capillaceus*, cinerei coloris, qui de ramis pendebat: nec non in agro Monspeliensi prope Cœnobium Grammont granum ex puniceo nigricans. Viscū vel hyphear gerere, non animadvertit.

Clus. l. c.

4. *Ilex Londinensis*, à Clusio observata est, eaq; duplex. *Vna* ad ripam Thamesis supra pontem, multis, frequentibus & fragilibus ramis, quib⁹ sparsim & nullo ordine folia Hispanicæ, quam superius descripsimus, similia. *Florebat* sub Maii finem. An glandes maturitatē sint consecutæ, ignotum. *Altera*, in arcis Regiæ ad Westmonasterium horto, vastę magnitudinis, *caudice* tam crasso, ut à nemine circumplecti potuerit. *Folia* illi sine aculeis, subtus incana, superius virentia, orbiculata, nec buxeis aliquando majora. De *flore* & *fructu* nil illi compertum.

Ilex.

Bauhin. H. P. l. 7. c. 3. p. 101.

5. *Ilex Bauhini*, sub *Smilacis Dalechampii* titulo describitur. Tā exigua inter eam & superiorem differentia, ut eandē ferè existimem. Apponere tamen, ne quid deesset, volui. *Ramos* habet villosos, cinereos sive candicātes, pulchros illos quidē, & quibus *folia* Ilicis arboreæ foliis similia sunt, nisi quod multò existūt majora, tres uncias longa, duas ferè lata, subtus cana, supra viridantia, quæ magnam partē in ambitu æqualia sunt: in aliis verò parvas muricatas spinas est cōspicere, sed eas minus exsertas. *Glandes* binæ aut ternæ ex pediculis crassis hirsutis, calyce squammato, incano, mitiore quam suberis dependēt.

Caput V.

De Fago.

I. FAgus ὀξύη (scissimam Gaza vertit) secundum *Veterum* pronunciata, *radicem* si spectes, ἐπιπολαιόρριτος, καὶ ὀλιγόρρετος est; si caudicis qui ὀρθοφυὴς & ἄνοζος, crassitudinē & altitudinē, fermè abieti æqualis. *Lignum* ei ἐχρῶν, robustum ἔοινον, lævique cortice vestitum. *Folium* δυσχιδὲς vel potius ἀσχιδὲς, oblongius quam pyro & ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου, *spinis in extremis carens*. *Plini⁹* tenue & levissimū dixit, populo simile, nigrę scilicet, (simili⁹ enim huic quā pyro) celerrimè flavescēs, mediā parte plærumq; gignēs supernè parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam. *Fructus* λείος, βαλανώδης ἐν ἐχίνῳ, non tamē hispido, sed lævi mollique, neq; ut castaneæ spinoso. Triangula cute includitur, & similis est castaneæ κατὰ τὴν γλυκύτητα καὶ χύλον seu saporē, secundū Plinium nucleis.

Plin. H. N. l. 16. c. 6.

Plin. H. N. l. 16. c. 5.

Ideò

Fagus. Ideò ea obſeſſos etiam homines duraſſe in oppido Chio, tradit Cornelius Alexander. *Naſcitur* in montibus, Olympo inprimis, & planis campeſtribusque. Fuit & Esquiliis olim lucus Fagutalis & virarum Querquetulanum ſacellum, Fageum Plinius dixit porta Querquetulana, colle in quam vimina petebantur. De *uſu* habe. Maximum olim huic honorem, quod civica corona, militum virtutis inſigne clariſſimum, jam pridem verò & Clementiæ Imperatorum, poſtquam civilium bellorum profano meritum cœpit videri civem non occidere, iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex eſculo Jovi ſacra. Variatumque & cum quercu eſt, ac data ubique quæ fuerat, cuſtodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ & ideo ſuperbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum ſumma, quæ ſub ipſo Jove datur, cuique muros patria gaudens rumpit: Civem ſervare, hoſtem occidere: Utque eum locum, in quo ſit actum, hoſtis obtineat eo die: Utque ſervatus fateatur: alias teſtes nil proſunt: Ut civis fuerit. Auxilia, quamvis rege ſervato, decus id non dant: Nec creſcit honos idem Imperatore conſervato, quoniam conditores in quocunq; cive ſummum eſſe voluêre. Accepta licet uti perpetuo. Ludos ineunti ſemper aſſurgi etiam ab Senatu, in more eſt. Sedendi jus in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipſi patrique, & avo paterno. Quatuordecim eas accepit Siccius Dentatus, ut retulimus ſuo loco: ſex Capitolinus. Is quidem & de duce Servilio. Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam. O mores æternos, qui tanta opera honore ſolo donaverint: & cum reliquas coronas auro commendarent, ſalutem civis in pretio eſſe noluerint: clara profeſſione, ſervari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa. Scribit in recenti *cortice* ad Duces explorator, inciſas literas tegente ſucco, prodente ſi exaruerit. Religioſa idem in quodam ſacrorum uſu; ſed non durat arbor. Manducantur *folia* in gingivarum labiorumque vitiis. Calculis vel potius oculis, glandis cinis illinitur: item cum melle alopeciis. *Glans* ſuem hilarem facit, carnem coquibilem ac levem, & utilem ſtomacho. Gratiſſima & muribus, & ideo animalis ejus una proventus. Glires quoque ſaginat. Expetitur & turdis. *Differentia* illi nulla: ideò μονόξυλος Theophraſto: aliqua tamen pro loco diverſitas. Materia *montanæ* candida, & ad carpenta, lectos, menſas & naves utilis. Facilis nempe, quanquam fragilis & tenera. Eadem ſectilibus laminis in tenui flexilis, capſisque ac ſcriniis ſola utilis. Scandulæ olim ex ea aptiſſimæ. Pocula in honore, Alcimedontis præſertim cælato opere & vaſa in ſacrificiis in uſu, haſtæque celebratæ. Hinc fortè Theophraſtus abieti æqualem & ad ſimilem quoque uſum dixit. Quin ex ea agreſtes vaſa corbesque ac patentiora quædam meſſibus convehendis vindemiisque faciunt, & tuguriorum prætexta. Humore corrumpi, in ſicco utilem, Palladius prodidit: at Plinius in aqua permanere incorruptam, madefactamque meliorem reddi. Cæditur aliquando poſt meſſem, ſeu πυροτομίαι, aliquando μετὰ τρυγητὸν καὶ ἀρκτοῦρον. In πεδίοις quæ provenit, nigra eſt, καὶ ἄχρης & πρὸς ταῦτα.

II. RECENTIORUM Fagus, quæ Bellonio *Oxya*, Pandectario *Ornus*, ad Græcorum φηγὸν differentiam, *Fagus Latinorum* vocatur, arbor eſt magna, procera, ramis brachiata, & in orbem non rarò latè comata. *Caudex* craſſus, erectus, in quo ſi per ſenium cavetur, tanquam in caverna habitandi locus. *Folia* ulmea propemodum, nonnihil lucida, ex luteo ab ortu viridia, mox ſaturatæ viriditatis, & lanugine interdum in ambitu obſita, ſapore, dum novella, acido. His erumpentibus prodeunt quoque *Iuli* ex multis pediculis, rotundi, & ex apicibus luteis concinnati, qui menſibus Majo & Ju-

Theophr. H.P.l.3. c.10.
Varro L.L. l.4.
Plin. H.N. l.3.c.10.
Plin.H.N. l.16.c.4.
Plin.H.N. l.16.c.9.
Plin.H.N. l.24.c.5.
Plin.H.N. l.16.c.6. Pallad.mēſ. Novembr. tit.15.
Plin.H.N. l.16.c.18.
Plin.H.N. l.16.c.43.
Theophr. H.P.l.6.c.1.
Stapel. ad Theophr. l.3.c.10.p. 172.
Bauh.H.P. l.7.c.4.p. 118.

& Julio obſervantur. *Flores* villi ſeu capreoli, aut fila multa ſimul, cum apiculis quibusdam pallidis ac flavicantibus, qui menſe Martio protruduntur. *Glans* hos ſubſequitur in calyce echinato, anguloſo, carnoſo, ſucculento, & guſtus acidi, qui adapertus in quatuor partes dividitur. Nuclei triangulares, ſpadiceo cortice, ſubdulces & pingues in eo. Excidunt ſua ſponte circa Septembrem maturi; & niſi conſumantur, vere appetente è terra erumpentes, binis, latis & pingvibus foliis germinant, quæ alia conſequuntur, donec in arborem abierint. Notatu digni *oculi*, quos ſquammatas gemmas rectè dixeris, qui vel media hyeme abundant. Unciam hi longi, acuti, pungentes, intra ruffas & lucidas tunicas, quibus foliorum primordia. Emergentibus, intumeſcunt gemmæ; & decidunt fatiſcentes. Averſis foliorum partibus, è pluvia ſolis vapore aduſta, rubicantes, concavæ, & in acumen deſinentes pillulæ in ſummo enaſcuntur, quæ vermiculos concipiunt. *Invenias* paſſim. Eſt enim Germaniæ, Carinthiæ, Styriæ, monti Athos & aliis locis familiaris. *Vſus* foliorum, ligni & glandium. *Folia* recentia tumores calidos diſcutiunt, ſi contuſa imponas. Aqua quæ in cavis, ſingulari contra ſcabiem & impetiginem eſt remedio. *Lignum* in laminas flexiles diſſectum, vaginis enſium firmandis interſeritur. Ex aſſula die omnium Sanctorum præciſa, ſi calida, hyemem calidam, ſi humida, frigidam quidam ridiculè colligunt. Firmius madefactum: ideò in aquis durare creditur. *Glandes*, muribus, ſciuris, urſis, turdis & merulis in deliciis. Virente & homines & ſues caput ita turbantur, ut ſæpè obdormiſcant. Pingvedo hæc ſaginatorum mollior, & coctione liqueſcit. Uſtæ & cum axungia porcina miſtæ calculoſis proſunt, ſi lumbis apponantur. Oleum expreſſum plebecula loco butyri quadrageſimali tempore adhibet. Fagus. Coler. in Oecon.

Schvenckf. in Phytolog. Sileſ.

EXOTICA.

Ex Exoticis duæ huc referuntur, *1. Arbor fago ſimilis in Cathagena*, ſed materie molli, ſpongioſa & ſicca, quæ facile ignem concipere poteſt. *II. Arbor ſinus S. Auguſtini* fagi ſpecie, quæ fructum fabis ſimilem fert. *Tria* ejus genera. *Primum* eſt magnum & procerum, ſiliquas fabacearum inſtar fundens, in quibus quadrangulæ fabæ, ſeminum Tamarindi æmulæ, duro cortice veſtitæ, quibus intus ſubflaveſcens nucleus præſentiſſimi exitii. *Ogon* fructus Nigris. *Alterum* minus, cui ſiliquæ curvæ, craſſæ, ſex unciarum longitudine, trium in latitudine, in quibus quinque unciales fabæ. *Tertium* amplum, foliis brevioribus, fructu majore, qui de pediculo ligneo, craſſo, novem uncias longus, quinque latus pendet, in quo quinque majores ſuperioribus venenoſæ fabæ. *Quendam* Nigritæ vocant. De Laet Ind. Occid. l. 2. c. 13. Purchaſ. Navigat. T. 1. p. 415.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER V.

De Arboribus Bacciferis.

CAPUT I.

De Bacciferis tam Indigenis quam Exoticis.

ARTICULUS I.

De Bacciferis Classis primæ.

PUNCTUM I.

De Tilia.

Tilia. TAB. LXIV.

BAcciferæ Classis primæ sunt 1. *Tilia.* 2. *Ostrys.* 3. *Viburnum.* 4. *Platanus.* 5. *Ricinus. Sassafras* & *Alnus baccifera*, de qua alibi agemus.

De *Tiliæ* in genere descriptione pauca apud *Veteres* occurrunt. Sole ad Aquilonem scandente, folia verti scribit *Plinius*, ad mille usus petenda. Proditum id & *Theophrasto:* & apud *Varronem* legimus, cum se converterint, solstitium fieri dicitur. Benignitati id tribuendum naturæ, *inquit Plinius*, quæ debebat discrimen hoc indubitatis signis notasse; & manibus ipsis agricolarum ingessisse, ut conspectu syderis signum habeatur. Theophrastus tempori adscribit, in quo φυλλοβολία accidit. ὥσπερ γεγηρακότα καταξηρανθέντα decidunt. Robustiora ἐπιστροφὴν duntaxat patiuntur. Omnium pomorum adulterium gestare addit *Plinius.* Diversis quippe modis vidit arborem insitam & juxta Tiburtes tiliam omni genere pomorũ onustam; alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus. sed huic vita brevis fuit. Dividitur in *Marem* & *Fœminam.* I. *Mari* lignum durum, flavum, ὀζωδέστερον & εὐωδέστερον. Cortex crassior, ac detractus inflexibilis. διὰ τὴν σκληρότητα. Nec semen fert nec florem. II. *Fœminæ* crassior arbor, materies candidior, medulla exigua & quæ teredinem non sentit, proceritate perquam modica. Cortex εὐκάμπτος, dulcis & suavis. *Folium* forma hederacea πλὴν ἐκ προσαγωγῆς, μᾶλλον ἢ περιφέρεια, καὶ τὸ πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότατον. ἀλλὰ κατὰ μέσον καὶ εἰς ὀξύτερον τὴν συναγωγὴν ἔχον, καὶ μακρότερον, ἔπουλον δὲ κύκλῳ καὶ κεχαραγμένον. De *Flore* & *Fructu* ita Theophrastus. Τὸ μὲν ἄνθος καλυκῶδες παρὰ τὸν τοῦ ξύλου μίσχον, καὶ παρὰ τὴν εἰς νέωτα κάχρυν ἐφ' ἑτέρου μίσχου. χλοερὸν δὲ ὅταν ᾖ καλυκῶδες ἐκκαλυπτόμενον δὲ ἔπιξανθον. ἡ δὲ ἄνθησις, ἅμα τοῖς ἡμέροις, ὁ δὲ καρπὸς, στρογγύλος πρόμακρος, ἡλίκος κυάριος, ὅμοιος τῷ τοῦ κιττοῦ, γονίας ἔχων ὁ ἀδρὸς πέντε ὅιον ἰνῶν ἐξεχουσῶν καὶ εἰς ὀξὺ συναγομένων. ὁ δὲ μὴ ἀδρὸς ἀδιαρθρότερος. Διακνιζόμενος δὲ ὁ ἀδρὸς ἔχει μικρ' ἄττα καὶ λεπτὰ σπερμάτια, ἡλίκα καὶ ὁ τῆς ἀνδραφάξυος. *Locum* si spectes, Montes & valles *diligit*; aquosa inprimis. In Asia difficulter, ut Theophrastus ait, reperitur. In stercorato solo opti-

Plin. H.N. l.18.c.28. Theophr. de Caus. Plant. l.2. c.26. Varro R.R. l.1.c.46.

Theophr. H.P. l.3.c.10 Plin. H.N. l.16.c.14.

Theophr. H.P. l.3.c.10

Theophr. H.P.

Tab: LXIV
Ostria vlmo similis fructu in vmbilicis.
Tilia fœmina folio minore Lindenbaum.
Tilia masfolio maximo montana.
Platanus.
Viburnum vulgo.
Foliaceis.
Ricinus Americanus
Ricinus Americanus major.
Ricinus Vulgaris Wunderbaum Creutzbaum

optimè proficit ; ægrè in arido. Quantum ad *Vſum* ; διαφορος eſt τὸ ὅλον ob mollitiem. Naves longæ, arcæ, menſuræque exinde. Ex *cortice* πίλους καὶ κίστας faciunt. Ex eodem vaſa corbesque ac patentiora quædam meſſibus vindemiisque convehendis; nec non tuguriorum prætexta fieri ſcribit Plinius. Mirum verò in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi : *foliorum* cortícisque ſuccum eſſe dulcem, quod tamen apud Recentiores falſum. Cineſias Poëta, Phillyreus ab Ariſtophane dictus eſt, quod propter gracilitatem tiliaceis aſſeribus corpus ſuum fulciret. Antoninus Pius quoque tabulis tiliaceis in pectore fulciebatur. Dabat & piſtoribus umbram. Palladius *ſylveſtris* meminit, ex eaq; mel apes colligere.

Plin. H N. l. 16. c. 9.

II. RECENTIORES quoque in *Marem* & *Fœminam* diſtingvunt.

1. Tilia mas eſt duplex. 1. *Foliis ulmi.* 2. *Folio maximo montana.*

I. *Tilia mas folio Vlmi* cortices habet lentos ac obſequioſos, & ad funes conficiendos idoneos, ſed tamen paulo duriores ac fragiliores. *Lignum* durius, nodoſius, & ex luteo coloratius, Ulmi ſatis ſimile : *folia* lata, haudquaquam lævia, ſed aſperiora, propemodum veluti Ulmi, in quibus tamen folliculi nulli gignuntur. *Fructum* adeò raro profert, ut ſterilis, nec ullum facere exiſtimetur. Eſt autem hic planus, rotundus, & uti majoris Thlaſpios infarctus; cohærentque plures è longiuſculis pediculis racematim.

Dodon. Pempt. 6. l. 4. c. 16.

II. *Tilia mas folio maximo montana*, fortè *Mas Theophraſti*, arbor nova eſt, & ramoſa. *Cortex* lanuginoſus, ſubruffus ; *folia* vix rotundantur, ex virore nigricant, vulgaris foliis quadruplo majora, profundè ſerrata, hirſuta, in dorſo præſertim, quod nervorum eminentia decorat. Per ſeptendecim annos obſervavit florem & fructum Bauhinus, ſed fruſtrà. *Provenit* in Mutite monte Baſileæ vicino.

Bauh. H.P. l. 8. c. 1. p. 157

II. Tilia fœmina duplex etiam eſt. Tilia.

1. Folio majore. 2. Folio minore.

I. *Tilia fœmina folio majore*, Græcis *Philyra*, Gvilandino, Caſtori *Phyllirea*, nonnullis *ſativa*. Arbor eſt procera & ramis brachiata. *Radices* profundè in latum exſpaciantur. *Cortici* in caudice craſſo ſubnigricanti, ex luteo interius inalbicanti lentus & dulcis ſubeſt, interque hunc & lignum, alii tenues, veluti membranæ viſuntur. *Materies* enodis, inalbicans, facilè cœlo cedit. Ex *foliorum* quæ lævia, acuminata, inferna parte magis hirſuta, alis, ligulæ longæ, albæ, foliaceæ oriuntur; ex horum coſta media pediculus, qui in aliquot petiolos abit ; quorum ſinguli *florem* ſuſtinent, umbellatum, albicantem, apicibus luteis, ſtylo albicante : totum obvallant calycis dehiſcentis quinque ſegmenta, albida, pinguia. *Profertur* Majo & Junio. *Fructus* qui Auguſto maturatur, rotundus, anguloſus, hirſutus, cui intus *ſemen* vel nucleus. Ex ſemine Septembri ſponte fatiſcente & deciduo, primis ſtatim diebus colliculus unam & alteram unciam altus, bina folia oſtentans prorumpit: horum unumquodque in quinque diviſuras, veluti digitos diſſecatur. Ad antiquarum radices ſæpè quercuum uvæ ſimile obſervatur. *Naſcitur* paſſim in Italia, aſperis inprimis montibus, Gallia, Hiſpania, Germania, Anglia, Polonia, &c. Eſt Moguntiæ in Cœnobio S. Albani quæ XX. craſſis lapideis columnis fulcitur. Baſileæ juxta ſummum templum, ad Rheni alluentis ripam, viſitur amœnitate topiaria. Habetur & circa Tigurum, cujus maximæ truncum ſi duo viri mediocres amplectantur, dodrantes adhuc quinque ſuperſint: qualem & in medio prædio in ruſtici horto videre eſt. Eſt & Amersfurti, cujus menſa XX. convivas excipiat & tegat, adeò denſis ramis foliisque, ut ne radii quidem ſolares penetrent. Creditur ſupra centeſimũ annum *vivere*.

Bauh. H.P. l. c.

Bodæus ad Hiſt. Pl. Theophr. l. 4. c. 7. p. 407.

Tilia. Nata bono mortalium, si *Vsum* spectes. Nam usta *materia*, carbonibus aceto restinctis, cum oculis cancrorum grumosum sangvinem exigit. Carbones pulverem pyrium ingrediuntur. Habentur & libri qui in delicatioribus *corticibus* scripti sunt. Visi Nurtingæ pedali latitudine, longitudine competente, in circulum plexi, quos tinis imponebant. Lintea lixivio in eis perfusa, ut corticoso circulo supereminente, cineres cum lixivio supereminentes continerentur. Idem commansus vulnera conglutinat: intermedius aqua maceratus, lentore suo ambustis remedio est. *Folia*, quæ ex roris cœlestis incubitu ita oblinuntur, ac si melle madefacta fuissent, trita & conspersa, pedum tumores discutiunt. Succus è recentibus vino mistus & calidè artubus infrictus, spasmo flatulento opitulatur, in gravidis inprimis. Humor è *medulla* castrata defluens, capillos illitus reddit. Aqua ex *floribus* destillata, epilepsiæ, faciei fuco & torminibus ventris prodest. *Fructuum* pulvis dysenteriam & impari numero deglutitus hæmorrhagiam narium ad miraculum sistit: *Viscum* epilepticis salutare.

Bauh. H.P. l.8.c.3. *II. Tilia fœmina folio minore* Trago est *sylvestris*. Arbor patula & torosior. *Materies* lenis, alba: *cortex* magis quam superioris scaber. *folia* betulæ, rigidiora nec hirsuta. *Flores* usque ad undecim aliquando umbellati, pallidi, odorati, ex luteo foliolo seu amento tardius quam superioris prodeunt, cum lentore acidi. *fructus* parvi, hirsuti, anguloſi. *Nascitur* passim in Germania & Silesia tam sylvis quam montibus. Illi quæ Montbelgardi in fori angulo, tugurium amplum superstructum cum mensis, jucundum commessantium receptaculum. Ad hanc *Telesiana Bauhini* ab arce Ducum Wirtembergensium ita dicta, quæ fulmine tacta fuit noctu mense Septembri, & sub ea novem quæ stabulabantur vaccæ.

Marcgr. H. B. l.3.c.3. Ex EXOTICIS huc refero *Caaguacuiba Brasilienſium*, floribus est tiliæ similibus & *Boa Tsinking Javanorum*, *folio Tiliæ*. Parva est illa arbor, *caudice* sine ramis, *ligno* fragili. *foliis* quæ superiora vestiunt sesquipedem longis, pedem latis & copiosis, ad tactum mollibus & hirsutis, cum insignibus venis. *fructu* nigro, quem aves comedunt. *Ista* prælta truncis multis & acutis spinis obsito. *Flori* rubro siliquæ succedunt, in quibus rubræ itidem fabæ nascuntur, gratissima turdis esca. Bont H.N. & M. l.6. c.44.

PUNCTUM II.

De Ostrya & Viburno.

Vid. TAB. LXIV.

I. OSTRIÆ quæ & Ὀστρύα, unica est apud *Veteres* species, Oxyæ (id est Fago, scissima Gazæ) tum satu tum *cortice* similis, *folio* pyri non multo oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & crassis, à medio dorsi in modum costarum recta secundum magnam fibram porrectis, in fibris ipsis rugato & in ambitu leviter serrato: *materiâ* dura, decolore, albida: *fructu* pusillo, oblongo, hordeo simili, flavo: *radices* sublimes habet. Et Plinio *Ostrys* quæ & *Ostrya*, arbor similis Fraxino cortice & ramis, *foliis* pyri, paulo tamen longioribus, crassioribusque ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt: *semine* hordeo figura simili & colore. Theophr. H.P. l.3. c.10. Plin. H.N. l.13.c.11. Plin. l.c.

II. Ex RECENTIORUM descriptione est duplex, 1. *Vlmo similis fructu in umbilicis foliaceis*, & 2. *Vlmo similis, fructu racemoso lupulo simili.*

I. Ostrya ulmo similis fructu in umbilicis foliaceis est Trago *Ornus*, Matth. Dodon. Tabern. Camer. *Carpinus*, Clusio *Fagulus herbariorum*, Gesnero *Fagus sepiaria*, Lugdunensi *Vlmus Attinia*, Lobelio *Betulus*, Bauhino *Fagus sepium*, vulgò *Ostrys Theophrasti*. Insignis aliquando est altitudinis. *Caudex* crassus, *cortice* subalbido, *materie* albicante & solidissima. Ex *ramis* primo vere nucamenta ac *Juli* dependent foliati, oblongi, foliorum acuto- Matthiol. in Dioscor. Bauh. H.P. l.8.c.4.p. 146.

acutorum, membranaceorum ex viridi fuscorum, agminibus densè stipati. *Fructus* in longo pediculo spicæ instar, foliorum angustorum ligulis alatis obvallatus, pyramidali corculi effigie, hordeo similis, striatus, compressus, lignosus; qui proveniens duo foliola, pomorum foliolis ferè similia producit. *Gaudet* aquosis & præruptis. In monte Atho & aliis Macedoniæ frequens. In Germaniæ, Pannoniæ, Poloniæ & Galliæ sylvis. Habetur & in Arduenna ac Sohnia sylva in Brabantia. *Lignum* quia solidissimum & durissimum, ad rotas molares, trochleas & alia quæ pondus sustinere debêt instrumenta expetitur. Ex crassioribus virgis crates fiunt.

Cæsalp. apud Bauhin l.c.

II. Ostrya ulmo similis fructu racemoso lupulo simili, aliis lupulus arborescens dicitur. Fert in cacuminibus *racemulum* densum flavescentem, qui ex folliculis quibusdam membranaceis oblongis constat. In singulis tanquam utriculis *semina* singula parva, cartilagineo & candido cortice obducta. *Provenit* in montibus Hetrureis.

II. VIBURNUM ut vulgò vocatur, non occurrit apud Veteres tanquam planta singularis. Virgulti enim & fruticis cujusque teste Strabone & Nemesiano proprium nomen est. Cæsalpinus *Rhus Coriariorum Theophrasti & Plinii* esse putat, de qua suo loco videatur. Recentioribus vocatur *Lantana*, & Lugdunensi *Spiræa Theophrasti* Dalechampii. Frutex est arborescens, qui in amplitudinem magis diffunditur. Ex *radicibus* qui παραφύσεις, bicubitales, digiti crassitudine *virgæ* exsurgunt, *cortice* rufo & pulvere farinaceo aspersо, *materie* pauca, viridi, *medulla* albâ & copiosa. *Folia* alni æmula, hirsuta, pulvisculo albo infernâ parte conspersa, sapore adstringente. *Flores* in umbella, candidi, quinquefolii, foliis extrorsum modicè reflexis, cum staminibus longis, qui Lugduni Aprili, Genevæ Majo; in Alsatia Junio; circa Basileam etiam Octobri visi sunt. *Baccæ* primo virides, post rubræ, quod Platanense Julio plærumque fit, nigræ tandem in Septembri, compressæ, viscosæ & dulces; quibus *semen* unum, latum, compressum, striatum, osseo cortice vestitum. Observatum circa Basilæam, Norimbergam, ad Rhenum, & in Italia inter Veronam & Castelfranco Martio mense penè floridum. *Nascitur* inter dumeta, solo inculto, argilloso & forti. De *Usu* habe. *Folia* in vino austero decocta ad dentes vacillantes, gingivarum rheumatismos, columellæ procidentiam & faucium fluxiones commodè adhiberi. Eadem in lixivio decocta capillos denigrare. Ex *radicum* corticibus sub terra maceratis & subinde decoctis, & tusis viscum parari. *Uvarum* acinos arefactos antequam matureſcant, & in pulverem tritos alvi fluxiones sistere. Ex *surculis* optima ad oculos aqua paratur.

Platanus.

Punctum III.

De Platano.

Vid. Tab. LXIV.

I. PLatanum ex *Veteribus* non describit Dioscorides. Ex aliis tamen locis aliquid de eo colligas. Ricino Platani *folia*, majora, leviora, nigrioraque tribuit. Glycyrrhizæ *fructus* magnitudine ejusdem pillularum (sic fructus vocat) & asperiorum Xanthii ad modum earundem spinosus seu echinatus. Apud *Theophrastum* invenies, arborem esse auctu facilem: *radices* in summa terra dispersas, quæ tamen si locum commodum nactæ fuerint, facilè & altiora subeant. *materiem* celeriter putrescere. *corticem* disrumpi; *semen* manifeste producere eoque gigni, quod aliquando in tripode æneo nata sit. Tremula dixisse *folia*, quod Cæsalpinus scripsit nullibi reperias; lata esse dixit Plinius, inter primas germinare. Negabant tum in Adria esse, præterquam Diomedis delubro; inque universa Italia raram affirmabant, quanquam multi magni-

Dioscor. M. M. l.1.c.107 l.4.c.164.& 138 l.3.c.7.

Theophr. H.P.l.1.c.9. & 16.& l.3. c.2.l.4.c.18. l.5.c.8.

Theophr. H.P.l.4.c.7.

Platanus.

que fluvii utrobique eam perluerent. Riguis enim, paluſtribus & aquarum ripis *gaudet*. At in aliis *locis* plurima naſci credebatur. Secundum *Plinium* per mare Ionium in Diomedis inſulam ejusdem tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam, transgreſſa, atque inter primas donata Italiæ? & jam ad Morinos usque pervecta, ad tributarium etiam pertinens ſolum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant. Dionyſius prior, Siciliæ tyrannus Rhegium in urbem transtulit eas, domus ſuæ miraculum, ubi poſtea factum gymnaſium: nec potuiſſe in amplitudinem adoleſcere, & alias fuiſſe in Italia, ac nominatim Hiſpania, apud autores invenitur. Hoc actum circa urbis captæ ætatem: tantumque poſtea honoris increvit, ut mero infuſo enutriantur: compertum id maximè prodeſſe radicibus, docuimusque etiam arbores vina potare. In regione Aulocrene, per quam ab Apamæa in Phrygiam itur, oſtenditur Platanus ex qua pependit Marſyas ab Apolline victus, quæ jam tum magnitudine electa eſt. Fuit & Delphis Agamemnonis manu ſata, & altera in Caphyis Arcadiæ luco. De *Vſu* nota. *Folia* viridia trita & illita non obſcurè phlegmonas naſcentes adjuvare. Iisdem ſuos nidos ciconiæ contra veſpertiliones tutantur. *Cortices* decoctos dentibus dolentibus in collutione adhiberi. *Pillulas* ambuſtis cum adipe inſervire. *Lanuginem* ſpiritu attractam arteriam exſiccando offendere. Fit è *baccis* ſale & aqua maceratis aliquando oleum ad lumina. Duo ejus Plinio *genera*. *Major* nempe, quæ platanus & πλατάνιστος; & *Chamæplatanus*, coactæ brevitatis. In iſtis quædam magnitudinis, radicum, foliorum, & regerminationis diverſitas. *Magnitudinis*. Erat enim clara *in Lycia* gelidi fontis ſocia amœnitate itineri appoſita, domicilii modo cava, LXXX. atque unius pedum ſpecu, nemoroſo vertice, & ſe vaſtis protegens ramis, arborum inſtar, agros longis obtinens umbris: ac ne quid deſit ſpeluncæ imagini, ſaxea intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices: tam digna miraculo, ut Lucinius Mutianus ter Coſ. & nuper provinciæ ejus legatus, prodendum etiam poſteris putarit, epulatum intra eam ſe cum duodeviceſimo comite largè ipſa toros præbente fronde, ab omni afflatu ſecurum, optantem imbrium per folia crepitus, lætiorem, quam marmorum nitore picturæ varietate, laquearium auro cubuiſſe in eadem. Haud minus patula illa fuit *in Lydia* quam Xerxes monili aureo donavit, & uni ex immortalibus mandavit cuſtodiendam. Aliud exemplum Caii principis in *Veliterno rure* mirati unius tabulata, laxisque ramorum trabibus ſcamna patula, & in ea epulati, circumſparſa umbra XV. convivarum ac miniſterii capaci triclinio, quam cœnam appellavit ille nidum. *Radicum*. Celebrata enim in ambulatione Academiæ *Athenis* una, quæ novella adhuc, radices triginta trium cubitorum egit. XXXVI. placuere Plinio. *Foliorum*. Erat enim *Cortinæ* in inſula Creta una juxta fontem, inſignis utriusq; lingvis monumentis, nunquam folia demittens: ſtatimque ei Græciæ fabuloſitas ſuperfuit, Jovem ſub ea cum Europa concubuiſſe: ceu verò non alia ejus generis fuiſſet in Cypro. *Regerminationis* ſingulare apud Theophraſtum exemplum. Longitudine decem cubitis major: craſſitudine ut quatuor viri vix amplecterentur, in Antandro & Philippis erat. Cum ramis capulatis, truncoque ſecuri luxato procidiſſet, ἀνέφυη, καὶ τοῦτο κεφαλειότατα βάρος, καὶ ἀνέβλυσε καὶ φλοιὸς ἐξεφύη πάλιν. Plinius circumdolatis aſſeribus veſtibulum ſponte factum ait.

Ælian. Var. Hiſt. l. 2. c. 14.

Varro R. R. l. 1. c. 37.

Theophr. H. P. l. 4. c. 19.

Plin. H. N. l. 16. c. 32.

II. RECENTIORIBUS duplex eſt Platanus, *Vulgaris* & *Indica*.

1. Platanus vulgaris arbor eſt vaſta, Nuci in amplitudinem explicitæ ſimilis. *Caudex* procerus, ſtatim in ramos dividitur. *Cortex* lævis corio ſimilis, cujus ſcabriores tunicas ſingulis menſibus deponit. *Materia* inter

Theophr. H. P. l. 4. c. 4

Plin. H. N. l. 12. c. 1.

Plin. H. N. l. 12. c. 1. & 2.

Bauhin. H. P. l. 8 c. 11. p. 170.

inter Quercum & Fagum media. *Virgæ* seu surculi ex intervallo nodis & geniculis præcinguntur, quibus singulorum annorum numerantur germinationes. *Folia* instar palmæ humanæ divisa, dura, robusta Aceri similia & hyeme decidua. Penes eadem cum vere germinavit, *globuli*, de longis pediculis, asperi & velut lanugineis flosculis pleni, qui paulatim in majusculas *pillulas* excrescũt, parvo castaneæ echino æquales. Hirsutæ hæ, lanuginosæ, & acerosis apiculis seu conicis asperatæ. Autumno in tot *semina* quot apiculi seu aculei fatiscunt; eaque oblonga, flava, aspera & papposa lanugine involuta. Effigie glandis alii faciunt. *Rara in orbe nostro.* Florentiæ olim propè pomæria & in suburbio speciosas Lobelius observavit, satas sine dubio, exque iis ramos & surculos, maturis jam ferè echinis, defregit. Visuntur & Romæ plantatæ in viridariis, & Leidæ in Horto Medico, sed minus proceræ, nec ita densis foliis.

Bellon. obs. c.10. Spontè nascuntur in Creta & montana Ida juxta torrentis fontem in valle foliis omnibus deciduis; in monte Atho, ubi altitudine Cedris montis Libani comparari possunt; in monte Tauro, ubi hyeme cortices exuunt. Altissimi & Antiochiæ in monte Castagna. Habentur & in Sicilia ad Ætnæ radices. Constantinopoli allata; Viennæ ad aliquot Orgyias Clusio crevit. De *usu* nihil occurrit. Montis Atho incolæ cymbas ex trunco parant.

Nieremb. H.N.Exot. l.15.c.83. *II. Platanus Indica* est duplex. 1. *Abaca dicitur* similis cæteris angustioribus tamen *foliis*, *fructu* triangulari, decem uncias longo, candido callo, ac nucleis multis & nigris, cicere paulo minoribus mollioribusque & orbicularibus, ex quo platani genere lintea conficiuntur. *Nascitur* in

Nieremb. l.c. insulis Philippicis. 2. *Fulvo maculatas colore, fructuque* parvo & tenui, in tres divisas differentias præcipuas, *tologdato, goyot & bolongon* vocatas, præter alias nonnullas, quas etsi nominibus minimè destitutas, nominatim piget recensere; *fructu* odoro, & oris halitum in multas horas commendante, saporis grati, ac nostris apianis malis, si exquisitè maturuerint, minimè cedente, coloreque extra viridi, ac diversâ magnitudine, temperatâ naturâ aut paululum frigenti, sed aliquanto humidiore. Flatum & pituitam generat, ventrem emollit, & oris commendat halitum, quin post esum mos est indigenis, ab omni potionis genere, ne ob immodicum humorem putrescant, abstinere. Ricinus

Punctum IV.

De Ricino.

I. Ricini sub κρότωνος & κίκι nominibus ex *Veteribus Dioscorides* & *Theophrastus* inter Græcos, *Plinius* inter Latinos meminere. Vid. Tab. LXIV.

1. *Dioscoridi* est arbor ficus parvæ instar. *folio* platani, at majore, læviore, & nigriore. *ramis* caudicibusque, cavis καλάμου τρόπον: *semine* in βότρυσι τραχέσι quod λεπιστὸν animal repræsentat. Dioscor. M.M.l.4. c.164.

2. *Theophrastus* de foliis duntaxat scribit, rotunda recentia, ἀστογονιοῦσθαι seu in angulos vetustate abire, quasi istam formam perfectionis suæ demum capessere debeant. Facilior scilicet res simplex, quam multiformis: nec potest principium rem difficilem peragere, quia ἀσθενὲς. Theophr. H.P.l.16. & de C.P.l.2. c.22.

3. *Plinius* in Ægypto copiosam prodit, ibique non pridem (de suo tempore accipe) In Hispania repentè *provenisse*, altitudine oleæ, *caule* ferulaceo, *folio* vitium, *semine* uvarum gracilium pallidarumque. De *Vsu* habe. *Folia* cum polentæ polline trita, oculorum œdemata inflammationesque lenire. *Grana* numero XXX. ut in textu Dioscoridis est (tria fortè) violentissime purgant, & ventriculum subvertunt. Ex iisdem fit oleum. Coquitur in aqua, innatansque colligitur: in Ægypto sine igne & aqua sale asperso exprimitur cibis fœdum, lucernis utile. Stirpem illam esse, quam Deus Jonæ pro umbracu- Plin.H.N. l.15.c.2.

Ricinus Lemn de plant. Biblicis c.33.

braculo paraverat, Arias Montanus, Danæus, Lemnius, Gvilandinus & Bodæus volunt.

II. RECENTIORIBUS triplex est. 1. *Vulgaris*. 2. *Ægyptius*. 3. *Americanus*, quibus *Affines* adjici debent.

Bauh. H.P. l.14.c.14. p.643. Bodæus ad Theophr. H.P.l.9.c.12.p.1089. Camer. in Epit. Matthiol.p.959.

I. Ricinus vulgaris Mesuæo *Granum regium majus*; Arabibus *Kikajon Ionæ, Alkaroa & Kerva*, Italis *Gyrasole*, Thuscis *Phaselus Romanus*, Fragoso *Cataputia major*, aliis *Palma Christi*, *Pentadactylus*, Hispanis *Ficus infernalis* &c. planta est auctu celerrima, prout solum nacta est. *Caudex* striatus, glaucus arundinis modo geniculatus & cavus, glaber ex obscura purpura nitens; candidus si pulverem quo farinæ instar conspersus est deterseris. *Folia* ampla, octo vel novem segmentorum, quæ serrata & acuta, hisque è folii centro nervus, atrovirentia, & interdum acetabuli instar concava, loco inprimis quo segmentorum nervi coëunt; quo altiora eo majora, ut reperias quæ petasum æquant. *Flores* longa serie thyrsoidi surculo racematim insident, è sanguineis crispisque staminibus conflati; quibus muricata triquetra *vascula* succedunt, in quibus *semina* Ricini animalculi æmula, foris livida & maculosa, intus candida, quæ per maturitatem fissis capitulis ac rimas facientibus cum impetu exiliunt. Insident eidem thyrso muscosa glomerata *nucamenta* coloris herbacei, quæ nullo relicto fructu marcescunt. Passim jam in hortis & viridariis *nascitur*. Vidit hominis crassitudine in Hispania Clusius. Bellonius in Creta tantos, ut non nisi scalis admotis abscinderentur. In Germania annua est, perficiturque eo quo sata est anno. *Semen* autumno si æstas calida maturatur. In calidis regionibus multos restat annos.

Bellon. observ. c.20.

Aldin. Horti Farnes. c.9.

II. Ricinus Ægyptius ab Aldino observatus est, semen enim quod circulator quidam Romæ vendere solebat satum, similem quodammodo vulgari plantam protulit; sed majorem & *foliis* crispioribus rubicundioribusque nec non semine majore. Multo hoc vulgari validius, *dimidioque grano* sumtum valentissimè purgat, ita propter acredinem dum sumitur obvolvendum ne ventriculum attingat. Visus quidam robustus juvenis, qui contra capitis dolorem sumsit, feliciterque purgatus, inflammato ventriculo, nonodie, nihil proficientibus trium Medicorum subsidiis, occubuit.

III. Ricinus Americanus quintuplex est, 1. *Major*. 2. *Minor*. 3. *Scandens*. 4. *Foliis Staphis agriæ*. 5. *Fructu racemoso hispido*.

I. Ricinus Americanus major incolis *Curcas*, Cameratio *Syriacus*, ab Aldino satus, prima ex semine *folia* produxit subrotunda, vulgari similia, sed decies majora: quæ ea excepere hederacea & angulosa non divisa erant. *Semen* nigrum non maculosum. *Siliqua* ipsa triangula, lævis est & cinerei coloris, ut Clusius habet. Elicitur ex *semine* oleum in Nova Hispania, quod *Oleum Ficus infernalis* vocatur, prout Dioscorides præscripsit: quod in colicis doloribus per clysterem infunditur: hydropicorum ventri inungi potest, nec non psoris & capitis ulceribus. Guttis aliquot intus sumptum in vino, flatus validè discutit, & aquas evacuat. Tumores frigidos dissolvit, morbisque ab ejusmodi humoribus provenientibus opitulatur. Ventri puerorum illitum, alvum solvit, & vermes pellit, maximè si una vel altera gutta in lacte vel jure pingvi propinetur. *Semen* ipsum dicitur semigrani pondere infra & supra evacuare.

Aldin. l.c. Monard. simpl. medic. c.4.

II. Ricinus Americanus minor, dicitur *Eravvay*. Granum ei pusillum, adferturque ex Guinea. Empirici interpurgantia commendabant.

Clus. Exot. l.2.c.21. & 25.

III. Ricinus Americanus scandens est duplex, *Hucipochotl* & *Xapeloach quahuitl*. 1. *Hucipochotl* arbuscula est vitium instar serpens, quæ apud Huaxenses *nascitur*, *foliis* tricuspidibus, *floribus* coccineis in comam aggregatis; *fructu* nucis Ponticæ formâ & magnitudine, qui ternos Ricini more candicantes *nucleos* continet.

Nard. Ant. Medicar. l.3.c.26.

Toto-

Totoque anno hæc omnia fert. Moderatè est frigida. *Folia* in acetariis colorem nitidum reddunt. *Lachryma* è perfractis germinibus stillans, inflammationem oculorum tollit. *Nuclei* quini membranâ liberati per superiora & inferiora purgant. 2. *Tzapeloach quahuitl*, est stipite cubitali, lento, subalbido, levi & spinifero. Lac dentes firmare, & carnem exhaustam instaurare creditur.

Bauh. Phytop. p. 522. *IV. Ricini Americani folio staphisagriæ* ramum descripsit Bauhinus. Erat is cubitalis, lignosus, rufescens, & circa foliorum exortum hirsutus, quem *folia* pallidè virentia, pediculis oblongis & hirsutie asperis donata ambiebãt: folia inferiora in quinque lacinias, superiora in ternas secantur, crenis acutis per circumferentiam exasperata, & nonnihil pubescentia. Ramulis *flores* quinquefolii ex intensa purpura rubentes insident.

Marcgr. H. P. Brasil. l. 2. c. 14. *V. Ricinus Americanus fructu racemoso hispido*, nascitur in Brasilia, & incolis *Nambu guacu* dicitur. Frutex est in multos *ramos* expansus. *Folia* in quorum medio longi pediculi, magna, in octo aut novem lacinias scissa, mollia, tenera & quæ attacta statim flavescunt. In ramorum extremitatibus *pediculi*, in quibus alternata serie spicæ formâ, quinque aut sex virides & læves *globuli*, uvæ instar connexi; qui ubi se aperuere, *flosculos* subtiles, sambucinis similes, ex albo flavescentes in racemum congestis exhibent. His succedit *fructus*, corpora nempe rotunda, viridia, cinnabriis umbilicis notata, magnitudine avellanæ, erinacei instar, quinquaginta aut sexaginta in unum racemum congesta. *Nigricat* maturus, & dissilit in tres capsulas, quarum unaquæque nucem cineream, nigro maculatam, figurâ & magnitudine pistaceorum, cuticulâ fragili obductam continet, cui nucleus oleaginosus. Immaturus si tangatur, cum crepitu in partes dissilit.

IV. *Affines Ricini* sunt 1. *Dende Serapionis* seu *Abelmoluch Mauritanorum Imperati.* 2. *Fructus Exoticus Clusii ricino similis.* 3. *Curcas Cayrensium.* Ricinus

I. Dende Serapionis seu *Abelmoluch Mauritanorum Imperati*, falsò Ricinum Americanum creditum Bauhinus noster scribit. Tres ejus recensentur species. 1. *Chinensis* quæ *semen* fert Pistachiorum crassitudine & similitudine quæque celebratissima est. 2. *Sahatica* quæ magnitudine seminis cataputiæ prodit; & quia tardè operatur, flatusque in phlegmatico fortè corpore, & alia gravissima symptomata gignit, rejicitur. 3. *Indica*, mediæ inter utramque naturæ. Maximum in iis à cortice extimo & lingulis interioribus periculum, ideo rejici debent. *Fructus* quem *sub hujus nomine à Paludano Bauhinus* accepit, Ricino Americano majore dimidio minor erat, eique *cortex* cinereus, maculis pullis hinc inde aspersus, gibbus, altera parte elatior, pauloque planior, tribus interdum elevatis costis conspicuus; *nucleus* bipartitus, pallidus, tenui vestitus cortice, saporis non ingrati, sed fauces diu & multum vellicantis. Allatus erat ex Creta. Bauh. Phytop. l. 5. p. 432. Bauhin. H. P. l. 14. c. 14. p. 644.

II. Fructus Exoticus Clusii Ricino similis, triangularis & in tres cellulas distinctus erat, quarum singulis *semen* inerat rugosum, nigrum; Exterior cortex fuscus & glaber. Pendebat inter quinque foliola, medium tegentia fructum è pediculo semunciali, satis firmo. Clus. Exot. l. 2. c. 24.

III. Curcas Cayrensium, Cambajenses *Carpata*, Malavares *Chiviquilenga* vocant. Fructus est avellanæ magnitudine cum suo putamine, sed non tam rotundus, candidus, gustu tuberorum coctorum, ex plantæ cujusdã quæ seritur ramis dependens; nullius Garzia conscio in Medicina usus. Forte *Habelculcul* Serapionis. *Hab* enim magnum semen notat. Seminis copiam facere, sed & cholericam passionem excitare scribit iste: quæ & Malavares huic fructui tribuunt. Garz. Hist. Arom. l. 2. c. 22.

Sassafras.

Punctum V.

Tab. LXV.

De Sassafras.

Monard. Simpl. c. 24 De Laet Ind. Occid. l. 4. c. 15. Bauhin. H. P. l. 4. c. 52.

DE *Sassafras* nihil in Antiquorum scriptis. Non prius nota arbor, quam novus orbis, & in eo Florida. Monardo & aliis est *Pavame Indorum*; Capivaccio *Indica Sassifragia*; Camerario *Lignum Sassepes*, aliis *lignum Floridum*; Codroncho *Indica radix qua Sassafras*, Virginiensibus *Winanck*. Arbor est aliquando procera, ita ut pinum mediocrem æquet. *Radix* summa tellure vagatur, modò crassa, modò gracilis. *Truncus* singularis, nullis adnatis ramosus, radice magis flexilis, cui *cortex* extimus tenuis & cinereus; interior crassiusculus, ruffescens, fungosus & nonnihil mollis; *materies* ex albo ruffescens, aliqua parte cinerea, mollitie & pectinibus tiliaceis, odore & sapore aromatico, subdulci, & quodammodo anisi. *Folium* Bauhinus sublongum apud fratrem vidit, in tres partes divisum, cum pediculo aromatico. Monardes pyri foliis simile facit, atro-virens, odoratum, vixque ullum angulum ostendere. Perpetuum idem, aliisque marcescentibus, succrescunt alia. *Fructus* secundum eundem oblongus, rugosus, & longissimis pediculis donatus. At qui ex novo Belgio redierat, formâ à baccis lauri non multum differre, minorem tamen, cortice tenero & penè nigro, exterius rugato, dixit; *nucem* intus albam, sapore subamaro in duas partes divisam. *Nascitur* in Florida maritimis temperatisque locis; in portu inprimis S. Helenæ & S. Matthæi: montibus etiam. *Vsus* hisce regionibus frequens, ex quo in ferri cæpit. Efficacissima ob corticem multum viscidum *radix*, ejusque decoctum odoratius: hinc *cortex*, quia magis aromaticus, cum suo *ligno*, qui ad tertium caliditatis gradum ascendit. Uncia una octo libras potionis gratissimæ exhibet, ad corpora superfluis humoribus liberanda: sed quia vires asservata amittit & odoris gratiam, melius pro duabus tantum dosibus paratur. Fit & destillatum ex eo, si ramenta aliquandiu sub cineribus calidis macerata fuerint; & cujus minor quam decocti dosis. Olim ligni cum suo cortice unc. una semis in tribus aquæ fontanæ libris perhoras XII. infusa ad librarũ duar. consumtionem decoquebantur. Colaturæ libra dimidia dosis manè. Residentiam in libris XVI. aquæ per tres horas infundere solebant: ad libras duas decoquebant, colatoque per manicam Hippocratis cum saccaro, pro ordinario potu utebantur. Licebat & vinum diluere. Singulare est remedium inlue venerea, ischiade, podagra, veteribus fluxionibus, tertiana notha, capitis doloribus, respirationis difficultate cum saccaro; flatibus, urinæ suppressione, & aliis frigidis affectibus. In fœdis virginum coloribus singulari est experimento. Ipsa ligni materies etsi ad opera satis inepta, sustinuit tamen in elegantium pyxidum torno elaborari. Vide de ejus usu *Neuvillæum*.

De Laet in Ind. Occid. indice capitum.

Huc refer *Lignum Anisi* Geropii, ex orbe Atlantico utille vocat, advectum, & quod Anisi odorem spiraret ita dictum. Habebat *eodem nomine* à Thoma Platero Bauhinus *aliud*, uncias duas latum, ex trunco brachii crassitudine, nec illo tamen integro excisum, odore Anisi & quàm Sassafras svaviori, mitiorique; *materie*, solidâ, subfuscâ, pectines rectos maculis transversis ac splendicantibus intercipientibus, quales ferè in Fagino ligno videri solent: facilè finditur. Flammæ admotum, facile adolescit, & luculentam flammam præbet: sed odorem gratum non reddit sicuti Sassafras.

Gorop. Hisp. l. 7.

Arti-

Tab: LXV.

Saſſafras
Wittanek
Saſſafras.

Fructus Exoticus Ricino ſimilis

Hucipochotl ſeu Ricinus
Americanus ſcandens

Mäzaxochotli Nardi.

Berberis Alpini Cretica.

Berberis dumetorum

Groſſularia ſilveſtris non ſpinoſa
fructu nigro.

Groſſularia non ſpinoſa ſylveſtris

Groſſularia non ſpinoſa rubra.

ARTICULUS II.

De Bacciferis Indigenis & Exoticis Classis secundæ.

PUNCTUM I.

De Berberis.

Vid. TAB. LXV.

BAcciferarum Classis secundæ sunt 1. *Berberis.* 2. *Grossularia*, cui *Ribes* adjicitur. 3. *Sambucus.* 4. *Laurus.* 5. *Laureola.* 6. *Chamelæa.* 7. *Thymelæa.* 8. *Cneoron.*

I. *Berberis* inter *Antiquos* nemo meminit. Ex Græcis mediæ ætatis facit ejus mentionem Myrepsus, & semen oxyacanthæ esse putat. Videtur equidem c. 27. unam & eandē cum branca ursina facere: sed locū corruptum esse certum, & ita legi & interpungi debere, ut περίττος κρόσινα τινὲς ἴσι ἀκανθον legatur, quod verissimum est, cum brancā ursinam acanthon Græci vocent. Ferri tamen nō potest, ut cum *Oxyacantha*, sive illa sit *Galeni*, sive *Dioscoridis*, sit eadem; tantum abest, ut sit Theophrasti *colytea*. De *Oxyacantha* Dioscoridis superius sub Mespilo egimus. Cum hoc eadem est Galeni ut ex libro 7. simplic. patet. Pyro sy. vestrisimilem scribit, & fructum ὅμοιον τοῖς μύρτοις ἐχόν ἡδὺν καὶ ἀρωματικόν ferre. *Colytea* Theophrasti arbor est circa Idā proveniēs. Genus aliud est fruticosum, ramosum, ἐξῶδες καὶ πολυμιξάλοις, inventu rarum non crebrum, &c. *Berberis* pluribus ac diversis aculeatis stolonibus frutificat, qui rarissimè arborescunt. Trium *spinarum* ipsi ad singulos nodos perpetua series, adeò ut trifurcato quasi ordine prodire videantur. albæ hæ, planæ, fragiles, & admodum pungentes. *Folia* habet parva, oblonga, diluтè virentia, ambitu crenata, sapore acida. *Fructus* racematim uvæ in modum propendet, teres, oblongus, lentâ cute, succulentam carnem continens. Fiat jam comparatio, & verum esse comperietur, quod diximus.

Sectione de Antidotis c. 457.

Theophr. H.P. l. 3. c. 17

Theophr. l. c.

II. RECENTIORIBUS est triplex 1. *Dumetorum.* 2. *Sine nucleo* seu ἄκαρφ & 3. *Alpina Cretica.*

Berberis triplex.

1. Berberis dumetorum, Dodonæo *spina acida*, Trago *oxyacantha*, Tabernomontano & Codro *Oxyacantha Galeni*, Ruellio *Spini vineta*, Matthiolo *Crespinus*, Camerario *Oxyacanthus Galeni*. *Amirbaris* Abensinæ, *Ribes Serapionis* fortè Cæsalpino, ambigit inter arbores frutices, armaturque spinis minacibus, quarum tres aliquando ex uno trunci puncto emicant. *Radix* multifida, sub primo cortice egregiè flava. *Materiei* albidæ multa subest *medulla*. *Folia* primâ germinatione sinuosa & pungentibus spinis horrida, successu molliores, induunt & saporem acidum. *Flores* racemosi, sex foliorum, lutei, cum totidem staminibus, pistillo viridante, odore gravi, mense Aprili & Majo prodeunt. *Baccæ* cylindraceæ, tenues, & per Septembris maturitatem acidæ: *Zairach* quibusdam. Calidas nimis *regiones* avertsatur, ideo in Hispania fructum non emittere author Tragus. Nec Monspelii à Bauhino visa. *Crescit* tamen in Italia, Delphinatu, Germania, Polonia &c. Incultis, sylvosis, campestribus, montanis, siccis & aquosis delectatur; inprimis in frigidiore climate rivorum ripis ac collibus. De *Usu* scito, *Corticem* flavum pulverizatum, qui officinis *Bugia*, aphtis & faucium ulceribus prodesse: medianum, qui inter lignum & corticem, vino albo in lineo panniculo per trihorium maceratum, mitificè purgare. Quomodo croceo ejus colore vernix tingatur, extat apud *Bauhinum*. Aqua, *inquit*, quæ macerata colla mucaginosa sit reddita, illinuntur ligna explendis fibrarum & pectinum interstitiis: siccata in fuso, corticum Berberis croceo colore tingunt, tandem nitorem inducta vernice liquida vulgata conciliant. *Folia* viridia ad intinctus parantur: succus contusorum cum aceto in calidis ad dentes defluxionibus laudantur. *Baccæ* in

Bauh. H.P. l. 6. c. 24.

Bauhin. H. P. l. 6. c. 24. p. 54.

Berberis. secundo sunt frigidæ & siccæ, & tenuium aliquatenus partium. Vinum ex illis expressum in fluxionibus, febribus ardentibus, cum julepo violato adhiberur: non tam sumptum quam inditum menses moveti & cum aquis graminis vel portulacæ & saccari tantillo, rineas ventris interimit.

Clus. H.P. l.1.c.85. II. De *Berberi sine aculeo* seu ἀκανθῳ nihil occurrit Fruticem ejus Aschafenburgi, magnum Francofurti Clusius vidit.

Bellus ad Clus. Epist. 1. Bauhin. H. P.l.6 c.26. P.60. III. *Berberis Alpina Cretica*, Bello *Lycium Creticum* audit. Frutex est quatuor vel quinque cubitorum, totus spinis horridus. *Cortex* ligni pallidus & asper: *materies* lutea. *folia* parva ad formam buxeorum accedentia, leniter serrata. *flores* copiosi, lutei, paluri instar sed minores. *Fructus* berberum instar longi, nigri, sapore inter dulcem & acidum medio, in quibus unum vel duo granula continentur. Frequens est & in monte Libano.

Nardus R. M N.H. P.335. Ex EXOTICIS huc refer *Mazaxochotl* arborem, cujus rami omnes alati, pleni fructu rubro Berberis, qui longus & dimidium digitum latus est.

PUNCTUM II.

De Grossularia & Ribesio.

Vid. TAB. LXV. I. DE *Grossularia* & *Ribesio* nihil apud *Antiquos* invenies. *Illam* nonnulli ἴσως alii Ceanothum Theophrasti esse dicunt. At Grossularia seu Uva crispa spinosa est, ἴσως nullæ spinæ. Flos omnis ex herbaceo albidus. fructus per maturitatem flavescit. De *Ceanotho* spina paucissima Theophrastus prodidit. Germina re dicit ut iridem; aquosis gaudere; radicem ei nec arundinosam, nec geniculatam esse, quod ad Uvam crispam vix spectat. *Hæc* etiam quibusdam ἴσως, seu ut alii ὅσως (*æquam* Gaza vertit) Theophrasti esse putatur. Æquorum *inquit ille* alia candida, alia nigra: & flos fructusque utrique pro ratione discriminis, alius candidus alius niger: nonnulli etiam medii quodammodo sunt, quibus flos in purpura candicans. Nec enim fulvus, nec exalbidus est. Nihil horum convenit Ribesio. Sed & Suidas ὄσιον salicem dicit; & ex ea quia ἰμαντώδης crates fieri.

Theophr. H.P.l.3.c.17.

Theophr. H.P.l.4.c.11.

II. RECENTIORIBUS est Grossularia duplex, alia *spinosa*, dicta *uva crispa*: alia *non spinosa*, dicta *Ribes*.

I Grossularia spinosa est vel *Sylvestris* vel *Sativa*.

1. *Grossularia spinosa sylvestris* dicitur plærisque *Uva crispa*, Lobelio *Vitis pracia Plinii*, Matthiolo *Uva spina*, Cordo *Crispina uva*, Cardano *Rocella*, *Ceanothus spina*, vel *asper* Gesnero, *Grossularia vulgaris* Clusio. Frutex est tricubitalis aliquando, *spinis* acutis & rigidis, binis, ternis, ad foliorum exortum passim horridus, cortice purpurante, *materia* buxeo pallescente colore. *Folia* utrinque hirsuta, sapore acido, ex brevibus pediculis propendent. *Flosculi*, quos in Aprili dat, simul multi ex eodem tuberculo quo folia prodeunt, nonnihil gravi odore, ex pediculo brevissimo, punicante, hirsuto, nutanti; quibus *globuli* hirsuti subsunt, futurarum baccarum rudimenta. ex foliolis quinque rubentibus, extrorsum reflexis, ut radiatam stellam exprimant quæ totidem adnatas quasi lingulas albicantes, intus hirsutas surrigentia, florem reliquum concavum efficiunt. *Baccæ* mense Majo funduntur, rotundæ, striatæ, granis multis prægnantes, quæ maturæ in Junio & Julio flavescunt, aliquando subrubent, dulces, immaturæ acidæ. Dum manducantur ob membranam crepant. In *calidis regionibus* rarò occurrit. Circa Basileam copiosissima. Observata & Murani ad Venetias. *Usus*, *Foliorum* in urina cienda, si novella comedantur: *fructus*, in gravidarum pica; in febribus, si jusculis incoquantur; fluxionum restrictione, si immaturus sumatur, in inflammationibus calidis, si applicetur: in gonorrhœa & fluore albo,

Cardan. de Variet. Rer. l.6.

albo, si saccaro condiatur. Concinnatur & in placentas, cupedias ac scitamenta. Delectantur eo & aviculæ. Ideo Diepæ circa frondosas arbusculas circumductum rete, inque eo aviculas nutritas vidit Gesnerus. Gesner. in Hortis German.

2. *Grossularia spinosa sativa* duplex est, *fructu nempe majore* & fructu obscurè purpurascente.

1. *Grossularia spinosa sativa fructu majore* cerasi magnitudinem assequitur, ampliorem foliis, quam Cargillus in hortis nonnullis infirmo sarmento ridicis sustentato vidit. Cluf. H.Pl. l.1.c.85.

2. *Grossularia spinosa sativa fructu obscurè purpurascente* cujus *folia* ampliora nigrioraque: *spinæ* modo breves & infirmiores, modo nullæ. *fructus* immaturus viret, maturus purpurascit primò, mox atrum ex purpura colorem contrahit.

II. Grossularia non spinosa dicitur *Ribes*, & est vel *Hortensis* vel *Sylvestris*, cui *Ribes Arabum* & *Ribes Arabum congener planta* accedit.

1. *Grossularia non spinosa hortensis*, fructum gerit vel *acino simplici* eoque cæruleo; vel *multiplici*, estque 1. rubra vulgaris. 2. majore fructu & monocarpos.

Bauh. H.P. l.15.c.2. p. 97. *I. Grossularia non spinosa hortensis acino multiplici rubra vulgaris*, seu *Ribes officinarum*, Dodonæo *uva ursi*, Gesnero *Ceanothus levis*, Lobelio *Ribes Arabum*, Lugdunensi *Grossularia rubra*, frutex est notissimus, stolones aliquando tricubitales, flexibilibus & subnigricantibus *ramis*: *cortex* spadiceus, *materiei* ampla matrix. *folia* uvæ crispæ similia, sinuata, mollia, acidula, infernè canescunt. *flores* racematim cohærent, quinquefolii, pallidè virentes, cujus umbilicum medium, obsoleti coloris, staminula sex sessilia, ambiunt. *Baccæ* non racemosæ, rubræ, ejusdem ferè cum uva crispa usus. Reprimunt bilis fervorem, putredinem, febres, ventris subversiones, choleram &c. Paratur ex iis in officinis Syrupus.

Bauhin. l.c. p. 98. *II. Grossularia non spinosa acino multiplici fructu rubro majore*, Caspari Bauhino, *Ribes flore rubente*. Firmior hic frutex vulgari, & sæpè culturâ in Grossularia & Ribes. arbusculam abit. *Cortex* rubescit. *folia* hirsuta ad tactum lævia, angulosa, sapore tantillum acido. longi *florum* racemi, & ferè palmares, obsoleti ruboris, quorum fimbria quinquepartita albescit, sapore subacido. *Fructus* rubet. *Clusius* ampliori- Cluf. H.P. l.1.c.85. bus esse *folis* scribit. *florem* elegantèr rubere, & puniceum esse. *Visa* Florentiæ acinis avellanâ majoribus, acidissimi saporis.

III. Grossularia non spinosa, acino multiplici monocarpos, fructum singularem ut in uva crispa profert. Gesner. in Horto.

IV. Grossularia non spinosa, *fructu margaritis simili*, quæ cortice est candidiore, floribus facillimè diffluentibus, baccis albis, pellucidis, unionum instar, ejusdem cum vulgaribus magnitudinis. Incognitũ Hungaris scribit Clusius. Montbelgardi floruit. Bauhin. l.c.

V. Grossularia non spinosa fructu dulci, folia habet candidiora, fructus minores & rubros.

2. *Grossularia non spinosa sylvestris* est duplex. 1. *Fructu rubro*. 2. *Fructu nigro*.

I. Grossularia non spinosa sylvestris fructu rubro, aliis *Ribes sylvestris*, Gesnero *Ceanothus levis sylvestris*, Bauhino *Ribes Alpinus dulcis* vocatur. Fruticat tenui vimine, *cortice* cinereo contecto. *Folia* aliquot ex alternis tuberculis cum floret simul exeunt, leviſſimè hirsuta, supernè atro virentia, in quorum angulos singulos nervus satis elatus excurrit, gustu subdulci. *Flores* racemosi, herbacei, vulgaris magnitudine multum cedunt, odore gratissimo, quibus ad pediculum folium concolor, tenue & oblongum, adnascitur. *Vuæ* breviores quam vulgari; acini minus rubri, subdulces, ferè insipidi. Occurrit circa Basilæam & Genevæ in monte Solere: nec non in Bohemiæ & Germaniæ sylvis. Visa ab Illustri Barone Schöneichio in pinu.

II. Grossularia non spinosa sylvestris fructu nigro, Trago *Ribes sylvestris* & *Ceanothus ribes acinis nigris* Dodonæo & Tabern. *Ribes nigrum*, Gesnero

Grossularia & Ribes. Joh. Bauh. H.P.l.15. p.98.

Ribes sylvestre aquaticum Sabinæ ferè odore, Amomum falsum & Pseudo Amomum, Lugdunensi *Grossularia nigra*, aliis *Piperella*, Bauhino *Ribes nigrum vulgo dictum folio olente*, frutex est. in Gallia aliquando tricubitalis. *folia* vitiginea, aversa parte pilosa, odore fœtido: *flores* ex eodem tuberculo racematim digesti, concavi, uvæ crispæ foliis similes, quinque foliis rubentibus extrorsum reflexis, totidem surrectis pallidè virentibus, alternante cum quinis fibris concoloribus situ, odore gravi. *Baccæ* oblongæ, nigræ, acidæ, sapore inter gratum & ingratum medio. Ruellio immaturæ sunt virides, post nigrescentes, racematim coactæ, gustu piperis, sed mitiusculo. Hinc *Piperolitores* Galli vocant. *Provenit* in hortis Galliæ & Italiæ, incipitque principio Februarii prorumpere. Tiguri, circa rivorum quorundam ripas sponte nascitur, sed sterilis. Visitur & in Misniæ montanis circa Annæbergam, ubi fructui nescio quid venenati inesse creditur. Sunt qui foliis cibos condiunt.

Bauh. H.P. l.15.c.2.p.99 Rauvvolff. itiner. l.2. c.12. Clus.H.P.

III. *Ribes Arabum foliis petasitidis*, Rauvvolffio *Ribes Arabum cum suis capreolis*, Clusio *Ribes legitima Arabum*, Camerario *Ribes Serapionis*, Cardano *Ribes verum Bellonii in Libano*. *Radicem* habet apud Clusium purpurascentem, rugosam, flexuosam; *caules* cubitales, pollicari crassitie, hirsutos, virides, infernè purpurascentes. *Folium* lapathi acuti vel petasitidis, ad papyrum accedens. Septena ut plurimum à radice assurgunt, in eorumque semi medio baccæ veluti racematim dependent. Bellonio Spicæ Celticæ nascendi modo aliquomodo naturam refert, perpetuoque sub nive degit. Rauvvolffio mense Septembri sine flore & semine, duobus tantum foliis visa. *Nascitur* in Libano, si à cedris paulò altius ad montis cacumen ascenderis. *Folia* & *caules* succum acidum, turbidum, lactis albedine fundunt, qui si insoletur, clarescit. Eadem fortè cum ea vel affinis *Ribes Arabum Serapionis folio Oxylapathi*. Arborem esse scribit rotundis foliis & capreolos habere. Frigida & sicca ordine secundo. Ex capreolis exprimitur succus, qui coctione spissescit. Paratur ex eo Rob de Ribes Alepi, mittiturque etiam ad Turcicum Imperatorem, earundem cum nostro Ribes virium.

Bellon. apud Bauhin l.c.

Dodon. in Pemptad.

IV. *Ribes Rauvvolffii congener planta*, à Clusio ex Coolmanni foliis describitur. Reperta enim hæc cum suprema caulis parte inter chartas ejusdem. Non adeò sphæricæ figuræ erant, mucronata enim, sed vel hederæ folium angulorum expers, vel convolvuli majoris quodammodo referebant. viridis supernæ parti color; prona ex albo pallescebat. Gratia à nervis. Summi caulis abrupta pars, teretes & oblongos folliculos proferebat, eosque inanes & siccos.

Clus. Exot. l.4.c.21. Vid. TAB. LXVI.

EXOTICA.

Ex EXOTICIS huc referri possunt. 1. *Vnni Chilensium.* 2. *Guavavirap Brasilienſium.* 3. *Mureci Pernambucensium.* 4. *Curoiri Brasilianorum.* 5. *Frutex innominatus eorundem primus.* 6. *Hiutztomatzin Novæ Hispaniæ.* 7. *Ravvocomenes Virginianorum.*

I. *Vnni Chilensium*, Hispanis *Murtilla*, quæ *fructus* fert uvarum in modum racematim collectos, pisorum magnitudine, granorum mali granati formâ & colore, sapore inter svavem & acrem medio. Exprimitur ex eo liquor clarus, ad vinum quam proximè accedens, qui fæces suâ sponte egerit. fit & laudatissimum acetum.

De Laet Ind. Occid. l.12.2.

II. *Guavavirap Brasilienſium* arbor procera & vasta, frondibus perexiguis, floribus rubicundis, fructu uvam crispam referente.

De Laet Ind. Occid. l.16.11.

III. *Mureci Paranambucensium*, duo sunt genera, *Muropitinga*, & *Mureci guacu*, quarum *illa* minus sylvestris. Arbores sunt *cortice* cinereo, *ligno* fragili, *folia* in frondes plerumque congeruntur, longa, ruffa, & hirsuta dum juniora, lanugine foliorum verbasci adultiora; *flosculi* spicatim

Marcgr. H. P.l.3.10. Piso de facult. Medic. l.4.32.

sunt

Tab: XVI

Mureci Paranambucensium.

Ribes Rawolfij Congener plants.

Sambucus Vulgaris.
Holderbaum Hollunder.

Ribes Arabum folys petasitidis

Frutex innominatus Brasiliensis Primus. Marg.

Sambucus arboreſcens racemoſa rubra.

Sambucus ſimilis non lacinoſa

Sambucus aquatica flore ſimplici

Sambucus arboreſcens lacinoſa.

sunt congesti, lutei, quinquefolii, figurâ auriscalpii, cum manubrio rubro. *fructus* baccæ figurâ, magnitudine & sapore uvæ crispæ similis. stuporem aliquando dentibus inferunt, ideò benè condiri solent. *Cortice* retia & coria tinguntur: fiunt & potiones ad purgandam alvum. *Vvæ* in cibos abeunt.

Marcgr. H. P. l. 3. 9. IV. *Curviri Brasiliensium*, statim propè terram in plurimos ramos se explicat. *flosculos* fert tres aut quatuor juxta se positos. *Fructus* magnitudine uvæ crispæ, rotundus, luteus, cuticula & umbilico instructus, saporis acidi, cui unum aut duo lapides seminis cannabis magnitudine. Edulis est.

Marcgr. H. P. l. 2. 15. V. *Frutex innominatus eorundem primus* Marcgravii, è *radice* lignosâ, filamentosa, & alba *caulem* protrudit trium pedum altitudine, *spinulis* acutis, quæ & in ramis visuntur, armatum; *folia* vomeris sed obtusi figurâ, dilutè viridia, mollia, & ad nervum postica parte aculeata. *flosculi* ex viridi ad luteum inclinantes, quinquefolii, ad ipsos ramulos proveniunt. *Fructus* mespili magnitudine, rotundus, è viride albicans, maturus flavescens, ex folliculo & pulpa compositus, cui *semina* orbicularia, compressa, flavescentia, lentis figurâ, saporis ut uvæ crispæ grati. Ad *solanum* quidam referunt. Iconem ex semine enatæ de Laet dedit, & solani spinosi speciem arbitratur.

Marcgr. H. P. l. 2. 15. VI. *Hiutztomatzin Novæ Hispaniæ*, frutex est radice grossâ & surculosa; *trunci* spinosi, ulnam alti; *folia* spinauliæ quodammodo æmula, parte inferiore villosa & incana. *Flos* ei purpureus cum quibusdam staminibus. *Fructus* albis cerasis similis. *Radix* calet in gradu tertio, amara, acuta. *Cortex* contusus & semunciæ pondere haustus ex aqua, quosvis humores per inferiora purgat. Admirabile contra febrem, asthma & hydropem remedium.

De Laet Ind. Occid. l. 3. c. 15. VII. *Ravvocomenes Virginianorum* acinorum species est, nostris uvis crispis, forma, colore, & sapore planè similis. Tam crudis quam coctis vescuntur. Sambucus.

Punctum III.

De Sambuco.

Tab. LXVI.

DUo *Sambuci* apud *Antiquos* genera, *Vnum* procerius Δενδρῶδες, quod in arborem ascendit; *alterum* humilius.

Theophr. H. P. l. 3. c. 13. *I. Sambucus procerior*, fruticosa est, virgis, quæ anniculæ μέχρι τῆς φυλλορροίας in longitudinem crescunt, ut senorum cubitorum attingant, inde in crassitudinem funduntur. *Radices* μετέωροι nec multæ, nec grandes; τῶν γεραοδρύων crassitudo ὅσον περικεφαλαίας. *Cortex* enodis, lævis, (ramulorum scilicet) tenuis, spissus. *Materia* in ramis, nempe junioribus, fungosa, surculi ὑπόκοιλοι, καλαμοειδεῖς, ὑπόλευκοι, in caudice tam parum ejus, ut Theophrastus medullam habere neget. Levis eadem ubi inaruit; nec sentit vetustatem, etiamsi aquis madescat, & cortice nudata sit. Germinare ante favonium incipit. *Folia* Dioscoridi καρύᾳ βασιλικῇ ὅμοια, ἐκ διαστήματων circa virgas exeunt. Theophrasto singulatim exit molle, oblongum, veluti lauri latifoliæ, sed majus πλατύτερον καὶ περιφερίστερον ἐκ μέσου κατῶθεν, τὸ δὲ ἄκρον εἰς ὀξὺ μᾶλλον συνήκον, κύκῳ δὲ ἔχον χάραγμον, &c. *Flos* albus, multis parvis, candidis constans, κηριώδης, lilii odore insidet. Dioscorides ἐπὶ ἄκρων τῶν κλάδων ἢ τῶν καυλίων σκιάδια περιφερῆ ἔχειν, dixit. *Fructus* racemosus, τερμινθῷ ἐοικὸς, ervi magnitudine, pediculo crasso, qui immaturus μελαίνει, maturus πολύχυλος est & οἰνώδης; *semen* intus σεσαμοειδὴς τὴν ὄψιν. *Provenit* maxime παρ' ὕδωρ καὶ ἐν τοῖς σκιεροῖς. In montibus non temerè visitur. De *Vsu* occurrit, ex *ramis* baculos præleves fieri; scutis faciendis aptissima Plinio, quorum plaga se contrahat protinùs eludatque suum vulnus, & ob id contumacius admittat ferrum. Quod interiora ejus firmissima tradit, & venabula quæ ex eo omnibus præferri, error est,

Theophr. H. P. l. 1. c. 9.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 173

Plin. H. N. l. 16. c. 18. Theophr. H. P. l. 3. c. 13 Plin. H. N. l. 16. c. 39. & 40.

Sambucus. est, & corno debet adscribi. Idonea & tectis, si benè Theophrastus. *Succus* in summo usu ante inventum minium & excogitatam coloris ejus rationem. Nonnisi rubro colore tincti aras & sacrificia accedebant; eodemque simulachri Jovis facies, & Pan Arcadiæ Deus pingebatur. Dioscorides μελαίνειν τὰς τρίχας ἐγχρώμενον dixit, vel falsò, quia saturo colore rubet; vel latè nigrioris sumto vocabulo, quod capilli ex nigro rubescant.

Theophr. H.P.l.5.c.4.

II. Sambucus humilior, dicitur *Ebulus*, & ideò Dioscoridi χαμαιπετὴς & βοτανωδεστέρα. *Radice* est oblonga, digitalis crassitudinis, minimè lignosa: *caule* quadrangulo, multis geniculis distincto: *foliis* ἐκ διαστημάτων περὶ ἕκαστον γόνυ τεταρσωμένοις, iisque amygdalinis. In cacumine est σκιάδιον flore & fructu sambuci: *baccæ* rutilæ Columellæ, in quibus *semina* nigra. *Nascitur* in opacis aquosisque. Jus radicis in vino decoctum potui hydropicis apud Æginetam datur, προπυτίζειν jubet.

Columella l.10.

II. RECENTIORIBUS in triplici Sambucus est differentia. Est enim. 1. *Vulgaris*. 2. *Humilis*. 3. *Aquatica*.

I. Sambucus vulgaris est quadruplex. 1. *Fructu in umbella nigro*. 2. *Fructu in umbella viridi* vel potius *albo*. 3. *Racemosa rubra*. 4. *Laciniata*.

1. *Sambucus vulgaris fructu in umbella nigro*, Camerario *Sambucus domestica* vel *Campestris*, Angvillaræ *Sambucus fructu in umbella* audit. *Rami* sunt ex geniculis articulati, medullaque plurima & levissimâ farciuntur. *Cortex* duplex: exterior nempe, quasi argenteus, & nuper exeuntium viridans; & medianus totus herbidus, qui inter exteriorem & lignum decurrit. *Folia* ramos patulo obsitu vestiunt, ad costam unam annexa, atro virentia, quæque nauseosi aliquid habent; gratiosi, si contundantur. Martio protruduntur, Februario alicubi. *Flores* ante vites prodeunt in patula umbella albi, quinquefolii, umbilico compositi, nec ingrati odoris; qui ex pruina decidunt, & inde ad vites omen. *Baccæ* initiò virentes, per maturitatem atro purpureæ, quibus grana exigua, plana, terna plærumque. Annosis radicibus *fungus* adnascitur, effigie auris humanæ, colore pullo: *gummi* quidam vocant & *aures Judæ*. Ex *semine* sesamæ eo novi progignuntur frutices, si teratur. *Occurrit* ubique ad aquas, sepes & macerias. In Italia, Gallia, & calidioribus rarior. In hortis vivit & in arborem proceram evadit. In Java foliis est æqualibus, grandioribus baccis. *Vsus* ejus eximius est, scripsitque de eo integrum librum Blochwitzius, quem consule. *Radix* usurpatur in hydrope in vino decocta: succus expressus in vomitu & aquæ intercutaneæ depulsu, cum vino propinata. *Virgultum* illius, quæ nunquam sole radiata, inter duo internodia decisum, & de collo suspensum ab Erysipelate præservare creditur. Alii in taleolas aliquot sectum, virili indusio insuunt, factumque in quodam Lipsiæ experimentum. Est & inter amuleta contra impotentiam, & in quod morbi isti transplantari posse creduntur. *Cortex medianus* valet cum theriaca in peste, si decoquatur; in ambustionibus, si ex ea ungventum paretur; (Fit ex eo & oleo aqua sambuci pluries loto, decocto, expresso, colato, donec succus absumatur, cum cera, vernice, thure albo, & duorum ovorum albumine) in hydrope, si aqua ex eo binis cohobiis destillata, ter in die, ad unciam unam & semis exhibeatur; in erysipelate, si abrasus parti affectæ ter de die applicetur. *Medullæ* usus in ascite & calculo nobilis, si in taleolas subtiles concisa, in spiritu baccarum per dies quatuordecim infundatur, & spiritus fortiter expressi cochlear sumatur. *Gemmularum* in vomitu, si saccaro condiantur. Stibii instar purgant. *Folia* quæ primo germinatu prodeunt, contra podagricos dolores, adhibentur, si cum pari radicum plantaginis pondere & vetere axungia suilla subigantur; contra herpetes

Bauhin H. P.l.5.c.23. p.544. Matthiolus.

Gruling. Floril.p.28. c.16.p.466.

Gruling.p. 26.c.3.p. 421.

ἐστιωμέ-

ὑγιεινὸς, si cum aceto contusa, & cum cineribus propriis & pauxillo therebinthinæ mista, bis de die applicentur. *Flores* cõtra scorbuticos in plantis pedum & extremitatibus digitorum tumores laudantur, si in vino cum sapone additis decoctis panni imbuti loco dolenti applicentur: nec non contra scirrhos, si ex iis in oleum redacti, cum ammoniaco aceto sambucino mistis, ungventum fiat. Condiuntur iis casei, confectionumque sunt materia. *Baccis* suus in dysenteria usus, si succus cum pane coquatur, in pulverem abeat, & in vehiculo aliquo propinetur: in sudore, si in rob redactæ propinentur: in uteri suffocationibus, si in tincturam translatæ, prout Quercetanus præscripsit, ex cochleari propinentur. *Acinorum*, ad vomitus, si ex iis oleum extrahatur: ad purgandum serum, si in pulverem contriti ad drachmam unam exhibeantur; ad hydropem, si succus jusculo gallinæ admixtus, cum decocto petroselini exhibeatur. *Semina* primi anni vomitum movere ait Bovius, secundi minus, tertii adhuc minus, sed pituitam & serum per inferiora purgare. *Fungorum*, in oris & tonsillarum inflammatione, & columella laxiore, si in liquore aliquo paucis horis diluti exhibeantur; in hydrope, si pulverisati propinentur, usus. Amuletum contra Epilepsiam ex sambuco in salice proveniente, vide apud Hartmannum.

Quercetan in Pharmacop. restituta.

Hartmannus in Chymiatr. Cap. de Epilepsia

2. *Sambucus fructu in umbella viridi*, Lobelio *Sambucus fructu albo*, Bauhino, *vulgari similis*, Trago *Sambuci aliud genus*, odore ad Ebulum quodammodo accedit, reliquis ad vulgarem. Tragus fructum ex candido luteum dixit. Bauhinus acinos albos ferre. Visa Argentinæ & Basileæ in vinearum sepibus.

Bauhin. H. P. l. 3. c. 25. Dodon. Pempt. 6. l. 4. c. 22.

3. *Sambucus racemosa rubra*, Trago *Sambucus sylvestris*, Matthiolo, Camerario & aliis *Montana*; Thalio ἐριθροκάρυλος, Tabern. *Cervina*, Cæsalpino *sambuci secundum genus, in montibus umbellis parvis, baccis rubentibus*, multa cum vulgari communia habet, floribus & baccis differt. *Flores* stellati, ex albido in luteum langventes, in racemum oblongum digeruntur, mense Aprili. *Baccæ* ex rubentibus pediculis frequentes, per maturitatẽ coccineæ, injucundi saporis. *Nascitur* in montosis & algentibus; opacis uliginosisque sylvarum, in Hercynia Saxo Thuringica circa Stolbergam: in latomiis circa Norimbergam: in Italiæ monte Veronensi Baldo. In monte Lotharingico Rosbero circa Maymünster, mense Octobri, cum pulchris acinis coccineis & foliis deciduis videas, quæ ibi Augusto, ut circa Genevam Junio maturè leguntur. In Palatinatu cum baccis albis invenitur. *Baccæ* soporiferos reddunt, ideo Solano quidam comparant; à cervis maribus inquiruntur, unde nomen: à fœmellis non item, nisi prægnantes fuerint, & cervos in utero gestaverint. Dalechampius πυγὸν Theophrasti esse suspicatur.

Sambucus.

Theophr. H. P. l. 3. c. 4.

4. *Sambucus laciniata*, folia habet admodum fissa, & laciniosa, baccas primæ simillimas. Vidit Bauhinus Lutetiæ. Sed & hortis Belgii familiaris.

II. Sambucus humilis est duplex 1. *Non laciniata* & 2. *Laciniata*.

1. *Sambucus humilis non laciniata*, Dioscoridi *Chamæacte*, Trago *Heliosacte sylvestris Euboica*, aliis *Ebulus*, *Ebuli* & *Sambuci alterum genus*, Bauhino *Sambucus herbacea* dicitur. Ambigit inter frutices & herbas, ita tamen ut magis ad has accedat, quia rarò hominis staturam æquat, maximâ ex parte sesquicubito non altior. *Radix* longa, non lignosa. *Caulis* striatus, medullosus, hybernis mensibus contabescit. *Folia* è tribus quatuorve conjugationibus ad rachin annectuntur, odore graviore. *Flosculorum* umbellæ albæ, quinquepartitæ, odoratæ, sed nescio quid nucleorum Persicorum magmatis spirantes, ferrugineis apicibus. *Acini* ante maturitatem thorulis multis anguloſi & pænè trianguli; post magis rotundantur; quibus succus rutilâ purpurâ, *semina* terna, altera parte gibba,

Bauh. H. P. l. 3. c. 24. p. 349.

Sambucus.

altera angulosa. *Nascitur* in opacis, aquosis & asperis. In Lombardia ad arvorum margines Junio & Julio floret, Augusto & Septembre baccas maturat. *Vsus* eximius partium. *Radicum* in intestinorum & coxendicum doloribus à flatu genitis, si in succum redacti, insolati, in pastillos redacti, per clysterem infundantur; in mensibus purgandis, si cum lana fœminarum locis supponantur; in tympanite, si earum aqua cum sambuci destillato per dies triginta adhibeatur. Purgant cum molestia, subvertuntque ventriculum: & exigunt vires. *Foliorum* in œdematibus discutiendis: in hydrope, si cum radicibus in forti lixivio vel aceto decocta ventri & pedibus spongiâ adhibeantur. In podagra, si ungventum ex succo cum oleo Chamæmelino paretur. *Acini* & *semina* clementius evacuant, si primò aceto infundantur, ac deinde semine anisi vel aliis aromatibus permisceantur.

Bauh. Phytop. l.12.c.1. p.456.

2. *Sambucus humilis laciniata*, nihil à præcedente differt, laciniatum folium si exceperis.

III. Sambucus aquatica est etiam duorum generum, 1. *Flore simplici.* 2. *Flore globoso pleno.*

Bauh. H. P. l.5.c.26. p. 552.

1. *Sambucus aquatica flore simplici*, Ruellio *Opulus*, Angvillaræ *Aceris species, tertia, quæ Platanus aquatica.* Cæsalpino *Sambucus fœmina*, Dodonæo *palustris*, Cordo *Lycostaphylon fœmina*, aliis *Chamæplatanus clynotrochos*, Theophrasti θαμνοπλάτανος, quinq; aut sex cubitorum est arbuscula, *caudex* manum complet; *lignum* tenerum, candidum, fragile; cui *cortex* cinereus, medulla *fungosa*; rami penicilati, ex quibus folia angulosa, rugosa. *Flores* aliquantulum odorati, in umbella candidi, quinquepartiti, circa umbilicum continui, ungvem pollicis aliquando æquant. *Acini*, sanguinei, ingrati saporis, quibus semen planum, rubrum, cordis effigie. *Visitur* frequens inter alnos in Germania, Gallia, Italia, Pedemontio & alibi: sed maximè ad umbrosas amœnasque ripas. Est & in palustribus Pisanis. *Bacca* judicio Tragi ad vomitiones exhiberi possunt, in ecclegmate: succus earum absterforius, & coquitur ad tussim in syrupi consistentiam. Constantinus flores destillatos contra calculum commendat. Solent propter odorem conclavibus inferri. Schvvenckfeld. in Hist. plantar. Silesiæ.

2. *Sambucus aquatica flore globoso pleno*, Cordo *Lycostaphylos mascula*, Gesnero *Sambucus aquatica hortensis*, Bauhino *Sambucus rosea*, Tabernom. *Sambucus aquatica polyanthos*, Lugdunensi *Sambucus aquatica culta, densissima*, præcedenti est similis, *flores* si excipias, qui magni, quinquepartiti, unaque so expandentes, pilæ niveæ instar glomerati, albi communiter, rarius purpurei. Creditur mangonio facta talis. Haud rara in Polonia & Silesiæ hortis. *Corticum* sapor subadstringens est & absterforius. Bauhin. H. P. l.5.c.26. p.553. Cord.

EXOTICA.

Exoticorum huc istæ referantur. 1. *Xumatl Mexicanorũ.* 2. *Johualxochitl.* 3. *Enguamba Urapavensium.* 4. *Ibapurunga Brasilienſium.* Vid. TAB. LXVII.

I. Xumatl Mexicanorum seu Sambucus, à Mechoacanensibus *Cumtempta* appellatur. *Folia* dolorem à causa calida tollunt, si fronti applicentur; sanguinis fluxum, si fronti & naribus; accessiones tertianæ, si devorentur. Purgant enim, quod & radicibus adscribitur. Tusa & loco affecto admota dolores Gallicos sedat & enixarum tormina. Nard. Rer. Medicar. l.3.81.

II. Johualxochitl, aliis *Colcaquahuitl* seu *flos orbicularis*, quæ sambuci ebulive folia fert. Umbella è *floſculis* orbicularib. & pallentib. interdiu cõtractis, nocte hiantibus coacervantur. Unde acini racematim dependent, initio virides, dein coccinei, purpurei tandem. *Radix* est resinosi saporis. Dicuntur *folia* imposita pectori, syncopen tollere. Ex aqua epota, sudorem ciere: frixa, expresso prius succo, corpus impingvare. pulverem insperſum ulcera insanabilia curare, & resolutis ac uterino affectu laborantibus prodesse. Nieremb. H. N. l.14. 37.

III. Enguamba Urapavensium, quæ arbor mediocris. *cortice* subrubeo, rubescente; *ligno* fusco; *medulla* pallescente. *folijs* latis & concavis, De Laet Ind. Occid. l.5.c.24. Nard. Rer. Medic. l.3. 75.

Ibapurunga Brasiliensium.

Enguamba Vrapavensium.

Sambucus aquatica flore globoso pleno. Tab: LXVII

Laurus Latifolia mas.

Laurus Latifolia fœmina.

Laurus domestica tormi folia Lorberbaum.

Laurus silvestris folys Comi fœminæ sub sirsutis

Laurus tenuifolia serrata promintoris Bonæ spei

Laurus fœmina.

vis, nervulis partim flavis, partim rubris distinctis; *floribus* racematim in corymbi formam pendulis & herbaceis, *fructu* nigro, pleno granis, è quo exprimitur oleum flavum, ad humores resolvendos & plagas utile. *Nascitur* in saxosis locis.

Marcgr. H. P. l. 3. c. 10. *IV. Ibapurunga Brasiliensium*, est cortice & ligno sambucino. *Folia* in longis pediculis tria juxta se posita, phaseolorum more, inferius magis hirsuta, ad horum quemlibet *flores* quinquefolii, *fructus* in quolibet pediculo longo tres, quatuor, quinque uvæ spinæ vel nucis avellanæ magnitudine; immaturi, virides, maculis albentibus signati; maturi obscurè purpurei, punctulis albicantibus varii. Cuti caro brunna, interius alba subjacet; in medio *lapis* durus, figura amygdalæ, cui tres albi, & parvi nuclei. Matureſcit Februario & comeditur; sapor subdulcis. Posset & aliò referri.

Punctum IV.

De Lauro.

Tab. LXVII. I. DE *Lauro* pauca in genere *Veteres*; plura in generibus & Differentiis. *Radices* Theophrasto habet ἀιωμάλους, corpus rarum, *nodos* in *caudice* φύσει paucos, *corticem* tenuem, succum ἰλαρώδη. *folium* perpetuum, (fortè βρύον, quod floris certum genus) nec tamen omnis. *Fructus caro*

Theophr. H. P. l. 2. c. 3. ὑπωχρᾶται, degeneratque in sata, & ex rubro fit nigrum ut in Antandro.

Theophr. H. P. l. 2. c. 1. l. 3. c. 6. Observatum eidem, *nasci* ὅτι ἀθρόα καὶ ἐν τοῖς τὸν ἀειλέχοντα φυτοῖσι; *germinare* ante favonium; ramorum *germen* difficulter propter ξηρότητα καὶ πυκνότητα erumpere; ἀδυνάτους γὰρ καὶ περὶ τὸ ἀφεστηκέναι ἐπὶ πλεῖον τὸ μανθάνον; difficulter propter eandē causam *augescere*; ob raritatē infirmitatemq; quamvis non sit πολυκαρπόν facilè *perire*; proximum putredini gelu ἐξω τὸ θερμὸν resistere. Non durat tamen in frigidis: Visa aliquando prodiisse ex platano, quod ὑπὸ λιθώδους ἀρχῆς, propter σῆψιν τὸ ἀκάλυπτον accidisse dicendum est. In Olympo multa; in Ponto nulla: sed nec ad Bosphorum Cimmerium, quamvis Mithridate laborante provenire dignata. Subit & montosa. *Usus* ligni ad baculos; foliorum & fructus ad varia. Laurus.

Genera & *Differentiæ* apud *Dioscoridem*, *Theophrastum* & *Plinium* occurrunt.

1. *Dioscoridi* est alia λεπτόφυλλος, alia πλατύτερος, quibus Theophrastus addit *sterilem* κάρπιμον & sylvestrem. 1. λεπτόφυλλος figurâ sorbis similis est. θερμαντικὸν sensus ipse facit. *Corticem* radicis calculos rumpere & partus enecare creditum olim. Celeritate sanè prodesse scribit Hippocrates. Ex *ligno* fiebant igniaria. Quin si exsiccatæ ramus frequentius affricetur ramo, super aspersō sulphuris pulvere, ignis statim exilit. Minus *folia* baccis calefaciunt. Ex his decoctum vulvis & vesicis convenit, illitaque vesparum, crabronum & apum venenis resistunt. Fuere olim pro bellariis; sed quia grave quid spirant, inutilis laurea in compotationibus *corona* habebatur. Supponebantur mustaceis dum coquebātur. Eadem suffita pituitam qua gallinæ messis tempore laborant, tollunt; boum coriagini decocta opitulantur, si terna foveris; eodem sibi palumbes annuum fastidium & ægritudinem purgant; picas à morbis, columbas à fascinationibus si in nidos cōgerantur; præservant: anseribus, equo, asino, si comedantur, lethalia esse dicuntur. *Baccæ* menses trahunt appositæ, tritæ vel potæ. Succus cutis pruriginem emendat. Elicitur ex illis oleum, singulari in nervorum resolutione, frigidis morbis, flatulentia, &c. experimento. Pediculos & lentes necat idem. Paratur quoque Emplastrum & Electuarium sui usus. Nunquam fulmine ici apud Svetonium habetur: ideò Tiberius laureâ coronâ usus est: remediumque creduntur esse adversus tonitrua quibus vitiantur ova, pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis con-

Dioscor. M. M. l. 1. c. 106.

Laurus. sumentur. Quidam ramos in dolia reponunt, ne vina à fulguribus pervertantur. Et hoc quidem vetustati creditum, annus M. D. XXXIX. refellit, quo, testante Lacuna, Romæ in palatio Ducis de Castro laurus fulmine tacta est. Rubiginem segetum *lauri ramis* in arvo defixis abigi, transireque ex arvis in earum folia, Columella prodidit. Vites non minus offendere ac brassicam vehementiâ odoris; sub pinum feliciter seri, quod simplici & alta radice sit, Theophrasti dictum est. De *Vsu* in triumpho inferius agemus. 2. Πλατύτερα folium habet molle & oblongum, sicut Sambucus. Usus cum superiore idem. 3. Ἀκαρπότερα fert οἷον βότρυας vel βοτρύδιον (alii βρύον legunt, id est confertos flores similes quercuum & olearum floribus) aliquid uvæ instar; *gigartum* nonnulli vocant. 4. Καρπιμώτερα *fructifera*, quæ gignit, quamvis aliquando non copiosè. 5. Sylvestris seu ἄγρια, Plinio *Tinus*, quam *Laurum sylvestrem* aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem cum cærulea bacca. Marcus Cato *lauri sylvatici* nomine intelligere videtur.

Theophr. H P. l. 1. c. 15. Plin. H. N. l. 15. c. 30. Cato R. R. c. 8. Plin. l. c.

2. *Plinio* plura sunt genera, ex Catone & aliis. *Delphica* nempe, *Cypria*, *Mustax*, *Regia*, *Baccalia*, *Sterilis*, *Taxa Spadonea*, & *Insana*. 1. *Delphica* æquali colore, viridior, maximis baccis è viridi rubentibus. Coronabantur ea Delphis & Romæ victores: ex hujusq; ramis è Tempe & Penæo Thessaliæ petitis, ac terræ in morem specus defixis, Delphico Apollini templum. 2. *Cypria* folio est brevi, nigro, per margines imbricato, crispa. 3. *Mustaci* folium maximum flaccidum & albicans. 4. *Regia* quæ cæpit *Augusta* appellari, amplissima & arbore & folio, baccis gustatu quoque non asperis. Aliqui negant eandem esse, & suum genus Regiæ faciunt longioribus foliis latioribusque. 5. *Baccaliam* appellant quæ vulgatissima est, bacearumque fertilissima. 6. *Sterilem* earum quod maximè miror, triumphalem, eaque dicunt triumphantes uti: nisi id à Divo Augusto cœperit, quæ ei missa è cœlo. Minima est altitudine, folio crispo ac brevi, inventu rara. 7. *Taxa* in topiario opere usurpatur, excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii. 7. *Spadonia* mira opacitatis patientia: itaque quantalibet sub umbrâ solum implet. 8. *Insana* Amyci Bebrii tumulus in Ponto circa Heracleam à suprema die tegebatur. Si quid de eâ decerptum interebatur navibus, jurgia fiebant, donec abjiceretur. Nota tum antiquis, *inquit Plinius*, nullum genus lauri in Corsica fuisse: quod nunc satum & ibi provenit. Ipsa pacifera ut quam prætendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisque. Fasces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Jovis optimi maximi deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit. Sunt circa Divum Augustum eventa ejus digna memoratu. Namque Liviæ Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam. Intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum, onustum suis baccis. Conservari alitem & sobolem jussere aruspices, ramumque eum seri, ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberii imposita juxta nonum lapidem Flaminiâ viâ, quæ ob id vocatur ad gallinas: miteque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenuerunt serendi, & durant sylvæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo mutatis triumphalibus. Unius arborum Latina lingva nomen imponitur viris. Unius folia distingvuntur appellatione. *Laurea* enim vocamus. Durat & in urbe impositum loco, quando Loretum

Pausan. in Phocicis.

Plin. l. c.

in

in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit.

II. RECENTIORIBUS est Laurus vel *Domestica* vel sylvestris.

I. Laurus domestica, est *Latifolia* & *Tenuifolia*.

I. Laurus domestica latifolia Plinio *Regia amplissima*, foliis est ad Medicam accedentibus, ut Cæsalpinus prodidit. Frequens in monte Amano visitur. In Atho ingentes Bellonius scribit, ut solem omni tempore reprimant. *Vires* cum tenuifolia eædem. Est vel *Mas*, quæ nullum fructum fert; vel *Fœmina* quæ baccas. In Atho quinque species observantur, inter quas una inodora. Exsurgunt & in Nicaragua & Nova Hispania venustæ & editæ.

Bellon. in Observ.

Bauhin. H. P. l. 4. c. 1. p. 409.

II. Laurus domestica tenuifolia, aliis *Laurus vulgaris*, Dodon. *Lauri altera species*. Altitudo ei in calidioribus justa, radices inæquales & obliquæ. *Caudex* enodis, cortex tenuis, materia rara. *Folia* oblonga, dura, acuminata, quæ costa per medium decurrens dividit, & nullius ordinis nervis rigat, ramis viridantibus brevi pediculo perpetuò adhærent, sapore aromatico. *Flos* confertus hederaceo similis, major, albus, flavescens Lobelio, multis in medio apicibus. Martio & Aprili protruditur. *Fructus* baccæ oblongæ, cerasiis minoribus pares, virides primum, tandem nigræ, sub quarum tenui cortice nucleus bifidus, callosus, durus, acris, pingvis, & cum acrimonia amarus. Maturantur sub finem autumni; & nisi decerpantur, per totam hyemem ad ver usque in arbore hærent. Visa paucis annis ad hominis altitudinem crevisse. *Prodit* in calidioribus; quamvis & frigidiora quandoque ferat. In Italia, Gallia, Lexobii inprimis & Neustria, Hispania, obvia. In Creta nemora & montes incolit. Ad lacum Benacum sepes ex eâ artificiosè concinnantur. Montbelgardi sylvula quasi ex una pullulavit. In Anglia parvæ staturæ est: majoris tamen quam in Germania. Rarius floret. *Vires egregiæ*. Et *radicis cortices* quidem ad partum facilitandum; *Succi* contra venenata animalia. *Ramorum* ad ignem, quem fundunt attriti, si pauculo sulphuris aspergantur; *foliorum* ad ambusta, si iis porcina caro ignita ex alto instilletur, donec in cinerem abierint; ungvento pars bis inungatur; *Summitatum*, in aurium gravitate & sonis, si cum Nardo in vino decoquantur, & vapor excipiatur. *Baccarum* in colica, si in nodulo in vino macerentur, hoc ebibatur: in facilitando partu, si septem à propediem parturis comedantur: in doloribus capitis, si cum pyris sylvestribus contusæ, fronti & temporibus imponantur: vel cum pauco scammoneæ & croci in aceto & oleo rosaceo trito, applicentur: in mensibus si tritæ propinentur. *Oleum* quod ex iis fit egregiè contra vermes & pediculos agit. *Dividitur* in *marem* & *fœminam*, quæ fructum fert; qui aliquando in rotundo modicè oblongus est: aliquando oblongus, gracilis, & utrinque ovato mucrone turbinatus. Ad promontorium bonæ spei est *laurus* ab hac hoc solo differens, quod serrata habeat folia. Ideò *Laurus serrata, odora, promontorii Bonæ Spei* dici potest.

Laurus.

Amat. Lusit. in Dioscor.

Bodæus in Theophr. H. P. p. 333.

II. Laurus sylvestris quadruplex est, 1. *Foliis corni fœminæ subhirsutis*. 2. *Foliis venosis*. 3. *Foliis minoribus*. 4. *Cretica Alpini* & 5. *Laurus Indica Aldini*.

I. Laurus sylvestris foliis Corni fœminæ subhirsutis, dicitur *Tinus primus* Clus. Camer. Tabern. *Lentago* Cæsalpino, *Laurus Tinus cærulea bacca* Lobelio. Frutex est cornus fœminæ magnitudine, *virgis* oblongis, & quadrangulis, ramosis. *Folia* ordine distingvuntur, perpetuò gemina inter se, adversa, lata, quæ nigricant & splendent, odore nullo, amara. Variant aliquando, & superiora sunt inferioribus magis glabra, quæ arbor nunquam exuit. *Florum* quinquefoliorum, candidorum in summitate umbella. *Fructus* myrti baccis longior, planior, angulosus, cœruleus. *Lobelio* fert corymbaceam

Clus. H. P. l. 1. c. 32. Bauh. H. P. l. 4. c. 2. p. 419. Lobel.

umbellam multis conflatam terebinthi feminibus, aut gigartis uvarum similibus, sed ex argento in cæruleum luridis. *Nascitur* in Lusitaniæ saxosis & lapidosis inter alios frutices, & sepes, circa oppida Montemorho & Tomar, ubi Julio & Augusto floret, Octobri maturatur. Crescit & in maritimis Gallicæ provinciæ, Hetruriæque collibus; in Samnitibus circa Lanzannam, inter cocciferas ilices montis Costic frequens. In Germaniæ hortis fert hyemem, operi topiario commodissima.

Clus. l.c. *II. Laurus sylvestris foliis venosis*, Clusio *Tinus* 2. Tabern. *Tinus Lusitanica Clusii*, ejusdem est cum priore altitudinis. *Rami* frequentiores & firmiores; *cortex* ex rubro virescit, *folia* venulis pluribus distincta, superioris angustiora & oblongiora, sibi invicem opposita. *Flores* umbellati, purpurascunt, non odorati. *Fructus* superiore plenior, nigrior, minor. Uno duntaxat in Lusitania *loco*, Monasterio quodam Peria longa dicto, locis incultis supra Ulyssiponem secundum piscinas observavit Clusius, & in Bæticæ maritimis. *Bacca* gratum sturnis edulium.

Clus. l.c. Bauh. H.P. l. 4. c. 32. *III. Laurus sylvestris foliis minoribus* Clusio est *Tinus tertia*, Bellonio *Laurus inodora* & *Lentago Italorum*, Cast. *Laurus regia*, Angvill. *Laurus sylvatica*, Bauhino *Laurus tinus Dalechampii*, sed perperam. Minor superioribus, *folio* latiore, lævi, nigricante. Flores in umbella ex albo purpurascentes, qui hyeme & vere prodeunt, ex cæruleo nigricans, lævis, sed minor.

Alpinus de plantis exoticis. *IV. Laurus Cretica Alpini* nascitur in montanis Cretæ insulæ pumila, fruticosa, ferens *virgas oblongas*, graciles, nigro Cortice obductas, densis veluti nodulis inæqualiter utrinque, & in medio positis, infectas, *ligno albo*, duro, fereque gustu insipido præditas, utrinque ramulos producentes breves, virgis plane similes, at graciliores, in quorum cacuminibus spectantur *folia Lauri sylvestris figura*, colore, crassitie, atque duritie, similia, sed paulò minora, in acutumque desinentia, pediculis brevibus inhærentia, *numero quinque, aut sex, aut plura* etiam simul in ramulorum cymis inordinatim posita, ferè omnino inodora, linguam excalefacientia, cum levi adstrictione. Singuli verò ramuli habent unum, aut duos, aut tres brevissimos caulículos, subtiles, duros, lignosos, tribus, vel quinque pediculis parvissimis, præditos, singulis *fructum rotundum* ferentibus, *piperis magnitudine*, in tres partes Latyridis modo dissectum, cortice tenui, ruffo, vestitum, cujus quælibet pars continet *semen albicans*, oblongum, magnitudine, & figura tritico valdè simile, substantia fragili, non expers odoris gravis, gustu amarescens, atque linguam excalfaciens. *Fructus quilibet*, tria ex his seminibus continebat, & fructibus latyridis figura & magnitudine non dissimilis erat. Hanc arborem, (quod & virgarum figura, longitudine, gracilitate, coloreque, & foliis, & quadantenus etiam fructibus, cum lauro tino similitudinem haberet) *laurum tinum, seu sylvestrem*, meritè vocandum, duximus: quod nomen retinebimus, quoad verius nobis illuxerit. Nulli usus ad Medicinam in hac arbore cogniti sunt, fructus tamen & sapore subamarescente, linguamque excalfaciente, & ex levi adstrictione, erunt calidi atque sicci supra primum excessum, judicandi, habereque ipsos vim roborandi, detergendi, atque meatus ab infarctu, liberandi, non erit dubitandum.

Aldinus Horti Farnes. c. 4. *V. Laurus Indica Aldini* ex seminibus racematim brevi pediculo cohærentibus nata est. *Baccarum* hæc lauri vulgaris formam habebant; verum parum acuminata, parvæ olivæ figurâ, nigra extus & rugosa. *Folia* lauri inter regiam & vulgarem medii, colore subviridi, quæ hyeme citrinescebant ac rubebant. Mansa mucilaginem fundebant copiosissimam, amariuscula primò, post cum dulcedine pauca.

EXO-

Laurus Cretica Alpini

Laurus silvestris foliis venosis.

Arbor Lauri foliæ Guineenses.

Arbor Innominata Brasilienses.

Laurus Indica.

Laureola folio decoctio flore purpureo.

Laureola perpetuifolia flore viridi.

Arbor Beretine Insulæ.

EXOTICA.

TAB. LXVIII. Ex Exoticis sequentia ad Laurum spectant. 1. *Quauhtepatli Mexicanorum.* 2. *Itziperequa Mechoacanensium.* 3. *Calamajo Philippicarum insularum.* 4. *Arbor innominata Brasiliensis.* 5. *Camacari Brasiliensium.* 6. *Choyne Americanorum.* 7. *Mongostans Javanensium.* 8. *Pilipoc Philippinarum insularum.* 9. *Arbor laurifolia Gvineensis.* 10. *Arbor laurifolia Sinensis.* 11. *Arbor Beretinæ insulæ.* 12. *Arbor laurifolia Magellanica.* 13. *Quauhayohuacẽlli Guaxacanæ* & 14. *Frutex baccis lauri similis.*

De Laet Ind. Occid. l. 5. 23. *I. Quauhtepatli Mexicanorum* quæ Mechoacanensibus *Chupire*, seu *planta ignea.* Similis est lauro, aspectui grata. *folia* amygdalinis majora & latiora. *flores* in modum rosarum compositi. Humidis & riguis *gaudet.* Abradit naturâ succus: quidam tamen potum phlegma evacuare dicunt, alii deleteriæ qualitatis. Ad scabiem & impetigines usurpari, Ximenes prodidit.

Nard. Ret. Medic. l. 3. 71. *II. Itziperequa Mechoacanensium* Persica ferè major; *foliis* limonis crassioribus & odoratioribus, *semine* coriandri, paulò majore, viridi primò, demum nigro. *Nascitur* in frigidis Tancitari provinciæ Mechoacanensis. *Folia*, quæ calida tertio, carnium juri incoquuntur ad tussim: aquæ duarũ drachmarum pondere, contra diarrhœas. illita dolores sistunt.

Nard. Ret. Medic. l. 3. 72. *III. Calamajo Philippicarum insularum*, in duplici differentia. *Folia* utriusque laurinis similia, valdè aspera. *Vnius* radix extra fusca, intra rubescens, pingvi cortice, initio insipida, mox aliquem calorem ostendente. *Alterius* arentis arundinis colore, sapore ligni quod luteum est. Harum ramenta vapore earundem suffita, & in oleum juglandium injecta, ac illita, hæmorrhoidũ dolores demulcent. Emplastri modo imposita tumores discutiunt, & vulnera consolidant.

Marcgr. H. P. l. 3. 9. *IV. Arbori innominatæ Brasiliensi* folia laurinis similia, oblonga, duo sibi oppositа (nonnunquam unum in extremitate ramorum) quasi in frondes congesta. *Fructus* pruni Damasceni figura & magnitudine, primò flavus, post niger, cujus pulpa pruni modo: *lapis* qui intus dactyli instar lævis ac durus. Laurus.

Marcgr. H. P. l. 3. 6. *V. Camacari Brasiliensium* arbor alta, *ligno* flavescente, ex quo cistæ, in quibus saccarum reponitur. *folia* alternatim posita, laurinis similia. *Cortex* incisus stillat lachrymam liquidam, valdè glutinosam, paulò rufescentem, nullius odoris, cujus adversus pedum lumbricos usus.

Clus. ad Garz. *VI. Choyne Americanorum* dicitur & *Cohyne*, mediocri altitudine, foliis & forma & viriditate lauri, pomis capitis magnitudine, seu ovi struthiocameli. quidam *Maraka* & *Tamaraka* dici putant. Ex eo pocula fiunt; at perforato lapillis aut milio inditis pro crepitaculo, quod *Maraka* & *Tamaraka* nominant, utuntur, Deorum se familiaritate frui credẽtes, ubi pulsavere. Ind. Occid. p. 3. c. 7. & 12.

Bauhin. H. P. l. 1. c. 35. Garz. Simp. l. 2. 12. *VII. Mangostans Javanensium*, Bauhino *Laurifolia Javanensium*, est arbor pusilla, lauri *foliis*, sed majoribus & latioribus, quibus sex aut septem crassiores venæ ex utroque nervi medii latere, intercursantibus creberrimis subtilissimisque venulis, ut qua parte attrita erant, tenuissimis filis contexto reti constare viderentur. *Flores* lutei. *Fructus* exigui mali aurei magnitudine, cortice seu cinereo, seu è viridi nigricante, pulpa malorum aureorum simili, sed non adhærente. Dulcissimus est.

Nieremb. H. E. l. 15. 9. *VIII. Pilipoc Philippensium insularum*, duo genera. *Mas* scilicet & *Fœmina.* Major *ille* & amplioribus foliis, interque saxa nascitur. Minor *hæc*, & in planis. Utriusque *radici* tubercula fusca, pugni magnitudine, innascuntur. *Stipites*, qui fusci, & enodes, transversim si scindas in pelliculas quasdam membranis cæparum similes dividuntur. *Folia* laurinis similia, summâ parte impensè acuminata. *Proveniunt* in humectis umbrosisque locis, & arboribus advol-

Laurus, volvuntur. *Vſus* radicis in venenatis morſibus & potionibus, ſed lentè operatur. Sagittarum plagis officere ſolent.

Cluſ. H. Exot. l. 1. 9. Bauh. H. P. l. 1. 52.

IX. Arbor laurifolia Guineenſis, Cluſio *arbor peregrina ex Guinea* duplex. I. *Una* quæ juglandis altitudinem æquat. *Fructus* in ramis naſcitur, magni mali inſtar, orbicularis ferè figuræ, craſſo *cortice* & lævi, viridis initio, poſt ex flavo ſpadiceus, interdum nigris maculis conſperſus, internâ parte fuliginoſus, & nihil præter nigrum pollinem continens. II. *Altera*, quæ lauroceraſi *foliis*, ſub quorum exortu ſingulares naſcuntur appendices, ſummâ parte orbiculatæ & deorſum inflexæ, ſic quodammodo fornicatæ. Summo *rami* Cluſiani qui intus cavus, ſena aut plura vaſcula brevi pediculo innixa, nuce ponticâ minora, membranacea & denis nervis diſtincta, ſummâque parte in quinque lacinias ſeu foliola diviſas, ſemine nigro, ſaporis fervidi plena. Forte *Bravas*.

Cluſ. Exot. l. 1. c. 12.

Martin. in Atlante Sinenſi.

X. Arbor laurifolia Sinenſis, arbor eſt procera & magna, *foliis* lauri ſimilibus. In *ramorum* ſummitatibus *racemi* prodeunt, in quibus ut in uvis fructus, ſed rarior in longis pedunculis dependet, figura corculi, magnitudine nucis juglandis, nuci pineæ parvæ æmulus, ſquamoſo cortice, ad membranæ craſſitiem accedente, cui intus nucleus ſucculentus albi coloris, ſaporis ac odoris roſacei. Maturus purpurei eſt coloris. Oſſiculum intra carnem occulitur. Vocant Sinenſis *Lichi*, Luſitani *Lichias*. *Naſcitur* in Foquien, præcipuè in Focheu metropolis territorio copioſus. Circa Chiagva optimus. *Nucleus* ad inſtar tragematis roſacei congelati liqueſcit in ore. Eſt & *Altera* ibidem quæ flores *Quei* profert. Arbor procera, *foliis* lauri aut Cinnamomi. *Flos* minimus, flavus, in racemulos diſperſus, ſvaviſſimi odoris. Apertus in ipſa arbore diu perſtat integer nec flacceſcit: ubi decidit, interjecto menſis ſpacio, repullulante arbore, rurſum novus, autumnali tempore gignitur. Turcæ limonum ſucco maceratum, ad tingendos equorum crines adhibent. Sinis multa bellaria ex eo. Prodit per totam regionem, copioſiſſimus in Quangſi. Addi hiſce poteſt *Fructus Sinenſis Lungyen* ſeu *Draconis oculus* dictus, ſuperiore minor, cortice duriore magisque ſquamoſo, ex quo liquor, vinum incolis, exprimitur, ſed rarius. Diſtrahitur per totum imperium: ſed ſucco evaneſcente, non tam gratus.

XI. Arbor Beretinæ inſulæ, Bauhino *laurifolia Ternatenſis*, Lugdunenſi *Beretinus arbor*, quercu major, eſt *foliis* laurinis, craſſis, ſplendentibus non ſerratis. *Fructus* oblongiuſculus, exiguus, iligneis glandibus ſimilis, niſi quod calyce careat, tenui cortice, atro vel cinereo; in quo *nucleus* oblongiuſculus, candidus. *Naſcitur* & in Moluccis, Ternate inprimis. Edulis eſt, & in farinam teri poteſt. Cluſ. Exot. l. 11. c. 27.

XII. Arbor laurifoliæ Magellanicæ cortex piperis modo acris, in Pinguinum inſula. Fortè eſt *cortex Winteranus* à Wilhelmo Wintero qui Franciſcum Dracum ad fretum Magellanicum comitatus eſt, inde allatus. Viliori canellæ tum ſubſtantiâ, tum colore non valdè eſt diſſimilis. Ulmei corticis inſtar ſcaber, canulatus; aliquando ſolidus, aliquando multis rimis hians. Egregiarum eſt in Scorbuto virium. Bauhinus *Canellam albam* vocat. Ind. Occid. P. 9. Cluſ. Exot. l. 4. 1. Bauh. H. P. l. 3. 19.

XIII. Quauhayohuactli Gvaxacanæ, trunco cinereo, foliis lauri, floribus flavis, ſtellarum in modum racematim pendulis, fructus notiſſimus. De Laet Ind. Occid. l. 5. 20.

XIV. Fructus baccis lauri ſimilis, majori nempe formâ & magnitudine, lævi & nitidâ ſuperficie, qui nigricat, & ex altero turbinato fine ſtylum retuſum profert; altero, tanquam ab acicula impreſſum veſtigium habet. Durus eſt, & lapidi alliſus, cum ſonitu reſilit. Bauh. H. P. l. 3. 51.

Pun-

PUNCTUM V.

De Laureola.

Vid. TAB. LXIIX.

PUtatur Laureola à *Veteribus* sub *Chamædaphnes* & *Daphnoidis* nominibus describi. Apud Theophrastum quidem invenies, apud Arcadas helleborum utrumque, daucum, & *daphnoiden* croceam nasci, quod etiam à quibusdam ad Daucum restringitur: apud Dioscoridē tamen, Plinium, Galenum & Apulejum quædam occurrunt. *Dioscoridi* promit χαμαιδάφνη *virgas* μονοκλώνους, πεχυαίνους, rectas tenues & læves; *folia* lauri similitudine, sed læviora, multò tenuiora & viridiora; *fructum* rotundum, rubentem, τοῖς φύλλοις ὑπερυθρότερα. *Plinio* frutex est sylvestris, unico ramulo, cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine, semen rubens. *Folia* trita inflationibus stomachi succurrunt: succus cum vino menses urinamque ciet. Diversa ab hac Chamædaphne Galeni. Ejus enim *folia* tenera germina dicuntur. *Daphnoides* Dioscoridi exiguus frutex, cubitalis, cui *rami* multi, ἐμπεπλεγμένοις, ἐφ' ἑαυτὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης φυόμενοις, *cortex* viscidus; *folia* lauri, verum molliora, validiora, οὐκ ὀδωδότα, quorum gustatu os aduritur; *flores* candidi; *fructus* cum maturuit niger; *radix* ἀχρηστος. Plinio, sylvestris laurus est, frutex ramosus, crassiore, (graciliore fortè) quam laurus *folio*, cujus gustatu accenditur os atque guttur, *baccis* è nigro rufis. Eadem ferè Apulejus, qui ibidem, ut in Catalogo philologico ostendimus, diversarum plantarum nomina confundit. *Nascitur* in montosis. De *Viribus* ita *Plinius*. Alvum solvit vel recenti *folio*, drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas extrahit *folium*, & vomitum; stomacho inutile. Sic & *baccæ* quinæ denæve purgationis causâ sumuntur.

Vid. Theophr. H.P.l.9.15.

Dioscor.M. M.l.4.c.148 & 149.

Plin.H.N. l.15 c.30. & l.24.c.15. & l.23.c.8.

Galen. simpl.l.6.

Plin.H.N. l.23.c.8.

II. RECENTIORIBUS duplex est. 1. *Perpetuifolia, flore viridi.* 2. *Folio deciduo flore purpureo.* Laureola.

I. Laureola perpetuifolia flore viridi, quibusdam *Laureola mas*, Me. suæ *Thymelæa foliis viridibus*, Cæsalpino *Daphnoides Dioscoridis* & *Mezereon Arabum*, Bauhino *Laureola semper virens*, *flore luteolo*. Bicubitalis est frutex, perpetuo *folio*. *Radix* lignosa, multiplex, & quæ difficulter evellitur. *Rami* lenti, obsequiosi, simplices aliquando, sæpè in aliquot divisi. *Folia* oblonga, carnosa, laurinis similia, crassa, glabra, nigricantia, splendentia circa tamulorum fastigia, & numerosissima. *Flores* oblongi, cavi, è virore subcandicantes. Infra folia *baccæ* primò viridis, post nigræ, aliis rubræ, juniperinis pares, nonnihil oblongæ, proximè glomeratim ad ramos cohærentes. nucleo intus duro, cannabis semine, medullâ candidâ. *Nascitur* in umbrosis, incultis & sylvosis montibus. Circa Lacum Lemanum sponte; circa Patavium inter montem Gemulam & di-venda; circa Basileam, in Burgundia, &c. *Flores* paulò post autumni æquinoctium prorumpunt; hyeme aut primo vere perficiuntur. *Fructus* Majo & Junio teste Dodonæo ostendit, qui mediâ æstate virent, adventante autumno matureſcunt. Calida & sicca est ad tertium. Subvertit ventriculum, urit fauces & interiora. Ad hanc refert Camerarius *plantam* quæ in montibus Silesiæ altissimis versus Moraviam nascitur, caule denso, foliis crassis & duris, baccis nigris.

Dodon. Pempt.2. l.4.c.9. Bauhin. H. P.l.5.c.34. p.565.

Camerar. in Epit.

II. Laureola folio deciduo, flore purpureo, Officinis *Laureola fœmina*, Trago *Chamælæa seu Mezereon*, Dodon. *Chamælæa Germanica*, aliis *Daphnoides flore purpureo*, Gesnero *Piper montanum*, Cordo *Thymelæa*, Lobel. & Bauhino *Mezereum Germanicum*, & *Laurus pusilla*, Lugdun. *Daphnoides crocea*: aliis *Cneorum album Theophrasti*, vel *Daphnoides ejusdem, croci colore, vel Chamædaphne*. Frutex est sæpè tricubitalis. *Radix*

Cord. in Dioscorid. Gesner. in Hortis Germ. Bauhin. H. P.l.5.c.35. Dodon. H. P. pempt.4. l.4.c.8.

Chamælæa.

dix in aliquot partes divisa, alba, altè se demittit. *Virgulæ* singulares, tenues, flexiles; quibus *cortex* duplex, exterior cinereus, tenuis, fragilis; interior virens & albicans, & divulsis lanugo quædam bombycina. *Folia* post flores ex tuberculis plærumque exeunt, oblonga, pallidè virentia, laureolæ superiori æmula sed molliora. *Flores* ad ramulorum latera sine pediculo, ex rubello purpurascentes, oblongi, odorati, cum *staminulis* in medio croceis. Germinant statim post autumnum, & mox hyeme, si clemens hæc, sin minus, primo vere panduntur. *Baccæ* ad ramulos rubentes, sed quæ reliccatæ nigrescunt: interiori nucleo qui cannabino semini similis, pulpa candida. Maturantur in Augusto. Tota, floribus exceptis, odore est gravi, sapore urentissimo, ut vix ardor potu sedari possit, adeoque cavenda. Sunt tamen qui exhibent: & notatur obstetrix quædam Noviomagensis, quæ & gravidis scelesta propinabat. Decoctum *florum* tutius fortè esse credit Tragus; nemini tamen authorem futurum. Ego svaderem ut in totum talibus κακουργικοῖς abstineatur, dum benigniora & paris efficaciæ præsto sunt. Est vel *Major* vel *Minor*, quæ *Piper Alpinum minus* Gesnero, ex qua Cordus granum Cnidium, quod *Coccognidium* appellatur, colligi voluit.

Punctum VI.

De Chamælæa.

Tab. LXIX. Dioscor. M. M. l. 4. c. 172 Plin. H. N. l. 15. c. 7. & l. 24. c. 15.

I. DE *Chamælæa* apud *Veteres* pauca occurrunt. Surculosus est frutex, *ramis* dodrantalibus, seu non palmæ altioribus; *foliis* oleæ similibus, tenuioribus, densis, amaris, quæ gustum mordent, & arteriam abradunt. Iisdem tritis & melle exceptis sordida & crustosa vulnera purgantur.

II. RECENTIORIBUS est duplex, *Tricoccos* nempe & *Alpina folio infernè incano*.

I. Chamælæa tricoccos Mesuæo est *Thymelæa foliis magnis & tenuibus*, Serapioni *latifolia vel alba*, Angvill. *Thymelæa*, Lobel. *Mezereon Arabum*, Camer. *Chamælæa vera*. Pedalis est magnitudinis. *Folia* oblonga, oleæ similia, sed nigriora nec incana, quæ perpetuò virent, gustus initiò amari, post lingvam vellicantis. *flores* exigui trifolii, palliduli aut flavi; *fructus* tricocci, virides primò, mox rubentes, sed qui decerpti nigrescunt, & oleosam pingvitudinem contrahūt. In Italiæ & Narbonensis desertis *habetur*. Perpetuò viret. Exurit fauces. Folia bilem & pituitam detrahunt. Hispanica brevior est & candidior Gallicâ. Dodon. Pempt. II. l. 2. c. 6. Clus. H. P. l. 1. c. 56.

II. Chamælæa Alpina folio infernè incano Angvill. *Cneoron Galeni*, *Alypias Aetii*, Clus. *Chamælæa altera*. *Rami* lenti; *Cortex* tenax; *folia* conferta & carnosa, incana lanugine infernè vestita. *Flores* congesti, quadrifolii, dilutissimè purpurascentes, qui ex lanuginosis & argentei coloris calyculis prodeunt. *Fructus* unicus, oblongiusculus, cui membrana tenuis miniata; caro succulenta, nucleus fervidus. Proxima huic si non eadem *Chamælæa hirsuta Bauhini*, quæ Gallis *Bois gentil*, seu lignum nobile dicitur. Fruticis parvi speciem habet, uti præcedens: Caudex lignosus, rami palmares, nigricantes (in sicca.) Folia similia ferè cum præcedenti Laureola folio deciduo, breviora tamen, & multo angustiora, in acumen desinentia, nonnihil hirsuta. Bauh. H. P. l. 5. c. 36. p. 570.

Congener Chamælææ inter *Exoticas* est suffrutex *Nextalpe*, aliis *Tlanoquitzpatli* dictus. *Radix* illi furculosa. *Caules* teretes & lignosi. *folia* Oleæ, minora tamen: *fructus* ciceribus similis. Calida est in quarto, & ideò adurens. Radix drachmæ unius pondere, humores omnes purgare dicitur. Cave canem quisquis es. Recchus R. M. N. H. l. 5. c. 54.

Pun-


Nextaalpe Nardi.
Chamelæa sirsute.
Chamelæa tricoccos.
Thymelæa folijs acutes Capitulo succisi
Thymelæa folijs lini.
Thimelæa folijs glabris.
Thimelæa folijs Chamelææ minoribus sub sirsut
Thimelæa folijs caudicantibus serici in starmollibus.
Thimelæa folijs spali Lanuginosis salsis

PUNCTUM VII.

De Thymelæa.

Vid. TAB. LXIX.

SEd & de hac non multa ab *Antiquis* prodita. *Chamælæam* aut *Cneoron* vocavere aliqui. I. *Dioscoridi* similis lino sativo, *virgas* edit bicubitales, speciosas, numerosas & tenues. *Folia* Chamælææ, sed angustiora & pingviora, ἐν τῷ διαμασᾶσθαι glutinosa. *Flores* candidos, ac inter ipsos fructum ceu myrti parvum, rotundum, inter initia viridem, tandem rubentem, cujus φοινικάριον durum & nigrum, τὸ δὲ ἐντὸς album. *Granum Gnidium* vocant. II. *Plinius* similem Oleastro facit, foliis angustioribus, gummosis si mordicentur, fructu myrti magnitudine, similitudine colore & specie farris ad medicinæ usum tantum, quod *coccognidium* & *linum* vocatur. Colore id alibi ex Theophrasto facit cocci magnitudine grani piperis majore, vi ardente. Ideò in pane devoratur, ne gulam urat. *Nascitur* in asperis & montosis locis. *Seminis* viginti grana bilem & pituitam evacuant, sed fauces adurunt. Cum aceto & nitro trita, ad sudoris prolectationem inunguntur. *Folia* quæ Cneoron olim appellabantur, colligere per messes & in umbra siccare moris erat. Vino diluto adspersis acetabuli modo detrahebantur aquosa; admista lenti coctæ aut oleribus moderatius. Partus suppositа necant. Ad Thymelæam refertur à quibusdam & *Empetrum*.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 173. Plin. H. N. l. 13. c. 21.

II. Apud RECENTIORES in septuplici est differentia. Est enim 1. *Foliis lini*. 2. *Foliis acutis capitulo succisæ*. 3. *Foliis polygalæ glabris*. 4. *Foliis Chamælææ sub minoribus hirsutis*. 5. *Foliis kali lanuginosis, salsis*. 6. *Foliis candicantibus Serici instar mollibus*. 7. *Foliis sedi minoris tomentosa*.

I. *Thymelæa foliis lini*, Mesuæ est *Thymelæa foliis parvis*, Serapioni *Chamalæa tenuifolia & nigra*, Gesnero *Thymelæa vera*, Lobel. *Thymelæa Cocci Gnidii*, Bauhino *Thymelæa Monspelienſis*. Cubitalis frutici altitudo, *radix* in tenellis plantis raphani modo efformatur. *Virgæ* multæ, rectæ, tenues. *folia* lini sed majora, latiora, mucronata, lenta, & gummosum quid, si terantur, habentia. *Flores* in extremis virgis copiosi, quadrifolii, oleæ similes, candidi, racematim ferè propendent. *Fructus* baccis myrti magnitudine, longior, initio viridis, mox corallini ruboris, carne succi plena, cui semen nigrum, sed quod medullam albam & fervidam habet, involvitur. *Floret* Julio & tota nonnunquam autumno. *Prodit* in Hispaniæ locis asperis & Narbonensi Gallia littoris tractu; in Italicis montibus longè à mari Tyrrheno dissitis. *Semen* bilem, pituitam & aquas educit, sed fauces adurit. *Radix* Camerario paucis horis perimit. *Cortices* pro ligandis scopis serviunt: *fructu* maturo perdices & aliæ aviculæ avidè vescuntur: eodem rustici Hispani curvatis virgis & lineis dispositis illas venantur. Succus propter glutinositatem non nisi tepente vino affuso exprimi potest.

Clus. H. P. l. 1. c. 57. Bauh. H. P. l. 3. c. 43.

II. *Thymelæa foliis acutis capitulo succisæ*, aliis *Alypum Monspelienſium*, Lobel. *Alypum montis Cesi*, sive *herba terribilis Narbonensium*, aliis *Alypum Penæ*, Lugdun. *Empetron phacoides*, Clus. *Hippoglossum Valentinum*, suffrutex est, cubitalis aliquando & majore altitudine. *Rami* lignosi, fragiles, nigricantes. *folia* circa hos valida ex tuberculis multa & simul juncta; tenellos, qui rubescunt, rariora, myrti æmula, ex cæruleo nigricantia, carnosa, acuto mucrone, extremæ amaritudinis. In summitate calyces squammatim compacti, interioris *florum* scabiosæ orbis magnitudine, florem lanuginosum, villosum, in medio ex cæruleo candicãtem, in ambitu omnino cæruleum, continentes, & quia tonsuram orbicularem Monachorum referunt, planta *Coronilla de freyses* dicta-

Lobel. obs. p. 201. Adverſ. p. 158. Clus. H. P. l. 1. c. 60. Bauh. H. P. l. 3. c. 49. p. 598.

Thymelæa. dicitur. Tota amara est, vehementiore Chamælææ gustu etiam à sexto anno; semperque arida & exsucca videtur. Unde apud Hispanos *siempræ enxutæ* nomen. *Nascitur* in Bæticæ solitudinibus, & apud Narbonenses, ubi in maris littore salsum humorem bibit: in monte Cestio propè Agatham, salsuginositatis expers, os amaritudine insigni vellicat, quod de Empetro Dioscorides habet. Visa in Italiæ hortis majore statura & foliorum amplitudine, Calceolarius pro Ptarmica ostendit. Hispani circumforanei decoctum in lue Venerea exhibent, cum successu ut ajunt.

Bauh. Prodromi l. 12. c. 1. III. *Thymelæa foliis polygalæ glabris*, ita ab ipso Bauhino, sub *Sanamundæ viridis* seu *glabræ* nomine describitur. *Radice* crassa, lignosa, fibrosa, alba, cortice crasso, pallido, lento vestita, à qua *ramuli* plures, tenues, palmares, etiam minores, iique geniculati prodeunt, *foliis* oblongis, (rarius subrotundo) Chamælææ vel potius Polygalæ similibus, sed brevioribus, viridibus & glabris, alternatim circa ramulos dispositis: inter quæ *flores* oblongi, luteoli, in quatuor foliola divisi cõspiciuntur: *fructum* non observavimus. Hæc Aprili florens in Horto Dei collecta fuit.

Bauhin. H. P. l. 5. c. 44. Collegit sub hoc nomine & *Iohannes Bauhinus* in maritimo Narbonæ tractu propè oppidum Agden *fruticem*, cui ramos lentos, corticem in fila ductilem & flavescentem, *folia* glabra, myrteis similia, unciali plus minus longitudine, quæ per ramos agminatim conscendunt; *flores* ex horum sinu oblongos, parvos, ex luteo herbaceos, quatuor foliolis decussatis constantes; *granum* rotundum singulare adscribit. Sequentem esse putarem, nisi folia glabra obstarent, & icon, quæ à Sanamunda prima Clusii aliquanto diversus. Habetur in Hispaniæ Monteferrato, & Cataloniis Aragoniæ finitimis.

Clus. H. P. l. 1. c. 58. IV. *Thymelæa foliis Chamælææ minoribus subhirsutis*, Clusio *Sanamunda prima*. Suffrutex est cubitalibus ramis, flexuosis, radix crassa & lignosa. *Cortex* exterior nigrescens, interior in tenuia fila se dividit. *folia* carnosa, ad Myrtum accedentia, aliquantulum hirsuta, gummosa, adurentia, circa ramulos seriatim distribuuntur. *flores* oleo similes, quadrifolii, extremis divisi, lutei. *Fructus* Thymelææ nigricans. In apricis vivit, in regno Granatensi. *Floret* Martio. *Purgat* vehementer; ideo rusticis Hispanis Mierda-Cruz.

Clus. H. P. l. 1. c. 58. Bauhin. H. P. l. 5. c. 46. p. 594. V. *Thymelæa foliis kali lanuginosis salsis*, Clus. *Sanamunda secunda*, Angvillaræ *Empetron*, Cæsal. *Cneoron*. Lugd. *Cneoron nigrum Myconi*, & *Sesamoides minus Dalechampii*, quibusdam *Phacoides Dalechampii Oribasii*, cubitalis est, *ramis* lentis, quibus *cortex* carnosus, & interiore membrana, circa radicem inprimis, in fila lini modo diduci potest. *Folia* in superioribus ramusculis conferta, lanuginosa, & veluti fomento quodam obsita in comam quasi abeunt, salsi nonnihil gustus, acris post & calidi. quibus *florum* oleæ similium, flavescentium, numerosa soboles. *Provenit* in maritimis & salebrosis Bæticæ locis, montibusque Granatæ vicinis. Circa Calpem fornacibus calefaciendis inservit. Drachmæ pondere cum decocto cicerum per inferiora purgat.

Bauhin. H. P. l. 5. c. 45. p. 594. Tabern. H. P. l. 2. p. 103. Lobel. Adverss. p. 160. VI. *Thymelæa foliis candicantibus, Serici instar mollibus*, Lobel. *Tartonraire Massilienſium*, Tabern. *Sesamoides majus Scaligeri*, Lugd. *Sesamoides majus multorum Dalechampii*, Bauhino *Sanamunda prima Clusii*. Cubitalis est, valdè ramosa. *Radici* mirè obsequiosus *cortex*, & in minima stamina non sine floccis, quos lanam dicas carptam, ductilis. *Virgæ* rectæ, vicenæ, tricenæ aut plures, cubito longiores, quibus densum, albidum & quasi argenteum *tomentum* supersternitur. *Folia* numerosissima, Myrti Tarentinę magnitudine, nisi quod per extremum, sunt paulo latiora, in acumen tamen obtusius desinentia, undique lanuginosa, & tactu mollia, albida vel argentea, lucida: inter quæ *flores* exeunt, Oleæ similes, ait Clus. oblongi, in quatuor foliola

per

Tab: LXX

Cneorum album folio oleæ argentео molli

Thymelæa affinis facie cxterum

Thymelæa tomintosa folijs sesti minoris.

Myrtus Latifolia Romana.

Myrtus Comunis Italica Mÿrten Baum & Wolfs Heidel Beern.

Cneorum album argenteo molli. folio

Myrtus angustifolia Bætica.

Myrtus Latifolia Belgica.

Myrtus Latifolia folijs laurinis. Bætica

per extremum divisi, colore luteo. *Fructus* (quemadmodum ex relatu accepit) Thymelææ ferè, sed nigricante colore. *Provenit* in Corsica, Sardinia, & tota Massiliæ Liguriæq; ora; inprimis circa collem Montsoud dictum, squalidum, glareosum, plurima. Tam vehementer aquosa, biliosa, pituitosa purgat, ut sæpè sangvinem eliciat. inde nomen. & sumitur in vino aut cicerum vel carnium decocto & jure.

Clus. H.P. l.1.c.18. Bauh. H.P. l.5.c.47. p.595.

VII. *Thymelæa tomentosa foliis sedi minoris*, Clusio *Sanamunda tertia*. Pantio *Cneoron*, Lob. *Erica Alexandrina*, Bauhino *Sesamoides parvum Dalechampii*, aliis *Aproxis Plinii*. Excedit magnitudine priores. *Rami* crebri, lignosi, candidiores, inque fili tenuitatem tandem abeuntes, quos densa, candida, cineracea lanugo obvolvit, sed in majoribus virgis paucior. Extremis qui omnino tomentosi, procumbens coma, & frequentia *foliola*, carnosa, parva, sempervivo Dioscoridis similia; quæ inferna parte rugosa, virentia, & in sicco nigricantia, glabra; superna verò (qua parte contrahuntur & velut alveolum efficiunt) tomento albido penitus obducuntur. *Flores* herbacei aliquando, aliquando pallentes. *Invenitur* in tractu toto inter Herculeum fretum & montes Pyrenæos. Earundem est cum superioribus virium. Tusæ ac cribratæ drachmam nervorum distentione affecto exhibuit in ptisana Dalechampius: nec aliter mota alvus, quam si colocynthidem sumsisset. *Bauhinus* suspicatur à Lugdunensi etiam sub *Cneori nigri Myconi*, quæ Barcinonensibus *Pala marina*, nomine describi. Frutex est cum multum adolevit bicubitalis. *Radix* crassa, lignosa. *Caulis* rotundus, flexilis, asper, nodosus, ramulis multis brachiatus. *Folia* carnosa, [illegible]ana, perpetui viroris, minuta, & in summitate cupressis similia, sapore lento, subadstringente, caulem ambiunt. *Flos* in viridi luteus, cujus proventu ab Autumno ad Majum usque producitur, foliis aliis decidentibus, aliis renascentibus. Totus, *cortice* inprimis, gravis est odoris si confricetur; vigente canicula *folia* attrita Zibethum spirant. *Nascitur* Barcinone locis arenosis & maritimis. Fotu hæmorrhoidum inflammationem sedari ajunt.

Cneoron.

Punctum VIII.

De Cneoro.

I. CNeoron *Veteribus* duplex est, *Album* nempe & *Nigrum*. Ex his *Albo* folium δερματῶδες, oblongum, figurâ quodammodo oleagineo simile. μᾶλλον ἐπίγενειον ἐστὶ & exiguum quid olet. *Nigrum* valdè odoratum est. Alii pro εὔοσμῳ legunt ἄοσμον & ἄνοσμον Plinium secuti. Utrique *radix* alta, magna, *folia* carnosa. *rami* multi, crassi, lignosi, ferè statim à terra divisi, & admodum lenti; quorum usus ad colligandum modo salicis & vitilium. *Germinant* florentque post æquinoctium autumni & diu. Eodem nomine Chamælæa & Thymelæa vocatur, quod & Galenus prodidit.

Tab. LXX.

Theophr. H.P. l.6.c.2. Plin. H.P. l.21.c.9.

Galen. l.9. de compos. medic. c.3.

II. RECENTIORIBUS est duplex 1. *Thymelææ affinis, facie externa*. 2. *Cneoron album folio oleæ argenteo molli*; Cui adde *Cneoro albo affinem*.

I. Thymelææ affinis facie externa, Matth. *Cneorum*, Lugd. *Cneoron alterum Matthioli*, & *Oleander sylvestris Abensinæ Myconi*; Tabern. *Casia Matthioli Chamælææ species*, Cordo *Thymelæa minor*. Suffrutex est. *Rami* ab ipsa tellure emersi humi diffunduntur: *folia* confusa, viridia, cutanea, amara, sed nullius acrimoniæ: *flores* in summis surculis pulcherrime conferti, septemfolii, pauciores aliquando ex rubro purpurascentes, centaurei minoris florum æmuli, καρηβαρικοί. *Fructus* exiguus, Thymelææ non dissimilis, oblongiusculus, candidus, cum semine rotundo, cinereæ membranæ. *Floret* sæpè ter eodem anno, novis floribus semen semper consequentibus. *Provenit*

Clus. H.P. l.1.c.59.

Myrtus. copiosè in montibus Viennæ vicinis, & in Pannonia. Est & floribus candidis, circa Francofurtum ad Mœnum.

Bauhin. H. P. l. 5. c. 48. p. 97. Clus. append. ad H. P. p. 255.

II. Cneoron album folio oleæ argenteo molli, Imperato & Platero *Dorycnium*, Bauhino *Dorycnium Imperati*, Lugdun. *Cneorum album Dalechampii*, Clusio *Dorycnium verum Plateri*, Cæsalp. *Dorycnium ex Sicilia, vulgò Argentina*, Penæ *Dorycnium quorundam*, seu potius *Convolvulus rectus Creticus*. Fruticosa stirps est, dimidii cubiti altitudine. *Rami* ab eodem radice multi & lignosi, tenellis Ziziphæ albæ ramis non dissimiles; *folia* numerosa, oleæ figura, argentea lanugine utrinque nitentia, mollitie holosericea, quæ nec hyeme abjiciuntur, ramos circumdant. In sum̃o vertice *coma* prædensa, in qua candidi flores calathi effigie (campanulæ instar Imperato) quorum uno marcescente, alter se expandere incipit. *Semen* nigrum crassum, in folliculo tanquam gluma reconditur. *Nascitur* in maritimis, lapidosis & saxosis locis. Provenit & in horto Montbelgardensi satum semine.

III. Cneoro albo affinis, quid sit, & an huc pertineat, difficile est dictu. Bauhinus *Dorycnium fortè Dioscoridis Penæ* vocat, cujus & sub jacea mentionem facit.

Articulus III.

De Arboribus Bacciferis Classis tertiæ.

Punctum I.

De Myrto.

Vid. Tab. LXX.

Arbores bacciferæ Classis tertiæ sunt 1. *Myrtus*. 2. *Ruscus*. 3. *Vitis Idæa*. 4. *Buxus*. 5. *Olea*. 6. *Vitex*. 7. *Ligustrum*. 8. *Phyllirea*.

I. Meminit quidem Myrti ex *Veteribus* Theophrastus, sed sine descriptione, quam nec apud alios invenies. Hoc habetur, adnasci ei aliquid inæquabile, verrucosum, intumescens & concolor, quod quasi manus myrti caudicem amplectitur, quodque Dioscorides μυρτίδανον vocat. melius germinare & copiosiores ferre fructus, quo pauciores reliqueris; quod tenuia germina celerrimè παραυοινόμενα evadant: mutuo cum olea radicum complexu degere, ut Androtion prodidit, ejusque virgas per olearum brachia prorepere. *Locum* si spectes, nec frigus tenella patitur, nec adulta æstum. Umbrosis semper gaudens, ut illa quibus fructus πυρηνώδεις. In fervidis tamen potius nascitur, amatque ita littora, ut & in montes subeat. In Olympo olim nullæ, ut & in Ponto, quanquam summo studio omnique solertia, serere conati sunt ad usus religionis. In Europæ citeriore cœlo (solo lege) quod à Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris tumulo visa traditur: Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit ubi nunc Roma est, jam tum cum conderetur. Quippe ita traditur: myrtea Verbena Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur. Ideò tum electa, quoniam conjunctioni & huic arbori Venus præest. Haud scio an prima etiam omnium in locis publicis Romæ sata sit, fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuêre myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patritia, altera plebeja. Non invita in sepulchris nascitur. De *Viribus* & *Vsu* nota. Galenum ex contrariis partibus, sed in quibus frigidum terrestre præstet, constituere, quamvis folia, germina, fructus, succus, multum inter se adstrictione differant. *Foliorum* decoctum insessibus & articulorum luxatorum

Dioscor. M. M. l. 1. c. 156.

Theophr. de C. P. l. 2. c. 9. & 10. Plin. H. N. l. 15. c. 29.

rum fotui; pulvis cum aqua miſtus ulceribus humidis, ſi illinantur; aridus, paronychiis, pterygiis, aliis malè olentibus, ſi inſpergatur, prodeſt. Oleum in emplaſtris lenibus, quæ liparas vocant, adhibetur. Corona meri vapores inhibet. *Fructus* oris odorem commendat, ſeu viridis, ſeu aridus: in cibo, hæmoptoicis datur: in ſuccum redactus, earundem eſt vitium, & urinam ciet; decoctus cum galla, capillum tingit: cum vino ſubfervefactus τὰ ἐναρχωτηρίους ἕλκη curat. Coturnicum helleboro paſtarum certiſſimum contra convulſiones, ſi Didymo credimus, remedium. *Vinum myrtites*, quod variè paratur, præſumptum crapulam arcet; in deſceſſionibus vulvæ & ſedis procidentia utilis. Ineſt & *Oleo*, quod mirum dictu, quidam vini ſapor, ſimulque pingvis liquor, præcipuâ vi ad corrigenda vina, ſaccis ante perfuſis. Retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem tranſire patitur, datque ſe comitem præcipua commendatione liquato. *Myrtidanum* adſtringit vehementius. Reponitur ad quibusdam tonſum, poſtea vino ſubactum, formatur in paſtillos. *Genera* & *Differentiæ* apud Theophraſtum, Dioſcoridem, Catonem & Plinium occurrunt. Eſt I. *Sativa*, eaque vel *Candida*, cui baccæ tales, vel *Nigra*, cui baccæ nigræ, quæque fructum inefficaciorem habet, ſed πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρείαν illâ ἀμεινοτέραν. Topiarii ejus apud Plinium tria genera faciunt. *Tarentinam* folio minuto. *Romanam* ſeu *Noſtratem* patulo. *Exoticam* denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus. Hæc non eſt in uſu. Ramoſa utraque alia. *Conjugalem* ſeu *Conjugalam* de qua apud Catonem, noſtratem dici putat Plinius: aliis albæ & nigræ epithetum, quod ad connubium idonea ſit. Ideo Veneri ſacra, quæ Conjugii præſes; fuitque Veneri Myrteæ Romæ ad vicum intimum ſub monte Aventino ara vetus. M. Varro Murtatam vocabat, Plutarchus Murtiam. II. *Sylveſtris* eaque vel lævis, quæ iterum candida aut nigra, vel ſpinoſa. Oxymyrſinem in ſylveſtri propriam facit Plinius, & revera Ruſcus eſt. III. *Odorata* qualis in Ægypto, tenuis, fructu exiguo, nigro. Inodoram loca minus calida proferunt. IV. *Coronaria* qualis in monte Cyrcæo, cui *ampla* opponitur, ratione fructus ſcilicet. Inſeruit hæc ſe & bellicis rebus, triumphansque de Sabinis Poſthumius Tubertus in Conſulatu (qui primus omnium ovans ingreſſus urbem eſt, quoniam rem leviter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris Victricis coronatus inceſſit, optabilemque arborem etiam hoſtibus fecit. Hæc poſtea ovantium corona, excepto M. Craſſo, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus inceſſit. Maſſurius autor eſt, curru quoque triumphantes myrtea corona uſos. L. Piſo tradit, Papyrium Maſſonem, qui prius in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. Avus maternus Africani ſequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, laurea & myrtea: qui & hoc voverat. Ornaſſe ea & buſta Græcos cum inferias ſolverent, apud Euripidem in Electra videre eſt. Taceo celebrari Myrti coronas apud Athenæum ab Eubulo: & qui olim in conviviis ſcholia carmini cantabant, laurum & myrtum manu tenuiſſe. V. *Montana* in utroque ſativæ genere accommodatur. VI. Ἀπύρηνος, apud Theophraſtum, non tam quæ fructum fert absque ſemine, quam pauciore & minus duro, arte & mangonio talis. Congerebant ſpurcitias pellium urinamque dum germina proſilirent. Hinc non mirum decerpta ab Athenienſibus, ſataque ordinato naturæ curſu produxiſſe ſpecies. VII. *Sacra* eaque *patritia* & *plebeja*. *Patritia* multis annis prævaluit, flacceſcente plebeja, exuberans ac læta quandiu Senatus quoque floruit, illa vigens, plebeja retorrida ac ſqualida. Quæ poſteaquam evaluit, flacceſcente patritia Marſico bello, langvida autoritas patrum facta eſt, ac paulatim in

Myrtus.

Cato c.123.

Dioſcor. M. M. l.1. c.155. Plin. H. P. l.15. c.29. & l.23. 9.

Theophr. de C. P. l. 6. c.17.

Plin. H. N. l.15. c.29.

Euripid. in Electra.

Myrtus. in ſterilitatem emarcuit majeſtas. Huc *Trœzeniam* refer, Hyppoliti &
Pauſanias. Phædræ amoribus celebrem, cujus folia propè Veneris delubrum ſata, perforata naſcebantur; injuriam videlicet ferentia ſævientis ungvibus & calamiſtris fœminæ.

II. RECENTIORES Myrtum in 1. *Communem Italicam.* 2. *Latifoliam.* 3. *Anguſtifoliam* & 4. *Sylveſtrem* diviſere; quibus *Pſeudomyrtus Bellonii* addi poteſt.

Cord. in Dioſcor. p. 23. *1. Myrtus communis Italica* Matth. & aliis *Myrtus, folio* eſt buxi, vel lentiſco ſimili, acuminatiore tamen; *floribus* candidis, numeroſis intus capillamentis odoratis; *baccis* oblongis, agreſtes olivas quadantenus referentibus; parvis numeroſisque nucleis. *Provenit* in Italia & alibi. Oſtenſa Patavii cum baccis menſe Decembri; Veronæ cum iisdem Martio: In Plateri myrto menſe Aprili, baccæ & folia binario numero diſtributa, ſapore adſtringente amariuſculo, aromatico, odore grato obſervata. Viſa Ferrariæ Liburnicam artificiosè referens: ſed & Venetiis triremem, cum tribus triremorum ordinibus: ut & Romæ in humanam effigiem artificiosè aptata. Degenerat in fruticem niſi crebrò purgetur. Humana vel ovilla urina lætatur. Ex *baccis* quæ adſtringunt paratur vinum, quod Myrtites vocatur, & oleum, quod efficacius & guſtu ſubamarum eſt, & ſyrupus. Compeſcunt fluxus, muliebres inprimis. Eſt vel *Alba* quæ in hortis Franciſcanorum Venetorum, cujus folia albidiora, oblonga, ſupernè latiuſcula, & fructus ex rubro candicans. Vel *Nigra*, cujus folia ſaturatiora, & fructus nigreſcit. Frequentiſſima utraque in regno Neapolitano & Tuſcana, vocaturque *Mortella* & *Myrtella*.

II. Myrtus latifolia eſt triplex. 1. *Romana.* 2. *Batica.* 3. *Belgica.*

Bauhin. H. P. l. 15. c. 1. p. 512. 1. *Myrtus latifolia Romana*, Plinio eſt *Myrtus noſtra*, cum conjugali eadem, aliis *myrtus major*, Caſt. *ſativa*,
Bellon. in Obſerv. Lobel. *Myrtus laurea maxima*, Bellon. & Cluſ. *Myrtus latifolia.* folia gerit Myrti Exoticæ nonnihil latiora, in acumen deſinentia, longitudine unciali, quorum bina ex intervallo penè unciali ſibi opponuntur. *Naſcitur* in monte Atho ſterilis & fructifera. Lobelio à folio laurino ita dicitur, Lobel. obſerv. p. 560. Lauro tyno ſive regiæ ſimili, ſed minore & magis acuto, & revirente, nigraque bacca.

2. *Myrtus latifolia Batica* duplex eſt, 1. *Foliis laurinis.* 2. *foliis latis confertim naſcentibus.* 1. *Myrtus latifolia Batica foliis laurinis*, Cluſ. Bauh. & Lobel. eſt *Batica latifolia domeſtica*, Hiſpanis *Arayhan Moriſco*, ſeu myrtus Mauritanica. *Rami* ſunt craſſi. *folia* lauri tenuifoliæ amplitudine, duplici ſerie rarius diſpoſita, dilutius virentia, odorata. Rarius & *floret* & *fructificat*, quod ſepibus texendis quos tondere ſolent plerumque adhibeatur. *Viſa* à Cluſio in Monaſterio quodam Hiſpali, & lætiſſimis Granatæ Mauritanorum viridariis, in quibus ſepes ex ea piſcinas claudebant. 2. *Myrtus latifolia Batica foliis latis, confertim naſcentibus*, Cluſ. *Myrtus Batica latifolia Exotica*, altius quam prior fruticat. *Folia* adeò confertim naſcuntur, ut ſeſe penè mutuò contingant petioli, duplici interdum, ſæpius triplici ſerie. *Flos* candidus, ceraſi ſimilis, albis villis plenus, odoratus. *Fructus* paulò oblongior, primò viridis, mox purpuraſcens, tandem niger, vinoſus, candidis, incurvis granis refertus. *Creſcit* in Complutenſis arcis horto, multis fruticibus ſerie quadam diſpoſitis; nec non Cordubæ in hortis. Lobel. Obſerv. p. 559. Cluſ. H. P. l. 1. c. 43. Cluſ. l. c. Bauhin. H. P. l. 5. c. 1. p. 511.

Ad hanc pertinet *Myrtus Stutgardiana Bauhini* fragrantiſſima, cui ex certis intervallis folia ſemper terna. Deſcribitur à Matthiolo ſub Exoticæ nomine. Bauhin. H. P. l. 5. 1.

3. *Myrtus latifolia Belgica* aliquot habet differentias. *Prima* folium *amplum* viride, rariore ordine eoque duplici circa ramos diſpoſitum. *Alteri* folium minus viridius quandoque pallidius interdum. *Tertiæ* folium denſum & magis mucronatum, nunc lætius, nunc pallidius. *Quarta*, folium medium, ſylveſtri ſimi-

Lobel.Obſerv.p.560.

ſimile, virgultum palleſcens, fructus tamen longior. Lobelius *ſex* ejus ponit *varietates* 1. Omnium maxima Laurea dicta à folio laurino, quam deſcripſimus. Alitur in cultiſſimo ſtirpiumque rariorum ditiſſimo paradiſo D. Philippi Deurnagle, Domini de Uroylandt. 2. *Folia* habet paulo minora, ſupernè item mucronata & in acutum faſtigiata. 3. *Folio* eſt oblongo, ſupernè latiuſculo, cum ſuperiore ferè pari, bacca alba. 4. *Exotica Myrtus* Plin. pluribus foliorum verſibus, ſive Myrtus Mauritanica amatoria Veneriſque ſacra, Arayhan Moriſco major Hiſpanicè vocata, foliis non diſparibus, ſed canulatis & confertim jucundiſſimo ſpectaculo ſtipatis. 5. *Vulgaris* folia promit paulò minora in anguſtum deſinentia. 6. Inter majores *minima* eſt folio oleæ ſylv. ſive oleaſtri.

II. Myrtus anguſtifolia eſt triplex 1. *Batica.* 2. *Foliis minimis & maximè mucronatis.* 3. *Minor vulgaris.*

Bauh. H.P. l.c.p.511. Lobel.l.c. p.561. Dodon. pempt.6. lib.c.11.

I. Myrtus anguſtifolia Batica, Dod. *Myrtus tertia*, Matth. & Lugd. *Myrtus exotica*, Lobel. *Myrtus exotica Plinii pluribus foliorum verſibus.* Eadem eſt *foliorum* denſitate & ſerie quâ Bætica latifolia, ſed hujus ſaturatius virent. Canulata & ſtriata eſſe addit Lobelius. *Fructus* eſt major & orbiculatus, qui alba & inflexa grana fert. *Viſa* à Cluſio in Hieronymitarum monaſterio, primo ab urbe Corduba milliari. Datur fortè quæ ſenos foliorum verſus exhibet.

Bellon. in obſervat. Lobel.l.c. Cluſ.l.c.

II. Myrtus anguſtifolia foliis minimis & maximè mucronatis, Bellon. *Myrtus albis baccis in Aſia*, Cluſ. *domeſtica fructu albo*, Dod. *Myrtus prior*, Lobel. *Myrtus nona anguſtifolia.* Lugd. *Myrtus minima anguſtifolia. Ramos* habet tenellos & denſos; *folia* omnium minima, anguſtiora & magis quam in ulla myrto mucronata, ſaturatius virentia, & odorata. *Flos* par reliquis. *Fructus* primò viret, poſt exalbidus manet. *Viſa* tam apud Ferdinandum Colinho Luſitanum, cujus hortuli ſepes ex ea conſtabant; tum apud Jaan. Boiſotum, qui omnium primus ex ſeminibus aluit. Eſt & *altera* hujus *ſpecies*, folio per omnia teneriore, exiliore & anguſtiore. *Viſa* & Lutetiæ à Bauhino in horto Regio anguſtiore & minore folio quam Tarentina. Myrtus.

III. Myrtus minor vulgaris Matth. Cluſ. & aliis *Myrtus Tarentina*, Tabern. *Myrtus.* Notior eſt noſtro cœlo & ſolo. *Folia* parva & communi Italica minora, robuſtiora, crebra, duplici triplicique verſu diſponuntur, hilari virore nitida, fragrantia. *Flores* candidi, quinquefolii, quibus ſtamina numeroſa, odorata, funduntur plærumque autumno in Belgio, Junio & Julio in Italia. *Baccæ* per maturitatem nigreſcunt; quibus ſemè album, inflexum. Matthiolus pluribus apicibus in ſummitate coronari, & ex nigro purpuraſcere ſcripſit. Rariſſimè ad maturitatem perveniunt, ſed in ipſa plan. tota totâ hyeme hærentes, cum rurſus ſub veris finem aëri exponuntur, inanes & immaturæ decidunt. *Creſcit* copioſè circa Tarentum. Unde Tarentinæ nomen; nec non in Belgio & Septentrionalium hortis. In Gallo-provincia maritima non multa vernat. Nos tamen circa Maſſiliam vidimus, & Monſpelii in hortis in majuſculam arborem excreſcit. Montbelgardi erat duos cubitos alta, ſtipite pollicari: fructus ab autumnalibus pluviis interceptus. Propagatur ramis & ſurculis depactis; adnaſciturque ipſi *Myrtidanum*, quod quibusdam granum kermeſinum. Veſiculæ unicum animalculum vivum includitur. Matthiol. in Dioſcor. l.1.c.128. Bauhin.H.P.l.5.c.1. p.512.

IV. Myrtus ſylveſtris foliis acutiſſimis, Eyſt. *Myrtus latifolia*, Cluſ. *Batica ſylveſtris*, nec denſe fruticat, nec multum aſſurgit, *rami* tenues & fragiles; *folia* odorata duplici ſerie circa ramos diſponuntur & nigricant. *flos* aliis ſimilis; *fructus* rotundus, ex oblongis pediculis copioſus, primò viridis, mox albus, niger tandem, grati vinoſi ſaporis. *Provenit* in agris & collibus Extre- Cluſ.H.P. l.1.c.45.

Myrtus. maduræ & Lusitaniæ tam copiosè, ut per aliquot milliaria nulli ferè alii frutices conspiciantur. *Floret* aliquando Octobri. In convallibus, folium viride est, & amplum; in incultis exsuccum, rigens, & pallescens.

Bellon. Observ. l. 1. *V.* De *Pseudomyrto Bellonii* nihil occurrit, nisi in Ciliciæ planicie, in qua Alexander cum Dario prælium commisit, prodire.

EXOTICA.

TAB. LXXI. Inter Exotica reponuntur 1. *Avacari Malavarensium.* 2. *Coca Peruvianorum.* 3. *Arbor tristis Malaccensis.* 4. *Cambui Parnambucensium.* 5. *Hoitzxochitl Tototepecensium.* 6. *Flores quidam.*

Gartz. H. A. l. 2. c. 8. *I. Avacari Malavarensium*, pusilla est arbor, *foliis, floribus* & *fructu* myrto perquam similis; nisi quod hic multò adstringentior. Olet trifolium & *nascitur* in montibus. *Cortex* ejus tritus & in aqua Oryzæ maceratus, diuturnis dysenteriis ad miraculum prodesse dicitur.

Monard. Simpl. c. 12. Acosta H. N. l. 4. c. 22. De Laet Ind. Occid. l. 10. c. 2. Benzo Ind. Occid. l. 3. c. 20. Nieremb. H. N. l. 14. c. 25. *II. Coca Peruvianorum*, Fragoso *Coca Occidentalis*, planta est proceritate corporis humani, ulnæ magnitudine Monardi. *Ramuli* pauci; copiosæ nec inodoræ *frondes*: *folia* quoad superficiem & pediculum, arbuti, sed multò teneriora, (Myrti aliis sed paulò majora, quæ veluti aliud folium simili forma in meditullio delineatum habent, mollia eadem & dilutius virentia) quæ ter quaterque quotannis decerpuntur, sed cautè ne novum germen lædatur. *Fructus* racematim cohæret, rubens primò, post nigricans. *Nascitur* in convallibus montium Andes dictorum à civitate Guamonga ad eam quæ Hispanis Plata dicitur. *Seritur* magna cura, si cum plantatur, duplicetur radix, arefit surculus. *Folia* alicubi nonnisi virginibus colligere licet. Sole desiccata deponuntur in canistris in usum. In tanto apud eos precio, ut A. 1548. & aliquot subsequentibus, singularum hæreditatum in quibus serebantur pretia, usque ad octoginta Ducatorum millia singulis annis æstimarentur. Utuntur pro pecunia; permutātur alibi vestibus, sale & aliis mercibus. Cum conchyliorum calce in trochiscum formatum folium domi & peregrè in ore versant; sicque famem & sitim levāt; si extra se rapi & inebriari volunt, tabacum adjiciunt. Pulvis *foliorum* stabilit ossa confracta, & vulnera tumentia componit. Bauhin. H. P. l. 4. c. 11. p. 440.

III. Arbor tristis Malaccensis, Malabaribus *Mogli*, Malaccensibus *Eingudi*, Goensibus *Cavizataro*, Arabibus *Guart*, Turcis *Gul*, Decanensibus *Pul* dicta, diversimodè describitur. I. *Acosta* pruni ferè formâ facit. *Rami* multi, tenues, recta per spacia nodulo distincti; à quo utrinque singularia *folia*, folii pruni magnitudine, mollia, & aversa parte lanuginosa. E singulorum sede pediculus quinque capitula summa sui parte sustinet, quatuor foliolis subrotundis constantia: è quorum medio quinque *flores* candidi, elegantes, Aureæ mali floribus pares exiliunt. *Fructus* magnitudine lupini, virescens, cordis effigie, secundum longitudinem receptaculo duplici donatus, in qua semen cerasii magnitudine, cordis figurâ, album, subamarum. II. *Clusius* ex relatione cujusdam Salernitani, ad trium hominum altitudinem aliquando assurgere scribit. *Rami* alis concavi; *folia* myrti quam simillima. *flores* è foliorum interna sede, copiosi, congesti, candidi, Jasmini figura & magnitudine, odoris ad stuporem fragrantissimi prodeunt; qui noctu explicantur, (hinc *tristis* dicta) manè oriente sole, propter succi sine dubio tenuitatem, decidunt; illis exceptis, quos radii non attigere. manibus contacti, evanidi & inutiles redduntur. *Semina* in siliquis crassis, cineraceis, quæ stramoneæ quodammodo similia. Alii post occasum solis fructus renovare, floribus fulvis egregiè ornatam; post ortum ejusdem dejicere, totumque marcescere scribunt. *Peculiaris* est Goæ, allatamq; è Malacca affirmant. Gartz. H. A. l. 2. c. 1. Acosta H. A. l. 37. Bauhin. H. P. l. 4. c. 54. p. 500.

Arbor triſtis Cluſy prima.

Arbor triſtis malacenſis Acoſtæ.

Myrtus anguſtifolia folys minimis & aueronatis.

Tab: LXXI

Hoitzxochitl. Totolepecenſium.

Cambui Pernambucenſium. fruticeſcens.

Arbor triſtis Cluſy ſecunda.

Vitis Idæa folys oblongis albidantibus.

Vitis Idæa folys oblongis eronatus fructu nigricante anguloſa.

Ruſcus. Meuſdem.



mant. Tam feliciter ibi nascitur, ut quilibet rami, in terram depacti, comprehendant. Adamatam à sole Virginem Parizataco fingunt, quam cum pòst, amore alterius irretitus dereliquisset, istam sibi vitam ademisse, ex crematæ cineribus enatam arborem. Nunquam in Lusitaniam transferri potuit: nec ex semine tempestivè collecto, & vasculis figulinis, vitreis, pyxidibusque ligneis & argenteis translato, nasci. Pediculorum florum, qui lutei, in tingendis cibis *usus*. Aqua quæ vitreis organis ex iisdem elicitur fragrantissima, oculis utilis creditur.

Nieremb. H.N.l.14. c.19.

IV. Cambui Paranambucensium est duplex. 1. *Arborescens* & 2. *Fruticescens*. 1. *Cambui Paranambucensium arborescens*, cerasum nigram per omnia externa æmulatur. *folia* & *flores* eximii sunt odoris. *fructus* nigri, admodum saporosi, gratè adstringentes, & in foro venales. 2. *Cambui fruticescens* myrtus est rubra. *Folia* ei fragrantia, lætè viridia, oblonga, acuminata, & sibi hinc inde opposita; *flos* semel per annum producitur, odoratus, & colore niveo; *fructus* croceus, umbilico rotundo, baccarum magnitudine, succo, si ante ingressum solis in Capricornum avellatur, turgens. *Prodest* in fomentis, tibiarum ulceribus; in balneis, fluxibus alvi & uteri. Semel per annum *floret*, tempore Brasiliensi verno, sole ad scorpionem accedente.

Piso de simpl. facult. l.4. c.38.

V. Hoitzxochitl Tototepecensium aliis Xochipoltic, *Neuhxichitl* & *Hoatziaxochitl* dicitur. Arbuscula est comata, foliis myrti sed longè majoribus, rigidis mucronatis. *Flos* coccineus, orbicularis modicus, qui filo transfossus globulorum precariorum vices gerit. *fructus* pomo similis. *Provenit* Cuixi & Tototepeci calidis locis. Cortex in lue Gallica adhibetur. *Flos*, qui calidus & siccus secundo cum insigni adstrictione, subvenit uterinis affectionibus. *Fructus* nuclei ex aqua resoluti, naribus instillati, dolorem capitis levant.

Nard. Rer. Med. l.11.17

VI. Flores ex occasione florum arboris tristis huc appono quinque. 1. *Mogori*, flores albi, Gelsemino non absimiles, nisi quod plura habeant folia, arbusculæ parvæ, quæ diligenter custoditur. *floribus* mali aureæ odoratiores, quorum stillatitius liquor eundem apud istos usum obtinet, quem apud Hispanos florum mali aureæ aqua. Nascitur in Chekiang ad kinschoc apud Sinenses. 2. *Champe* odore graviore, quam lilium album. Offerri Regibus solent. 3. *Champaeca Iavanorum*, sunt viridiore & aureo colore, forma croci Anglici, odoris rosæ & violæ; crescuntque in arboribus Persicæ mali non absimilibus. 4. *Fullo* flosculorum genus apud Indos ex arbore quadam toto anno durans, svavissimi odoris. 5. *Floribundio* ex arbore quæ solum flores fert, fructus nunquam. Est liliorum species.

Ruscus. Atlas Sinensis p.118. Bont. H.N. & M.l.6. c.45.

Bont. l.c.

Acosta H. N.l.4.c.27.

Punctum II.

De Rusco.

Vid. Tab. LXXI.

I. Rusci descriptionem subnomine ἀγρίας μυρσίνης seu myrti sylvestris, & ὀξυμυρσίνης apud Dioscoridem habemus, Castor apud Plinium *Ruscum* vocat. *Radix* est gramini similis, gustanti acerba & subamara. *Ramuli* numerosi, vitilium modo, lenti, δίσθραυστοι, cubitales, foliosi. *Folium* myrti sed latius, λογχοειδὲς, ὀξὺ ἐπ' ἄκρου. *Fructus* rotundus, medio folio inhærēs, ἐρυθρὸς ἐν τῷ ἀπεπαίνεσθαι, cui intus ὀστῶδες. Arabes pro cubebis sumunt. *Nascitur* ἐν τραχέσι & κρημνωδέσι: & ut vetus addit ἐνίκμοις. *Vsum* ut addamus. *Vimina* ligandis vitibus inserviebant. *Cauliculi*, qui amari, νεοθαλεῖς λαχανευόμενοι asparagorum vice comeduntur, *Folia* & *baccæ* in vino potæ, urinas cient, menses movent, & calculos urinæ frangunt. *Radix* decocta bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuosiore urina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postero manedecoqui: ex ea sextarium vini duobus cyathis miscere.

Dioscor. M. M.l.4.c.146 Plin. H.N. l.23.c.9.

Ruscus. Sunt & qui crudam radicem tritam ex aqua bibunt; & in totum ad virilia, cauliculis ejus in vino & aceto tritis, nihil utilius putant.

Lobel. Observ. p. 283. Bauh. H. P. l. 5. c. 11. p. 379.

II. RECENTIORIBUS Ruscus, qui officinis ineptè *Bruscus*, Angvill. *Centromyrine Theophrasti* & *Oxymyrsine*, Turn. *Myrtus Sylvestris*, Lobel. *Myrtacantha, murina spina*, aliis *Scopa regia* dicitur, bicubitalis aliquando est. *Radices* crassæ, obliquæ, implexæ, duriusculæ. *Vimina* densa, lenta, striata. *Folia* confertissima, Myrtinis paria, dura, mucrone pungente, amara, nullo pediculo ramis hærent, & dextrorsum sinistrorsumque spectant. Ad horum medium *flos* minimus (verba sunt Bauhini) perbrevi pediculo hærens, enascitur, qui ubi primum oritur, aciculæ nodulum figurâ suâ exprimit: expansus verò trina latiuscula foliola, inferiore quidem sui aversaque parte, folium, cui quasi stragulo incumbunt, respicientia, lintris in modum excavata, sinuataque ostentat omnia, reliquis interim tribus, quæ trinorum instar radiorum sunt efformata, in angustum apicem desinentibus. Florem *fructus* sequitur rotundus, Asparagorum baccis major, subdulcis, sub cujus pellicula bina latent *semina* magna, fulva, altera parte gibbosa, altera plana, insignis duritiei, ita ut si in pavimentum conjiciantur, resultent, & ut ait Lob. vix ulli frangenti ictui cedant. Succrescit quotannis nova Asparagorum simillima propago, aromatica aliquantulum, amara, ut annotat Lobelius. *Gignitur* sponte in Italia secus asperа itinera & sepes. Vidit in Euganeis montibus Februario cum baccis Bauhinus. Patitur se & in Germania seri, profilitque sata, semine per triennium intra terram delitescente. Prodiit in horto Gesneri, germinavitque vere, & veteribus cauliculis arescentibus, depromsit novos. Visa florum in mediis foliis hyeme rudimenta; sed fructum ne inchoavit quidem. In horto Camerarii locis subterraneis per brumam asservata, & vere loco collocata umbroso, baccas rubras produxit. *Turionum* egregia in aperiendis obstructionibus vis. *Radice* in aquâ infusa, manè & serò per se vel vino admixto pota, aliisque jusculis adfusa, quinque septimanarum spacio, prolectis octoginta libris aquis, *asciten* in fœminis quibusdam curavit Cabrolius; Bauhinus, adhibitis purgantibus & prohibito omni alio potu, in sexagenario *hydropem*, cui scrotum capitis pueri magnitudinem æquabat. Ex *frutice* concinnantur in Italia scopæ: *frons* carnibus & aliis ejusmodi circumligata, mures, glires, & vespertiliones, quia pungit, arcet.

Punctum III.

De Vite Idæa seu Myrtillo.

Vid. Tab. LXXI. LXXII.

I. DE *Vite Idæa*, quæ *Myrtillus* & *Radix Idæa*, ex *Veteribus* hoc duntaxat scimus, fruticosam esse, *virgis* cubitalibus penè exporrigi, quibus *acini* ad latera adhærent nigri, fabæ Græcæ magnitudine, dulces, vinaceorum instar aliquid continentes: *folium* rotundum, individuum, parvum. *Nascitur* ea parte Idæ quam vocant Phalacras. Apud *Plinium* ista habentur. *Alexandrina* appellatur *vitis* circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo senis divisuris. Hujus generis est Ἰδαία βίζα Dioscoridis & Ἀρκτοσταφυλὸς Galeni. *Illa oxymyrsine* seu Ruscо folia similia habet juxta quæ capreoli exigui, è quibus flos erumpit: radix præclarè adstringit. *Hæc* planta humilis est & fruticosa, folio arbuti, fructu rubro, rotundo, austero. Nascitur in Ponto. Eadem cum illa. Referunt huc quidam Samolum Plinii, quam herbam in humidis nascentem facit. Sinistra manu legi à jejunis, contra morbos suum boumque; nec respicere legentem, nec alibi quam in canali deponere, ibique conterere poturis.

Theophr. H. P. l. 3. c. 17. Plin. H. N. l. 14. c. 3.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 47. Galen. l. 6. de comp. medic. loca c. 4.

Plin. H. N. l. 24. c. 11.

II. RE-

II. RECENTIORIBUS est *Vitis Idæa* quadruplex. 1. *Foliis oblongis.* 2. *Foliis subrotundis.* 3. *Foliis carnosis & veluti punctatis.* 4. *Palustris.* cui addenda 5. *Affinis polifolia montana.*

I. Vitis Idæa foliis oblongis est in triplici differentia. 1. *Foliis crenatis, fructu nigricante.* 2. *Foliis albicantibus.* 3. *Foliis acuminatis, baccis rubris insipidis.*

1. *Vitis Idæa foliis oblongis, crenatis,* Bauhin. H. P. l. 5. c. 6. p. 520. Tabernom. H. P. l. 3. 95. Dodon. pempt. 6. l. 2. c. 7. *fructu nigricante*, Matth. *Myrtillus*, Dodon. & Lobel. *Vaccinia nigra*, Angv. *Radix Idæa, fructu nigro*, Cæsalp. *Bagolæ primum genus*, Bauh. *Vitis Idæa angulosa*, Tabern. *Vitis Idæa I.* Lugd. *Myrtillus Germanica. Virgulta* aliquando cubitalia habet, angulosa, virentia, fructu contumacia. *folia* crebra, tenera, unciam longa, acuminata, glabra, denticellis argutis per ambitum crenata, saporis acidi, imo & austeri. *flores* inter folia urceolum referunt ex albo punicantes, stylo croceo, qui Majo protruduntur. *Baccæ* singulares, umbilicatæ, Juniperinis ferè pares, violaceæ potius quam nigræ, acidæ primum, sed post nauseabundi nescio quid post se relinquentes, intra quas *grana* multa, parva, rubentia, *maturescunt* aliquando Julio, leguntur Augusto. *Radix* ex supinâ etiam parte stolones emittit. *Nascitur* in desertis, uliginosis & umbrosis vallibus Galliæ, Angliæ, Germaniæ, in montibus Tridentinis, monte Fracto, in sylva Hercynia & alibi. De *Usu* nota, baccas in *cibis* adhiberi, & cum farina in pultem vel simplicem sapam verti; ita ventriculo æstuanti convenire. Crudas ventriculum debilem offendere, & alvum perturbare. In *Medicina* adhiberi contra varii genus fluxus possunt, si in vino decoquantur, vel in rob redigantur. Pictores succo ad tincturam violaceam cum alumine & galla utuntur, hac chartam tingunt.

2. *Vitis Idæa foliis oblongis albicantibus* Trago est *Myrtillus grandis*, Clus. *Vitis Idæa I.* Bauhino *Vitis Idæa magna*, Ger. *Vaccinia Pannonica. Rami* Bauhin. H. P. l. 5. c. 4. p. 518. Clus. H. P. l. 1. c. 40. humi diffunduntur, flexiles, & qui per terram sparsi similes fibras nonnunquam agunt, multis germinibus vix è musco quo occultantur, prominentibus. *folia* Ledi Alpini, nullo ordine digesta, admodum venosa, leniter per oras crenata, mollibus villis hirsuta, de longo pediculo pendent. *Bacca* rotundæ, Cerasii aliquando magnitudine, virides, mox rubræ, nigræ tandem, teminibus albis, quinque ut plurimum turgidæ. *Observata* in unius Snealben jugi supra Neuburg scopulis; sed sine flore. Tab. Ledi Alpini generibus adscribi posse putat, nisi baccæ & alia quædam prohiberent. Vitis Idæa. Tabern. H. P. l. 3. p. 802.

3. *Vitis Idæa foliis oblongis acuminatis baccis rubris, insipidis*, Camer. *Vitis Idæa rubra Bavarica.* Fruticulus est supinus. *Caudex* vulgari crassior. *folia* oblongiora, acuminatiora, angustiora, per autumnum rubentia. *Fructus* succo caret. *Crescit* circa Monacum inter Ericas. Camer. in Hist. Plant.

4. *Vitis Idæa foliis subrotundis* est in duplici differentia. Est enim vel *foliis subrotundis non crenatis*; vel *foliis subrotundis exalbidis.*

1. *Vitis Idæa foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris*, Trago *Myrtillus exiguus*, Dod. & Lob. *Vaccinia rubra*, Thal. *Rhus Plinii minor*, Clus. *Vitis Idæa buxeus foliis*, Bauhino *Vitis Idæa semper virens fructu rubro.* Suffrutex non magnus. *Foliis* buxi, acuminatis aliquando, sæpè non, interdum levissimè, ceu serratis marginibus, quæ nervos subtus ostendunt & amaricant; *floscul*is in virgularum extremis, lilii convallii similibus, racematim cohærentibus, candidis, sæpè & blandè rubentibus, ex quibus *baccæ* rubentes ex albo luteove, in summitate ceu corona quadam denticulatæ, sex, quandoque plures racemulo uno, pisi magnitudine dependent, intus granula parva, lutea. *Gaudet* sylvosis, saxosis & opacis, in Germania, Silesia, Bohemia, circa Wernigerodam in Broccenbere, copiosissima. Bauhinus in cacumine montis Rosberg propè Mesocomium tractus Alsatici observavit Clus. H. P. l. 1. c. 40. Bauhin. H. P. l. 5. c. 7. p. 522. Dodon. pempt. 6. l. 2. c. 8. Thalius in sylv. Hercynia.

Vitis Idæa.

pulchrè virentem, cum angulosæ folia ferè omnia decidissent. *Floret* Majo & Junio, Septembri maturantur baccæ. *Baccæ* quia minus succulentæ & magis adstringentes, in dysenteria, diarrhæa, & aliis fluxibus contemnendæ non erunt.

Clus. H.P. l.1.c.40.

2. *Vitis Idæa foliis subrotundis exalbidis*, Clusio *Vitis Idæa secunda*, Camer. *Vitis Gesneri major*, dicitur. *Virgulæ* interdum humi diffunduntur, & *radices* agunt teretes, lentas, aliquando firmas & erectas, cortice modo spadiceo, modo cinereo. *Folia* superiori fomâ similia, venosa, tenuia, subtus exalbida, gustus acidi. *Flos* vulgari similis, concavus, labris in quinque crenas divisis & extrorsum reflexis, ex candido purpurascens. *Fructui* umbilicus latior, ex cujus medio apex prodit, pediculi longiusculi, granula plurima, minima, & sublutea, sapor subacidus & vinosus. *Nascitur* in montibus desertis & sylvosis, Austriæ, Germaniæ, Burgundiæ, Helvetiæ, &c. Propè Norimbergam in sylva sub pinastris, piceis & abietibus copiosè provenit. Hortos plantata dedignatur. Tentavit sæpè frustra Bauhinus. Foliorum & virgulti apud tinctores usus. *Baccæ* vim inebriandi habent, si copiosius devorentur.

Clus. H.P. l.1.c.41. Bauhin. H. P.l.5.c.8. p.523.

3. *Vitis Idæa foliis carnosis & velut punctatis*, est Caspari Bauhino *Idæa radix Dioscoridis*, *Vva Vrsina* Galeni, Johanni, *radix Idæa putata*, & *Vva ursi*. *Clusii* si sequimur descriptionem, *Ramos* habet pedales, lentos, humi diffusos; corticem rubescentem; *folia* frequentia, carnosa, Chamælææ Italicæ planè æmula, minimè hirsuta, cum adstrictione amaricantia. *Flores* Martio extremis ramulis funduntur ex candido purpurascentes, cavi, uvæ modo simul congesti. *fructus* rubens, rotundus, exigui cerasi instar, acidus, qui æstate matureſcit. Viret perpetuò. *Visa* arido & aprico sole in regno Granatensi, inter Guadix & Baca. *Bauhino* est buxi *foliis*, quæ ramis lignosis hærent; *floribus* racemosis, concavis, rubeis; *fructu* racemoso in extremitate ramulorum. *Observata* circa Genevam, & in Viganiis Narbonæ montibus. Circa Curiam Rhetorum fert baccas rubras, & à tinctoribus usurpatur.

Plin. H.N. l.24.c.11. Bauh. H.P. l.5.c.11. Dodon. Pempt.6. l.2.c.9.

4. *Vitis Idæa palustris*, Dod. & Lob. *Vaccinia palustria*, Clus. Bauhino, *Oxycoccũ*, Gesner. *Acinaria palustris*, & *Serpillum acinariũ*. Lugd. *Erica sexta baccifera*. an *Samolus* Plinii? Serpit prælongis, lignosis, viticulis, lentis, ex atro rubentibus. *folia* Serpilli, crebra, dura, subtus ex cinereo rubẽtia, pinnatim disponuntur. *flores* extremis & capilli instar tenuibus surculis, ferè punicei, veluti exigui Cytini, apiculis flavescentibus Majo & Junio hiscunt. *Baccæ* rotundæ, juxta annexum cordis instar turbinatæ, candicantes primum, mox puniceæ & contiguis purpureis maculis & punctis respersæ, intus verò in candido modicè rubentes, unà cum cauliculis humi procumbunt nonnunquam, in musco sæpè latent: & quatuor exiguis cavitatibus parva & veluti abortiva semina claudunt. Autumno *maturantur* & totâ hyeme sub nive incorruptæ latitant. *Nascitur* incultis, macris, humidis, putridis, uliginosis. Vere ineunte odit apricum & tabescit. Frequens in muscosis montium Sudetorum sylvis, cacumine montis Balon paludoso loco; apud Hollandos, propè Wittebergam, & fontes acidos Griesbachianos. *Fructus* stringit & refrigerat; coquiturque cum saccaro in pastam.

Bauh. H.P. l.5.c.10.

5. *Viti Idææ affinis polifolia montana* Bauhini, Polii est facie. *Virgulta* lignosa, ex nigro rubentia, πολύκλαδα. *folia* polii acutiora, congesta, nervosa, prona parte cinerea, nervo per longum elatiore. Extremis *ramorum* petiolis, *calyculi* hærent perexigui, folioſi, rubentes. unde angulosa pyramis exilit conchyliata, baccæ alicujus rudimentum prominens. Pro *radicibus* capilli instar tenues fibræ ex ramis nascuntur, quæ terram morsu comprehendunt. *Provenit* in uliginosis & muscosis, in sylvæ Hercyniæ montibus inter vallem

Gries-

Vitis Idæa folys carno: seu velutis punctatis.

Vitis Idæa folys sub rotundis exalbidis.

Vitis Idæa folys sub rotundis non crenatis baccis rubris Heidelbeer.

Tab: LXXII

Vitis Idæa palustris.

Buxus arbore fœns Buxbaum.

Vitis Idæa affinis polifolia montana.

Chamæ buxus flore coluteo.

Chamæ buxus seu Wald buxbaum.

Chamæ pixos



Griesbachianam & Ribelsawen. Collecta in monte Pilati.

Ex EXOTICIS huc pertinet *Frutilla in Chile*, ceraſorum ferè ſapore, quæ fructus eſt non arboris, ſed plantæ, coloris mori non ſatis maturi.

PUNCTUM IV.

De Buxo.

TAB. LXXII. VIſum & hâc huc referre. Quamvis enim baccas propriè dictas non ferat; ſimile tamen quid, & foliis ad præcedentem quam proximè accedit.

Theophr. H.P.l.1.c.8. 13.15.l.2.c. 4.l.3.c.6.15. l.4.c.6.l.5. c.4.5.6.8. Theophr. de C.P.l.2. c.4. Plin H.N. l.16.c.16.

I. *Buxum* & Dioſcorides & Plinius breviter deſcripſere ex *Antiquis*. Non excellit magnitudine, ſed facilis auctu, & ex ſylveſtribus topiario operi arbor. *Radix* eſt aliquando criſpans: *materies* gravis quia denſa, nec ideo expoſita vermibus, paucissimis *nodis* conſtans, quam medullâ carere quidam olim exiſtimabant. Lenem quietem habere dixit Plinius, ſilentio quodam & duritie ac pallore commendabilem. *Folium* myrto ſimile, & perpetuò virens. Plinius & *ſemen* ſuum & granum quod Cratægum vocant, & à Septentrione viſcum, à meridie hyphear, producere falsò ſcribit. Fructum ob hyemem amittere verum. Difficillimè calidis locis *prodit*; quia frigidis delectatur & aſperis. Ideò in Cytoriis montibus & in Berecynthio tractu plurima: in Olympo etiam quanquam non magna. Maxima pulcherrimaque in Corſica. Procera enim craſſitudine que longè aliis præſtantior. Tria ejus genera. 1. *Gallicum*, quod in metas emittitur, amplitudinemque proceriorem. 2. *Oleaſtrum* (ſylveſtre fortè) in omni uſu damnatum, gravem præfert odorem. 3. Tertium genus *Noſtrate* vocant, inquit Plinius: ſylveſtre ut credo, mitigatum ſatu; diffuſius & denſitate parietum, virens ſemper ac tonſile. *Flos* non ſpernendus, ſed cauſa amaritudinis mellis, præſertim in Corſica. *Semen* illius Buxus, cunctis animantibus inviſum. Ex *materia* axes plauſtrorum & bures aratrorum fiunt. In igni duritia, quæ ferro, nec flamma nec carbone utili.

II. RECENTIORIBUS eſt duplex. 1. *Arboreſcens* nempe & 2. *Humilis*.

Bauh. H.P. l.4.c.50. p.496. Bodæus ad H.P. Theophr. l.3.c. 15. p.232.

1. Buxus arboreſcens ſeu *Buxus vulgaris*, arbor eſt æterni viroris, cui *radix* magna ex parte nodoſa, eminens, criſpa & elegans, denſa ramorum brachia. *Cortex* ſcaber & albus; *materies* duriſſima, flava, ἀμύλῳ, ponderoſa, ut aquæ injecta rectà fidat; nec in iis ſentiat cariem. *Folia* ortu adverſo erumpunt, perpetuò virentia, ſplendentia, Myrteis obtuſiora, interdum concava, tergo ita duplici ut cultello à ſe invicem ſeparari poſſint, ingrati & odoris & ſaporis. Ex horum ramis, ſecundum ramulos globuli racematim cohærent, qui mox in *floſculos* ſtamineos flaveſcentes explicantur, quos vaſcula, urceolis ſimilia, viridia, myrti baccis paulò majora, ſuperiore parte umbilicata, & tribus vel quatuor veluti cuſulis donata excipiunt; in quibus *ſemen* lucidum, Fraxinellæ ſimile, diu cum fructu arbori adhæſurum, niſi avellatur. *Provenit* alſioſis & clivoſis ad Septentriones locis, in Germania, Gallia, Sabaudiæ & Helvetiæ montibus: ſed & hortis, ubi ad topiaria adhibetur. Labyrinthus Patavii ex eo; Veronæ & alibi variorum animalium ſpecies. Genevæ florum rudimenta Decembri obſervata. Facilè ramis feritur; ſed & clavis & avulſione. de ſemine incertum. Aprili nova germina promuntur: ſed ſi magis flavum cupis, lignum ſecari conſultum. *Vſus ligni* & *radicum* in torno frequentiſſimus, ob varias maculas & linearum diſcurſus. Vidimus ex iis Carcaſſonæ parari pectines, cultellorum manubria, cochlearia, latrunculos, doliorum fiſtulas, & alia. In hoc ob lævorem & plantarum imagines ſculpuntur: ſed cave ſectum corticem

Buxus. cem exuas, nam findi periculum est. Turcarum liberos per buxeos tubulos mingere, ne linteamina conspurcent, Bellonius observavit. Remittit & vivacissimos carbones, si benè exsiccetur. *Folio* cum materiei scobina & lixivio rufatur capillus. Umbra cerebro propter odorem infesta est. In *Medicina* paratur ex *ligno* decoctum, quod luem Veneream sudore prolecto feliciter profligare dicitur, & minus quam Gvajacum fervet. Sanatam eo ab hoc morbo pauperculam Anglam, Lobelius author est. Sed alii pro ἀντιξανθομένῳ non agnoscunt. Nec Amati Lusitani testimonio utar, qui à Gvajaco solo duntaxat natali, (sed fallitur) differre putat. Scobo in aqua decocta, fluxus alvi sistuntur. Cum vino in doloribus dentium à causa frigida aliquando profuit. Elicitur ex ligno & oleum secreti in doloribus iisdem usus; nec non acidulus liquor, qui primò prolicitur, & margaritas coralliaque solvere creditur.

Hartman. Prax. Chymiatr. de dolor. dentium.

II. Buxus humilis seu *Chamæbuxus* est duplex. 1. *foliis rotundioribus*. 2. *flore Coluteæ*; quibus accenseri potest *Myrtus tenuifolia Thalii*.

Dodon. Pempt. 6. l. 2. c. 22.

1. *Buxus humilis foliis rotundioribus*, Tab. *Chamæpyxos*, ad duos vel tres pedes attollitur, in latitudinem diffusus. *Ramuli* numerosi & tenues admodum. *folia* rotundiora & dilutius virentia. Ad areolas hortorum muniendas eo utuntur.

Bauhin. H. P. l. 5. c. 9. p. 524.

2. *Chamæbuxus flore coluteæ*, est Bauhino *Chamæbuxus* seu *Chamæpyxos quibusdam*, Clus. *Anonymos flore coluteæ*, Camer. *Rhus myrtifolius Plinii*, & *Anonymos Pervincæ folio*, in Agerii herbario vivo, *Myrtogenista*, Eyst. *Pseudochamæbuxus*. Fruticulus est. *Virgulta* lenta, tenuia, viridia, spithamum circiter longa, quæ ubi terram attigerunt, fibris demissis radicantur. *Folia* per ramos incondita, Myrtina, dura, carnosa, acuminata, perennia. *Flores* in extremis ramulorum coluteæ scorpioidis similes, papilionacei ferè. Tribus foliis constant, (verba sunt Bauhini) quorum duo alba sunt, & alarum modo sursum expansa, galeolâ exalbidâ illorum exortum integente, tertium folium in oblongum veluti tubulum convolutum est, sursum per lanuginem apertum, per extremitatem braceæ modo efformatum atque luteum, & vetustate interdum omnino purpurascens aut rubescens. funduntur Majo & Aprili. *Flores* excipiunt, latæ & compressæ siliquæ virides, in quibus unum quandoque, bina plærumque grana, ervi magnitudine, ex cinereo nigricantia, hirsuta, & quodammodo animalculum ementita. Perficiuntur Junio. *Occurrit* in sylvis montanis circa Egeram, in montibus Calenberg, & quæ Badensibus Thermis imminent, & omni resiniferarum arborum genere integuntur inter saxa. Est in eo quædam *varietas*. Flores enim unius sunt inodori, alterius odoratissimi, & Narcissinam quandam fragrantiam æmulantes. Sed & color eorum aliquando variat. Nam bina illa folia alarum instar sursum expansa, cum sua galeola pulcherrimè ex purpura rubent: tertium quod in tubulum abit, flavescit, ejusque extrema pars aurea est.

Cord. in observat.

3. *Myrtus tenuifolia Thalii*, fruticulus est lignosus, palmaris, viticulis multis incurvis; *foliis* oblongiusculis, myrti angustioribus, quorum extrema plærumque in tergum contorquentur. *Flosculi* in pediculis recurvis parvi, ex albo rubicundiusculi, circa autumnum prodeunt. fructum non observavit. *Nascitur* copiosè in uligine illa ultra Andersbergam urbem, quæ rotte bruch seu uligo rubra dicitur, & rubro musco plena est.

Thalius in sylva Hercyn.

Punc-

Tab: LXXIII

Nana hua Quahuitl Hociacotlen sium.

Olea silvestris. Olivenbaum.

Olea sativa. Oelbaum.

Vitex latiore folio.

Vitex folijs angusteoribus Cannabis modo dispositis.

Embira Brasiliensium.

Ligustrum Aegiptiacum angusti folium.

Phyllrea Latifolia lævis.

Ligustrum Germanicum Hartrigel.



PUNCTUM V.

De Olea.

TAB. LXXIII

I. DUo apud *Veteres* Olearum genera, *Sativa* nempe & *Sylvestris*. De utraq; apud Dioscoridem, Theophrastum, Plinium, Columellam & alios rei rusticæ scriptores, multa & egregia occurrunt, quæ hinc & inde decerpta & in unum cumulum redacta, adferemus.

Theophr. H.P.l.1.c.5. 7.8.13.14.15. 16.18.21.22. 24.l.2.c.1.3 14.c.3.8.16. 15.c.4.10. Theophr. de C.P.l.1. c.3.

I. Olea sativa arbor est perpetui viroris, nec alia major in Bætica. *Radix*, quæ ex medio tendit, parva, cæteræ grandiores, & cancrorum modo velut flexuosæ, inæquales, nodosæ, fimbricatæ, obliquæ, quod nõ tantum loci ratione, sed naturâ ipsius evenit. Summæ terræ adhæret. *Caudex* aliquando multiplex; concavus aliquando peculiarem in modum, & gongris scatens: *materies* spissa, obliquitate & duritia fragilis, obque humorem immodicum πρὸς πύρωσιν inepta, Cariem vetustatemque non sentit; nec rimam fissuramve capit sponte. *Medulla* non omninò conspicua, ideò quidam carere existimabant. *Rami* prægrandes humore non vacant, pingvedinis spissitatisque causa; ideò exsiccatu difficiles. *Folia* perpetua, angusta, pediculo brevi, ut quasi infixa eo hæreant, supernè candidiora & minus lævia. Τὰ φύλλα μετὰ τροπὰς θερινὰς φύεται vertunt, eoque argumento solstitium confectum intelligunt rustici. Florentibus Punicis germinat. Concipit Vergiliarum exortu. Hoc sydus illarum est. *Flores* foliati sed pusilli, circa fructum ipsum prorumpunt, integro principio & in ambitu diviso, prostrati, λοπιστεμφῆ apparent, idque argumento capitur, an benè arbor defloruerit. Nam si exaruere aut madefacti sunt, unà cum fructibus defluent. *Floret* verò paulo serius quam vitis, quæ solstitio floret. Defloresc unt omnia septenis diebus, non celerius: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia intra VIII. Idus Julii Etesiarum præcursu. Nec statim sequitur fructus in aliquibus. *Fructum* fert ἐν τῶνοις, in Syria Θρύον, cujus lignoso putamini, moles carnea, tunica prætenui vestita incumbit. Defluit, si defloreuti imber inciderit. Plinius nucleo, oleo, carne & amurca constare dicit. Et suus quidem Oleæ succus *oleum* est, quod ex collecta depromitur. Optima ætas ad decerpendum inter copiam bonitatemque incipiente baccâ nigrescere. Ab Arcturi verò exortu XVI. Calend. Octob. augetur oleum, increscente post nucleo & carne. Cum sitienti imbres copiosi accessere, vitiatur oleũ in *amurcam*. Hujus color olivam cogit nigrescere. Ideoque incipiente nigritiâ minimum amurcæ, ante eam nihil. Et error hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum. Deinde quod oleum crescere olivæ carne arbitrãtur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat. Ergò tum maximè rigantur. Quod ubi cura multa sine imbribus accidit, oleum absumitur, nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omninò enim, ut Theophrasto placet, est olei causa calor, quare & in torcularibus & jam in cellis multo igne quæritur. Media olivitas plærumque initium mensis Decembris. Qui medium in collectione temperamentum servant, perticis decutiunt, cum injuria arborum, sequentisque anni damno. Quippe olivantibus lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, neve verberato. Qui cautissimè agunt, harundine levi ictu, nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque alternare ramus cogitur decussis germinibus. Nec minus si expectetur ut cadat. Hærendo enim ultra suum tempus, absumunt venientibus alimentum & detinẽt locum. Argumentum est, quod nisi ante Favonium collectæ, novas vires resumunt, & difficilius cadunt. Acceleranda *collectio* antequam glacies cõgeletur, faciliores enim & copiosiores

Plin. H.N. l.18.c.28.

Plin. H.N. l.15.c.3. Columella R.R l.5. c.10.

Olea. res fœtus exhibent. Serenum tempus decerptui commodum, humecto germen imbecillius, & facilè frangitur. Ideò nec minimarum guttarum casu movendæ arbores. Lecta primo quoque tempore *premitur*, vel minore pressura; vel graviore pondere & fortiore mole, donec ad terationem devenias. In multis verò hoc differentiis. *Pressuram* si attendas. Primum est & nobilissimum oleum quod spontè vel minore pressuræ vi lixivii instar defluit. *Tortivum* seu iterativum quod ex reliquis fracibus minore nisu premitur, & invalidius. *Deterius* quod tertia pressura fundit. Si *baccas* Ωμετρίβες æstivum & acerbum, quod ex acerbissima & nondum matura ante olivitatis tempus elicitur, non satis conducentibus patrisfamilias rationibus, quoniam exiguum fluit, nisi baccæ tempestatibus deciderint, & necesse sit eas sublegere. *Omphacinum* ex cruda atque nondum inchoatæ maturitatis, quod sapore præstantissimum. Oleâ adhuc albâ, *candidum*, ex druppa deterius & *viride*. Si *ætatem*, est vel *recens*, vel *vetustum*, quod fracidum, rancidum, fœtens. Adfert enim oleo tædium vetustas plurimumq; ætatis annuo est. Si *loca & alia*, est *Cibarium candidum*, quod certo modo paratur. *Samicum*, quod reliquorum est candidissimum. *Caricum* quod ex Caria advehebatur. *Thurium*, quod ex Thuriis, excellẽs; *Sabinum*, quod præ cæteris tenuium partium; *Sycionium* denique quod candidatum. *Amurca*, sanies est olei amara; seu expressæ olivæ fæx & crassamentum. Fit ex aquis, ideo siccitatibus minima, riguis copiosa; cujus color ut superius diximus olivam nigrescere facit. De *Natura* & *ingenio* ipsius est. Nasci posse ex nucleo olivæ sylvestris; & omnibus provenire modis, præterquam ἀστὸ κλωνὸς, quod defixa germen excitare nequeat: diutius suos parturire oculos: difficilem auctu, seu quod siccior, seu aliam ob causam; facilius annuatim καρποφορεῖν, si aut sponte decidentes, aut concussi manu fructus legantur. Si εὐβλαστῶσιν ἀκαρπεῖν; si fructicent, ἀβλαστεῖν quod utrique parti naturam satisfacere impossibile sit. Adde his; impediri facile æstu, vel frigore lædi, quod radices ἐπιπολαίως terræ adhæreant; terebinthum aliquando proferre, cum myrto tantam amicitiam colere, ut & virgæ illius per brachia oleæ dispergantur, & fructus ab ea protectus dulcis evadat: sponte aliquando germen emittere: lambendo sterilem fieri: fissionem tolerare διὰ τὸ συμμύειν τάχιστα; ideo & difficulter findi, quod καλλώδη ὑπόστασιν habeat: firmissimam ad vivendum, ut quam durare annis CC. inter authores conveniat: perire fertilitate novellas: mutari in oleastros. Visa & amissis foliis fructificasse, quod inter ostenta reponitur. In Bæotia germinibus omnibus à locustis abrasis, iterum germinavit. Inter *morbos*, vermes, fungi, seu λοπάδες, impetigines araneus, & alia recensentur. Ex *vermibus* erucæ florem in Mileto erodunt, ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Generantur in drupis pluviis austrinis, fiuntque caducæ. *Fungi* qui & clavi, solis est exustio. *Araneus* vocatur, cum veluti telæ involvunt fructum, & absumunt. Nocere tradit Cato & muscũ rubrũ.

Plin. H.N. l.12.c.27. l.15.c.2.

Athen. in Dipnos.

Theophr. de C.P. l.1. c.6.18.26. l.2.c.3.4.23. 26.l.3.c.1.5. 15.l.4.c.1.2. l.5.c.4.12. 17.23.

Plin. H.N. l.17.c.25.

Plin. H.N. l.17.c.24.

Quantum ad *locum*, Theophrastus negavit (Plinii sunt verba) nisi intra XL. passuum à mari nasci. Fenestella verò omnino non fuisse in Italia, Hispania atque Africa, Tarquinio Prisco regnante ab annis Populi Romani CLXXXIII. quæ nunc pervenit trans Alpes quoque & in Gallias Hispaniasque medias, urbis quidem anno quingentesimo quinto, Appio Claudio Cæci nepote. L. Julio Coss. olei libræ duodenæ assibus veniere. Et mox anno sexcentesimo octogesimo, M. Sejus L. F. Ædilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Romano per totum annum. Minus ea miretur, qui sciat post annos XXII. Cn. Pompeii IIII. Consulatu oleum provinciis Italiam misisse. Hesiodus

Plin. H.N. l.15.c.1.

dus quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam, negavit oleæ satorem fructum ex ea percepisse quenquam. Tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis serunt, translatarumque altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis.

Demosth. contra Macartatum. Athenis olim frequentissima lexq; apud eos, ne quis oleam effoderet, nisi ad templorum Athenienſium structuram, vel ducendum funus: sibi quotannis binas licitum tollere, qui plures sustulisset, centum drachmas pro singulis publico ærario pendebat. Notus & Oliveti circa Jerosolymam mons. De *Vsu* apud Dioscoridem & alios quæ occurrunt Plinius in compendium redegit. *Fruticis* recentis accensi succus destillans, sanat lichenes, furfures, & manantia ulcera. Ex *materia*, quod minus corruptioni obnoxia, olim statuæ, colorisque subrufi ac varii, quem nervi intorti referunt, easque sudare posse observavit Theophrastus, quod alii inter prodigia retulere. Sed verò aër tepidus illis adhæresces, superficiei aliquod frigus nactus, in lachrymas quasi & sudores cogitur. Stringunt vehementissimè *folia*, & si commanducentur, ulceribus imposita medentur. Decocto cum melle profluvium sangvinis è nervosis partibus cohibetur. Succus veteres lachrymationes & genarum erosiones sanat. Exprimitur tusus affuso vino & aqua cœlesti, siccatusque in pastillos digeritur: sistit & menses, in lana vulvæ admotus. Ejusdem & *flos* effectus. Oleæ honorem Romana majestas magnũ præbuit, turmas equitum Idibus Juliis ex ea coronando: item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque victores olea coronabant: Græci Callistephani ramis Olympiæ. Ex *Fructu* ut dixi oleum. Condire eundem mos, adferturque ad nos talis ex locis ubi nascitur. De *olei utilitate* breviter Plinius. Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei; arborum è genere præcipui. Olea. sed olei necessarius. Et sanè Platoni est πάνων ἀγαθὸν, & secundum Democritum, inoffensâ valetudine degit, qui corporis externa oleo, interna melle liniret. Natura enim ejus tepefacere corpus & contra algores munire. Solum humidum Homero, sed quod humidis permisceti contemnit. Pingve idem, calidum, spirituosum, ideò aqua supernatat, & odoris cujuslibet capax. Excellit in hoc genere *recens*, stomacho propter adstringendi vim commoda, & quæ sudores cohibet, gingivasque firmat, si in ore detineatur. Laxat idem in jusculo datum; subvenitque colicis, si infundatur cum ruta. *Vetus* magis calet, & vehementius discutit; capitis doloribus remedio. *Elutum* minus mordicat. *Immaturum* magis stringit. *Dulce* modici est caloris. nec quicquam ejus inunctione olim præstantius, præsertim in balneo vel post. Hinc medicamenta ἀκεστὰ; & Usus ad luxuriam apud Græcos, vitiorum omnium genitores, qui in gymnasiis publicarunt. Notum est magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Paratur & ex surculis, quod si pingve crassum, vetus non turbidum, optimũ ex eo genere censetur. Confert ad lepras nervorumque dolores illitum. *Rancidum* si evadit, vomitui ciendo ob tetrum saporem & odorẽ præfertur; sed stomachum vitiosâ qualitate vellicat. Nullius apud Eslæos usus: maculari putabatur aspersum eo corpus, detergebaturque sedulò, quod corpore aridos non molles fore oporteret. *Syciones* apud fœminas olim inducendo cuti nitori usus. *Amurcam* supero omnia celebravit laudibus Cato. Dolia olearia cadosque illa imbui, ne bibat oleum. Amurca subigi areas terendis messibus, ut formicæ rimæque absint. Quin & lutum parietum ac tectoria & pavimẽta horreorum frumenti, vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia, amurcâ aspergi: semina

Dioscor. M.M. Plin. H.N. l.23.c.3.

Dioscor. M.M. l.1.c.138.

Plin. H.N. l.15.c.8.

Olea. frugum perfundi: morbis quadrupedum, arborum quoque illa medendum. efficaci ad hulcera interiora humani quoque oris. Lora etiam ac coria omnia, & calciamina, axesque, decocta ungi, atque æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris: & totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia, in queis ficum aridam libeat asservare, aut si folia baccasque in virgis myrti: aliudve id genus simile.

De *diversis* nunc olearum & olivarum *generibus* dicendum, quæ apud Veteres Dioscoridem, Plinium, Pollucem, Nicandrum, Columellam & alios occurrunt. I. Apud *Pollucem* occurrunt δρυπέτεις, ἁλμάδες, κοτινάδες & θλάσται. 1. De illis quæ Latinis *Drupæ*, diversæ authorum sententiæ. Plinius tales vocare videtur, quæ incipiunt nigrescere, priusquam cibo maturæ sint, hæcque optima ad decerpendum ætas. Didymus quæ sua in arbore maturescunt: Conciliari possunt, si illas δρυπετεῖς dixeris, has δρυοπεπεῖς; quarũ *illæ* ante maturitatem decerpuntur, & exiguum corpori alimentum prębent; sed oleum sapore præstantissimum, adeò ut ex eo prima unda præli laudatissima; ac deinde per diminuens, sive (ut nuper inventum) exiguis regulis pede incluso; *hæ* ob maturitatem decidunt, & plus pingvedinis habent, sed oleum amarum fundunt. 2. Ἁλμάδες, quæ & κολυμβάδες muriâ condiuntur, iisque Veteres edendi cupiditatem redintegrabant. Ex his *subfulva* καὶ πρόσφατος, δυσκόιλιος & εὐστόμαχος: *nigra* seu πέπειρος, εὐδιάφθορος, & κακοστόμαχος, oculis ἀνεπιτήδειος & κεφαλαλγής: *torrefacta* nomas sistit, & carbunculos (περιῤῥήττει) emarginat. 3. κοτινάδες cum phauliis eædem, de quibus postea. 4. θλάσται, *contusæ*, exemtis nucleis condiebantur, exque illis nigræ εὐστομαχωτέραι credebantur. II. *Nicander* πρημοδίης Myrtitis & Ὀρχάδος meminit; quarum illæ ignotæ; hæ inferius dicetur. III. *Columella* decem genera observavit. 1. *Pausiam*, cujus bacca jucundissima, oleum saporis egregii dum viride est; quod de maturâ intelligendum. 2. *Algianam*, cujus nullus præter eum mentionem facit, nisi sit Albiaris. 3. *Liciniam*, quæ optimum dat oleum, serique in acro macriore & frigidiore debet. 4. *Sergiana* seu Sergia, quæ in agro crasso & calido optimè provenit, & frigus fert optimè. 5. *Nævia* de qua eadem quæ de Pausia dicuntur. Nulla ejus apud Varronem, Catonem aut Plinium mentio. 6. *Culmina*, quæ post Liciniam & Regiam probatur. 7. *Orchites*, quæ melius in escam quam in liquorem stringitur. 8. *Regia*, cujus bacca speciosissima, & escæ quam oleo idonea. eadem est cum Phaulia. 9. *Circites*, de qua nihil habeo quod dicam. 10. *Murtea*, cujus fortè arbor myrti similitudine. Vidit ex Persia allatas Bodæus, parvas admodum, sed palato gratissimas. IV. *Plinius* de omnibus his & aliis ita. *Prima* ab autumno colligitur, vitio operæ, non naturæ, *pausia* cui plurimum carnis: mox *orchites*, cui olei: post *radius*. Has enim ocyssimè occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Differuntur verò etiam in Martium mensem *callosæ*. contra humorem pugnaces, ob idque minimæ, *Licinia*, *Cominia*, *Contia*, *Sergia*, quam Sabini *regiam* vocant, non ante Favonii afflatum nigrescentes, hoc est ad VI. Idus Febr. Tunc arbitrantur eas maturescere, & quoniam probatissimum ex iis fit oleum, accedere etiam ratio pravitati videtur. Feruntque frigore sterilitatem fieri, sicut copiam maturitate: cum sit illa bonitas non temporis, sed generis tardè putrescentium in amurcam. Similis error collectam servandi in tabulatis, nec priusquam sudet, premendi, cum omni mora oleum decrescat, amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quantò ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adjectis. Omnino in vita error est publicus, tumore olivæ crescere oleum existimantium: præ-

Pollux l. 6. Colum. R. R. l. 5. c. 7. Plin. H. N. l. 15. c. 3.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 139.

Cass. Bass. l. 9. c. 32.

Cato R. R. c. 6.

Varro R. R. l. 1. c. 24.

Colum. l. 12. c. 48.

Bodæus ad Theophr. l. 4. c. 3. p. 325.

præsertim cum magnitudine copiã olei non constare, judicio sint quæ *regiæ* vocantur, ab aliis *majorinæ*, ab aliis *phauliæ*, grandissimæ, alioquin minimo succo. Et in Ægypto carnosissimis olei exiguum. Decapoli verò Syriæ perquam *parvæ* nec cappari majores, carne tamen commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ præferuntur in cibis, cum oleo vincantur. Et in ipsa Italia cæteris *Picenæ* & *Sidicinæ*. Sale illæ primùm condiuntur, & ut reliquæ amurca sapave. Nec non aliquæ oleo suo sine accersita commendatione puræ innatant, *colymbades*: franguntur eædem herbarumque viridium sapore condiuntur. Fiunt & *præcoces* ferventi aqua perfusæ, quamlibet immaturæ. Mirumque dulcem succum olivas bibere, & alieno sapore infici. *Purpureæ* sunt & in iis, ut uvis in nigrum colorem transeuntibus, *pansiæ*. Sunt & *superbæ*, præter jam dicta genera. Sunt & *prædulces*, per se tantum siccatæ, uvisque passis dulciores, admodum raræ in Africa, & circa Emeritam Lusitaniæ. Serapio *aquaticarum* de quibus nihil habet; *novarum*, colore Smaragdino; & *Nigrarum* meminit. V. Adde his, quamvis non omnes in censum veniant,

Pausan. in Atticis. Aristot. de Admir. audit.

1. *Oleam* καθαρίσιον, quam Aristoteles in Pantheo omnia folia reliquis contraria producere prodit. Non enim superiorem sed inferiorem (ὑπὸ) partem viridiorem (Suidas legit λάχνα) habent. Ramos mittit quemadmodum myrtus, unde & sumpta plantula Hercules in Olympiis Oleam plantavit, athletis coronas suppeditantem. Distat ab Ilisso fluvio stadiis LX. muro circumjecto munita. Ac ne quis tangat, grandi pœna cavetur. Hinc & oleæ decerptum surculum, in Olympio campo plantarunt, ut victores inde coronis donarentur. 2. *Indicam* quæ in

Theophr. H.P.l.4.c.5.

montuosis nascitur, verum sterilis, & mediæ inter oleam ac oleastrum naturæ. sed & specie tota distat. Folia enim ejus latiora quam oleastri, angustiora quã oleæ. Plinius in ejus descriptione falsus est. 3. *Æthiopicam* quæ in desertis Arabicis insulis provenit. Fundit lachrymam, Scammonio (Paulus Ammoniaco tenui) quodammodo similem, fulvam, stellis exilibus constantem & mordacem. Inutilis censetur quæ gummi ammoniaci similitudinem refert, nigricans & mordens. Fiebat ex ea medicamentum θαυμον, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus, ideo Elæmi quibusdam. Operitur maritimis rubri maris fluctibus & æstu, nec nocetur baccis, cum constet, & in foliis salem relinqui. Ignotam hodie credo. Gummi Elemi aliunde petitur, nec Enemi à sangvine sistendo, ut Hermolaus putat, dicitur. 4. *Oleum lapidis specie*, quæ in sinu Heroo cernitur, ad quem descendunt Ægyptii, parte à mari eminente. Non viridis, similis tamen viridibus, tam foliis quam germinibus. 5. *Arborem Elæomeli fundentem*, quæ in Palmyreno Syriæ tractu provenit. Manat ex ejus caudice pingve, crassius melle, resina tenuius, sapore melleo. Alvum non sine nausea solvit, & bilem præcipuè detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere torpescunt, excitanturque crebrò. Potores (fortè pugnatores) certaturi præsumunt ex eo cyathum unum. Aurelianus *Oleum Syriacum* vocat, laudatque in paralysi. Ignota Dioscoridi arbor. *Oleam* Plinius dicit. 6. *Elæostaphylon*, quod non solum uvas sed & olivas parit. *Nasci* dicitur in Lybia, vocarique patrio regionis nomine *Vbolima*; *aliis Vvolea* vel *Oleauva*. Visa apud Marium Maximum Geoponicorum authori, qui cum fructum degustasset, exactè utriusque saporem lingvæ repræsentare dixit. 7. *Sacras* quales erant Athenis, *Morias* dicta cujus Juppiter Morios custos erat. Minervæ in arce ibidem, cum Athenæ Medorum incendio conflagrassent arsit, sed eodem die ad duorum cubitorum altitudinem repullulavit, si Pausaniæ fides. à Persis incensa repullulavit eadem crasso è stipite virgulto, al-

Olea.

Strabo Strabo Geogr. l.16. Dioscor. M. M. l.1.c.141. Paul. l.7. Rei Medicæ. Plin. H.N. l.12.c.17.

Dioscor. M. M. l.1.c.37.

Bauhin. H. P. l.6.c.6.

Pausan. in Atticis.

Olea. tero ab incendio die. Apud Milesios etiam, quæ post divitum ac popularium intestina bella sponte exaruit. Fuit denique truncus ex quo olea & Ilex prorupere.

II. Olea sylvestris (κότινος hæc Græcis) *caudex* peculiaribus cavernulis dehiscit; *materies* perpetua, spissa, crispa, in totum oleaginea nodosior. Ex sativæ nucleo nascitur; imò in eam culturâ abit. Longior eidem vita, ex communi ratione sylvestrium. Robustior enim, spissior, fructuque infæcundior. Nec tineam nec teredinem, & quidem propter amaritudinem sentit: sed valdè frigore laborat. Sunt qui Elæomeli proferre credunt. Æquè argillam & calculos amat ac olea. Eædem quæ oleæ vires; & aliquantò efficacior putatur. Stringunt *folia*, & erysipelata, herpetes, epynictides &c. cohibent. Succus expressus sangvinis eruptionem, fluxum muliebrem, pustulasque sistit, si cum vino ex tusis exprimitur. Oleum acrius & efficacius, tenue & amarius, tantumque ad medicamentum utile. Os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem, & gingivas uligine putri laborantes. Caput dolentibus rosacei vice est, sudores sistit, & defluos capillos inhibet. *Flore* condylomata illinuntur, & epinyctides. Item cum farina hordacea venter: in rheumatismo cum oleo, & ad capitis dolores. Inde olim & in Olympiis coronæ: traditque Plinius Oleastrum Olympiæ ex quo primus Hercules coronatus est, ad sua usque tempora durasse, religiosè; quemadmodum & oleam Athenis, quæ traditur edita in certamine à Minerva. Ad hanc quidam καλλιστέφανον & *Æthiopicam* referunt, de quibus superius. Facit & Ctesias apud Athenæum *Spuriæ* in Caramania mentionem, ex qua oleum, quo rex utitur, vel ad ciborum condimentum, vel ad illitum corporis.

Plin. H.N. l.16.c.18. 40.44. l.23. c.4.

II. Apud RECENTIORES quoque duplex Olea habetur, 1. *Sativa*. 2. *Sylvestris*.

I. Olea sativa, arbor haud valdè patula. *Truncus* magnam partem nodosus, femur humanum non excedit; cui *materies* spissa, alicubi crispa & intorta, colore inter flavum & spadiceum medio, quorum etiam maculis invicem convolutis, ad justam ætatis consistentiam perducta, conspergitur. *Folia* oblonga, salignis similia, sine incisuris & venis manifestis, crassa, rigida, atro virentia, & quæ inferius canescunt; tam brevibus pediculis hærent, ut surculis inserta videantur. *Flores* racemosi, albicantes, è quatuor foliolis fructus rudimentum complexis, contexti, qui Junio mense magna ex parte prorumpunt. *Fructus* figuræ ovalis, magnitudinis variæ, primum virides, postea flavicantes, per maturitatem purpurascentes, nigricantes tandem; ratius ex rubro punicantes, carne dura, molli & pingvi per maturitatem, quibus intus *osseculum* cum nucleo, sapor amarus, & nauseosi nescio quid ferens. *Colligitur* Novembri ac Decembri; in regno Granatensi Februario. Profert *baccas* ex rubro purpurascentes, & *viscum* quod non procul Hispali mense Januario Clusius observavit, quod steriles reddit. De *Elæomeli* sub Manna agemus. *Nascitur* frequens in Italia, Gallia, Hispania, Zacyntho, Syria & alibi. In Lemno paucas reperias: multas propè Roboretum apud Rhætos. propè, sed ultra Alpes Insubriam versus. Habetur & in solo Septentrionali, sed fronde flaccidiore, latiore & ferè saligno; nec quicquam præter florem, quomodocunque tamen colas, producit. Est & in *Brasilia*, sed fructu odoris insvavis & saporis pejoris. *Olivarum* aliquæ & nunc varietates. 1. *Lusitanicæ*, *Narbonenses* & *Baticæ*, minores olivas producunt, sed quibus multum & præstantis olei. 2. *Hispalensibus* crassiores & minores, albæ nonnunquam. 3. *Comenses* oblongæ, atrovirentes, carne dura, nec succulenta, quæque ossi firmiter hæret. Nihil conditis sapidius. 4. *Hispanæ* maximæ & sæpè nucis ferè

Bauh. H.P. l.6.c.1. Cord. in Dioscor. p.21. Dodon. pempt.6. l.3.c.29. Clus. H.P. l.1.c.17.

Benzo Hist. Amer. l.1. c.28.

ferè magnitudine, succulentæ, sed quibus amurcæ & acerbitatis nimium. In *Hetruria* habentur, 1. *Minores*, rotundiores, plurimum olei habentes, quæ *Olivella* vocantur, Cæs. quas Matth. secundo loco recenset, & eas prægrandes arbores juglandium modo ferre, quas Olivastrahrura Senensia vocitêt. 2. *Majusculæ* & oblongæ, oleum parcius sed dulcissimum reddentes, quæ nomine à radiis desumpto, *Raggiaria* dicũtur, Cæs. hæ primæ sunt Matth. quas oleæ minores proferunt, quibus in cibis utuntur. 3. *Majores* & pulposiores ad condituras tantum quæsitæ, quas *Regias* Cæsalp. vocat. 4. Sunt quædam, quarum caro ab osse recedit cum franguntur, *virides*, quæ conditæ gratissimæ fiunt, quas *Colimbades* Cæsalp. censuit. Sunt & in Virginia tria baccarum genera, glandium forma, ex quibus bonum oleum elicitur. Huc pertinere non dixerim.

Bauhin. H. P. l. 6. c. 2. p. 21. Clus. H. P. l. c.

II. Olea sylvestris, seu *Oleaster* à quibusdam spinosa, non spinosa à nonnullis describitur. Adolescit instar oleæ, illique per omnia ferè similis est (verba sunt Clusii) cortice tamen leviore, rarioribus ramis, minus frequentibus, & brevioribus angustioribusque foliis, licet eorum modo circa ramos dispositis. *Flos* ut in olea sativa racematim cohærens; *fructus* exiguis olivis similis, pauca tamen carne præditus, mucrone recurvo, è longis petiolis racematim dependens, primum viridis, deinde purpureus, postremò ubi maturuit niger, signo prægnans purpureo, qui gustatus nonnihil linguam vellicat. Tota arbor insigniter amara est. *Amat* calculosa & argillas. Ideò in Narbonensi Gallia, Hetruria, Dalmatia, talibus locis uberi proventu nascitur. In Lusitaniæ desertis inter ingentia saxa visa, ubi non procul à Cerba magnæ ejus sylvæ, sed fructus negligitur. In cõvallibus montis Athos altæ, solis vigorem umbra reprimunt. Addo, nasci ex sativæ nucleo: ex oliveto jam insito & incenso. provenire: & mansuescere tractatu decisis circa taleis; valdè laborare frigore. Lobelius notat, alteram in alteram transmotione, aut inoculatione, aut neglectu abire. Rigidiuscula enim fit Oliva, impexo atque horridiore aspectu: interdum senticosa, quando in saxosis desitis ejus radix pastinatione non difflatur, aut nocitura pullulatio, & senticosa ad caudicem soboles non intercluditur. Olea. Lobel. Observ. p. 566. Advers. p. 422.

EXOTICA.

EXOTICARUM quinque tantum huc referri debent, 1. *Apiratibira*. 2. *Tlacatezquipatli Terentii*. 3. *Nanahuaquahuitl Hociacotlensium*. 4. *Embira Brasilienſium* & 5. *Xagua Martyris*. Vid. TAB. LXXIII

I. Ajuratibira arbustum est, fructum rubrum ferens, è quo barbari oleum ejusdem coloris conficiunt, quo corpora sua illinire solent. De Lact Ind. Occid. l. 15. c. 9.

II. Tlacatezquipatli Terentii, ramus duntaxat est, in quo folia oleam quodammodo repræsentant.

III. Nanahuaquahuitl Hociacotlensium, seu *morbi gallici arbor*, comata est & excelsa, *folia* oleæ similia, paulisper odorata, amara. *Fructus* è trunco enatus racemos oblongos componit. *bacca* sunt virides. flos in icone non conspicitur. *Nascitur* temperatis humidisque Hociacotlæ locis. Decocti jus matutino liberalius sumptum Gallico medetur morbo. Potest & ad Sycomorum referri. Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 32.

IV. Embira Brasilienſium, dicitur & *Pindariba*. Arbor est quæ in summam altitudinem recta assurgit. *lignum* est tenue: *folia* exigua, acuminata, oleæ simillima. *Acini* pluviis mensibus virent, Decembri & Januario maturi rubent, & decidunt, desiccati nigrescunt. *Provenit* juxta Olindæ promontorium. Ex *corticibus* funes igniarii fiunt. *Acini* linguam masticati urunt, & ablato semine nigro, Juniperum redolente, aromaticum quid sapiunt. Reservantur in officinis excocti. Culinis piperis vicem præstant. Jejunis ventriculum roborant, & flatus discutiunt. Piso de facult. simpl. l. 4.

Con-

Agnus Castus.

Contusi & applicati morsibus serpentum medentur.

Nieremb. H.E. l.14. c.86.

V. Xagua Martyris ad palmas referri potius debebat. Similis enim iis est. Nec multum differt à Muza, & illis quæ folio sunt latissimo : sed quia ibi non occurrebat, & fructus est olivæ similis, hic ponere visum. Habet folia tam grandia, ut quodque à pluvia tutetur in caput protentum, hominem totum, ac si laneam penulam tergo injecisset. Mirandum quod de eo scribitur. *Folio*, inquit Nierembergius, (arbori nimirum folia inhærent haud secus, ac suâ in arbore palmâ) à radice quâ est arbori cõpacta eruto (facilenamque perdemissam cuspidẽ captũ folium detrahitur ab arbore) in interiore illius tergo philyra, albuminis ovi pelliculæ similis, reperitur candida, ea, ut ex arietis jugulati corpore pellis excoriatur, tolliturque à suo cortice integra, nihilo minor arietinâ vel caprinâ membranâ, cujus operâ utuntur omnes, ac si membranas ipsas assequerentur, neque minus tenacem esse inquiunt eam philyram: forcipibus tantum scindunt, quantum ad præsentem scribendi necessitatem sufficiat. *Fructus* porcos pingvefacit, hominibus incommodus. Dicitur & *Pergaminifera*.

Punctum VI.

De Agno casto seu Vitice.

Tab. LXXIII

Dioscor. M. M. l.1. c 135. Theophr. H.P. l.1. c.5. 22. l.3. c.17.

I. *Agnus castus* seu *Vitex*, Gazæ *Amerina* & *Æquum*, *Veteribus* frutex est culturâ in arborem assurgens. *Virgulta* latere gerit διάζωνα, longa; (parva Theophrasto) quibus *nodi* geminati, & invicem congrui, seu ex intervallo sibi respondentes: *folia* olivæ sed teneriora ac majora, (longiora & molliora addit Serapio) Plinius salici similia, sed odore gratiora. *flore* differt, qui supra fructum insidet. *semen* piperis instar. *Prodit* ad flumina in campis ἐνύδροις τόποις καὶ χαράδραις. Calida est Galeno & sicca in tertio, cum partium tenuitate & subadstringendi vi in foliis & semine. Caput tentat vini modo: nam & odor similis est: non tamen quantum cannabis. Venereos impetus genituram dissolvendo infringit. Hinc matronis θεσμοφοριάζουσαις in Cereris sacro, ut castitatem servarent, ex foliis lectos sternere svetum: exindeque nomen obtinuit. *Folia* cum butyro & foliis vitium testium solvunt, lactis ubertatem faciunt, & menses movent. *Semẽ* lichenes & lentigines ex aceto sedat, oris ulcera & eruptiones cum melle: rhagades sedis cum melle illitum; luxato cum sale nitro & cera. Instillatur in oleo & aceto decoctum capiti in lethargo & phreneſi. Sudores movere, prægnantibus inimicum esse; & embrya pellere, Nicandri Scholiastes prodidit. Virgam qui in manu habeant aut cinctu, negantur intertriginem sentire. Duo ejus apud eosdem *genera*. Est *Major* quæ in arborem salicis modo assurgit: & *Minor* ramosa, foliis candidioribus, lanuginosis. Prima album florem mittit in purpureo, quæ & candida vocatur: altera *Nigra* quæ tantum purpureum.

Galen. simplic. l.16.

Plin. H.N. l.24. c.9.

II. RECENTIORIBUS triplex est Vitex. 1. *Foliis angustioribus ut cannabis modo dispositis.* 2. *Latiore folio.* 3. *Trifolia minor.*

1. Vitex foliis angustioribus cannabis modo dispositis, Matthiolo est *Salix Amerina*, Lobel. *Elaagnon Theophrasti*, Bauhino *frutex folio non serrato*; frutex est initio rectus, sed qui arborescens ætate contorquetur. *Caudices* lignosi, non crassi. *Ramuli* oblongi, lenti, flexiles, & frangi contumaces. *Folia* ex uno pediculo quina, oblonga, acuminata, salicis instar, sed minora, mollioraque, coloris subtus cinerei, fusci propemodum superius. *Flores* vel toti purpurei, vel purpurei albo intermisto verticillatim spicato ordine virgularum fastigia circumdant. *Fructus* grana numerosa, coriandrinis & rotunditate & magnitudine ferè paria, nec crispa tamen nec striata; quæ

Matth. in Dioscor. Bauhin. H. P. l.1. c.18. Bodæus ad Theophr. l.3. p.264.

quæ quia piperis instar, ideò cum pipere vero in officinis divenduntur. *Colitur* passim in Italiæ & Galliæ hortis celebrioribus. Ad Oenum fluvium non procul ab Oeniponto provenire tradidit Cordus. Visæ Monspelii arbores, quibus Junio flos, Septembri semè maturum. Montbelgardi Julio & Augusto floruit; fructum duntaxat exorsa. *Semen* ad gonorrhœam cum aqua florum nymphææ vel portulacæ commendatur.

Lobel. Advers. p. 369. *II. Vitex latiore folio*, Lobelio *Vitex latiore serrato folio* dicitur, visa sæpius & Bauhino. *Coluit* & Basileæ in suo horto Platerus. Fortè est naturæ pro temporis, loci, culturæ & ætatis ratione lusus. Utraque si hyeme in locos subterraneos deferatur, frigore perit, sed semper etiamsi sævissima hyeme à radice repullulat.

Rauvvolf. in itiner. *III.* De *Vitice trifolia minore*, cujus Rauvvolffius meminit, nihil est quod dicam, nisi sic ab eo appellari.

Punctum VII.

Vid. Tab. LXXIII

De Ligustro.

Virgil. Ecloga 2. Plin. H.N. l. 24. c. 10. l. 12. c. 24. I. Fit *Ligustri* apud *Veteres* Poëtas mentio, quod quia cum lacte multo florem fert, jasione fortè est. Plinius eandem arborem cum illa quæ in Oriente *Cyprus*, esse dicit: alii Cyprum eandem cum illa quæ in Italia Ligustrum, quod sine dubio de vulgari, ut ex descriptionum collatione colligi poterit, sumendum non est. Est autem *Cyprus* foliis circa virgulta oleæ similibus, Ziziphi Plinio, sed latioribus mollioribus & viridioribus. *Flos* est candidus, muscosus, odoratus. *Semen* Coriandri Plinio; Dioscoridi nigrum, Sambuci fructui simile. Columella Nigrum vocat, quod folia ex virore ad nigredinem vergant; seu quod cum grato quodam virore viridia conspiciantur. Optima *nascitur* in Ascalone & Canope. *Florem* inter coronarias retulit Columella.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 124. Columella R. R. l. 10.

Ungventi ex eo facit mentionem Plinius. Coquitur enim in oleo, premiturque postea & Cyprus (cyprum fortè) vocatur. Pretium ei in libras quinque. Optimum Canope in ripis Nili natum habetur, secundum Ascalone in Judæa, tertium Cypro insula odoris svavitate. Excalefacit & mollit nervos. *Folia* digerens quiddam cum aquea substantia modicè calida habent, ex terrena frigiditatem tenellam & aliquid strictorium. Capillos trita & illita ξανθίζει, postquam in struthii succo maduere. decoctum πυρπάυσιν καταίλημα. *Flos* ex aceto tritus & fronti inductus κεφαλαλγίας πάυει.

II. Nostris Botanicis Liguströ est triplex 1. *Germanicum*. 2. *Italicum*. 3. *Ægyptiacum*.

Theophr. H. P. l. 3. p. 178. Gesner. in Hort Germ. Bauhin. H. P. l. 1. c. 15. Lobel. Advers. p. 410. *I. Ligustrum Germanicum*, Trago *vulgare*, Lon. *Majus*, Angvill. & Gesn. *Phyllirea*, Lac. *Halimus*, Lobel. *Ligustrum Dioscoridis nostras*, Alpino *Italicum*, frutex est arborescens, tres aut quatuor cubitos altus: cui *virgæ* lentæ & crebræ, cortex cinereus, materies albida, dura. *Folia* adverso situ ex intervallis oriuntur, salicis similia, atrovirentia, lævia, gustu acri, quæ fermè hyemis initio decidunt. *Flores* candidi racemosi, quinque, sex & septem folii, apicibus ex luteo herbidis, odorati, qui decerpti flavescunt. Durant ferè tota æstate, aliis pereuntibus, emergentibus aliis. *Baccæ* racematim in pyramidis figuram aggregantur, Juniperinis æquales, per maturitatem nigricantes, quibus intus bina *grana*, hinc gibba, inde compressa, cortice spadiceo, carne exalbida, digitorum leni pressu fragilia, sapore amaro. Matureſcunt Septembri, & per totam hyemem durant, aviculis esurientibus solatio. *Frequens* circa vepreta & sepes in Germania, Italia, Anglia & Gallia. In hortis cingit, quia tonsilis, areas. Aptissimus ipse frutex sepimentis, propter lenta & flexibilia vimina; ideò & caveæ ad servandas coronas aves ex ea. E *foliis* aqua exulcerationes oris & inflam-

Liguſtrum.

mata removet, carbunculisque & ambuſtorum pudendis medetur. E *floribus* deſtillata ſuperfluos ſtringit menſes; ex quib⁹ & *oleum* vulnerum inflammationi inſigne. *Baccæ* turdorum & merularum eſca: maturis, rubello vino niger inducitur color, quo magis ſit vendibile, pinguntur chartæ luſoriæ; & à pueris atramentum, quod in cœruleum quadantenus vergit, conficitur. Notavit Tragus & *ſubluteo flore*, Liguſtriq; aliam ſpeciem nominat: Lonicerus *Majorem* & *Minorem* facit.

II. Liguſtrum Italicum eſt duplex, 1. *Myrtifolium*, & 2. *Foliis laciniatis*.

Caſpar Bauhin. Prodrom. l. 11. c. 8.

1. *Liguſtrum Italicum myrtifolium* ad Liguſtri vulgaris modum excreſcit & in ramos brachiatur. *Rami* ſunt rotundi, læves, nonnihil ruſeſcentes, *folia* atrovirentia, vulgaris foliis & latiora & longiora. Bauhinus noſter Patavio habuit.

Id. ibid.

2. *Liguſtrum foliis laciniatis* ita à Bauhino deſcribitur. Et hujus *ramos* pedales habemus, circa quos *folia* atrovirentia, glabra, inferiora quidem ſubrotunda, alia verò oblonga: hæcque modo integra, modo Jasmini lutei inſtar diviſa, quandoque ab altero ſolum latere, laciniam unam, quandoque utrinque unam, rarius binas, quandoque ternas, quaternas, inordinatas lacinias obtinent. Accepit ſub Liguſtri nigri, ex horto Mori Senatoris Veneti, & Syringæ laciniatis foliis ex Contareni, nomine.

III. Liguſtrum Ægyptiacum duplex Caſpar Bauhinus facit, *Latifolium* & *Anguſtifolium*.

Rauvolff. in itiner. p. 1. c. 4. p. 60. Cluſ. ad Bellon. obſ. Bauhin. H. P. l. 5. c. 16. p. 582.

1. *Liguſtrum Ægyptiacum latifolium*, aliis *Cyprus Græcorum*, *Arabum canna vel Henne*, Græcis *Schenna*, Bello *Cyprus Plinii*, Cluſ. *Alcanna Arabum*, Lobel. *Alcanna*, Bauhino *Cyprus Græcorum*, *Elhanne Arabum*, frutex potius quam arbor. Tota hyeme viret, fertque *flores* in thyrſo palmum longo & aliquantulum explicato, ut etiam foliola inter folia naſcentia conſpiciantur, ex luteo pallidos, odore moſchi, quibus bacilli concolores. Et quia tardè, Auguſto nempe, nova folia protrudit, quidam aqua ſapore infecta irrigant, alii calcem radici admovent, ut citius floreat. *Baccas* fert Liguſtro vulgari ferè pares, ſeſſiles magis, coloris cinerei ferè, quæ quatuor impreſſiones oſtentant. His *ſemen* pulchellum, ſpadiceum, pyramidale, trigonum eleganter exprimens, baſi ita æquali ut ſurrectum latrunculi inſtar ſtet. Provenit circa Tripolin & in Cairo. A Turcis propter ſvavem florum odorem in vaſis cuſtoditur, & hyeme in calidioribus locis, ne pereat. *Flores* pulverizati cum ſucco citri miſcentur; hocque magmate capilli & ungves pueris, feſtis diebus tinguntur. Pulvis eſt Rauvvolfio viridis, ex Ægyptoque plenis ſaccis delatus in inſtructioribus officinis habetur: Bellonius ex fuſco flaveſcentem facit. Ex radice urunt ſuum *ſpodium* Arabes.

II. Liguſtrum Ægyptiacum anguſtifolium, ab Alpino & Weslingio deſcriptum eſt. Ille *Tamarhendi* vocari ſcribit; hic negat. Viſa fruticis potius vegetioris quam arboris proceritate adulta, confuſa ramorum ſylva cultorum negligentia latius implicita. Bellonio in Punici mali magnitudinem excreſcit; ſed cæſa *virgulas* duntaxat profert, viminum ſalignorum inſtar. *Folia* olivæ non abſimilia, breviuſcula plæraque, ſed latiora, & ſub grato virore magis tenella. (candidiora quam in liguſtro) Nec ternis tantum, quaternisve ordinibus tanquam alis; ſed pro virgularum longitudine denis, duodenis, pluribusque ramorum latera ſtipant: ſic tamen, ut inferiora folia ampliora ab his ſuccedentia deinceps ad extremum usque rami, paulatim minora conſpiciantur, μοτοφύλλως circa apicem vix ullo ſuperſtite. *Flos* racematim ſpargitur, cinericeus, figurâ ſambuci floribꝰ proximus, ſed minor, odore admodum acuto. *Fructus* à liguſtro vulgari differt. Ille enim baccis juniperi ſimilis; hic nec ſemina rotunda coriandro imitantia, nigra,

Alpin. de plant. Ægypt. c. 13. Veſling. ad c. 13. Purchaſ. Navig. T. 2. p. 913. Bellon. obſ. l. 2. c. 74.

Phillirea folio aleterni.
Phillirea folio leviter serrato.
Phillirea latifolia spinosa.
Phillirea angustifolia prima.
Phillirea folio ligustri.
Philyca Elatior
Amaz quilitl.



nigra, parva, multa, folliculo concluduntur, qualia in uvarum granis videre est. Videntur omnino à superiore diversa. *Provenit* in Ægypto. *Folia* pulverizantur ad flavas tincturas, ex quorum commercio 18000. aureorum ad Turcicum Imperatorem census. Fœminæ femora, epigastria, partesque pudendas balneis egressæ ea inficiunt, ornatus gratia. Addito alumine tinguntur tam pueris quam fœmellis capilli; equis pili, pedes & muscaria. Ex eodem qui *Archenda* incolis, cum aqua mulsa emplastrum, quod humidis & fœtentibus pedibus præsentissimo intra horam remedio, apponitur. Cujus in oris, gingivarum, pudendorumque ulceribus usus. *Flores* dolorem capitis circumpositi leniunt.

PUNCTUM VIII.

De Phillyrea.

TAB. LXXIV. I. DE *Phillyrea* hoc solum apud *Dioscoridem* extat. Cypri magnitudinem æquare, *foliis* esse oleæ similibus sed latioribus & nigrioribus, *fructu* lentisci (χίνου) nigro, subdulci & quasi racemato. Putat ejus & apud Theophrastum fieri mentionem Bauhinus, & pro φιλύρεος legi φιλυρείας debere. Plinius certè Phillyream à Tilia non distingvit: nec dubium Paulum Æginetam utrumque confundere. *Folia* adstringunt, maximè ad oris ulcera commoda, si manducentur, vel decoquantur.

II. Bauhino, quem sequimur, Phillyrea est quadruplex, 1. *Folio lato.* 2. *Folio leviter serrato.* 3. *Folio ligustri.* 4. *Folio angusto.*

1. Phillyrea latifolia est duplex, *Lævis* & *Spinosa.*

Lobel. Adverss. p. 421. Bauhin. H. P. l. 5. p. 531.

1. *Phillyrea latifolia lævis*, Lobel. *Philyrea arbor Galloprovinciæ*, Malaleb Serapionis, Lugd. Philyca Dalechampii, Tabernom. *Malalebum Serapionis*, Bauhino *Philyrea latiusculo folio*, Lugdunensi est Ligustri magnitudine, multum frutico- Phillysa, comâ perpetuâ, *caudicis* corti- rea. ce cinereo, rugoso: *foliis* Lentisco ferè similibus, amplioribus, longioribus, carnosis, obscurè virentibus, gustu adstringentibus: *fructu* racematim congesto, antequam matureſcat anguloso, cum maturuit rotundo, nigro. Is constat pulpa tenerâ, succosa, gustu principio dulci, mox amaro, cum acrimoniæ tantillo, ac dum manditur, svave quiddam olente, quod cum baccarum Juniperi odore comparare possit. Pulpæ subjectum est lignosum, sed valdè tenerum ac fragile *putamẽ*, nucleum continẽs rotundum, gustu amarum. In Gramontio luco haud procul à Monspelio, ac in ejus tractus saxosi glareosiq; sepibus *crescit.* In adversariis ipsi flos Ilicis muscosus, albidus, baccæ una acervatæ Therebinthi majoris, nigricantes, herbidæ, dulciculæ.

2. *Phillyrea latifolia spinosa*, Clus. *prima*, Bauhin. *folio ilicis*, Hispanis *Alebo*, majori est ilici congenera. *Rami* pollicaris magnitudinis. *Cortex* viridis, candicantibus maculis aspersus. *Folia* ilicis coccigeræ, majora, viridiora, crassiora, nonnihil in ambitu spinosa, nec ingratè adstringentia. *Fructui* qui lentiscino similis, niger, è foliorum alis dependet, osſiculum. *Reperitur* in Lusitaniæ incultis circa Eboram, in Liguria, agro Florentino; Monspelii in sylva Aigremont, ubi vere floret, baccas Augusto fundit; Ferrariæ in horto Ducis & alibi. *Gaudet* montosis, saxosis, asperis, & fossis sepibusq; agrorum. Johannes Bauhinus fortè *Philyrinam* Cordi putat. Arbuscula est fruticosa, Phillyræ aspectu simillima: siquidem ligno, ramulis, corticis colore, & cruciformi ramulorum surculorumque positu, nihil ferè quod aspectu dignosci queat, à Liguſtro & Philyra differt. *Caudiculis* assurgit pluribus in rectiores virgas divisis. *Ramuli* item qui in exortu sibi ex intervallo adversantur, concinniori ordine in cruciformem positum di-

Clus. H. P. l. 1. c. 34. Bauh. H. P. l. 5. p. 541.

Philly-rea.

gesti sunt. *Folia* habet Philyræ similia crassitie, colore, nitore, paulò tamen breviora, latiora, in medio antrorsum fastigiata: posteriore verò parte orbiculata, per ambitum leniter serrata, duris & ceu modicè aculeatis, & asperis incisuratum eminentibus angulis, hyeme non decidua, sed Philyræ modo contra hyemis injurias contumacia, gustu adstringentia cum amaritudine & aliqua acrimonia, quemadmodum Philyra, Liguſtrum, atque Oleaster. *Radicibus* hæret qualibus Philyra.

Lobel Adv. p. 420. Bauh. H.P. l. 5. p. 532.

II. Phillyrea folio leviter serrato, Clus. *Philyrea secunda*, Bauh. *Philyrea folio alaterni*, multos habet *ramos*, quibus *cortex* candicans. *folia* Alaterno priori penè similia, firmiora, minus nigricantia, sapore aliquantum ex acredine amaro. *Fructus* inter folia propendet, granorum piperis magnitudine, rotundus, niger, gustus calidi, cui osseus, candidus & fragilis *nucleus*. Legitur initio Decembris. *Visitur* in multis Lusitaniæ locis, inprimis circa pagum Tomar. Monspelii quædam folia serrata non sunt, alia mediotenus, quædam per totum ferè ambitum, & magis virentia. Habuit & ab Agerio Medico Argentinensi Bauhinus *ramum sub Alaterni specie*, cujus *cortex* cinereus ferè; *folia* non ita virentia, bino ordine per caulem procedebant, unciam longa & lata, serraturæ in ambitu denticellis veluti in aculeos desinentibus.

Bauh. H.P. l. 5. p. 532. Clus. H.P. l. 1. c. 34.

III. Phillyrea folio Liguſtri, aliis *Philyrea*, Dodon. *Cyprus latiore folio*, Lobel. *Philyrea major Narbonensis*, Clus. *Philyrea tertia*, Camer. *Philyria media*, Lugd. *Alaternus major Dalechampii*, Cæsalp. *Ilatrum*, minor est superioribus. *Rami* ex albido cortice teguntur, aliquantum rugoso. *folia* liguſtri non serrata. *Flores* oleæ similes, pusilli ex herbaceo candicantes, confertim inter foliorum exortus nascuntur. *fructus* rotundus. *Provenit* desertis Bæticæ locis; nec non in Narbonensi Gallia. *Ilatrum* verò suum, aliis *Linternum*, Cæsalpinus scribit fruticem in maritimis tractibus frequentissimum veluti oleam quandam parvam, multis *ramis* fruticantibus; *foliis* oleæ durioribus ac viridioribus, similiter perpetuis; *florere* à lateribus in alis foliorum, non oblongo racemulo, ut olea, sed acervatis granulis *fructum* ferre nigrum Liguſtro similem: unico intus osſiculo, tenui putamine, figurâ olivari.

IV. Phillyrea anguſtifolia est duplex, *Prima* & *Secunda*.

Bauh. H P. l. 5. p. 538. Lobel. Adv. p. 421. Clus. H.P. l. c.

1. *Phillyrea anguſtifolia prima* Dod. *Cyprus*, Clus. *quarta*, aliis anguſtifolia, Lob. *Minor*, Lugd. *Alaternus Dalechampii*, arborescit nonnunquam. *Ramis* cortex niger; *folia* oleastri anguſtiora, viridiora, haud sine amaritudine. *Flores* exigui albicantes, oleæ similes, simul congesti, inter foliorum alas circa ramulos nascuntur. *Fructus* maturitate est niger, baccarum myrti magnitudine, cui osſiculum durum. *Visitur* in Castella locis incultis, non procul à Tago flumine: aliquando & circa sepes in Monspelienſi agro. A *Bauhino aliter describitur*. Frutex est secundum hunc *cortice* cinereo obtectus, *materie* alba, ramis sibi invicem oppositis, *foliis* oleæ situ adverso respondentibus, nigrioribus, nec una ut Oleæ candicantibus, modo anguſtis, & olearum foliis anguſtioribus, nunc mucronatis, alias subrotundis, interdum nonnihil in ambitu serratis, duris, acrimoniæ cujusdam & amaritudinis nequaquam expertibus: ad quorum exortum *flores* multi utrinque ramulos coronant ex herbaceo albi. Succedunt *baccæ* rotundæ, parvæ, cæruleæ, vel potius violaceæ, breviſſimis pedicellis racematim ramulis adhærescentes, dulces cum aliquo amarore: in quarum unaquaque *osſiculum* parvum, in quo nucleus.

Bauh. H P. l. 5. p. 538.

Clus. H. P. l. c.

2. *Phillyrea anguſtifolia secunda*, Clus. *quinta*, est præcedenti forma & magnitudine similis. *Rami* tenuiores, rariores, minusque confer-ti. *Virgæ* fractu contumaces. *folia* ex adverso dispoſita, Oleastrinorum modo

modo firma, saturatius virentia, subacris saporis. *Flore & fructu* carere affirmabant incolæ. *Visa* in desertis veteris Castellæ & Bœticæ locis.

Reccus R. M.N.H. p.350. Ex EXOTICIS huc pertinet *Amazquilitl Terentii.* Videtur esse arbor. *stipes* pullus. Ramis *folia* Phyllireæ latifoliæ. *Baccæ* sunt virides, brevi annexæ pediculo.

ARTICULUS IV.

De Arboribus Bacciferis Classis quartæ.

PUNCTUM I.

De Philyca.

Vid. TAB. LXXIV ARbores Bacciferæ Classis quartæ sunt 1. *Philyca.* 2. *Celastrus.* 3. *Rhamnus.* 4. *Lycium.* 5. *Rubus* & 6. *Capparis.*

Theophr. H.P.l.1.c.15. l.3.c.6.& l.5.c.7. I. *Philycam* nemo ex *Veteribus*, quantum scio descripsit. Theophrastus ex sylvestribus perpetuò virere; ineuntevere germinare; Candorem ei Celastri modo, & semper fronde insignem prodidit. Eidem *materies* εὐτονώτατος rigidissima, vel potius αὐτονώτατος obedientissima, ut Gaza legit & vertit. Plinio *Alaternus* dicitur, qui inter arbores fructum nullum ferentes, hoc est, ne semen quidem, refert; & cui inter ilicem & olivam folia. Huc & *Apharca* pertinet, de quo ita Theophrastus ex Salmasii correctione. Ἀδράχνη καὶ ἀφάρκη τὸ μὲν πρῶτον πιπαίνουσι ἅμα τῷ βότρῳ περκάζοντι ἢ ἀνθοῦντι. τὸ δὲ ὕστερον, δόκει γὰρ ταῦτα δίκαρπα, ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. *Adrachne & Apharca fructum primum variante se uva aut florescente; alterum,* (bis enim istæ ferunt) *hyeme maturant.* Plinius incipiente uva pubescere scripsit; id est desinente florere, & fructus ostendente rudimentum. Addit Theophrastus ex sylvestribus perpetuò virere.

Plin.H.N. l.16.c.26.

Theophr. H.P.l.3.c.6.

Plin.H.N. l.13.c.22.

Theophr. H.P.l.1.c.15.

II. RECENTIORIBUS est Philyca duplex, *Elatior* & *Humilior.*

Philyca Clus. H.P. l.1.c.33. Lobel.Observ.p.566.

I. *Philyca elatior*, Camer. est *Alaternus*, Bellon. *Elæprinos Cretensium*, Lobel. *Spina cervina quorundam*, *Alaternus Plinii*, & *Bourge-spine Monspeliensium*, Lugd. *Apharca Theophrasti*, Cæsalp. *Celastrus mas*, Clus. *Alaternus prima.* Arborescit interdum *inquit Clusius*, longis *ramis*, non admodum crassis, neque in multas alas divisis, flexilibus deinde *virgultis*, quæ externo *cortice* è candido virescente integuntur, latente sub eo membrana quadam flavescente quæ lignum ambit: ramos vestiunt incondito ordine disposita *folia* media inter Oleæ atque Ilicis magnitudine, crassiuscula, leviter per ambitum serrata, ex viridi nigricantia, gustu ingrata, & cum amaritudine paululum mordicantia: ad singulorum foliorum qui in ramulis nascuntur, exortus, *flores* oleæ similes, coloris ex herbido pallescentis, racematim ex oblongis pedicellis dependent vere, interdum etiam media hieme. Nullum in eo fructum vidi. *Provenit* Ulyssiponensi agro, locisque vicinis. Diversa ab ea *Spina Bourgi Monspeliensium.* Cortex enim huic niger, cerasorum similis: *materies* ex luteo pallida: *folia* oblonga, subrotunda, nonnihil spinosa; *flores* parvi, albidi & mense Majo prorumpunt. *Baccæ* nigræ, numerosæ, rotundæ, racemum æmulantes, in quibus semina tria. florent à Septembre ad Aprilem & Majum in arbore. Quam *Apharcam Theophrasti* Lugdunensis credit, est frutex Mali Punicæ magnitudine, *radice* crassa, *caudice* ex cinereo albicante; aspectu tristi, *foliis* imâ parte angustis, supernâ latiusculis, Portulacæ modo, obtusis aliquando, interdum in acutum fastigium terminatis, per ambitum insectis, incisurarum eminentiis rigidiusculis, carnosis, Ilicis, aut Oleæ modo venosis, elatâ costa per medium divisis: *flore* albo; *baccis* racematim cohærentibus, cum maturuerint, nigris, gustatu subdulcibus. *Provenit* in asperis & saxosis oræ maritimæ locis, non procul à Monspeliense urbe, qua Vicum

Bauhin. H. P.l.5.c.21. p.542.

Celastrus. itur, pagum Apiano vino percelebrem.

Clus. H.P. l.c. Lobel. Observ. l.c. *II. Philyca humilior* Cæsalp. est *Ilatrum folio ad Ilicem accedente*, Lugd. *Celastrus fœmina Theophrasti*, Clus. *Alaternus alter*, Lobel. *Alaternus alter humilior, folio lato.* Multo priore humilior. *Rami* breviores. *Cortex* ex albo, viridi & purpurascente infectus. *Folia* magis circinatæ rotunditatis, in ambitu serrata. *Flores* è longiusculis pediculis, odoris magis herbacei. Februario & Martio prodeunt. *Fructus* racemosus, lentiscini magnitudine, viridis initio, hinc nonnihil rubescens, tribus nucleis constare videtur. *Prodit* in Lusitania, regno Granatensi, & Valentino. Colore ex *cortice* in aqua decocto piscatores retia sua tingunt: tinctores verò è fragmentorum *ligni*, quod pallet, decoctione, nigrescentem è cœruleo colorem conciliant. *Alaternum* autem *Plinii* Philycam Theophrasti esse, ait montis Atho incolis creditum, prodente Bellonio.

Bellon. Observ. l.1.c.42

Punctum II.

Vid. Tab. LXXV.

De Celastro.

Theophr. H.P.l.1.c.15 l.3.c.4. Theophr. H.P.l.3.c.14 l.5.c.7.& 8. Theophr. H.P.l.1.c.6. I. *Celastri* nemo apud *Veteres*, Theophrastum si excipias, mentionem facit. Sed nec is totam ejus dedit descriptionem. Recensetur inter arbores ἀειφύλλους. Tardissimè floret: fructum propter ingruentem hyemem perficere non potest. Summis gelidissimisque locis ita *gaudet*, ut & in plana descendat. cultum nullum patitur. *Usus* denique ejus πρὸς μονάγκας καὶ βακτηρίας, ad muscipulas & baculos.

Clus. in Curis posteriorib. II. Ex RECENTIORIBUS descripsit Celastrum Clusius, ex arbore quæ in horto Academiæ Lugdunensis, meo adhuc tempore, habebatur. Arbor *inquit* humanam superat altitudinem: firmoque & duro *caudice* constat, atque in frequentes ramos diviso, qui dum novelli sunt, viridi *cortice* integuntur, annotini verò fusco. Numerosa habet *folia*, ex adverso semper nascentia, densaque serie congesta, supina parte saturâ viriditate prædita, prona autem dilutiora, perennia, hoc est, quæ non defluunt, nisi novis & recentibus jam natis, ut in arboribus perpetuò virentibus plerumque accidere solet: splendent verò præ livore ea folia, nec Alaterni foliorum magnitudinem superant, imò pleraque sunt illis minora, præsertim annotina, quæ ramulorum infimam partem occupant sive vestiunt, nec in ambitu sunt crenata, præterquam novella, quæ crenarum quandam formam extrema parte habere videntur: attamen verè crenata dici nequeunt; amariusculi sunt saporis. In novellorum ramusculorum extima parte inter folia nascuntur uncialis longitudinis petioli, sustinentes quinque aut sex parvos *flosculos*, quatuor plerumque aut quinque foliolis ex flavo viresentibus constantes, suaviter odoratos, racematim lentisci flosculorum modo dispositos, non ut tini aut sambuci, umbellæ instar expansos; qui serò admodum aperiuntur, & nisi extremo Autumno, aut hiemis initio, imo etiam, (quando mitior aura) veris initio: ut anno Ch. 1606. ex ramis florentibus à Cl. V. D. P. Pauwio, mense Martio ad me missis, observare potui. Eam ob causam fructus maturari non potest: imò si æstas humida & frigida fuerit, qualis hoc anno Christi 1607. vix flores aperientur: etenim flosculorum gemmas duntaxat ostendebat Octobri mense. *Fructum* observavit post Clusium Pavius, cujus verba subjicio. Anno M. DC. X. mense Junio *fructus rudimentum* ostendere cæpit, producens brevem pediculum, cui adhærebat bacca, myrti baccis magnitudine similis. Hæc quamdiu in accretione erat, viridem: justam adepta magnitudinem rubrum exhibebat colorem; qui paulatim ex puniceo corallinus reddebatur, adeò ut asparagi maturam baccam (de minoribus loquor)

Tab: LXXV.

Rhamnus flore candicante spinis oblongis.

Celastrus Theophrasti.

Philyca humilior.

Rhamnus flore herbaceo baccis nigris

Rhamnus flore purpureo folijs falsis.

Rhamnus II. Dioscoridis mon. spoliensium.

Rhamnus folio subrotundo fructu compresso

Rhamnus folio salicis angusto fructu flavescente.

Rhamnus folio salicis angusto fructu flavescente.



te videre dixisses. Arridebat gratissimo hoc colore, ad Augusti usque initium, bacca: tunc enim paulatim corrugari incepit cutis sive exterior superficies, simulque colorem mutare: fuscedinem namque contrahebat, tandemque adustam nigredinem. Simul etiam ipse fructus figuram suam mutare, ac ex rotundo oblongus fieri cœpit. Postquàm decidisset, repertum intus semen unicum, oblongum, quodammodo triangulare, uvarum vinaceis admodum simile; cujus cortice (durior is erat & quodammodo osseus) diffracto, prodiit granum quoque unicum, tectum membranulâ crocei coloris, eaque ablatâ, medulla sive caro durior, albicans, ei similis quam nux avellana ostendere solet.

Punctum III.

De Rhamno.

Tab. LXXV. I. Rhamnus *Veterum*, quem Plinius inter genera Rubi malè refert, in *duplici* est apud Theophrastum & Plinium, in triplici apud Dioscoridem *differentia*. Non potest tamen negari, quæ de secundo genere apud eum dicuntur, in MSS. codice, quo Goupylus usus est, non extitisse. *Primum* Rhamni *apud Dioscoridem* genus, *virgas* gerit rectas, ὀξέας ἀκάνθας, Oxyacanthæ modo aculeatas; *folia* μίκρα, vel potius μάκρα, ὑπομήκα (aliis ἐπιμήκα) ὑπολίπαρα, μάλακα. Unde fortè Nicander ἐρσόμενον seu rore madidum dixit. *Nascitur* περὶ φράγμους. *Alterum genus* est λευκότερον, candidum; cujus ut dixi, nulla in quodam Dioscoridis MS. mentio. Deerant enim verba ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα παρὰ ταύτην λευκοτέρα: sed ponit Theophrastus & cum eo Plinius: Oribasius quoque cum Serapione vel potius ejus interprete legere videtur. Fruticosior ista Plinio *floret*, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, *foliis* majoribus, illisque perpetuò virentibus. *Tertium* μελάντερον, *Nigrius*, Plinio *sylvestre*, cui *folia* πλατυτέρα, σὺν τῷ ἐρήμα ἐρυθραίνεσθαι, quadantenus rubentia: *virgulta*, quinorum in longitudine cubitorum, spinosiora, sed minus firmis, rigidis & acutis aculeis. *Fructus*, latus, candidus, tenuis, ὡς θυλακώδης, quasi ἐοικὼς σφονδύλῳ similis verticello. Ἀσφοδέλῳ alii habent; σπονδυλίῳ Oribasius, quomodo & Serapionis interpres legisse videtur. *Usum* si spectes, desiccant & refrigerant omnia. Ideò Galenus unius tantum Rhamni meminit. *Folia* teneriora inprimis Erysipelatis & herpetibus egregiè inunguntur. *Ramos* januis & fenestris oppositos, veneficia pellere vulgò olim creditum. *Rhamnum tertium* eandem cum *Paliuro* esse, multorum est sententia. Dodonæus ad descriptionem Paliuri quæ imperfecta & manca sit pertinere scribit. Notus est *apud Dioscoridem* frutex *Paliurus*, aculeatus, solidus, cui semen pingve & Lini seminis æmulum, vel potius λινῶδες, vel λικοειδὲς sed λιγνυῶδες, quod non tantum fuscum est, sed & oleosam naturam qualis ex oleoso aliquo humore digitis deprehenditur, habet. *Theophrasto* frutex est, cui folia cum extremorum lateribus sinuata concidunt. Fructum post occasum Vergiliarum ἐν λοβῷ τινὶ reddit ὑπερτῶν φύλλων; inque eo terna vel quaterna semina, quibus medici contra tussim, propter quandam γλισχρότητα & pingvedinem, contusis utuntur. Habet nonnullas differentias; & omnes fructiferæ. Apud *Dioscoridem radix* trita recentia œdemata discutit; *Folia* adstringunt & contra venena & venenatorum morsus opitulantur. *Semen* potum tussim lenit, vesicæ calculos pellit, & serpentum ictibus medetur. An hæc Rhamno Dioscoridis competant, dubito. Aliud certè est θυλακώδη esse; aliud fructum ἐν λοβῷ proferre. Paliuri fructus in duro ac rotundo ossiculo concluditur.

II. RECENTIORIBUS Rhamni differentia, à *floribus*, *foliis*, & *viribus* sumitur.

Theophr. H.P.l.3.c.17. Dioscor.M. M.l.1.c.119. Plin.H.N. l.24.c.14. Rhamnus. Galen.simplic. Medic.l.8. Robert. Const. ad Theophr. H.l.3.c.17. Dodon. Pempt.6. l.1.c.16. Dioscor.M. M.l.1.c.121. Theophr. H.P.l.1.c.8. l.3.c.6.17.l. 4.c.4.

1. *A flo-*

Rhamnus.

I. A Floribus eſt triplex, 1. *Flore candicante, ſpinis oblongis.* 2. *Flore purpureo, foliis ſalſis.* 3. *Flore herbaceo, baccis nigris.*

Theophr. H.P.l.c. Bod.Stapel. ad H.P. Theophr. p.259. Lobel.Obſerv.p 598. Adverſ.p. 438. Cluſ.H.P. l.1.c.77.

1. *Rhamnus flore candicante, ſpinis oblongis*, Theophraſto *Rhamnus candida*, Lobel. *Rhamnus alter Dioſcoridis, Monſpelienſium*, Rauvvolfio, *Hauſegt* ſive *Rhamnus primus*, Bodæo *Rhamnus communis* dicitur. *Radix* ipſa multiplex & craſſa: *virgæ* rectæ; candidus & lævis *cortex*; *aculei* validi ac firmi, ſpinæ in modum horrentes: *folia* plærumque quaterna aut quina ad ſingularum ſpinarum exortus naſcuntur ſubpingvia, mollia, ſubalbida, oleæ ſimilia, niſi quod tenera ſunt & ſucculenta autumno, novis ſuccreſcentibus, interdum decidua. *Flores* autumno longiuſculi, candicantes, extremis oris in quinque crenas diviſi, quibus decidentibus, *ſeminis* quoddam rudimentum, ut in Jasmino relinquitur, quod in baccam rubentem piſi magnitudine mutatur. *Floret* Martio & Autumno. *Naſcitur* in Italia, Gallia Narbonenſi, & multis Hiſpaniæ locis. Bellonius in inſula Lemno, in Macedonia, circa Sues in planicie Arabiæ, inter Cairum & Hieroſolymam copioſum, ſterilibus etiam locis obſervavit. *Vſus* in ſepibus faciendis, & inſolandis ficubus, quæ recentibus aculeis transfiguntur. Salamanticæ *eduntur* cum turionibus ex aceto & oleo primis menſis; ineſtque quædam cum acrimonia aciditas, quæ ſaporis gratiam conciliat. Sunt qui ex hac ſpina *coronam Salvatori* impoſitam opinantur: à quibus abeunt illi qui ex acacia Indica plexam volunt. Congener huic ille ſi non idem, floribus demptis, quem Bauhinus, *Rhamnum cortice albo Monſpelienſem vocat.* Spinæ huic in *caudice* magnæ, in ramulis minores; grandioresque *aculei*, qui palmum longi, rigidi, acuti, alios aculeos parvos, non minus rigidos pungentesque pariunt. *Cortex* ramis & ſpinis cinereus; *folia* ſalicis terna vel quaterna, fragilia, candicantia, ſucculenta, nullo inſigni ſapore: *flores* pauci, laureolæ folio deciduo ſimiles, parvi ſubcærulei. *fructus* Bauhino non obſervatus.

Bauhin. H. P.l.6.c.11. p.31.

2. *Rhamnus alter, flore purpureo, foliis ſalſis*, Cluſio *Rhamni prioris altera ſpecies*, Columnæ *Rhamni ſpecies quæ ſpina ſancta*, Dodon. *Rhamnus primus alter*, humilior eſt, & frequentioribus ramis fruticans. *Folia* minora, ſuperiore carnoſiora & candidiora, ſalſoque guſtu. *flores* ejusdem formæ, ſed purpurei. Cluſius juxta Horivelam urbem, quæ Orcelis veteribus ad flumen Serabim, nunc Segura, Valentini regni extremis limitibus, *collegit.* Eadem eſt *Bellonii*, ſecundum littus maris rubri viſa, foliis admodum denſis, ſalſis albicantibus; ramis ſpinis obtuſis. Cluſ.l.c. Dodon. Pempt. 6. l.1.c.16. Bellon.obſ. l.2.c.59.

3. *Rhamnus flore herbaceo, baccis nigris*, Theophraſto *Rhamnus nigra*, Cluſio *Rhamnus tertius*, Lobel. *Rhamnus primæ ſpeciei tertius*, fruticoſus eſt. *Rami* frequentes; *cortex* niger; *ſpinæ* longæ; *folia* ex quibusdam tuberculis, multa ſimul enata, longa & anguſta, carnoſa, viridia, perennia & quæ Rhabarbari ſaporem utcunque referunt. *Flos* veris initio, parvus, herbaceus, & confertim juxta folia naſcitur. *Fructus* æſtate niger, parvo pruno ſylveſtri ſimilis, rotundus, acerbus, Cluſio ex Hiſpaniis ſub nomine *Lycii* miſſus. *Frequens* Murciano & Granatenſi regno, locis incultis. *Provenit* & in Belgio ſata. *Fructus decoctum* ad laxitates membrorum & podagram in uſu apud incolas. Cluſ.H.P. l.c. Lobel. Obſerv.l.c.

II. A Foliis deſumtus Rhamnus eſt triplex, 1. *Folio ſalicis anguſto, fructu flaveſcente.* 2. *Folio ſubrotundo, fructu compreſſo.* 3. *Foliis oblongis ſerratis.*

1. *Rhamnus folio ſalicis anguſto, fructu flaveſcente*, dicitur *Rhamnus ſecundus* Matthiolo, Dodon. & Cluſio, *Oleaſter Germanicus* Cordo & Bauhino, *Rhamni ſpecies* Camer. *Rhamnus primus Dioſcoridis* Lobel. *Hippophaë Dioſcoridis* forte Columnæ, totus pulvere reſperſus videtur. Sex ſæpe eſt cubitorum, aliquando procerior. *Radix* multifida & diffuſa. Cluſ.H.P. l.c.p.110. Bauh.H.P. l.6.c.11.p.33 Dodon.H. P.l.c. Matthiol. ad Dioſcor. l.1.c.102. p.145. Lobel.l.c. Cordus in obſervat. p.213.

Can-

Candex intortus; *Cortex* ſpadiceus; *aculei* longi, ſeſcunciales & ſex tantales. *Folia* totis ramulis furculiſque adnaſcuntur, oblonga, oleæ ſimilia, minora tamen, tenuiora & breviſſima, quibus ſubtus lanugo tenuiſſima caneſcens, ſuperius in viridi cineracea, odore nullo. *Flos* oleæ herbaceus circa ramos frequens. *Fructus* baccæ ſeu acini rotunditate ac magnitudine Myrti in ſe numeroſa congerie racematim compactus, ac ramis perexiguo petioli appendice affixus, colore flaveſcente ac luteo, maturitate crocato; unico intus *nucleo* aut vinaceo, nõ lapidoſo, ſed qui dentibus facilè atteri poſſit. Cordus *ſemina* baccis eſſe ſimilia ſcribit, parva, oblonga, utrinque acuminata, pallenti tunica involuta. *Succo fructus* triplex miſtura; *Oleum* nempe, quod in expreſſo ſupernatat, guſtu pingve & ſubacidum; *aqua* quæ medium ſupra fraces & infra oleum locum occupat; & *caro* quæ fundum vaſculi petens in fraces aceſcentes tranſit. Hanc innuere videtur Theophraſtus, cum peculiare racemis quod per caulium latera ſerpunt, ſcribit; poſtremoque caulis racemus omnium maximus propendet. *Floret* Junio: poſt autumnum demum baccæ maturantur, & ſubinde tota hærent hyeme. *Provenit* in Germania, Gallia, Italia, Hiſpaniæ locis maritimis circa fluvios & amnes, ſolo lapidoſo & glareoſo; inprimis ad Lycum Vindeliciæ amnem, & ad Danubium ab ejusdem Lyci oſtio ad Petreas fauces per quas Danubius fluit. Circa Rhenum quoque multis tractibus. Circa Curiam Rhetorum, arboreſcebat ſpinis, & adæquabat truncos magnitudine. *Frondibus* adornantur in Belgio autumno cubicula. Siccæ mures allicere prodidit Cordus. *Fructus* ſalivam eliciunt; paraturque ex iis Rob vehementer acidum. Duplicem ejus *iconem* damus, Cluſii & Bauhini. Huc fortè *Rhamni ſecundi genus Cæſalpini & Ruellii pertinet.* 1. *Rhamnus ſecundus Cæſalpini* arboreſcit ramis rectis, ſalicis modo, cortice minus candido, *foliis* anguſtioribus longioribusq; (quam Rhamnus Monſp.) non pulpoſis, veluti pulviſculo ferrugineo infernè obſitis: juxta folia *folliculos* quosdam tenues ſine flore fert, Hordei figura & magnitudine, pulviſculo ſcintillante obſitos, colore ferrugineo; ii in maturitate parvæ Olivæ ſpeciem gerunt, rubentes: ſucco intus croceo, tenui tunica incluſo: maturantur hyeme: *ſemen* unicum continetur nigrum, aculeos rariores habet acutioresque, ſed infirmiores. Peregrina hæc in Hetruria. *II. De Rhamno Ruellii* hæc habentur, naſci in maris afflatu, frutice nonnunquam arboreſcente, prælongis ramulis, qui rigidis armantur *ſpinis*, aculeis mucrone ſævientibus, *foliis* tam æmula facie Liguſtrum exprimentibus, ut pro illis fallant, *bacca*, folliculari ſpecie, verticillata, primum candidâ, poſt maturitatem rubeſcente, foris flaccida, intus uliginoſâ, quam paſtores pecorum pabulo decutiunt.

Theophr. H.P.l.3.c.18

Rhamnus.

2. *Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo*, eſt *Rhamnus tertius Dioſcoridis*, Creſcentio *Spina Iudaica*, Cordo *Rhamnus niger*, Bellon. *Paliurum & Apaliura Græcorum*, Cæſalp. *Iujuba ſylveſtris*, *Marruca*, & *Paliurus Africanus Theophraſti*, Dodon. & aliis *Paliurus*. In arboris aliquando magnitudinem excreſcit. *Materies* eſt dura; *Virgæ* rectæ; & ab his *rami* patuli, deorſum inflexi, ſubrubentes; quos tenues, rigidæ & mordaces armant ſpinæ. *Folia* jujubinis ſimilia, ſed minora, nec ita profundè per oras crenata. *Flores* juxta ea parvi, ſtellati, orbiculati. *Fructus* lati, per margines membranei, compreſſi, prominente utrinque umbone lignoſo, cujus medio pediculus inſeritur, qui diſtracti, in geminis vel ternis loculis totidem oſtendunt *ſemina*, lubrico lævore & colore ſeminum Lini, ſed rotundiora, toroſiora, pulpa dulci, coloris ferè porracei. *Fructus*, (ut deſcribit Cæſalp.) depreſſus ex tenui pediculo pendet, pulpâ quadã fungoſa circumducta, officulo intus duro, intra quem tria

Bauhin. H. P.l.6.c.14. p.35. Dodon. Pempt. 6. l.1.c.17. Cord.obſerv.p.222.

Rhamnus.

seminis conceptacula singulis seminibus donata, quæ in suis alveolis tintinnabuli modo sonant. *Floret* Majo & Junio: fructus autumno maturescit, & totâ hyeme arbori adhæret. *Crescit* ex vetusto semine, si benè in vasculo muniatur. *Visitur* copiosus in Gallia Narbonensi, inprimis quâ Monspelio Lunellam itur, inter sepes: in Italia, circa Veronam & Bononiam. Norimbergæ potest hyemem, si non nimis acris, ferre. Basileæ in horto D. Plateri in arborem excrevit. *Semina* contusa ad tussim commendantur. Platerus contra calculum & arenulas utebatur.

Bauhin. H. P. l. 6. c. 25. p. 57.

3. *Rhamnus foliis oblongis serratis*, Dalechampio *Rhamnus Bavaricus* vocatur. Superat hominis altitudinem. *Cortice* est purpurascente, spinoso; *foliis* densis, pallidis, omnibus serratis, sed aliis longioribus & angustioribus, prima scilicet ramorum parte, nec Ilici dissimilibus, aliis brevioribus & rotundioribus, circa ramorum extrema Rhois folia utcunque æmulantibus, *spinis* multis, tenuibus, sed acutissimis, foliosis.

II. A *viribus* dicitur *Rhamnus Catharticus*, isque triplex. 1. *Vulgaris*. 2. *Folio oleæ*. 3. *Minor*.

Clus. H. l. 1. c. 79. Bauh. H. P. l. 6. c. 25. Cord. H. P. l. 3. c. 4 p. 175. Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 102. p. 144.

1. *Rhamnus Catharticus vulgaris*, Clusio & aliis *Spina infectoria*, Cordo *Cervi spina*, Lonic. *spina alba*, Castori *spina merlo*, arbuscula est ramis ex adverso sitis, brachiata, duris, rigidis, longis & foliosis aculeis minax: *spinis* etiam aliis minoribus horrens. *Cortex* externus niger, cui viridis & luteus subest: materies pallida, dura; interior medulla Hermolao rubet. *Folia* ferè pruni, acuminata, atrovirentia, crenata, nervosa, adstringenti sapore. *Flores* parvi, herbacei coloris, quatuor apicibus insignes, multi simul juncti, Majo funduntur. *Bacca* ad radices spinarum ex longiore pediculo frequentes, per maturitatem nigræ; quibus succus virens, peculiaris odoris, grana tria vel quatuor, triangularia ferè, pyrorum granis ferè similia, sapor nauseabundus; in Autumno maturitas. *Nascitur* locis incultis, ad rivulos aquarum & scrobes; in senticetis, sepibus & agrorum limitibus. Ad vias inprimis, unde Germanis Wegdorn/ quasi spina viarum dicitur. In Germania copiosa est: in Pannonia sæpè arborescit. *Usus foliorum, Corticis & baccarum* egregius. *Folia* quia frigida & sicca, utiliter serpentibus ulceribus illinuntur. *Cortex* interior cum modico aluminis adversus oris ulcera & putredines decoctus, in gargarismo à mulierculis adhibetur, singulari successus experientia. *Baccæ* messis tempore lectæ, arefactæ, in aqua & alumine maceratæ, luteum seu potius croceum colorem fundunt, quo olim libri pingebantur, nunc chartæ. Autumno collectæ nigræ, tusæ, si in æreo vase asserventur, dant pulchrè viridem. Circa festum Martini decerptæ, ad puniceum colorem quo coria inficiuntur, adhibentur. Eædem intus sumtæ, secundum Matthiolum pituitosos, viscidos & biliosos humores; secundum Bauhinum & Medicos Parisienses serosos, tenues, biliosos per secessum dejiciunt. Sumuntur in substantia XV. vel XX. decoquuntur à XL. ad LX. decoctum propinatur. pulverizatæ à drachma una ad unam semis, si Dodonæum sequimur: qui addit, vehementer corpus turbare, moto etiam quandoq; vomitu. Ideò mollibus & delicatis noxias: robustis duntaxat & juvenibus exhibendas. In syrupo si propines, nõ est quod aliquam, etiam in mollioribus molestiam metuas, nisi fortè in impuriora incideris corpora. Paratur is ex succi maturarum ritè depurati libris quinque, mellis & saccari ana libra una semis, additis pro unaquaque libra Cinnamomi & seminis anisi cõquassatorum ana drachmas ij. quæ in petia ligata immerguntur. Cl. Zwelferus Medicus Cæsareus aliter parat, & melius. Dosis ab unc. j. ad ij. In Silesia circa Carolathum Perillustris Baronis Schöneichii

Zvvelfer. in Pharm. August. p. 60. pr. edit.

Rhamnus Catharticus folio oleæ.

Lÿcium Italicum.

Rhamnus Catharticus vulgaris.

Lÿcium buxi folio

Rhamnus folijs oblongis serratis. Tab: LXXVI

Rhamnus Catharticus minor.

Lÿcium Gallicum Daleschampij.

Lÿcium Italicum Bodæi stapelij

Lÿcium Italicum Baubini.

eichii arcem, arboreſcentem, nullis ferè ſpinis horridam, obſervavi. Baccæ decuſſatim per longitudinem ſtriatæ, partim ex ramulis, partim foliorum alis funduntur; in ſuperioribus copioſiores.

Angvillara Epiſt.3. Bauh.H.P. Lii.p.411.

2. *Rhamnus catharticus folio oleæ*, Angvillaræ *Hippophaës*, ſuffrutex eſt *ſpinis* duriſſimis, quique ſe in comam rotundam, albam, ſpargit. *Folia* oleæ longiora, anguſtiora & teneriora. Nec flores viſi, nec fructus. *Radix* quæ palmum longa, lacteum ſuccum fracta fundit, amariſſimum, odore gravi. *Prodit* in Peloponneſi maritimis & ſabuloſis. *Radix* vim purgandi vehementiſſimam habet. An ſit *Hippophæſtum* quorundam Dalechampii, difficulter colligas. Miſſa verò ad hunc erat ex Melita inſula, cum hujus nomine, ſpina candida, diffuſis huc illuc ramulis aut potius ſpinis ſparſa, flore exiguo albo, racematim congeſto. De ſucco radicis lacteo vel purgatrice vi nihil additum.

Cluſ.H.P. l.1.c.79. Bauhin.H. P.l.6.c.25. p.56.

3. *Rhamnus Catharticus minor*, Camerario, *Rhamni ſolutivi minor ſpecies*, Cluſio *ſpina infectoria pumila prior*, bicubitalibus ramis, in multas diviſas alas aſſurgit. *Cortex* lævis, & vulgari ſimilis, qui ſuperiori membranâ dempta ex viridi palleſcit, ſapore amariuſculo. *Spinæ* ramulis paucæ, ſed ipſi plærumque in ſpinas deſinunt. *Folia* vulgari ferè ſimilia, ſed minora & anguſtiora, ad pruni ſylveſtris folia accedunt, guſtu linguam exſiccante. *Flos* congeſtus ut in vulgari, ex pallido herbaceus, quatuor foliolis conſtans, minor tamen. *Bauhinus* illi adſcribit *folia* ex eodem pediculo plura, acuminata & crenata. *Baccas* Terebinthi æmulas, & magnitudine, & turbinata formâ in acumen deſinente.

Punctum IV. Lycium

De Lycio. Tab. LXXVI

I. Lycium Dioſcorides *duplex* facit. *Vulgare* nempe & *Indicum*. Dioſcor.M. M.l.1.c.132.

I. Lycium vulgare quod quibusdam πυξάκανθα, arbor eſt ſpinoſa. *Radices* habet multas, πλαγίας (πλατείας alii legunt, & Plinius latas ſcribit) & lignoſas; *virgas* trium cubitorum aut etiam longiores, circa quas *folia* buxo ſimilia & denſa. *Corticem* pallidum lycio diluto ſimilem. *fructum* piperis inſtar, nigrum, amarum, denſum, lævem. *Plinius* piperis ſimilitudinem ferre dixit, præcipua amaritudine, foliis parvis denſisque Cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata lignoſaque, buxei coloris. *Naſcitur* plurimum in Cappadocia, Lycia, Pelio monte, pluribusque aliis locis, & τραχέα ὄρεα amat. Χυλίζεται, inquit Dioſcorides, τῶν φύλλων (ῥίζων legit Oribaſius) σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων καὶ βραχέωδων ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας ἐν ὕδατι ἑψηθέντων. (Plinius tuſos ramos radicesque æneo vaſe per triduum coqui ſcribit.) Abjectis lignis coquitur liquor donec mellis craſſitudinem acquirat, Lycium vocant. Adulterat medicamentum aſphodeli radix, aut fel bubulum aut abſynthium, aut rhus, aut amurca. Quod in amurca ἀφρῶδες innatat, inter oculorum medicamenta cenſetur. Similiter è *fructu* expreſſo & inſolato ſuccus elicitur. Optimum eſſe putatur, quod igni accenditur, & regio morbo medetur. quodque dum reſtinguitur rubentem fumum edit, extrinſecus nigrum, intus cum diſſecueris, fulvum, minimè viroſum, cum amaritudine adſtringens, colore croceo. *Vires* apud Dioſcoridem vide. Galenus diverſarum eſſe partium ſcribit, digerere & deſiccare; uſumque ejus ad ſugillata, oris & ani ulcerationes, herpetes, ulcera contumacia, & aures pure fluentes. Dabatur & tuſſientibus, ſangvinemq; expuentibus, ex aqua. Plin.H.N. l.12.c.7.

Lycium *II. Lycii Indici* historiam confundit cum priore Plinius, ut ex comparatione animadverti potest. Dioscorides fruticem vocat, *Lonchitin* nomine, è spinarum genere, cui *virgæ* rectæ, τριπήχεις aut etiam majores, à fundo numerosæ, & crassiores rubo; *folia* oleæ similia; *Cortex* qui ῥαγεὶς ἐνερευθὴς, ruptus rubescit. Lycium quod ex eo, optimum. Herba decocta menses ciet.

II. NOBIS Lycium à *Foliis* & *Locis* differentias sortitur.

I. A Foliis est duplex 1. *Buxi folio.* 2. *Latifolium.* 3. *Folio Ericæ*, quo *Frutex exiguus foliolis confertus* spectat.

Dodon. Pempt. 6. l. 1. c. 19. Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 114. 1. *Lycium buxi folio*, Dodon. *Pyxacantha*, Lugd. *Lycium alpinum*; superius à Dioscoride descriptum proposuimus. Bellon. etiam in Palæstina reperit. Apud Matthiolum nihil præter iconem occurrit; quæ, ut & Dodonæi profictitia habetur. *Succus* qui pro vero Lycio venditur, periclymeni succus est, calidæ & attenuantis facultatis.

Lobel Advers. p. 437. 2. *Lycium latifolium* est *Paliurus alter peregrinus Lobelii.* Oritur in Monspeliensi agro, quà itur ad scaturiginem Lani amnis, secus ripam, & propè vias. *Spinis* horridum, *foliis* oleæ, minoribus, *baccis* nigris, tricoccis, Smilacis, gravidis, succo fulvo, tincturæ apto, prægrandibus, Berberis modo, granis ternis sed minoribus, oblongis, gustu subacri. Bauhinus monet Lobelium in iconibus titulum habere, sed subjectam figuram non convenire, quæ sub Rhamno III. repetatur, & sit Oxyacanthæ Dioscoridis.

Garzias H. Arom. l. 1. c. 10. 3. *Lycium Ericæ foliis*, est *Cate* Garziæ. Indis *Hacchis*, & *lignum sempervivum.* Arbor magnitudine fraxini, *folio* Ericæ vel Tamaricis simillimo, perpetui viroris. Multæ illi *spinæ: materies* robusta, dura, solida, ponderosa, nec putredinis metuens. *Nascitur* plurimum in Cambaya, præsertim Baçaim, Manora & Damam; nec non in continenti Goæ. Inde magna ejus quantitas in Chinam & Malaccam, ubi eo in masticatoriis cum Betre utuntur; minor in Arabiam & Persiam, evehitur. Extrahitur nempe ex arbore succus, *Cate* dictus. Elixantur minutim concisi rami, contunduntur, & cum farina Nachani, (sementis est nigra, & minuta sapore, secalinis panibus conficiendis apta) & ejusdem nigri, lini quod istic nascitur scobe, pastilli & tabulæ formantur, quæ in umbra siccantur. Firmat stringendo gingivas, & alvi profluviis oculorumque dolori opitulatur. *Wormii Cate* massa quædam purpurea erat, ad nigrum inclinans, laminatim quasi cohærens, fissilis & friabilis, dura, sed fragilis, adstringens cum levi acrimonia, unciarum duarum fermè pondere. Ex ligno pistilla deglumandæ in mortariis ligneis oryzæ parantur. Wormius in Musæo c. 34. p. 225.

4. *Frutex exiguis foliolis confertus*, est Hispanorum *Tamoxo*, in incultis nascens. Assurgit is pedali altitudine, frequentibus *ramusculis* præditus, qui adeò exiguis & confertis *foliolis* onusti sunt, ut ramusculorum lignum vix conspici possit. Ea ex cineraceo virentia sunt, & extremæ amaritudinis. Vix scias an veteribus fuerit cognitus. Clus. H. P. l. 1. c. 78.

II. A *Locis* dividitur Lycium in 1. *Italicum.* 2. *Hispanicum.* 3. *Gallicum.* 4. *Indicum.* 5. *Creticum.* 6. *Lycio affinis Ægyptiaca.* Clus. H. P. l. 1. c. 79.

1. *Lycium Italicum*, Clusio *spina infectoria pumila altera*, Gerhardo *Hispanicum*, facie est pruni sylvestris. *Rami* illi cubitales, crassitudine minimi digiti, in acutam *spinam* desinentes, quibus cortex niger & rugosus. *Folia* pruni sylvestris, sed breviora, minora & viridia, crenata, adstringentis primò, mox amaricantis gustus. *flores* inter folia herbacei, τεταρτόφυλλοι: qui Majo & Julio funduntur. *Fructus* spinæ infectoriæ non absimilis, binis vel ternis commissuris distinctus, initio viridis, per maturitatem niger. Abundè in monte Badensibus thermis imminente *provenit*, locis petrosis & salebrosis. Cujus iconem *Stapelius* dedit, recentiores pro vero Lycio exhibent. Spinosa est arbor, *ramis* tres cubitos lon- Bodæus Stapel. ad Theophr. H. P. l. 3. c. 17 p. 354.

longis, aliquando etiam longioribus, *cortice* pallido, *foliis* densis, spissis, buxeis: *fructu* instar piperis nigro, amaro, glabro, & denso; *radicibus* multis, fortibus & lignosis. *Nascitur* in Lycia; unde & nomen habet, & in Cappadocia, multisq; aliis locis. Solum amat asperum; reperitur etiam in Italia.

2. *Lycium Hispanicum* duplex est, *folio* nempe *oblongo* & *folio buxi*. I. De *Lycio Hispanico folio oblongo*, ita Lobelius. Spinæ Burgundiacæ aut Phyllyreæ angustifoliæ non ita absimilem perelegantem fruticellum, *foliis* tamen multò angustioribus & ramulis exilioribus studiosè aluntin Belgio D. Joannes Brancionus, D. Dilphius, & Georgius Ryensis. Extrema infesta *spiculis* virgulta; *folia* Thymelææ Monspeliacæ exiliora, atrovirentia, gustanti astringentia. Apud Belgas nullum fructum edit. II. *Lycium Hispanicum folio buxi*, Castellanis *Tamujos* sive *Tameaxos*, frutex est spinosus, cui multæ à radice *virgæ*, cubitales, rectæ, tenues, rubentes, multis *ramulis* præditæ, qui in acutam *spinam* plærumque desinunt, tametsi sparsos alios hinc inde aculeos habeant, breves interdum & infirmos. *Folia* buxi quodammodo æmula, gustu lenta, & cum aliqua aciditate mordicantia. Nec florem nec fructum videre potuit Clusius. *Prodit* propè Complutum, & aliis Castellæ veteris locis, circa fluenta, & in declivibus. Præbet ibidem scoparum *usum*; & compositum in fasciculos, pistoribus calefaciendis fornacibus materiam.

Lobel. observ. p. 563.

Clus. H. P. l. 1. c. 78.

3. *Lycium Gallicum*, Lugdunensi *Lycium Dalechampii*, spina est tres cubitos alta, *cortice* in cinereum pallescente, *radicibus* multis, lignosis, *aculeis* foliosis, *fructu* piperis magnitudine, nigro, adnexo brevi pediculo, nunc triangulo, nunc quadrangulo, nunc cordis figura, pro nucleorum numero; è cujus fastigio pilus duplex subtilissimus eminet, gustu adstringente & valde amaro. *Baccis* ad tingendum sericum aureo colore infectores utuntur, easque vocant Lycium *Tinctorium granum*, Graine à teindre, aut *Flavum granum*, Graine jaune, aut *Avenionense granum*, Graine d'Avignon. *Bauhinus* spinis rigidissimis horrere scribit. *Folia* ad prunum sylvestrem nonnihil accedunt, tenuia, nervosa, decidua. *Flores* circa spinas multi, parvi, ex brevibus pediculis, quibus succedunt *baccæ*, quæ maturæ, sub pellicula continent semina oblonga, polita, striatæ, exsiccatæ, bicoccæ & tricoccæ apparent, valdè amaræ. *Nascitur* in asperis & saxosis circa Avenionem & Carpentoratum. Non multum à prioris baccis abeunt *illæ*, quas idem *Bauhinus à Cortuso* cum inscriptione *Lycii ex monte Baldo* accepit; colorem si exceperis. Purpurascentes enim erant, & ferè nigræ. Semina intus berberis accedentia, lucida, polita, colore subfusco, aut ex spadiceo in nigrum vergente, penè triangula, & quædam sulcata.

Bauhin. H. P. l. 6. c. 26. p. 58.

4. *Lycium Indicum* est duplex I. *Rauvvolfii*, frutex pruni facie, qui in monte Libano, nec non inter Joppen ac Hierosolymam provenit, & ab incolis *Zaron* vocatur. Succum qui ex eo exprimitur, *Hadhadh* Arabes appellant. II. *Lycium Indicum Alpino putatum*, quod Ægyptiis *Vzeg* dicitur. Multis rectissimis, & qui trium cubitorum altitudinem excedunt *ramis* assurgit. *Radices* lignosæ, obliquè descendentes. *Spinæ* longæ & acutissimæ; quarum quædam foliis vestiuntur. *Folia* olivæ similia, sed candidiora & angustiora. *Flores* Ageahilid similes, parvi, albi, Hyacinthi Orientalis formâ & magnitudine. *Fructus* Ebuli fructibus similes, parvi, nigri, læves, gustu amari & adstringentes. Longè ab Alexandria, supra ripas rami Nili Calig vocati *observavit* Alpinus. *Veslingus* qui quadragesimo sexto post Alpinum anno illos hortos lustravit, *folia* buxeorum instar rotunda facit: *flores* ut minutos sic numerosos, à contractiore tubulo sensim ampliatos; qui sinum intimum flavedine tingunt, purpureis aliquot

Rauvvolf. Itiner. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 22.

Alpin. de plant. Ægypt. c. 22.

Vesling. ad Alpin. de plant. Ægypt. p. 15.

Lycium punctis recessu foliorum inscripti; reliquo corpore Hyacinthi ferruginem violis permiscent. Paratur ex eo succus, *Coulau* dictus, in quibusdam Arabiæ locis, illeque durus, niger, viscosus & Acaciæ similis adfertur. Fructus Aloës est colore, odore obscuro, sapore subdulci & adstringente, absque ulla amaritudine. Maximus ejus in stringendo usus, in alvi fluxu, Ophtalmiis (paratur ex eo Collyrium cum antimonio) hæmoptysi, & uteri profluvio. Illitus partes ab humorum influxu tuetur. Est & in *Java arbor spinosa* foliis ferè Sabinæ vel arboris vitæ, sed non tam pingvibus & crassis. Fert *fabas* rotundas punicei coloris, in quibus tres vel quatuor tantæ duritiei nuces, ut dentibus frangi nequeant. E foliis *Cate* exprimitur.

Bont. H.N. & M. l.6.c.3.

5. *Lycium Creticum* describitur ab *Alpino*. Hæc arbor *inquit*, parva est, hominis altitudine supra terram elata, spinis horrens, *foliis* buxi, angustioribus tamen, quaternis aut quinis simum ramorum paribus eminentioribus citra pediculos, inhærentibus. *Caudex* habet utrimque ramos multos, graciles, rotundos, ferè rectos, duros, lignosos, habentes quasdam inæqualitates in ipsorum rectitudine, quippe qui habeāt brevi intervallo partes quasdam eminentiores, à quibus singulis tres *spinæ* acutæ, nigræ, duræ, simul cum *foliis* buxeis, sed tenuioribus exeunt; in quibus *flores* duo vel tres à suis pediculis pendent; à quibus deflorescentibus succedunt una, duæ, vel ad summū tres *baccæ*, oblongæ, nigrescentes, piperis magnitudine & rorunditate, sapore stiptico, primo subdulci, post amarescente. *Radices* non vidit; ideò nec novit an succus ex iis exprimatur. *Folia* & *fructus* cum adstrictione amarescunt. Subdulces primò gustui, mox ea rosoluta, amari & quidem modicè. Diversarum sunt partium. Huc refero *fruticem*, cujus sub *Amygdalæ petræa* nomine, cum qua tamen ipsi nihil commune, Belus in epistola ad Bauhinum mentionem facit. Frutex est duorum aut trium cubitorum altitudine, densus, spinis obsitus, *folia* parva, firma; *fructus* rotundus ferme, parvus ut piper; & nigricans, *radix* lignosa & maxima. Iudæi ex baccis luteum colorem conficiunt.

Alpin. Exotic. l.1.c.11.

Bauhin. H. P. l.6.c.26. p.61.

6. *Lycio affinis Ægyptiaca*, incolis *Agiahalid* dicitur. Arbor est magnitudine pyri sylvestris, *ramis* raris, non multis, in rectum æqualiter elatis, ordinatim acutissimis multis spinis obsita, *folia* ferens Buxi proxima, latiora tamen, pauca, rara, singula, bina æqualibus interstitiis adnata. *Flores* habet paucos, albos, Hyacinthi Orientalis floribus similes, sed minores, à quibus prodeunt *fructus* nigri Ebuli similes, gustu subamari & astringentes. Foliorum usus contra lumbricos puerorum in Æthiopia familiarissimus.

Alpin. de plant. Ægypt. c.21.

Punctum V.

De Rubo.

Tab. LXXVII.

I. Rubi fruticis quatuor sunt apud Theophrastum, Dioscoridem & Plinium *genera*. Est namque Rubus 1. Βάτος, qui ὀρθοφυὴς καὶ ὕψος ἔχων. *Folia* cum extremo tum laterisinuata concidunt, & spinosa cuncta redduntur; imò etiam *caulis* & *rami*. *Fructum* racematim gerit; qui non solum serò sed & particulatim maturescit. Plinius *rubi mora* vocat. Phanias Eresius apud Athenæum *Mori pillulas*, σφαιρίον. Ubi maturuit ad instar mori, fructus, σπερματικὰς καὶ συκαμινώδεις habet γονὰς καὶ διαφύσεις, ὥσπερ ὑφαινούσας, quasdam veluti contextas, glabras & succulentas. *Vsum* eximium omnes ejus invenere partes. Summorum *ramorum* decoctum potu alvum sistit, & fluxus muliebrium nimios. Ex *caulibus* teneris tusis succus expressus & insolatus, singulari contra oris ulcera, hæmoptysin & alia est solatio; *ipsi* per se in cibo sumti cymæ modo, aut in vino decocti, hæsitantes dentes firmant. *Foliis* teneris plurimum aqueæ substan-

Theophr. H.P. l.1.c.5. l.2.c.18. l.6. c.1.

Theophr. de C.P. l.6. c.21.

Athen. Dipnos. l.2.

Dioscor. l.c.

Plin. H.N. l.24.c.13.

Tab: LXXVII

Lycium Creticum.

Lycium Indicum putatum Alpino.

Lycium Indicum prúni facie.

Rubus Idæus spinosus

Rubus major vulgaris Brombeeren.

Lycio affinis Aegiptiaca Agiahalid.

Chamæ rubus Spinosus fructu Cæruleo.

Rubus Exoticus.

Rubus Idæus lævis valentinus

ſtantiæ, adſtrictionis parum. Cohibent herpetes & manuum capitisq; ulcera. Eadem & *florum* ratio. *Fructus* immaturus vehementer ſiccat & ſtringit, flatibus cunctis opportunus: in maturo quia dulcis temperati aliquid invenies. Ideò nec palato ingratus. ſi quis tamen largius utatur, capitis dolores incurrit. *Radici* ſubſtantiæ quædam tenuitas: ideò Galenus lapillos renum comminuere credidit. II. Χαμαιβάτος ἐπὶ τῆς γῆς καὶ εὐθὺς κάτω νενευκώς, qui ſcilicet propè à terra protinus deorſum verſus eſt, cumque ſe terræ conjunxerit, radicatur rurſus. Fert *uvam* nigram ſeu Morum uvæ ſimilem. III. Βάτος Ἰδαίας *Rubus Idæus*, cujus etiam Plinius meminit. Tenerior eſt ac minor, rarioribus hamis, (malè calamis) innocentioribusque. *Naſcitur* ſub arborum umbra, & in Ida, copioſiſſimus. Earundem cum priore rubo *virium*. *Flos* ex melle ſubactus oculorum inflammationibus illinitur, & eryſipelata reſtingvit. Multi decoctum ſtomachicis propinant. IV. Κυνόσβατος eſt medius inter arborem & fruticem rubus. *Folia* ei longè latiora quam myrtus; robuſti circa virgas *aculei*; *flos* candidus; *fructus* oblongus olivæ nucleo ſimilis; qui dum matureſcit ruffus, & intus ἐριώδης conſpicitur. Theophraſtus ei *folium* ſplendidum ἀγλῶδες, ſecundum alios διχνῶδες, in vulgatis ἀγνῶδες, tribuit, & rhoi ſimile. Nonnulli παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδου legendum putant, & ita ad hiſtoriam Cynosbati, ut à Plinio deſcribitur, Roſam eglentiviam quam proximè accedere. Roſam in eo naſci ſcribit idem. *Folium* veſtigio hominis ſimile habere; pillulam caſtaneæ, præcipuo remedio calculoſis. Ut ut ſit, ſi *Vſum* inquirimus, *Radix* tuſa & in emplaſtro admota, infixa corpori extrahit, ſi Serapionem ſequimur. *Folia* mediocriter adſtringunt: trita & impoſita phlegmonas prohibent.

Theophr. H.P.l.3.c.18

Plin.H.N. l.16.c.37.

Dioſcor.M. M.l.4.c.38.

Theophr. H.P.l.3.c.18 Athen.Dipnoſ.l.2. Dioſcor.M. M.l.1.c.123. Plin.H.N. l.24.c.13.14

II. Nostris dividitur Rubus in *Majorem*, & *Minorem* ſeu *Humilem* vel *Repentem*.

Rubus.

I. Rubus major eſt triplex, 1. *Vulgaris*. 2. *Idæus*. 3. *Exoticus*.

1. *Rubus major vulgaris*, Tabern. *Rubus arvenſis*, Lobel. *Rubus Batis*, Gerh. in icone *Idæus*, Bauhino *Rubus major fructu nigro*, audit. Nihil eo vulgatius dumeta norunt. Ex *radice* nodoſa, importunâ feracitate ſe propagans, longè lateque ſenticoſis & mordacibus Sarmentis, anguloſis, rubentibus vagatur. Si vicinis fulciatur, in altum craſſiores emittit *virgas*, quæ tamen & ipſæ gracilitate & proceritate nimia in terram retractæ, ac curvatæ defixis in eam capitibus radicantur. Virgæ ſpinis aduncis & pungentibus *aculeis* veſtiuntur, quibus prætereuntium veſtibus ſeſe affigunt, eosque remorantur. *Folia* terna, ſerrata, aſpera, dorſo aculeato, inferiore parte candicantia, ſuperiore nigricantia, ſicco adſtringentique ſapore prædita: hyeme vix decidentia, niſi altera ſuccreſcant. *Flores* albi, vel ex candido roſei, roſulæ inſtar, apicibus concoloribus: *mora* rubra per maturitatem nigreſcunt, ariſtis quibusdam aſperiuſcula, acinis parvis, guſtu quibusdam, ut nobis, grato, dulci; paululum amaro, Trago. *Folia* vere; *flores* æſtatis initio colliguntur; *fructus* cum maturuit per menſes ultima æſtate decerpitur. Curvatis gracilitate & ſimul proceritate nimiâ, defigit rurſus in terram caput, itemque naſcitur ex ſeſe, repleturus omnia niſi reſiſtat cultura. Paſſim eſt in ſylvis, campis, & ad ſepes *obvius*. *Radix* decocta vehementer adſtringere creditur, & in vino ad tertias decocta, ſedis & oris ulceribus opitulari. Mora tam vehementer refrigerare, ut ſi quis aquam ſuperbibat, horrore febrili corripiatur, prodidit Tragus; negat Bauhinus.

Bauh.H.P. l.14.c.2. Lobel.Adverſ.p.446.

2. *Rubus Idæus* triplex eſt. 1. *Spinoſus*. 2. *Lævis*. 3. *Leucocarpos*, ſeu *Fructu albo*. 1. *Rubus Idæus ſpinoſus*, Cæſalp. *Rubus III. montibus proprius*, habet *radices* longas, quæ latè ſparguntur, & quotannis ſurculos proferunt, ex quibus ſecundo anno flores & fructus.

Bauhin.H. P.l.14.c.3. p.59.

Rubus. ctus. *Caulibus* ſpinæ teneriores, & inter omnia rubi genera innocentiſſimæ, tenellis verò & recenter enatis turionibus nullæ. *Folia* quæ terram ſpectant, mollia, tenera, & adeò albicantia, ut farina aſperſa videãtur. *Floſculi* rotundi ex albo palliduli, Majo & Junio prorumpunt, qui in concava, rubra, dulcia, & jucundi odoris abeunt mora, rubris ac piloſis pileolis ſimilia, quæ Auguſto maturantur. Concipiunt intra paucos dies vermiculos. *Naſcitur* paſſim per Germaniæ & Poloniæ ſylvas. *Folia* lixivio decocta, capillos denigrant. Ex *fructu* ſyrupus paratur, cordi corroborando in febribus excellentiſſimus. Aqua ex eodem, calculoſis eſt levamento, ſi cochleari unius doſi, cum quatuor vini cochlearibus ſumatur. Poteſt & vinum exprimi. II. *Rubus Idæus lævis*, duplex eſt, 1. *Gallicus*, Tabern. *Rubus hircinus*, Cordo *Rubus tertius*, Trago *Rubus Idæus alter*, qui in monte la Motle dicto Gratianopoli vicino provenit. *Caulibus* multis ſesquipedalibus, & foliоſis; *folio* rubo Idæo vulgari ſimili, averſa parte candicante & lanuginoſa; *fructu* rubro & ex granis ſic coagmentato, ut in metæ modum faſtigietur, fragi magnitudine, & acido cum maturuit ſapore. 2. *Valentinus*, qui Cluſio *Rubus Idæus Placæ*, Bauhino *rubus ſine ſpinis Valentinus*. *Folia* huic molliora, ſarmenta per terram longa, *ſpinæ* nullæ; *fructus* vulgari minor. Oſtendit Cluſio non longè à Valentia in monaſterio D. Virginis Placa Medicus. Facit ejus & latinus Dioſcoridis codex mentionem; ſed præter Græci fidem. III. *Rubus Idæus leucocarpos*, in eo ſolum à ſuperiore differt, quod fructum candidum profert.

Bauhin. H. P. l. 14. c. 3. p. 60.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 82.

Lobel. Adverſ. p. 452.

3. *Rubus exoticus*, eſt Lobelio *Rubi facie ſenticoſa planta*, cujus truncum & bacillum exprimi curavit. Carpi craſſitie eſt, longam haſtam æquans, & *cortice* nigro, denſo veſtitus, tuberculis craſſis, ſenticoſis, creberrimis, in clavæ modum muricato, ſolido & gravi, præduro ligno.

II. Rubus minor, ſeu humilis & repens, Græcis Chamærubus eſt duplex, 1. *Spinoſus fructu caruleo*. 2. *Non ſpinoſus*.

1. *Chamærubus ſpinoſus fructu caruleo*, Theophraſto *Chamæbatos*, Gazæ *Humirubus*, Cluſio *Humilis Belgicus*, ſarmentis longè lateque diffuſis ſerpit, & tenuiſſimis aculeatisque flagellis aliquando ſe attollit; ita tamen, ut protinus deorſum vergat. *Folia* lupulo penè reſpondent, niſi quod magis nigricent, & ſpinis aſperioribus horreant. *Flores* Trago ex candido roſei, ſtellati, qui Majo menſe prorumpunt. *Fructus*, qui minor, primo exortu viridis, paulo poſt ruber, per maturitatem cæruleus vel cæſius, & piloſus: radix nodoſa. *Gaudet* ripis fluviorum nec non humectis & incultis agris. Cluſ. l. c. Bauhin. H. P. l. 14. c. 2. p. 59.

2. *Chamærubus ſeu Rubus minor non ſpinoſus* eſt triplex, 1. *Saxatilis*. 2. *foliis Ribes*. 3. *foliis Vitis*. *I. Chamærubus ſaxatilis* Geſnero & Bauhino *Rubus Alpinus humilis*, Cluſ. *Rubus petræus* ſive *Alpinus*, Thalio *Rubus minimus*. Pedalis eſt altitudinis. *Viticuli* teretes, ſubrubentes & hirſuti, *folia* in illis terna, Rubo Idæo penè ſimilia, rugoſa; *flores* in ſupremis viticulorum alis. *Mora* punicea ex longo pediculo in ramorum extremitate plura, capitulo ceu ruborum, ſæpe uno acino vel duobus conſtant, interdum tribus, rarius quatuor, ſapore grato, acido: *granum* unum ſingulis acinis mediocriter durum, ſublongum, rugoſum, majus quam ſemina rubi Idæi. Geſn. in Hortis Germ. Bauhin. H. P. l. 14. c. 4. p. 61. Thal. in ſylva Hercyn.

II. Chamærubus foliis Ribes eſt duplex, *Norvegicus* & *Anglicus*. 1. *Chamærubus foliis Ribes Norvegicus*, Bauhino *Chamæmorus Norvegica*, Cluſio ab Hojero transmiſſa eſt. Erant, *inquit ille*, *virgæ* tenues digitalis longitudinis, fuſci coloris *cortice* obductæ, quibus inhærebant uncialibus petiolis *folia*, vulgaris Ribes foliis non valdè diſſimilia, ſed paulò magis orbiculata, in breves aliquot lacinias diviſa, tribusque eminentioribus nervis aversâ parte prædita, è quibus multæ venæ ad circumferentiam ſparguntur, in ambitu dentata: è ſummis Cluſ. l. c. Bauhin. H. P. l. 14. c. 2. p. 59.

Capparis spinosa Fructu rotundo folio rotundo.

Chamæ rubus folijs Ribes Anglicus.

Chamæ rubus saxatilis

Capparis spinosa folio acuto.

Capparis portulacæ folio.

Capparis officinarum Cortex.

Sabina folio Cupressi prima.

Sabina folio Cupressi altera.

Sabina Tamariscifolio Dioscoridis.

mis virgis exeunt oblongiores tenuioresque petioli sustinentes singularem *caliculum*, è quo *flos* emergit candidus, nunc quaternis, modò quinis foliolis constans, umbilicum occupantibus multis exilibus staminibus albis, cum flavis apicibus: flori *fructus* succedit, fragi magnitudine, rubens aut pallidus, cujus interior pulpa mollis, humida, mucilaginosa, exilium acinulorum plena, gustu non insuavis, qui mensibus Junio, Quintili & Sextili maturatur, & ab incolis **Woltebeeren** dicitur. *Prodit* paludosis & humectis locis. Ex fructu Electuarium paratur, præsentissimum contra scorbutum remedium. Æstate comeditur crudus, mittunturque tum in rubeta ægri, ut eo vescantur. 2. *Chamærubus foliis Ribes Anglica*, Bauhino *Rubo Idæo affinis Chamæmorus*, Clusio *Chamæmorus*, Anglis *Knotberries*, seu *bacca nodosa*, dicitur. Dodrantales huic *viticulæ*, in quibus alternatim, tria, quatuor, aut quinque *folia*, scabra, serrata, quæ ex binis aliis cauliculum amplectentibus, exeunt. *Flos* in summo caule, unicus, quinquefolius, ex nigro purpurascens, in Junio vel Julii initio prorumpit. *Fructus* fructui Rubi vulgaris simillimus, sed paulò minor, primò albicans & acerbus, postea ruber, mense Augusto maturatur. *Amat* nivosa & aperta: in monte Engleborow omnium in Anglia altissimo inter Ericeta frequens. *III. Chamærubus foliis vitis*, Clus. *Chamæmorus Norvegica altera*, dodrantalis est, *cortice* petiolorum nigricante, *foliis* latis, dissectis, vitis foliorum modo: *baccis* in cujusque pediculi apice quamplurimis conjunctis tanquam in umbella, non ut in vulgari Ribesio è multis oblongis racemulis pendentibus, rubentibus, acidulis; saporis valdè ingrati: Incolis **Tetiebeeren** nuncupatis.

Clus. H.P. l.1.c.84.

Punctum VI.

De Cappari.

Tab. LXXVIII

I. *Capparis* Dioscoridi est frutex aculeatus, (πτορθάκαντος Theophrasto) & firmioris *ligni* addit Plinius, per terram in orbem stratus (ἐπιγενόκαυλος) *spinas* aduncas ut Rubus habet. *Folia* rotunda, (ἐπακανθίζοντα) malo cydonio similia; *fructus* ut olea, qui cum dehiscit, album florem promit; quo delapso, quiddam glandis oblongæ figurâ reperitur, quod apertum grana tanquam Punica exigua, rubentia, exhibet. Hinc Theophrastus balani ungventariæ fructui comparat. *Radices* lignosæ, numerosæ & magnæ. (Theophrastus μονόῤῥιζον dixit) Inter θερινὰ καὶ τῇ ἀνθήσει καὶ τῇ βλαστήσει numeratur: nec credidit Theophrastus γεωργίας προσδέχεσθαι, sed & deteriorem eadem, ut naturâ sylvestrem dixeris; de quo in sequentibus. *Floret* æstate: viret usq; in Vergiliarum occasum. *Nascitur* in sabulosis. Ideo iis Plinius familiarissimum dixit. Ideò & siccis *seritur*, maximè area in defossu cavata, ripisque undique circumstructis lapide: alias evagatur per agros, & cogit solum sterilescere. Nascitur & plurimis provinciis sua spontè novalibus, in insulis domorumque areis. *Vsus* ejus in *cibis* & *Medicina*. *Caulis & fructus* ταριχεύεται εἰς βρῶσιν: sed quia tenuium partium, minimum alimenti suggerit. *Radicis* cortex amarus est, acris, acerbus. Ideò propter amaritudinem abstergit, purgat, incidit; propter acrimoniam, excalefacit, digerit; propter acerbitatem, contrahit, densat & stringit. Laudatissimus contra lienes induratos, sive extra imponatur; sive adhibeatur intra. Quadraginta dierum spacio ex vino potus lienem τάκειν dicitur. Quin & menses promovet, & ulceribus cataplasmatis instar adhibetur; dentiumque dolores in aceto vel vino potus sedare solet. Eadē *foliis* & *fructui* virtus, non tamē

Theophr. H.P.l.6.c.1.3.5. Dioscor.M.M.l.2.c.204

Theophr. H.P.l.4.c.2 Theophr. H.P.l.7.c.10.l.5.c.3. l.1.c.6.

Plin. H.N. l.19.c.8.

Columella R.R.l.2.c.3. Gal.l.de Alim. facult.

Galen.l.7. simplic.

Plin.H.N. l.13.23.

Capparis.

tanta. Illis quandoque paucis diebus duritiem Chæradis naturam referentem Galenus sustulit. E succo fructus clysteres Serapioni ad Sciaticam, instillatus auribus, occidit vermes. Dioscorides turbare alvum dixit, stomachoque incōmodum, & sitim inducere; commodiorem coctum. *Quatuor* ejus sunt *genera*. *I. Africana*, quæ apud Marmaridas (falsò μαγναρίτας habent quidam codices) nascitur, & vulvis infesta, & vehemēter inflat. *II. Apula*, quæ in Apulia provenit, vomitum facit, stomachumq; & alvum exsolvit, quod fortè de recente sumendū. Nam ferunt, *inquit idem Plinius*, qui quotidiè capparim Italicam edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. *Radix*, addit, vitiligines albas tollit, si tritæ in sole fricentur: bibiturque in lumborum doloribus. *III. Arabica*, quæ è rubro mari & Arabia defertur, quia in calidis provenit, multo est nostrate δριμυτέρα, adeò ut in ore pustulas excitet, & ossa ἀχρὶ γυμνώσεως exedat. Ideò Plinio pestilens.

II. Apud RECENTIORES est Capparis quadruplex 1. *Spinosa*. 2. *Non spinosa*. 3. *Arborescens fructu juglandis magnitudine*. 4. *Portulacæ folio*.

I. Capparis spinosa est iterum duplex 1. *Fructu minore, folio rotundo*. 2. *folio acuto*.

Stapel. ad Theophr. H.P.l.6.c.5. p.639. Bauhin. H. P.l.14.c.7. p.63. Dodon.H. P. pempt.6. l.1.c.6.

1. *Capparis spinosa fructu minore, folio rotundo*, Cæsalp. est *Italica*, Lobel. *retuso folio*, Tabern. *secunda*, aculeatus frutex est. *Ramuli* aduncis hamis horridi, per terram orbiculariter sternuntur, nisi pedamentis fulciantur. *Folia* circa hos lata, veluti mali cotoneæ, sed rotundiora, saporis perquam amari. E sinu tenues pediculi, quibus capitula rotunda, viridantia. *Flos*, hæc ubi dehiscunt, æstate insequitur candidus, rosæ aut mali cotoneæ similis, cujus medium infiniti fibrarum cirri insedere. *Fructus* oblongi, olivarum æmuli, in quibus semina parva albida, pericarpio oblongo inclusa, ex ruffo milio non dissimilia. *Visa* Lugduni Novembri florere. Ex Alexandria optimæ Venetias deferuntur. In Apulia Ægyptiis deteriores proveniunt. Visa & Romæ in collapsis ruderibus circa Pacis templum; Senis quoque, cujus fructus Apulæ sapore non cedat. Sed & in ora Tyrrhenici maris fruticat. De hujus *Usu* sumendum, quod superius ex Veteribus diximus. In *cibis* meliores putantur: ideò sexies pluris emuntur, quàm majores. *Radicem* masticatam multam pituitam trahere, tradidit Montanus. Denigrat capillos si in lacte asinina ad tertias cocta inungatur. Cortex radicis in obstructionibus lienis passim adhibetur. Fiunt ex eo & Tabellæ cum croco Martis.

Lobel. Adverſ p 281. Bayrus in Praxi.

Hartm. in Chymiatr.

2. *De Cappari spinosa folio acuto* nihil occurrit, quod dicatur, nisi folium diversum habere; laudatissimam Veteribus in Caria, proximam in Phrygia. De *cultura* ejus ita *Quinqueranus*. Quin & cappatum messibus, non alia ditior plaga, feruntur in vetustis parietibus, nulla muri injuriā. Nam quæ per solum repunt, quamvis siccum, asperum atque saxosum, multò ignobiliores compertæ sunt. Hujus rei satio perficitur in hunc modum; contunduntur veterum murorum cæmenta; his probè tusis miscentur capparorum semina ex nigro rubescentia, magnitudine milii, oblongiora; hujus mixtionis tantillum injicitur in arundinem utrinque foratam, & ubicunq; foramina sunt in muro, aut grandiores rimæ, flatu injicitur, id juvante cœlo per se radicatur, mox ineunte ætate ex ea radice truncus emergit, qui digitis duobus per rimam caput exerit; ex eo capite numerosæ sagittæ emicant, rectæ, leves, bipedali proceritate; quæ veluti è centro ad circumferentiam tendentes orbem efficiunt, multiplici decussu stellatū. Rursum hæ sagittæ utrimque folia habent pyri palmari intervallo, è quorum sinu pediculi exiliunt acuminati, acumine ipso

Plin.H.N. l.19.c.8.

Quinquerf. l.2. de laudib. Provinciæ.

cap-

capperem gestantes ; tum colligi cappares oportet. quippe longiore mora ex ipsis capparum volgis flos emergit, qui inutiles ad condituram reddit: sublata vindemia folia decidunt, & totæ propagines quadantenus exsiccantur, putanturque vitium ritu, ita ut dejecta universa coma, glabrum caput relinquatur, ad parem spem sequentis anni. optima satio autumno, ut & cœli aspectus in orientem.

Alpin. de plant. Ægypt. c. 42. p. 129.

II. Capparis non spinosa fructu majore, nihil diversi à præcedentibus habet, præter ab aculeis immunitatem. Cappares autem Alexandriæ majores esse quam alibi, quas *Cappar* appellant, Alpinus author est.

Bellon. obs. l. 2. c. 60.

III. Capparis arborescens fructu juglandis magnitudine observata in Arabia à Bellonio. Æquat pumilarum ficuum altitudinem. *Fructus* ovi gallinacei magnitudine, cui semina intus piperis instar calida. Cappares ipsæ juglandi quantitate non cedunt. *Semina* vino commiscere solent incolæ ut conserventur. Notatæ ab eodem cappares in Tauri montis fissuris, plurimum ab his quæ in arbores adolescunt, & quæ in Græcia proveniunt, differentes.

Lobel. Obs. p. 511. Dodon. H. P. Pempt. 6. l. 1. c. 7. Bauhin. H. P. l. 14. c. 8. p. 66.

IV. Capparis portulacæ folio, Lobel. & Tabern. *Capparis leguminosa*, Dodon. *Capparis fabago*, Camer. *sylvestris* seu *fabaginea*, Syrorum *Morgsani*, Rhasis *Andirian*, Abensinæ *Ardefrigi*, Lugdunensi *Fabago Belgarum*, Columnæ *Telephium Dioscoridis & Plinii*, Bauhino *Peplios Lutetianorum*, dicitur. Longi, lenti, glabri, striati & ramosi *caules*. Ad horum genicula duo ex adverso pediculi quibus in cacumine bina *folia*, pingvia, ex rotundo oblonga, portulacæ quodammodo similia. *Flos* unicus, miniatus, ex pediculis dependet, extra eum longa, rubentia stamina, cum apicibus concoloribus prominent: extrinsecus à foliolis oblongis, viridantibus, exhibetur. *Siliqua* sesamo similis, oblonga, angulosa, quatuor veluti ex thecis composita; in qua *semina* plura, lata, ex rotunditate in acumen desinentia. Universa planta gustu salicis amara est. Visa *florere* Augusto in Horto Regio. Romæ sponte inter rudera *nasci* prodidit Camerarius, Ignotam Veteribus quidam censent: alii *Cepæam Dioscoridis* esse opinantur. Halepi ingratissimi est odoris, & ideo frequentis contra lumbricos usus. Cappa-ris. Camer. in Epitome. Rauvvolf. in itiner.

Ex Exoticis huc tria pertinent. *I. Albaut Theveti*, herba in insula Succhen, Æthiopico littori adjacente, in rupibus sese latè diffundens. *Folia* ferè Capparis, cujus fructus germina seu capitula rotunda. *Foliis*, radicibus, fructu incolæ ad colicos & stomachi dolores utuntur, suntque suavissima. *II. Sacquenumener* seu baccæ plantæ quæ in Virginia, in stagnantibus aquis reperitur. *III. Ocouchtanimins* seu acini, qui ibidem in riguis convallibus cappar um instar crescunt. Incocti malignæ sunt qualitatis. Forte cum præcedentibus baccis iidem. *IV. Herba sinus S. Augustini fructu cappari simili*, foliis rotundis, viridibus, & crassis. Incolæ, *Essac* vocant, & in acetariis adhibent. Bauh. H. P. l. 14. c. 9. Ind. Occid. p. 1. De Laet Ind. Occid. l. 3. c. 15. Purchas. Navig. Tomo 1. p. 419.

Articulus V.

De Arboribus Baccifer is Classis quintæ.

Punctum I.

De Sabina.

AD Classem quintam baccifera rum, *Sabinam*, *Cedrum*, *Iunipe-rum*, *Thujam*, *Brutam*, *Asparagum & Corrudam* refero. Vid. Tab. LXXVIII.

I. *Sabina Veteribus* in duplici est differentia. *I. Alia* est *Cupressi folio*, Cupressus Cretica nonnullis. Spinosior hæc coactæ brevitatis, καὶ εἰς πλάτος μᾶλλον χωμένη, βαρυοσμὸς, acris, πυρωτικὴ, & perpetui viroris. Dioscor. M. M. l. 1. c. 104

Sabina. Multi eandem cum arbore Bruta, vel potius Brathy de qua sub Thuja, sed malè, credunt. Quidam Paradysi arborem opinantur. Magis Cupresso aromaticam Galenus dixit, non quòd odoratu gravem non agnosceret: nec enim aromaticis plantis semper sapore grato, vel odore jucundo opus est: sed quod in thymiamate non ultimum locum habuerit. Nisi de gustu aromatico potius sumere velis. Idem enim Citrium ἐυῶδες καὶ ἀρωματίζον, ἀ κατὰ πλῶ ὀσμὴν μόνον, ἀλλα καὶ κατὰ πλῶ γεῦσιν dixit.

Galen. de Alim. facult. l. 2. c. 37.

II. *Alia* est *folio Tamaricis*, de qua nihil occurrit. Quoad *Vsum*, ex fortiter siccantibus utraque Galeno: idcò putredinis averruncа. Dioscoridi *folia* contra nomas & phlegmonas adhibentur: carbunculos cum melle circumquaque rumpunt: cum vino sanguinem tenuitate sua per urinas educunt & partum expellunt, seu pota seu apposita, seu suffita, quod & apud Galenum occurrit. Plinius in medicamentis duplicato pondere eosdem effectus quos Cinnamomum, habere tradit; gallinaceique generis pituitas fumo ejus sanari.

Dioscor. l. c.

II. MODERNIS duplex quoque est, 1. *Folio Tamarisci Dioscoridis*, & 2. *Folio cupressi*.

I. Sabina folio Tamarisci Dioscoridis, Camerario dicitur *vulgaris*, Matthiolo *sterilis*, Cordo *mitifolio*, Tabernom. *mas*. Arbor est perpetui viroris, in latum magis quam altum proficiens. *Caudex* satis crassus. *Cortex* subtuffus. *Rami* flexiles, circa quos verno tempore squammosum quid ac fungosum undique cingitur, colore ex pallido rubente vel subluteo rubro, facie auriculæ Judæ, sive fungi qui ad Sambucum nascitur. *Folia* cum oriuntur cupresso sunt similia, mox in foliorum Tamarisci formam abeunt, duriora, aliquantulum spinosa, graviter olentia, fervido gustu. *Flosculi* medio ferè Maii prodeunt exigui, quadranduli, ex albido lutei. *Fructus* novellæ nullus; nec antiquæ, si surculo non semine sata.

Matth. in Dioscor. l. 1. c. 88. Cordus ad Dioscor. l. c. Tabernom. H. P. l. 3. c. 8. p. 38. edit. A. 1625.

II. Sabina folio Cupressi est duplex. *Prima* & *Altera*.

1. *Sabina folio Cupressi prima*, Matthiolo *Baccifera*, Dodon. *altera*, Gesnero *Major*, Lobel. *Genuina baccifera atrorubra*, Tabern. *Fœmina minor*, vulgatæ sterili Sabinæ ortu totâque facie est simillima. *Materies* subrubra: *folia* paulò minus acuta, minusque rigida. *bacca* sine grano, ad ramulos viridis primo; ubi maturuit cærulea. *Visa* in monte Ceto propè Monspelium; nec non in Belgii viridariis.

Tabern. H. P. l. 5. c. 8. p. 671. Lobel. Obs. p. 616.

2. *Sabina folio Cupressi altera*, Lobel. *Baccata alia*, Tabernom. *Fœmina major*, ramulorum exilitate & foliorum tenuitate duntaxat à superiore diversa, inter Sabinas & Cedros phœniceas media. *Baccas* fert prima majores. *Nascitur* in Calabriæ & Apuliæ montosis. *Bauhinus* flores minimos, luteos, veluti julos in extremitatibus se observasse & baccas utramque Juniperinis æquales ferre scripsit, quas virentes ex albido cæruleo quodam colore tinctas, tubercula quædam obsident. In summo, *addit*, aliquando pediculo oppositо apex modo unus, modo duo prominent, semine intus contento. Tandem etiam maturæ atrocæruleæ fiunt. Has baccas nulli præcedunt *flores*, sed duntaxat baccarum rudimenta, incurvis pediculis insidentia, ex tribus, quatuor, aut quinque exiguis tuberculis, instar Myrmeciæ verrucæ parvæ composita. E *foliis* destillatur aqua, maculas faciei abstergens; & qua venatores ad curandam canum scabiem utuntur. *Nota* verò. Dari in Sabina aliquas pro ratione soli, sationis, & cultus varietates. Novellæ, ut dixi, nullum ferunt fructum: nec antiquæ aliquem, nisi semine prodeant. Sed nec hoc perpetuum. In horto quidem Montbelgardensi nullos fructus tulit: sed alibi plantata, plurimas baccas proferre visa est. Visa & in Burgundia & in Castello Beveuge, à Bauhino, foliis non spinosis; Basileæ aliquando baccifera; Tubingæ, quæ sponte provenerat, foliis

Lobel. Obser. p. 616.

Bauh. H. P. l. 9. c. 21. p. 288.

Cedrus cupressi foliis media majoribus Baccis

Cedrus eadem Baubini.

Cedrus Cupressi foliis Bacifera major fructu flavescente

Tab: LXXIX

Iuniperus Vulgaris fruticosa Weckholder.

Iuniperus montana minor folio latioro fructu longiore.

Iuniperus major cærulea

Iuniperus major bacca rufescente malfioli.

Iuniperus major bacca rufescente Clusij.

Lignum Exoticum ab arbore Americana oxyacanthæ simili re fectum.

liis partim spinosis, partim non spinosis. Gesnero baccas Septembri profert. Non est ergò mirum diversa de illa ab authoribus prodi.

PUNCTUM II.

De Cedro baccifera.

TAB. LXXIX. Dioscor. M. M. l. 1. c. 105 Theophr. H. P. l. 1. c. 15. & 16.

I. DUplex *Veteribus Cedrus, Conifera* nempe & *Baccifera*. Nos hic de ista, de illa inferius agemus. Parva est. *folia* perpetui viroris, rara, & extremitate pungente. Ideò spinosam Juniperi modo Dioscorides dixit. De *Generibus* ambigitur. Duas quidam apud Theophrastum affirmant, *Lyciam* nempe & φοινικὴν; punicam alii simplicem dicunt, inter quos qui Idam montem incolunt. Junipero hic non dissimilis, sed *folio* maximè distat, ut pote quod durum, acutum, spinosumque, excelsior nasci videtur. Alii nominibus minimè dividunt, sed ambas *Cedros* appellant, Cedrum tamen cum appendice *Oxycedrum*. Nodosæ ambæ, πολυμάσχαλαι, καὶ ἐπιστραμμένα ἔχοντες τὰ ξύλα. Cedro τὸ πλεῖστον ἐγκάρδιον καὶ ἀσαπὲς, adde ἔρυθρον & ἐνῶδες. *Fructus* qui Galeno κέδρις, eidem ξανθὸς ex rubedine flavescit, myrti magnitudine, odoratus & ἡδὺς ἐσθίεσθαι. Unicam hinc Cedrum bacciferam, quæ *Oxycedrus* juniperoque similis, colligas, cui & Geoponicorum author Juniperum similem fecit. Plinius *Cedri, Oxycedri* & *Iuniperi* historiam confudisse videtur. Cum enim unum sit Cedri apud Idæos genus, ille facit Lyciam & Phœniciam, quarum utraque Myrti magnitudine fructum fert, dulcem sapore; altera odore præstat. *Vsum* si spectes, calidæ sunt & siccæ in tertio *Cedrides*. Si liberalius iis utare, dolorem capitis inferunt, ardoremque ventriculi. Tussim de cætero sanant, urinam cient, alvum sistunt; ruptis convulsis, spasticis, & stranguriæ utiles.

Gal. l. 2. de Alim. fac. c. 15.

Cass. Bass. l. 11. c. 1. Plin. H. N. l. 13. c. 5.

Galen. l. 7. Simplic. Medicam.

II. NOBIS unicum quoque est *Cedri bacciferæ* genus, quod folio Cupressi, sed magnitudine distinctum. Est enim *Cedrus*, 1. *Major fructu flavescente*. 2. *Media majoribus baccis*. 3. *Minor*.

Cedrus baccifera.

I. Cedrus folio cupressi major, fructu flavescente, est *Cupressus sylvestris* Dioscoridis, in Codice Hermolai, *Cedrus Phœnicea* Plinii, *Cedrus Lycia*, Matthiol. *Cedrus Pumila foliis obtusis phœnicea* Bellon. *Oxycedrus Lycia* Dodon. *Iuniperus major* Clus. *Oxycedrus folio cupressi*, aut *Sabina major Monspeliensium, & phœnicea media* Lobel. *Cedrus Phœnicea secunda* Tabernom. Lugdunensi *Thujæ genus quartum*, aliis *primum*, Bauhino *Cedrus Lycia retusa* Bellonio dicta. frutex est, qui humanam altitudinem rarò superat. *Caudex* contortus & ramosus, cortice scabro, exterius fulvo, interius rubente, vestitus. *folia* adultæ cupressi carnosa, ex continua quatuor foliorum connexorum serie concinnata, quæ trita gratum odorem spirant. *flores* flavi, extremis foliolis insident, & vere producuntur. *fructus* baccarum Myrti magnitudine, rotundus, viridis primum, mox ad phæniceum tendens, seu ut Dodonæus, per maturitatem flavus, ad ruborem inclinans, cui tria aut quatuor oblonga & striata, quæque albam, oryzæ similem & ῥητινώδη medullam continent, grana, ab Oxycedrinis solo linearum triquetrarum defectu distincta, mollescit maturitate. *Nota* verò, teneri & recentis folia, juniperi folia æmulari, nisi paulò breviora & molliora essent: inferiores ramos pungentibus & acutis foliis: summos obtusis & rotundis interdum vestiri. *Nascitur* ad Tyrrhenum mare, inter Calpen & Malaccam; nec non maritimis Galliæ Narbonensis oris, in Illyrico & Epiro.

Matthiol. In Dioscor. l. 1. c. 89. p. 123. Bauhin. H. P. l. 9. c. 24. p. 295. Clus. H. P. l. 1. c. 25. Bellon. obs. Dodon. Pempt. l. 5. c. 5. Lobel. Observ. p. 627.

II. Cedrus folio cupressi media majoribus baccis, Bellon. *Cedrus Lycia*, Lugdunensi *Thuja Massiliensium*, ramis & foliis est habitioribus, & *baccis* per totos ramos quadruplo majoribus, resinosis, phœniceis, nucem Ponticam æquantibus.

Lobel. Advers. p. 627.

III. Cedrus Cupressi foliis minor, est *Cedrus phœnicea minor*, vel *tertia Lobelii*.

Lobel. l. c.

Juniperus.

belii. Eodem modo cum media seu illa quam majorem diximus fruticat, ramis & foliis tenuioribus, granis phœniceis. Calidioribus montosis maritimisque *gaudet* Galliæ Narbonensis & Apulejæ.

Punctum III.

Vid. Tab. LXXIX.

De Junipero.

Theophr. H.P.l.3.c.7. c.12.l.1.c.15 l.3.c.4.

I. *Juniperus* arbor Theophrasto auctu est facillima, & Cedro minore excelsior. *Radix* rara & inter ὑπερπολαίους. *Caudex* nodosus, πολυμάχαλος & tortuosus. *Materies* non spissa, ideo cæsa brevi putrescens. *Folium* Cedro bacciferæ mollius, idemque perpetuò virens. *Florere* Macedones non arbitrabantur. *Fructus* qui ἀρκεύθις, niger, gustuque austerus, τῇ ὥρᾳ ὄψον. Tardissimè perficitur. ἐνιαύσιον enim habet. ἀπὸ καταλαμβάνεσθαι τὸν πέρυσινον. Unde *Plinius* dixit, anniferam haberi, novumque fructum in hac cum annotino pendere. Quidam nec maturari dicunt. Ideò decerpitur & ad tempus reservatur: quod si in arbore relinquatur ξηραίνεται. Theophrastus μένειν εἰς ἐνιαύτον alibi scribit. ὅταν ἀπὸ θηφυῇ ὁ ἀπεσπὸς ὀπτοπίπτῃ. At Arcades, fructus simul retinere ternos volunt. Unum πέρυσινὸν ὥπως πίπτοντα; alterum ἀπερύσινον, ἤδη πίπτοντα καὶ ἰδιοβιμόν. tertium τὸ νέον, quod incertum. Humor in lachrymæ modum spargitur.

Theophr. H.P.l.3.c.12

Theophr. H.P.l.9.c.1.

Nascitur montosis, ἀπὶ τὰς κορυφὰς, τὰ ἄκρωδη καὶ χειμέρα, sed non in excelsum.

Theophr. l.3.c.4.& 12

Nasci in planis circa Macedoniam respuit. *Usus* εἰς τεκτονίας, sive ὑπαίθρια, sive κατὰ γῆς κατορυττόμενα respicias, & quidem ἀπὸ τὸ ἀσαπὲς. Nec cariem nec vetustatem sentit, exque ea in templo Ephesino trabes.

Theophr. H.P.l.5.c.2. Plin. H.N. l.24.c.8. Plutarch. de Iside & Osiride.

Genera apud eosdem Veteres, duo. *Alia* enim *Major*, vulgo cognita, cupresso secundum Auctuarii authorem ἀμφιρὴς, cujus fructus nucis Ponticæ magnitudine reperitur, quæque ἐν τοῖχοις καὶ ἀπὸ θαλασσίους plærumque prorumpit. *Alia Minor*, cujus fructus κύαμον, (malè καρύον) Græcam nempè & rotundam æquat. Odoratus idem, dulcis in mandendo ac subamarus. Cedro utramque assimilem Plinius dixit perperam. *Syriaca Cedrus* & minor Juniperus, planè dissimiles; majori pro fructu bacca, Cedro conus. Minorem Cedrum & majorem juniperum folio differre, superius dictum. Quidam olim, *Aliam* florere nec ferre; *aliam* verò quæ non floreat, ferre protinus baccis subnascentibus, quæ biennio hæreant, dixerunt. Adde his *Majorem* quam vastam Hispania fert, maximique baccæ ejus. *Usum* & *vires* si attendas, excalfactoria ex illis utraque & urinas ciens; accensaque serpentes fugat. Arceuthis moderatè calefacit & adstringit, stomachi, pectoris & lateris doloribus utilis. Inflationes algoresque discutit, & tusses concoquit. *Folia* quæ acria viperarum morsibus opponuntur, vel ipsorum succus. Ramenta *ligni* pota interficere, inter Dioscoridis notha legitur; refellitque experientia. Possunt tamen nocere & suffocare aliquando, quia propter summam siccitatem adhærent. Sic multum pinsi & cribrari Colocynthis debet, ne intestinis affixa exulceret. Umbra Virgilio noxia propter blandam odoris eluviem, si scilicet justo diutius sub eâ moreris.

Theophr. H.P.l.3.c.6. Plin. H.N. l.16.c.20.& c.39. Dioscor.M. M.l.1.c.109

Virgil. Eclog.ultima.

II. RECENTIORIBUS tria summa Juniperi genera. 1. *Vulgaris.* 2. *Minor montana folio latiore fructuque longiore*, & 3. *Major.*

1. Iuniperus vulgaris est etiam duplex 1. *Fruticosa.* 2. *Arbor.*

1. *Iuniperus vulgaris fruticosa*, Clusio *vulgaris*, Gesnero *Humilis.* Cordo *Minor*, Tabernom. *baccifera*, Camerar. *nostras*, Bauhin. *vulgaris baccis parvis purpureis*, denso ramorum stipatu fruticat. *Radices* multifidæ, cortice puniceo vestitæ. *Cortex* scaber, deciduus & rubens: materies rubescens, odore resinoso. *Folia* in ramulis perpetui viroris, oblonga, rigida, aculeata, valdè angusta. *Baccæ* exiguæ, rotundæ, numerosæ. Umbilicus ipsis in tres radices, totidem semi-

Clus. H.P. l.1.c.25. Gesner in Horto. Bauhin. H. P.l.9.c.25. p.293.

seminum loculos ostendenses distinctus, magnitudo ad grana piperis dupla; in singulis grana tria oblonga, triangula, pulpâ nonnihil rufsa, sapore acri, resinoso, cum quadam dulcedine, tactu, ubi inveteravere, oleoso. Viresciunt primò, per maturitatem nigræ aut atrocæruleæ: hicque iis altero demum anno, Autumno appetente color. Gesnerus cultioribus locis autumno ferre scribit. Sudat & mense Majo, si pluviosa tempestas, *lachrymam*, quæ fungi instar, magna in copia arbori adhæret. *Provenit* limosis & lapidosis locis, in Italia, Germania, Anglia, Hispania &c. *Variat* ratione floris. *Alia* enim pro flore in tribus foliolis minutissimis futuræ baccæ rudimentum habet, tam exiguum ut vix conspici possit. *Alia* quæ *fœmina* fortè dici posset, *flores* producit mense Majo plurimos, confertos. *Conorum* exiguorum hi instar, purpura cum croceo mixta pisti, ex plurimis corpusculis rotundis, Papaveris semine minoribus, pulvisculo farinaceo fartis compinguntur, intercedentibus raris quibusdam viridantibus acuminatis foliolis, squammatim corpuscula illa obtegentibus. Cum dehiscunt effigiem capituli equiseti florentis, repræsentant, adnatis unicuique squammulæ apicibus ruffis. Cæsalpinus *flosculos* amentaceos exiles vocat, Bauhinus instar nucamentorum minimorum, ut vix appareant, dicit. Sed nec in his inter Botanicos convenit. Nam quidam abeunte in auras pulvisculo, & baccarum spem eludi, nec ullum fructum insequi scribunt. At Tragus, mense quidem Majo tenuissimum ac luteum pulverem è Juniperis in auras avolare, sed post baccas prorumpere reliquit. Utut sit, magni est in *Medicina* usus. *Ramis* & *virgultis* accensis aer pestilens emendatur. Cinis ex iisdem & baccis nucis juglandis magnitudine in vino suspensus, multum hydropicis prodest. *Radicis* decocto Afri Medici in Lue Venerea utuntur. E *baccis* fit *decoctum* cum aceto, quo dentes dolentes colluuntur: cum vino generoso, addito colaturæ croci momento, quo menses cientur; *Aqua* quæ fœtum quoque mortuum, extrahit. *Spiritus* qui insequente semicupio cum Malva & Chamęmelo incocta, duorum cochlearium pondere, calculosis propinatur; *Oleum* cujus guttula pani aspersa urinas violarum odore imbuit, convenienter sumpta, calculosis & urinæ difficultate laborantibus propinatur; *succus*, qui ad duodecim annos durare potest, & verè Theriaca Germanorum dici potest, tum quod contra venena efficax, tum quod corporibus ipsorum convenientissima; *Sal* denique quod inter egregia sudorifera computari debet. Nullum lignigenus carbonem præbet, qui diutius ignem conservet.

Scalig. Exercit. 180.

Juniperus.

Evonymus in Thesauro.

2. *Iuniperus vulgaris arbor*, sola magnitudine à priore differt. Non tantum in Hispania, ut Plinius & Clusius notarunt, sed & alibi *nascitur*. In Castella nova supra Segobiam frequens, exque ea trabes & contignationes ab incolis parantur. In Belgio cultioribus hortis, justam quoque arboris magnitudinem attingit. In monte la Chaux, circa Vandacourt & Blaumont, altitudinem duorum hominum excedit, crasso Nucis caudice, ut inde scyphi tornentur. In Herruria denique agro Senensi, cujus fructus sylvestris, crassior & dulcior. Vidit & Patavii in horto Nobilis Bembi mense Januario Bauhinus.

Clus. l. c. Bauh. l. c.

II. *Juniperus montana minor, folio latiore, fructuque longiore*, dicitur Gesnero *Minima*, Clusio *Alpina*. Cubitalem altitudinem non excedit, sed quasi humi spargitur. *Rami* sunt vulgari multò crassiores & breviores, lenti & contorti. Tenellos *folia* terna, æqualiter semper nascentia, breviora, crassiora, pungentia ambiunt, quibus color exterius viridis, interius ex cæruleo candicans. *fructus* vulgari similis, sed paulo longior, per maturitatem niger, & ejusdem saporis. *Conspecta* in scopulis Dürrenstein & Etticher. *Ramulus Bauhino ex*

Gesner. in Horto. Clus. H. P. l. 1. c. 25.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 25. p. 299.

Juniperus. *ex Delphinatu missus*, rugoso erat & nigricante cortice, multis adnatis surculis fissus, denso foliorum agmine, ut ramuli vix potuerint conspici.

III. Juniperus major est triplex 1. *Baccâ cæruleâ.* 2. *Baccâ rufescente.* 3. *Fructu nucis magnitudine.*

Lobel. Adverss. p. 448. Observ. p. 619.

1. *Juniperus major baccâ cæruleâ* est *Juniperus maximus Illyricus* Lobelii, Bauhini & Tabernomontani, de qua ita Lobelius. Juniperi ex Istria quasdam habuimus plantas, non dispares fronde & figurâ Oxyarceuthidi, sive acutæ Junipero, sed *fructus* erat teres, oblongior, mediocris olivæ par. *Bacca* erat cærulea.

Clus. H. P. l. 1. c. 16. Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 89. Lobel Adverss. p. 448. Cordus ad Dioscor. l. 1. c. 106.

2. *Juniperus major baccâ russescente*, Bauhino *Oxycedrus Theophrasti & Galeni*, Matthiolo & Tabernom. *Cedrus phœnicea*, Clusio *Oxycedrus*, Cordo *Cedrus magna* seu *Juniperus peregrina*, Lobelio *Oxyarceuthis* seu *Juniperus acuta*, aliis *Cedrus Lycia Theophrasti Caudex* magnam partem contortus; *cortex* tenuis & rufescens. *folia* pungentia, vulgari longiora & rariora, terna semper circa ramulos. *Fructus* initio viridis, dein flavescens, tandem punicei coloris, sæpè avellanæ magnitudine, squammarum veluti rudimẽtis obsitus. Huic *nuclei* tres aut quatuor inæquales, majores, medulla intus alba. In Italia apud Montignosam Lucensium castrum, non procul à mari, fructus avellanis non cedunt. *Provenit* plærisque Hispaniæ & Galliæ Narbonensis locis asperis. Nusquam major Clusio quam supra Segobiam & Guadarama visa. Arboris magnitudinem æquabat; truncus humani corporis crassitiem. Ædium contignationes & trabes ex eo. Observata in ejusdem mense Octobri *ramis plantula*, digiti longitudine, visci instar, ramosa, geniculata, viridis, flavescens interdum, ramulis Myricæ recenter enatis, quam nonnulli *Salicorniã*, Monspeliani *Sempervivum marinum* vocant, sed paulò minoribus. Extremis interdum veluti fructus inhæret, Musci, qui in arboribus aut saxis nascitur, persimilis. Acidi est saporis, & valdè adstringit. Ex baccis vino remollitis exprimitur liquor, qui saccaro exceptus, ex pulmone & pectore purulenta educit; ac tempore pestis inter prælervativa censetur. *Affinis* ei si non eadem quam Scaliger Afris *Ettalche*, Arabibus *Harar* dici scribit. Æmulatur maximè Cedrum. Leo magnam esse, spinosam, foliis Juniperi scribit. *Medulla* in Numidia candida, in Æthiopia nigra, in Lybia purpurea vel violacea, cujus scobe vice Guajaci Medici in curando morbo Neapolitano utuntur. Fundit & *gummi*, quo Afri, quia mastichen odore & colore redolet, mastichen adulterare solent. Videtur ejus Thevetus sub nomine *Elabehen* meminisse, quæ in insula Cicone provenit, spinosa, & Junipero valdè similis. Eadem etiam fortè est cum illa quam Hermolaus *Capida* vocat, Junipero simili, & quam à Catone ita dictam invenit, ad lotium movendum.

Leo Afric. l. 9. Scalig. Exercit. 181. §. 19.

Hermol. in Dioscor. l. 1. c. 108. Bellon. in observat.

3. *Juniperus major fructu nucis magnitudine*, describitur à Bellonio, quod in Cedri altitudinem assurgat, *fructu* sit dulci, Gallæ quodammodo simili, eduli, nucleo nucleorum in olivis æmulo.

Ex Exoticis huc pertinet, *Arbor Americana Oxyacanthæ* similis. Assurgit ad octo pedum altitudinem, & latè se in multos ramos spinosos spargit. *Folia* instar foliorum spinæ appendicis dissecta, magis tamen virentia, & ad rutæ accedentia colorem. *Lignum* ab ea resectum, quod Garetus ad Clusium misit, pedalis erat longitudinis, crassum, contortum, cui *cortex* lævis, sed qui totus resinæ cujusdam subflavi coloris grumis quasi tesselatim dispositis erat obsitus, odore mastichis quando ad ignem admovebatur. Ligni *materies* gravis, dura & candicans.

Clus. Exot. l. 1. c. 6. Bauhin. H. P. l. 9. c. 29. p. 502.

Pun-

PUNCTUM IV.

De Thuja seu Thyia & Bruta.

Theophr. H.P.l.5.c.5. I. T*Huja* seu *Thyium* arbor describitur à Theophrasto, Plinioq; Citrus Atlantica dicitur. *Radice* nihil crispius, seu ὀλότερον: formâ cupresso similis, ramis, foliis, caudice & fructu; vel potius ceu cupressus sylvestris. Fabæ hic magnitudine, θυοδέστερος, vel θεωδέστερος cum Gaza simavis. *Nascitur* apud Ammonis fanum, atq; in Cyrenensi agro: copiosaque vel ubi urbs tempore Theophrasti erat. *Provenit* & in Atlante. Svetonius Paulinus (quem Consulem vidimus) primus Romanorum ducum transgressus quoq; Atlantem aliquot milliarium spacio, prodidit de excelsitate quidem ejus, quæ cæteri imas radices densis altisque repletas sylvis incognito genere arborũ, proceritatem spectabilem esse enodi nitore, frondes cupressis similes, præterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quales è bombyce, vestes confici. Anchorarius mons citerioris Mauritaniæ laudatissimos dabat, tempore Plinii jam exhaustus. Theophrastus *locis algentibus* in altum enasci reliquit. Ex *ligno* contignationes vetustissimæ memorabantur. ἀσαπὲς γὰρ ὅλον τὸ ξύλον. Ex *radice* σπουδαιότατα τῶν ἔργων, & simulachra sculpere solebant. Ex eodem fortè ligno θυώδης Helenæ thalamus; nisi fortè θυώδη bonis odoribus repletum esse velis. Huic & mensarum insania debetur, quas *fœminæ* viris contra margaritas regerebant. Extat, *inquit Plinius*, hodiè M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo ævo empta H-S. x: memoratur & Galli Asinii H-S. xi. Venundatæ sunt & duæ Jubâ rege vendẽte: quarum alteri precium fuit H-S. xv. alteri paulò minus. Interiit nuper incendio à Cethegis descendens. H-S. xiv. permutata, latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, uni⁹ commissæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolomæo, quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali. Majusque miraculum in ea est artis, latente junctura, quam potuisset esse natura solidæ. Item à Nomio Tiberii Cæsaris liberto cognomen trahentis, tribus sicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis: Qua in re non omittendum videtur: Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante & sicilico excedentem, tota verò crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse, cum tam opima Nomio liberto ejus esset, cujus materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximeque in eo laudatum, quod sub terra totum fuerit, & rarius quam quæ supernè, quæque gignuntur etiam in ramis proprieque quod tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus. Mensis, addit, præcipua dos in venis crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideò tales pantherinæ vocantur. Sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur. Magna verò post has gratia extra prædictas crispis densa, veluti grani congerie, quas ob id à similitudine apiatas vocant. Summa verò omnium in colore. Hic maximè mulsi placet, suis refulgens venis. Post hæc amplitudo est jam totius caudicis. Juvant plura quoque in una mensa vitia: lignum, ita vocatur materia surda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignæ venæ similitudo, vel coloris: & quibus maximè obnoxias fecere æstus ventique, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Postea muræna nigro transcurrens limite variisque corticum punctis apprehensus papaverum modo, & in totum atro propior co-

Plin. H.N. l.5.c.1.

Theophr. H.P.l.4.c.1.

Plin. H.N. l.13.c.15.

Thuja & Bruta

Thuja & Bruta

lor, maculæve discolores. Virides terra condunt barbari, & illinunt cera. Artifices verò frumenti acervis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: mirumque ponderi quantum ita detrahant. Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccatam mari, duritie incorrupta spissari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optimè, splendescuntque, manu ficca fricatæ à balineis maximè, nec à vinis lædantur, ut his genitæ. An *Homero cognita* fuerit, quod Plinio visum, dubitatur. Scribit quidem θύον & cedri odorem cum mandato Jovis antrum Calypsus (non Circes) petiisset, persensisse longè Mercurium: sed id de odoramento potius accipiendum quidam putant, ex quo convolutum in sacris nidorem Græci vetustissimi novêre. Ideò & Dionysius Periegetes vocem pro odoramento etiam sumsit, & Avienus de Ladano intellexit. Vix Thyina ligna aliquid odoris exhibere; nusquam in Græcia, soli Africæ arborem propriam, quæ Homeri ignota temporibus. Nollem tamen à Plinio abire. Ladanum nemo θύον vocavit. Εἰς ὃ δὲ δένδρον ἄλλο apud Eustathium Thyum: Periegetes & aromatis & ligni tanquã odorati meminit; Dioscorides Agallochum thyino ligno simile dicit, diserteque Plinius ubi de ungventis ait, Iliacis temporibus non fuisse, nec thure supplicatum. Cedri tantum & Citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem verius quam odorem noverant, jam rosæ succo reperto. Notam tum Ægyptiacis & Phœnicibus Africam, unde Homerus habere potuit; Nota & Homero qui Ulyssem in Lotophagorum insulam apud Syrtes appulisse fingit.

Plin. H.N. l.13.c.16.

Homer. Odyss.5.

Dionys. Afer in periegesi.

Plin. H.N. l.13.c.1.

Bauhin. H. P.l.9.c.20. p.286. Clus.H.P. l.1.c.24. p.36.

II. Bauhino ut & Camerario Thuya Theophrasti putatur esse *Arbor vitæ* Bellonii, Clusii, Dodonæi & aliorum, *Arbor filici similis* Oviedi, & *Arbor paradysæa Lutetiana* Lugdunensi, *Cedrus Lycia* Lobelii, *Arbor vitæ* sive *paradysiaca vulgò dicta odorata ad sabinam accedens* Bauhini. Hæc autem etiam in nostro solo ad justæ arboris proceritatem excrescit. *Caudex* est rectus nodosus; *cortex* cinereus aut rubens; *materies* abiegna resinosa. *Ramis* perpetuâ comâ virentibus, & alarum modo expansis, qui in ramulos planos alternatim è latere succrescentes divisi, abeunt denuò in multa, oblonga *folia*, numerosis foliolis compressis, quaterna medium gibbosum complectentia ex ramulorum extremis, aut paulò citrà. Vere oriuntur *flores* pusilli, flavescentes, quorum nonnulli deinde in *conos* parvos sublongos, Pinei nuclei magnitudine efformantur, & sex tenellis squamulis compactos, initio virides, deinde pallescentes, postremo ubi planè maturuerunt nigricantes, qui in quatuor carinas dehiscentes, semina ostentant sublonga, quaterna, plerumque paleacea, medio paululum extuberante, in quo medulla acris & amariusculi saporis. Coni hi non nisi detracti ferè, aut tabidi pediculo excidunt. Odor plantæ etiam siccatæ gravis, adeò fixus, ut folium si contriveris, difficulter eluas. Allata est sub isto titulo Franciscí I. Regis Gallorum tempore ex Canada Septentrionalis Americæ insula: primumque à Clusio in horto regio Fontebellaqueo visa. Nunc in plærisq; Germaniæ hortis colitur. Rami depacti radices facilè agunt, si umbroso & fertili solo concredideris. *Nascitur* & semine: sed tenella, priusquam in ramos explicetur. Juniperum majorem æmulatur. Patientissima eadem frigoris: folia tamen fuliginosum colorem hyeme contrahunt, qui novo vere pristino virori restituitur. Extrahitur scilicet sensim solis calore crassum humidum, quo viror perit; hybernis pluviis receptum, non citius ad folia defertur, quod lignum & corticem concluſa teneat, quam verno tempore aperiantur. *Vsum* si spectes, digerere & abstergere creditur. Rami cõtusi & naribus impositi sanguinem valido odore eliciũt. Aqua & oleũ chymicè educta, podagricis

Asparagus molli et tenuissima folio.

Asparagus molli folio sativus platy caules.

Asparagus molli folio sativus vulgaris Zame Spargen. Garten spargen.

Tab: LXXX

Asparagus aculeatus petræus

Asparagus aculeatus alter tribus vel quatuor spinis eundem exortum.

Taxus.

Asparagus marinus molli et crassiore folio.

Asparagus aculeatus spinis horridus.

Ramulus Taxi cum Baccis Cuvis et monstrosis foliosis

Baccæ rotundæ mabiolo.

Glandes et flores Taxi.

Baccæ ex Camerario

Ramulus cum floribus ex Lobelio.

gricis doloribus opitulantur. *An Thujæ Theophrasti respondeat, dubitari potest.* Equidem folia ex foliolis cupressi modo ex tenellis squammulis compacta sunt: plana tamen eadem non rotunda. Fructus cupresso larignis conis assimilis, crassior tamen & compactior: Arbori vitæ exiguus nuclei pinei magnitudine. Cupressus ramos sursum attollit; arbor vitæ in planas veluti alas expansos, in latum diffundit. Taceo alia.

III. Bruta seu *Brathys* arbor est cupresso fusæ similis, exalbidis *ramis*, jucundi odoris accensa, & cum miraculo historiis Claudii Cæsaris prædicata. *Folia* ejus inspergere potionibus Parthis svetum. Odorem esse proximum Cedro, fumumque ejus contra exitialia (malè contra ligna alia) remedio. *Nascitur* ultra Pasitigrim, in finibus oppidi Sitacæ, monte Zagro. Petitur in Elymæos.

Bellon. de coniferis. *IV. Brutæ* Sabinam suam alteram, quæ in montis Amani, & Olympi Phrygiæ cacuminibus provenit, comparat Bellonius, eidemque *Arboris Vitæ* nomen imponit. Arbor est procera, amygdali altitudinem petens. *Caudex* sinuosus, crassus quandoque adeò ut hominis ulna comprehendi nequeat. *Cortex* vitis modo crassus, ruffus; *Materies* indiluti ruboris, qui in nigredinem degenerat. *Rami* junipero majore latiores, magisque divulsi, adnatis multis appendicibus, perpetuò comosi. *Folia* cupressinis similia, frequentiora tamen, amara & resinosum quid præ se ferentia. *Flos* nullus, sed statim seminis rudimentum. *Baccæ* vix cedridibus crassiores, in extremis ramulorum surculis oriuntur. Perpetuò singuli suam ferunt, deceduntque anniculæ, cum aliæ jam ad maturitatem pervenere. Virent initio, per maturitatem ex cyaneo nigricant, & os leviter excalefaciunt; merulis & turdis gratissimus cibus. *Resina* in caudice, quæ commanducata, tota pulverulenta in os diffunditur, nec amplius cogitur. Expetitur arbor à Turcis ad testudines, quod nunquam in rimas dehiscat. *Thujam* non esse vides. *Brutam* esse vix ausim dicere. cum cortex huic sit ruffus; in illa nulla fructus mentio. Sed nec *Arborem vitæ* quam descripsimus, esse posse ex floribus, fructu longo, & resina in caudice colliges.

Asparagus & Corruda.

Punctum V.

De Asparago & Corruda. Tab. LXXX.

I. TRia ni fallor *Asparagi* plantæ apud *Veteres* occurrunt genera. *Hortensis*, *Sylvestris* & *Palustris*. I. *Hortensis* κήπαιος vel κήπευτος seu *altilis*, *sativus*, frutex est πολύκλαδος, *multicaulis*, *foliis* numerosis, longis, fœniculo proximis; *radice* rotunda, grandi, & κόνδυλον habente. Eximiâ magnitudine crescere apud Athenæũ; spinosum esse apud Columellam videre est, qui cum spinam fecerit, *scorpiones* perurẽdos in suo loco esse docet. Nihil hi aliud quam rami spinosi, quibus olim in tormentis utebantur. Putabatur ex tusis & defossis arietum carnibus nasci, quod Dioscoridi ἀστόθανον. Imò apud Cassianũ Bassum occurrit, ὁλόκληρα si perforentur & pungantur, asparagum productura. Nec deest circa Goam nostris temporibus exemplum, quod fidem veteribus conciliare posset. Nullum verò gratius eis tempore Plinii solum, quàm Ravennatium hortorum. *Vsus* ejus haud spernẽdus. Nam *cauliculi* ex vino albo triti renum dolores sedant: *radix* in aceto aut vino decocta στρίμματα curat. cum ficubus vel ciceribus στραγγουρίαν levat. Amuleti ratione vel in decocto ἀτόκιον facere, quod & Chrysippus apud Pliniũ prodidit, vix credibile; cum Simeon Sethi προστιθῆναι τῇ γονῇ dicat, celeriusq; in sangvinem abire, & Plinius ipse Venerẽ promovere testetur. II. *Sylvestris* asparagus, qui & πετραίος & *Corruda* Plinio, vulgaris est Dioscoridi notæ. Tales enim natura fecerat,

Dioscor. M. M. l. 2. c. 152.

Colum. R. R. l. 11. c. 3.

Plin. H. N. l. 12. c. 18.

Plin. H. N. l. 20. c. 10.

Aſparagus & Corruda.

ut quisque demeteret paſſim. Ex toto aculeatam facit Theophraſtus, altiſſimè Plinius. *Radice* eſt alta, numeroſa & tam crebra, ut pars earum ſuperna tota connexa & continua reddatur, ex qua vel ipſorum caulium proventus factitatur. *Caulis* exit ἐκ τῆς ἀσφαραγίας vere, ciboque idoneus eſt, (ἀσπάραγον καθ' ἐξοχὴν vocant) deinde dureſcit, καὶ ἐξανθεῖται προιούσης τῆς ὥρας. *Flos* ex hoc ſolum (expunge οὐκ) καὶ οὐκ ἐξ ἄλλων τῶν πρότερον. Nullum πρὸς τὰς ἄκανθας aculeum gerit; ſed καρυνῶδες τι μικρὸν, ſeu *faſtigium clavæ ſimile*, in quo florem habet parvum. Ideò *Plinius* ſcripſit, virere thyrſo primo emicante, qui caulem educens, *Flos* ex ipſo tempore ipſo faſtigiatus in thoros ſtrietur. *Fructum* proferre dulciſſimum apud Plutarchum habetur; qui vel ideò in Bœotia ſponſam velantes aſparago coronaſſe ſcribit, quod ἥδυστος κάρπος ἐκ τραχυτάτης ἀκάνθης prodiret. *Naſcitur* in petroſis & aliis, poſtque autumni æquinoctium floret. In Lybia, Getulia maximus. Inſtar arundinis Cypriæ fama eſt apud Athenæum craſſeſcere, aſſurgere ad cubitos circiter XX. At in montoſis καὶ παρωκεανίτιδι craſſitie μεγάλων ναρθήκων, proceritate XX. cubitorum eſſe. Qui in Neſide Campaniæ inſula ſpontè naſcitur, optimus eſt. *Cauliculi* leviter decocti in emollienda alvo & cienda urina, in *uſu* & olim. *Radicum* contra nephritidem, iſchiadem, & morbum regium; præſtantioremq; ad omnes interaneorum morbos ſativo, Athenæus credidit. Galenus inter temperata refert; radices deobſtruere, & dentium dolores ſiccando ſanare. Creditum etiam canes ſi aſparagorum decoctum hauſiſſent, emori. III. *Paluſtris* ἔλειος, ſpinoſus quoque eſt, & ab antiquis colebatur. Baſſus enim Octobri purgare jubet. Acriora ex eodem medicamenta apud Aëtium, ubi pro ἔλειον corruptè ἔλιον ſcribitur. Βασιλικὸς cujus apud Galenum mentio, ex prioribus generibus erit. Altilis certè. Eſt tamen & *aliud genus Plinio* incultius aſparago, mitius corruda, paſſim etiam in montibus naſcens, refertis ſuperioris Germaniæ campis, non infaceto Tiberii Cæſaris dicto, herbam ibi quandam naſci, ſimillimam aſparago.

Theophr. H.P.l.6.c.1. & 3. Plin.H.N. l.19.c.4.8.

Plutarch.l. de præcept. ſponſal.

Athen.Dipnoſ.l.2.

Aët. l.6. c.10.

II. Bauhinus ex MODERNIS, duplicem in genere Aſparagum facit, 1. *Molli folio*, 2. *Acuto folio qui Corruda* dicitur. *Ille* vix notus veteribus. Ubique enim acuti folii meminere: & expreſſiſſimè Simeon Sethi non fuiſſe ante ſe cognitum ſcribit, ſed eos tantum qui Elæodaphni aſparagi amari. Nunc inquit μετακομίζεται κατὰ τὸν τοῦ ἔαρος καιρὸν, καὶ πρὸς τινῶν διαγινώσκεται.

I. Aſparagus molli folio eſt quadruplex 1. *Sativus*. 2. *Sylveſtris tenuiſſimo folio*. 3. *Maritimus craſſiore folio*.

1. *Aſparagus mollifolio ſativus*, duplex, *vulgaris* nempe & *Platycaulis*. I. *Aſparagus mollifolio ſativus vulgaris*, aliis *Altilis*, *Domeſticus* & *Hortenſis* eſt. *Radices* habet craſſas, longas, teretes, molles, numeroſas, ab uno transverſo, aſpero & villoſo dorſo utrinque in obliquum deſcendentes, ſapore glutinoſo & dulci. *Caules* primo vere teneros, longos, teretes, virides, glabros & ſine foliis, ab uno ceſpite plures, qui paulatim, niſi reſcindantur, in altitudinem aſſurgunt, fiuntque bicubitales aut altiores, craſſi, duri, rotundi, in multos diffuſi ramos, qui foliolis conveſtiuntur mollibus, virentibus, copioſis quidem, ſed exiguis, & capillamenti inſtar tenuibus, cum fœniculo quandam ſimilitudinem habentibus. *Floſculi* ſecundum ramulos exeunt copioſi, minuti & pallidi. Succedunt *baccæ* piſi vulgaris magnitudine, aut majores, rotundæ, initio virides, per maturitatem coralli ſimilitudine rubentes, intus carne ſuâ duo aut tria nigra & corneæ ſoliditatis ſemina claudentes. *Floret* Julio, Auguſto & Septembri baccæ matureſcunt. *Seritur* in hortis ſolo pingui, humido & benè ſubacto. Cum verò in pratis Alſatiæ Baſileæ vicinis, & ad Danubium ſitis, nec non in Burgundia circa Veſuntium proveniat, à Plinio tangi eum in ſuperioris Germaniæ cam-

Lobel.Obſerv.p.458. Bauhin.H. P.l.36.c.24. p.721. Stapel. in Theophr. l.6.c.3.p. 603.

Bauh. Phytop. l. 12. campis provenire scribit, & à Clusio mitiorem spontè nascentem vocari, opinatur Bauhinus. *Nascitur* & apud Hollandos in tumulorum arenosorum ad Oceani littora convallibus, subindeque sativo crassior est. Nascuntur & totius anni decursu, si ubi fructum legeris, radices, quæ summo cespite vagantur, circumfoderis ac aperueris. Laudatur in *cibo* Sethi, qui ἁπάντων λαχάνων τροφιμώτατον vocat. καὶ τὴν φύσιν τιθέναι ἐν μετεχμίῳ (lege μεταιχμίῳ) τε τῶν λαχάνων καὶ κρέων οὐσίας. Recentia *germina* cum vino, butyro, pipere & aceto cocta, alvum emollire, urinam ciere, & genituram minuere si excessus accedat. Fœtida ab eis urina Abensinæ; corpori odor conciliatur. *Radices* inter deobstruentia: dentes eradicare dicuntur absque dolore, si iis siccatæ infigantur. II. *Asparagus molli folio sativus platycaulis* apud Bauhinum habetur. *Caulis* ei tricubitalis, unciam latus, compressus, striatus, ex quo *ramuli* temerè & nullo ordine prodeunt, ut in asparago vulgari: cui etiam *foliis*, *floribus* & *fructu* respondet. In horto Comitis à Leiningen in Palatinatu quotannis tali formâ prodire solebat.

Matthiol. in Diosc. l. 2. c. 118. p. 375.

Abensina Ferult. l. 4.

Schenck. Observ. l. 1. Obs. 424.

Bauh. H. P. l. 36. c. 24. p. 721.

2. *Asparagus sylvestris molli & tenuissimo folio*, Cæsalp. *palatium leporis* vocatur, & sativo in omnibus similis, sola transplantatione & culturâ ab eo differt.

Bauh. Phytop. l. 12. l. 6. p. 490.

3. *Asparagus maritimus molli & crassiore folio* est Galeno *Asparagus* ἕλειος, Cæsalp. *Asparagi alterum genus*. Asparagi ei gustu gratiores, ut pote qui sapore quodam fungos prunulos ut Cæsalp. ait imitantur. *Caules* breviores, per se stantes; *ramuli* longiores; *foliola* crassiora, firmiora, ex cæruleo virentia. *Flosculi* longiore pediculo pendentes; *baccæ* majores, sativæ, nec adeò intensè corallii instar rubentes, inque eis *semina* ad summum sex nigra. *Floret* vere & hortorum umbrosa amat. *Colligi* & in pratis ad Danubium Viennæ vicinis potest. Magna enim ejus ibi copia, crassiora & teneriora germina.

Bauhin. H. P. l. 36. c. 24. p. 721.

Clus. H. P. l. 5. c. 60. p. 179.

II. Asparagus acuto folio Corruda dictus 1. *Petræus*. 2. *Tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum*. 3. *Spinis horridus*.

Asparagus & Corruda.

1. *Asparagus acuto folio petræus*, Dioscoridi & Galeno *petræus*, Plinio *Corruda* & *sylvestris asparagus*, Clusio *Corruda prior*, *Asparagi prima species* Cæsalp. fruticosa planta est. *Virgæ* duæ, tres aut plures, candidæ, lignosæ, ramosæ; quina aut sena *foliola* circa ea, brevia, rigidiuscula, pungentia. *Flosculi* lutei è senis foliolis inter folia sub alis, violæ Martiæ odore, in Augusto prorumpunt. *Baccæ* initio virides, mox cinereæ, quibus semen nigrum, durum. Septembri maturescit. *Radices* capitatæ, multæ, crassæ. *Provenit* in agro Salmanticensi locis petrosis; in regno Granatensi & Castellæ in sepibus & arvis cultis. In Belgio nullum fructum producit.

Clus. H. P. l. 5. c. 60. p. 177.

2. *Asparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum*, Dodon. *Asparagus sylvestris alter*, Clus. *Corruda altera*; Cæsalp. *Asparagi quartum genus*, tres aut quatuor *spinas*, ab eodem exortu hinc inde sparsas, virides, in ramis viridibus & mollioribus, pro *foliis* gerit. *Flos* non visus Clusio. *Baccæ* frequentes, rotundæ, initio virides, per maturitatem mense Novembri nigricantes, succo virente & semine unico plærumque, eoque duro gravidæ. *Occurrit* frequens ad Tagum in Lusitania, solo petroso, in collibus & sepibus. Passus est se & in Belgio seri.

Clus. l. c. Dodon. H. P. Pempt. 5. l. 4. c. 13.

3. *Asparagus aculeatus spinis horridus*, Bellonio *Polytricha*, Dodō. *Sylvestris tertia*, Clus. *Corruda tertia*, cubitales & lignosas virgas ostentat. *Spinæ* candicantes deorsum flexæ: quina aut sena *folia* ex eodem capite, larici similia, subdulcia & gummosa. *Flos* inter folia ex longo petiolo ex alarum sinu, ex viridi pallescens. *Fructus* rotundus, tricoccus aspectu, sed cui nisi unicum granum, bina aliquando, color initio subviridis & carnosus, pulpa lenta & viscida. Fert initio veris aliquot *turiones*, qui tum aliorum instar mandi solent. *Prodit* supra Ulyssiponem salebrosis

Dodon. l. c. Clus. H. P. l. c. Bellon. observ. l. 1. c. 18

Taxus. locis, juxta vias, & quidem copiosissimè. Observatus & in Creta Bellonio, sub *Polytrichæ* nomine.

Articulus VI.

De Arboribus Bacciferis Classis sextæ.

Punctum I.

De Taxo.

Vid. Tab. LXXX. I.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 80. Theophr. H. P. l. 3. c. 6. & 10.

ABieti quidem *Taxus* & foliis & magnitudine apud Dioscoridem similis; volui tamen tanquam bacciferam cum *Dracone* huc referre. Unius est Theophrasto generis, ex quo describere placet, ὀρθοφυὴς καὶ ἀνάξυλος, similisque abieti, nisi quod non tam excelsa, magisque πολυμάχαλος, seu alis sinuata. *Folium* (germinat tardissimè) perpetui viroris, abieti simile, sed λεπτομύτερον. *Lignum* μελανομύτερον. In Arcadia nigrum est, est & puniceum: in Ida flavum & Cedro simile. Unde fraudulenter pro cedro venditur. Fraus detegitur, si accenderis. Olet hoc egregiè, fœtet illud. Idem totum cor, si ἐφλοιος θεωρηθῇ; qui cedro tum scabritie, tum colore similis. *Radices* breves, graciles, & quæ in superficie. Rara circa Idam. At in Macedonia, Arcadiaque fructum abundè cum abiete profert, rotundum, fabâ, Græcâ nempe, paulò majorem, ruffum, tactu mollem. Plinius minus virentem gracilem, tristem ac duram facit; nullo succo, ex omnibus solam bacciferam. De venenositate in diversa abeunt Veteres.

Theophr. H. P. l. 5. c. 8.

Theophrastus à foliis λόφους (malè ἠλόφους. λόφους sunt animalia quæ caudam & jubam habent; illa quæ non habent. hic jumenta intelliguntur) ὁσοὐρήσεων; τὰ δὲ μηρυκάζοντα, *ruminantia*, ἀδὲν πάσχειν dixit, si sumsissent. mandi ab hominibus, esseque suavem & innoxiam prodidisse id Græcos. In Italia nec jumentis nocere apud Plinium habemus. Eidem mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hispaniæ præcipuè venenum inest; Vasa etiam victoria vinis facta in Gallia mortifera fuisse compertum est. Dioscorides, baccis noxiam in Italia, hominesque in alvi profluvium incidere. Umbrâ in Narbonensi homines lædi, mori aliquando, scripsit. Sestius apud Plinium in Arcadia tam pestilentis veneni esse, ut qui obdormiant sub ea, cibumve assumant, moriantur. Sunt qui toxica venena quondam *taxica* ab hac arbore appellata scribunt, quibus sagittæ tingantur. repertumque innoxiam fieri, si in ipsam arborem ferreus clavus adigatur. Plutarchus tempore incipientis ἀνθήσεως nocere prodidit, hinc & Lucretius flores odore necare cecinit, quod tum succo sit maximè prægnans. Nicander quòd isthmia & angustam laryngis viam intercipiat: meracoque succurri. Ut ut sit, lethalem omnibus compertum, & potum frigiditatem totius nec non πνίγμον inducere. Eburonum Rex se taxo exanimavit. Fumus mures necat. Aviculæ quæ baccas comedere, in Italia, nigrescunt. Corona ex eo inter lugubria. Materies πρὸς κήματα χυδαϊσμοῖς καὶ ὀχήμασι suppeditat.

Plin. H. N. l. 16. c. 10.

Plutarch. l. 4. quæstion. sympos. quæst. 1.

Nicand. in Alexipharmacis.

Theophr. H. P. l. 5. c. 8.

II. RECENTIORIBUS est Taxus, quæ Cordo *Milax arbor*, Castori *Smilax*, arbor procera, sed quæ ab abiete vincatur. *Radix* brevis, & per summa cespitum repit. *Truncus* mediocris crassitudinis, circa verticem ramosus, reliqua parte enodis. *Cortex* squammosus, rimosus, scaber, exalbidus. *Materies* è nigro ruffescit, multis intercursantibus venis. Bauhinus partim rubere, partim ex albo flavescere scribit. *Rami* in latus effunduntur, in complures virgas & alas distributi. *Folia* abieti & piceæ quidem similia, sed ab utrisque distincta. Ab istis, quod non sunt teretia, sed culmum lata: ab illis, quod sint infirmiora, minusque rigida, nec explicata agmina servent, sed eodem vergentia ferè coincidant. Quod si singularia

Cord. in Dioscorid. Strapel. in Theophr. l. 3. c. 10. Bauhin. H. P. l. 9. c. 3. p. 21.

Bauhin. l. c. p. 142.

latia spectes, *(verba sunt Bauhini)* Taxi folia, sunt ea abiegnis acutiore mucrone donata, supernè atro virore splendentia, infernè nitore destituta, unicolia tamen & viridantia, nervo secundum longitudinem decurrente, cum abiegna elatiorem aversâ parte habeant costam, coloreque glauco sint prædita, gustu amaricante: porrò autem in extremis ramulis circumquaque inter folia oriuntur perpusilla sed copiosa capitella, sublonga, squammata, ex quibus veluti flosculi emicant Juniperinis ferè similes, & virore pallescentes, qui deinde in meros & muscosos apices fatiscunt: circa mensem Augustum, uti observavimus, ferit baccas ex calyce ita emergentes, ut simile quid habere videantur cum glande: postquam verò maturuêre, quod fit mense Novembri, nihil planè simile habent cum glande, sed figurâ quodammodo referunt florem Vitis Idææ, quippe parvo, virente atque squammato calyculo, brevi pediculo adnato fructus inhæret, grano Juniperino major, supernè apertus atque hians, velut ex carnosâ cute constans, colore pulcherrimo & splendente coccineo conspicuus, intus cavus, succo præditus viscido ac dulci, in quo *granum* latitat, pipere minus, nec exactè rotundum, sed leviter compressum, colore inter pullum & spadiceum medio, cortice duriusculo, medullam continens saporis non ingrati. Hoc granum fructus capacitatem non adimplet, sed undique ferè intactum à fructus pellicula in medio situm est, baccæ imo adhærens, haud secus ac ipsa ex pediculo enatum. *Nascitur* in Italia, Gallia, Anglia, Germania, locis umbrosis, saxosis & præruptis. Tiguri duas eadem proceritate vigere, quâ se puero erant, jam ferè per XL. annos, scripsit Gesnerus, raroque fructificare. In horto Montbelgardensi frustra plantata. Supra lacum Acronium in pago Zu Baurn columna ex eo sub dio ut ajunt, ad quam malefici alligantur. Tardissimè *germinat*; fructum Septembre absolvit. Quantum ad *Vsum*. *Materia* concinnandis mensis, hastis & arcubus expetita. Pulchri hi & puniceo colore; quales ab ulmo frustra expectes, nisi tinctura accesserit. In Episcopatu Salisburgensi scyphi, cucurbitulæ & epistomia ex ea quæ tuta vix existimarim, nisi prius in vino vel aceto macerentur. De *Baccarum* venenositate, nec inter modernos convenit. In Italia & apud Norimbergenses nigrescere pastu earum aviculas, & concidere attonitas, faciliusque capi, Stapelio & Camerario debemus. Orni baccis delectantur, fallunturque similitudine. Earundem esu in Tridentinis febribus & dysenteria corripi homines, Matthiolus prodidit. Vaccas, cortice in montibus Burgundicis sublatas, asinum alibi degustata Taxo, Turturem album cum torque nigra, absumtis baccis, Bauhino à fide dignis relatum. At Pena innoxiè à puerulis in Anglia esitari, seque sub hyemem gustasse, non ingrato sapore, sed fatuo vel subamaro, porcosque velut glande vesci, reliquit. Nulli sanè Angliæ angulo deesse hanc, ubi semper virente, umbrosâ, densaque ramorum fronde & latissimâ, similiter Abieti, pennatis & longis quasi pectinum radiis, ex atro virentibus comosa, ac in sepulcretis & areis pro templorum foribus pangi, ad arcendos solis æstus à concione, plebe sub tegmine Taxi conventus agere solitâ, nullo percepto inde vel tantillo incommodo. Camerarius quoque innoxiam scribit, sed scobem venenatam affirmari. Qui morbos simulant, pulvere Taxi adeò cutim exulcerant, ut deplorati appareant, quod ni fallor à Rhalego Anglo factum. De *Generibus* nihil occurrit, hoc unico excepto, missum Taxi à Cortuso ad Casparem Bauhinum ramum glandibus onustum, quem in montibus circa Vincentiam mensibus Octobri & Novembri legisset. Visam & à Johanne Lutetiæ quæ similem glandibus fructum gessisset: sed & observatam in Duca-

Taxus.

Draco. Ducatu Wirtembergico quæ nihil habuit quod glandem exprimeret, licet nec à Gallica nec à Vincentina Taxo abiret. Ratio differentiæ in descriptione posita.

Punctum II.

De Dracone arbore.

Tab. LXXXI. DUo sub hoc puncto occurrunt, *Draco arbor*, & ipsius aliquot *Affines*.

Clus. H.P. l.1.c.1. Cadamustus Navigat. l.c.4. I. *Draco* describente Clusio, procera est arbor Pinum procul intuentibus referens, adeò æquales semperque virentes sunt *rami*. Huic *truncus* crassus, octo aut novem bicubitales ramos, æquales & nudos sustinens: hi rursus in summo finduntur, & in alios ternos aut quaternos ramos cubitales aut paulò ampliores, brachialisque crassitudinis desinunt, nudos item & sine foliis: qui in summo gestant capita plena cubitalium *foliorum*, majusculi pollicis latitudine, sensim in mucronem desinentium, in medio densiorum, & eminentiore costa, ut in Iridis foliis, tenuium & rubentium in lateribus. Mucronem planè repræsentant ea *folia*, semperque virent, & Aloës & Iridis modo, invicem amplexando nascuntur. Bauhinus ad palmæ *folia* aliquomodo accedere scribit. Striata eidem, virescentia, & membraneis veluti alis utrinq; donata, colore lucido ad luteum tendente. *Fructus* exit mense Martio racematim compacteque, exigui ceraſi magnitudine, flavescens, (venetus aliis) subacidus, quem in summis capitibus nasci verisimile est. Tenui pelle contegitur, quo sublato osseus nucleus qualis in fructu Rusci conspicitur. *Mo-*

Monard. H. simpl. c. 38. *nardes* sublata quâ integitur pelle, illico *Draconculum* apparere prodit, tanto artificio à natura fabricatum, ut à peritissimo artifice sculptus videatur, collo oblongo, ore hiante, spinâ aculeis horridâ, caudâ oblongâ & pedibus conspicuis; quod fabulosum esse putaveris. Addidi tamen iconem, ut videres. Ex trunco qui vehementer scabet, multis ramis dehiscit, humor per caniculæ æstus funditur, qui in rubram lachrymam densatus, sub *sangvinis Draconis* nomine venit. Pulchros ejus grumos servabat Bauhinus, glebis thuri æquales, rotundos ut plurimum, alios inæquales, foris ferrugineos, fractos pellucidos, coccineos, concretione Vernicis duræ, dentibus fragiles, saporis expertes, salivam statim & affatim rubore tingentes, qui candelæ admoti flammam concipiunt liquescuntque resinarum instar. Admistæ reperiuntur *glebæ*, quæ colorem præcedentis Resinæ egregiè mentiuntur, cæterum concretione gummi Arabici: non enim accenduntur candelæ flammæ admotæ, sed bullas agunt, crepitantque, in aqua solvuntur, quam & mucilaginosam reddunt, dentibusque lentore suo valdè adhæresc unt: & vix leviter salivam rubore tingunt. Agemus de eo in succis. *Provenit* in insulis Madera & Canariis, olim Fortunatis dictis, magnâ ex parte. Cadamustus ei insulam quandam parvam in Oceano Atlantico prope Maderam assignat, quam Lusitani Portum sanctum dixere. Clusius etiam Ulyssipone in Monasterio D. Virgini sacro, cui nomen à Gratia, vidit. Lobelius in Coldenbergii horto Antverpiæ, ex Hispania delatum, crevisse prodit. Reccus Pisis in horto Magni Ducis extare putat. Vis *lachrymæ* quam fundit adstrictoria, & ad muliebres fluxiones opportuna, de qua prolixius inter succos. *Arborem Gadensem Posidonii* apud Strabonem vix dixero. Lustravit loca Clusius: nec ibi quicquam præter salices & unam alteramque siliquam, obrutis saburrâ navium arenacea viridariis, quæ olim latissima ibi fuêre.

Bauhin. H. P. l.5.c.22. p.402.

II. *Affines Draconi* sunt, 1. *Ezquahuitl Recci*. 2. *Tecotli Terentii*. 3. *Tacori folia*. 4. *Prægrande folium ex Indiâ delatum*.

I. Ez-

Yecolli Terentÿ

Rhus folio vlmi.

Fructus Draconis arboris ex monarde.

Fraxinus excelsior Eschbaum.

Draco arbor.

Folium prægrande ex Indijs allatum.

Cotinus Plinÿ.

Cocconilea.

Rhus myrtifolia Monspeliensis.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 22. & 23. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 22.

I. Ezquahuitl est duplex. *Prima* folia fert verbasci, ampla & angulosa. Provenit Quahuchinanci. Frigida est & adstringens. Corroborat dentes, & sistit fluxiones, & omnia illa præstat, quæ sanguis Draconis. *Altera* est huic persimilis, *foliis* tamen orbiculatis, hirsutis & asperis; crasso *cortice*: radice furculosa. *Nascitur* apud Quauhuchuacenses, juxta aquas. Adstringens est, odorata, amara, & quodammodo calefaciens. Liquor qui ex carificata arbore copiosè profluit, oculis inflammatis mirè profuit.

Recchus R. M. N. H. p. 443.

II. Yecotli Terentii, venas habet foliorum nigras. *Florem.* Nerii luteum vasculum burtæ pastoris simile, ejusque divisio in duo vascula apparet. Inter Rhododendri species non malè etiam referretur.

Clus. Exot. l. 2. c. 21.

III. Tacori folia Draconis foliis valdè similia sunt, cubitalis & ultra longitudinis, latitudinis uncialis infima parte, deinde paulatim in mucronem gracilescentia. *Nascuntur* in Kajana & Wiapoek. Incolæ dicebantur macerare, contundere, & in tenuia stamina diducere, lini aut serici instar. Quin & funes ad tigna colligenda exillis torquebantur.

IV. De *Folio prægrandi ex Indiis allato*, ita Lobelius. Debemus etiam Occiduis Indiis istud coriaceum *folium*, cui simile aut par latitudine aut crassitie nullum novimus. Palmæ congenere arbore evulsum videtur, quin ipsa tota textura afferem bicubitum latum, aut potius tegetem, quaternos aut quinos cubitos longum refert, tegulæ modo fornicatum, & media secundum longitudinem costâ semidigitum crassa carinatum, superna ora quasi præfectum esset, margine digitali tenuiore, duriore, clauditur. Universum folium à summo ad imum in villos, iis quadantenus similes qui obducunt Nucem Indicam aut capillitium texendis funibus aptum, discerpitur, quemadmodum totum est rectoriis ædium & storeis accommodum.

ARTICULUS VII.

Fraxinus.

De Arboribus Bacciferis Classis septimæ.

PUNCTUM I.

De Fraxino.

IN Classe ultima sunt istæ quatuor. Vid. 1. *Fraxinus.* 2. *Rhus.* 3. *Cocconidea.* 4. *Azedarach.* TAB. LXXXI.

Theophr. H. P. l. 3. c. 12. Plin. H. N. l. 16. c. 15.

1. Fraxinus Dioscoridi nota arbor est: duoque ejus apud *Veteres genera. Excelsum* nempe & *Humile.*

1. *Fraxinus excelsa*, Macedonibus *Bumelia* seu *Fraxinus bubula*, Plinio longa & enodis, quibusdam etiam *Lævis* dicitur. *Radix* ei crebra, crassa & μετίωρος. *Lignum* candidum ἴνιον, μαλακώτερον, ἀνοζοτέρου ξυλίτιος. *Cortex* lævis, spissus, tenuis, & τοῦ χόου πυκνός. *Folia* lauri latifoliæ, sed πρὸς ὀξύτερον εἰωγμένα, ambitu serrata, ἐπακανθίζοντα, nisi ἀπακανθίζοντα velis, ut Graza legit, quod subsident & dependeant. *Ramulum* totum ceu folio unico constare dixeris, propter τὸ ἅμα φυλλοφορεῖν ἀφ' ἑνὸς μίσχου, & quòd per modica vestuum intervalla, tanquam per geniculo, continenter ordineque pendeant, perinde ut in sorbo. Angustiora eadem, & ἐν χείρῳ πεφυκότα, seu παιδία: latioribus etiam internodiis & longis pluribusque conjugationibus. Plinius pennatam folio fecit. *Florere* Idæi negant, affirmant & ἀκαρπον. Fert tamen in *siliqua* fructum minutum, καρυηδόν, qualis amygdalo, gustu subamarum, βρυᾶ quoque adstringentia gustum, singulaque per se in orbem circumacta, platani pilorum specie; quarum alia circa fructum, alia ἀπηρτημένα πολὺ prodeunt. *Gaudet* montosis locis βαθυνόμοις ἐμφιλόδρυσι, seu ut Plinius, tenebrosis & humectis sylvis, aliquando lapidosis quibusdam agrorum limitibus. *Usus materiei* tantus, ut vel hujus causâ naturam copiosissimam generasse scribat Plinius; qui eandem

Plin. H. N. l. 16. c. 18.

Fraxinus.

dem post vindemiam & Arcturum cædendam præcipit. Vitruvio in operibus cum fabricatur lenta est, & sub pondere propter humoris abundantiam, non habet rigorem, sed pandat celeriter & vetustate arida facta, emortuo stante liquore fit durior, & in commissuris & in coagmẽtationibus ab lentitudine firmas recipit concatenationes. Hastæ olim ex ea. Ideo Plinius Homeri præconio & Achillis hasta nobilitatam dixit: Obedientissimum quocunque in opere, hastis corylo meliorem, corno leviorem, sorbo leniorem. Dioscorides ligni τορνεύματα pota ἀναιρετικὰ esse, ex fama scribit. *Corticem* ustum & ex aqua illitum lepras removere. *Folia* ex vino pota vel imposita viperarum morsibus opitulari. Plinius ea jumentis mortifera, cæteris ruminantium innocua, à Græcis proditum docet: in Italia nec jumentis nocere. Contra serpentes verò succo expresso ad potum, & imposita hulceribus operifera, ac nihil æque, reperiuntur. Tantaque est vis, ut ne matutinas quidem, occidentesve umbras quam sunt longissimæ serpens arboris ejus attingat, adeò ipsam procul fugiat. Experti prodimus: si fronde ea gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius, quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturæ benignitas, prius quam hi prodeant, florere fraxinum, nec ante conditos folia dimittere. In *Campestrem* fortè & *Montanam* dividitur, quorum illa crispa; hæc spissa Plinio. Ex Theophrasto quo minus aliquid adferam, contradictio facit. Major, *inquit*, & μακροτηρὰ, Bumelia est, & ob id min⁹ crispa. φύσει namque πεδεινὸν καὶ λεῖον· τὸ δὲ ὀρεινὸν καὶ τραχύ. Et mox. Quæ ἐν τοῖς ὄρεσι φυομένη εὔχρους, robusta lentaque: quæ ἐν τῷ πεδίῳ dilutior, rara corpore, lævisque.

Plin. H.N. l.16.c.13. & 43.

Dioscor. M. M.l.1.c.108

II. Fraxino humili lignum scabrius, durius & magis flavum, fuscius Plinio. *folia* laurina, breviora in illis internodia, paucioresque conjugationes. *Provenit* locis aridioribus & siccioribus.

II. RECENTIORIBUS tria sunt Fraxini genera, 1. *Excelsius nempe*. 2. *Humilius*, & 3. *Rotundiore folio*.

I. Fraxinus excelsior Theophrasto prior est βουμέλια, Gazę *bubula* dicitur. *Caudex* celsus, rectus, crassitudinis haud exiguæ; *materia* alba, crispo pectinum discursu undulata. *Ramuli* teretiores & recentes geniculis nodosi, *medulla* candida & fungosa; vetustiores lignosi utroque carent. *folia* sorbi modo pinnata, atrovirentia, quadruplici conjugatione ad costam annectuntur. *fructus* inversam avis lingvam referens (hinc *ornoglossum*, *lingva avis*, *passeris*, *anseris*, dicitur) peculiariter surculo numerosus dependet, infimâ parte membraneus, à medio ad pediculum medulla alba & acri farctus. Degenerat aliquando in rugosum tuber, ex multis quasi pillulis constans: quod globosos muscos quidam vocant. *Nascitur* in ea & *Manna*, & summis ramis ceu *cornu cervinum*. *Cortex* amputato ramo, *lachrymam* plorat, quæ visci instar crescit, varieq; in latum contorquetur. *Germinat* festinantius & vites maximè alit. *Vsum* si spectes, *cortex* interior aquam cæruleam reddit, si in ea maduerit, apponitur morbidis gallinis. In vino decoctus creditur splenem absumere si bibatur. Aqua destillata, ad calculum & morbũ regium facit. Recens vulneri superligatus, ita consolidat, ut sutura opus non sit. Ex *ligno* fiunt hastæ, mensæ, utensilia & pocula, ex quibus si quis assiduè bibat, lienem attenuari ajunt. Ejus decocto vice Gvajaci feliciter usi Medici. *Humor* qui ex eo dum uritur resudat, cum pari succi scillæ & rutæ pondere mistus, surditatem tollit. In minutas taleolas concisum, si M. ij. pondere in Vini lib. iij. ad tertias decoquatur; per linteum coletur & decocti in quo serraturæ fraxini drachma infusa fuit, cyathus calidè octo diebus cõtinuis ebibatur, singulare est contra calculum experimẽtum. Cinis scabiem illitu profligat. Ex eodem ephippia, sarissæ, men-

Bauh. H.P. l.8.c.12.

Camerar. ad Hist. Matthioli.

Pier. Hierogl. l.7.

Cæsalp.

Matthiol.

mensæ, abaci, cochlearia &c. parantur. *Folia* contra serpentum morsus laudantur. Sed quæ de umbra Plinius scripsit, experientia comprobare renuit. *Frondibus* oves & capræ hyeme sustentantur. *Lingva avis*, cum nucleis pineis pistaciis & saccaro firmat Venerē. Novembris principio collecta & in furno siccata, renibus contra calculos opitulatur, si pulverisatam cum vino sumseris. Sal sudores movet diureticis mixtus; purgantibus si misceatur, serosa evacuat. Circa *Differentias* pauca occurrunt, est vel *Montana* vel *Campestris*. Fit apud quosdam *Maris* & *Fœminæ* mentio. *Illam* flosculorum sterilem racemos nigros ferre, qui absque fructu ut Juli decidant: apud alios Fago similis & dura. λιθόστεος.

Thalius in Hercynia.

II. Fraxinus humilior, Bauhino *sylvestris* Columellæ, *Ornus* Bellonio, Rami pluribus tuberculis inæquales. *folia* pinnata, segmentis tenuioribus, acutioribus, serratis tamen. Ornum vix dixeris, cui quidem cortex lævis, sed interior substantia minus crispa; coloratior, sed minus quam fraxino dura.

Bauhin. H. P. l. 8. c. 12. p. 177. Bodæus ad Theophr. H. P. l. 3. c. 11. p. 184.

III. Fraxinus rotundifolia est *Ornus* 3. *Galli Brixiani*. *Folia* conjugatim disponuntur, in ambitu serrata, Pistaciorum *foliis* similia, in quib⁹ medietas interior ad nervi imum brevior quam exterior sæpè conspicitur.

Bauhin l. c.

EXOTICA.

Ex Exoticis tria ad Fraxinum referuntur, *Nimbo* nempo & *Coatlis*, seu *Lignum Nephriticum*, & *Arbor Iavanensis foliis fraxini*.

I. Nimbo Malabris *Bepolo*, fraxino est persimilis. *foliis* multis & mucronatis, *floribus* albis, trifolii odorati odore. *Fructus* ex ramulorum alis nascitur, olivæ similis, subluteus, cortice tenui. *Folia* trita, cum succo limonum vulnera miraculosè sanant: succus cum vino vel jusculo sumptus, vel umbilico impositus, lumbricos necat. Oleum ex fructu nervorum dolores, cōtracturas &c. sanat.

Acosta Hist. Arom. c. 39. Garz. ab Horto H. P. l. 11. c. 2.

II. Coatlis quem alii *Tlapalezpatli* seu *medicinam sangvinis coccineam* vocant, suffrutex est magnus & arborescens, stipite crasso, & enode, *materiâ* pyri, *foliis* ciceris vel rutaceis: flore luteo in spicas composito. *Provenit* in Mexicana. Lignum ejus, quod *Lignum Nephriticum* vocatur, assulatim concisum, aquam, injectum, cæruleam reddit, quæ acrimoniæ urinæ, nephritidi & colicæ mirificè opitulatur; & quidem validius, si radices *Metl* accesserint. Exolescit post quindecim dies virtus. Mirum verò, quòd saporem aquæ non mutet. Eadem phialæ infusa & luci exposita, cæruleum colorem amittit; quod si umbroso loco obvertatur, viridis, si umbrosiori, subrubens, si alii alia evadit. In tenebris & opacis resumit cæruleum. Huic simile, si non idem, *lignum Bezoardicum Cherleri*, materie durâ, pectinibus rectis, saturatius Santalo rubens, de quo imposturam recenset.

Rhus. Nard. Rer. Medic. l. 4. c. 25.

Kircher. in Arte magna lucis & umbræ.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 3.

Bauh. H. P. l. 4. c. 43.

III. Arbor Iavanensis foliis fraxini, est patula & trunco nodoso. fructus nucibus avellanis par, & edulis. *Folia* ulceribus imposita mundant & consolidant. Succus vermes pellit, cochlearis mensurâ.

Bont. H. N. & M. l. 6. c. 13.

Punctum II.

De Rhoe.

Vid. Tab. LXXXI.

I. R*Hus* apud *Veteres* arbusculaest, διπηχύς, *duorum cubitorum* Dioscoridi, cubitalis Plinio: *virgis* nec longis nec crassis. *Folium* ulmo simile, sed oblongius, subrubens, (ideo Plinio frutex subrutilus) τὴν περιφερείαν ἐτετμημένον, πριονοειδῶς, seu *ilicis modo incisum*, & ἐπιδασὺ pilosum. In *Ramulis* novellis qui graciles & breves, paribus internodiis conjugatim adhærent, & planè è lateribus ordo versus conspicitur: pediculos quippe semper inter se contrarios habent. *Flos* Theophrasto candidus, racemosus, figura per universum cincinnis vel villis flo-

Dioscor. M. M. l. 1. c. 147 Plin. H. N. l. 24. c. 11. Theophr. H. P. l. 13. c. 18 Plin. H. N. l. 23. c. 16.

Rhus. ris, vitis modo capillatus: qui ubi defloruit, *fructus* cum uva rubescit, fiuntque ceu lentes tenues, congestæ. βοτρυδίοις namque est ἐοικώς, densus, terebinthi magnitudine, quadantenus latus, cujus τὸ περικείμενον φλοιῶδες, εὔχρηστον. Fert & *gummi*. *Provenit* in Oriente, Syria, Pataris; & nascitur in petris. *Vsus* in *Medicina* & *aliis*. Aspergebatur pro sale obsoniis. *Foliis* novellorum scilicet ramulorum aridis, coriarii ad spissanda perficiendave coria, ut malicorio utebantur, quod Dioscorides χρῆσθαι εἰς τὴν στύψιν τῶν δερμάτων; Theophrastus βάπτειν τὰ λευκὰ δέρματα dixit. *Medici* utuntur ad contusa: item cæliacos & sedis ulcera, aut quæ phagedænas vocant, trita cum melle, & illita cum aceto. Decoctum instillatur auribus purulentis. *Fructus* qui secundo gradu refrigerat, exsiccat tertio, lingvæ asperitates cum melle abstergit: alba fœminarum profluvia sistit, & hæmorrhoides cum querno carbone intrito impositus sanat. *Gummi* erosorum dentium cavis ad dolores finiendos inditur. Galenus ad uvulæ inflammationem, alvum fluidam & sangvinis eruptiones utilem expertus est.

Galen. κατὰ τόπους l. 7. c. 2.

Differentias ejus varias apud *Veteres* observare est. I. Theophrastus alium *Masculum* alium *Fœminam*, seu alium *sterilem* alium *frugiferum* facit: quod & apud Plinium habetur, qui & *sylvestrem herbam*, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ venena & tineas pellit, *Rhus* appellat. II. Apud Galenum etiam ἐπιπαττόμενος τοῖς ὄψοις; alius πρὸς βυρσοδεψίαν χρήσιμος dicitur. III. Columella *Rhois Syriaci* (sic lege, quorsum Ros Syriacus vel Rhus sutorium) meminit. *Marinus* seu Orientalis eidem ut & Marcello minutum est, simili lenticulæ. IV. Damocrates apud Galenum *Sontici* & *Patarici*, à Patara (potius quam Eupatorici ab Eupatoria) meminit. Locis duntaxat distingvi credo. *Fructus* obsoniis inserviebat. Unde ῥοὸς μαγειρικοῦ nomen, qui cum Syriaco apud Galenum idem est: Folia ad βυρσοδεψίαν inserviebant.

Gal. l. c.

Galen. l. 9. c. 5. κατὰ τόπους.

Unde *Coriarius* quem Galenus à Syriaco distingvit. Rhus ergò obsoniorum semen est: coriariorũ folia & fruticis ramusculi. Rhus rubens semen immaturum, cui major adstringendi facultas.

II. RECENTIORIBUS quadruplex est 1. *Folio ulmi*. 2. *Angustifolius*. 3. *Myrtifolius*. 4. *Virginianus*.

I. Rhus folio ulmi, aliis *Rhus Culinarius*, vel *obsoniorum*, *Sumach Arabum*, in multas virgulas diffunditur. *Radix* per summa cespitum decurrit. *Foliola* paralella, oblonga, candicantia, & aliquantum pilosa, quæ costa rubea dividit. *Flores* candidi, racemosi, mense Junio funduntur. *Fructus* flore delapso, latus, lentibus similis, confarctus, qui corymbaceis racemis cohæret, & cum labrusca rubescit, autumno maturus. *Nascitur* in montibus, sylvis & desitis locis, in Gallia Narbonensi, Italia & Hispania. In Salmanticensi agro quæstus gratia diligenter colitur. Interserunt vitibus compendii gratia: cæduntur que singulis annis enati surculi cubitales ad radicem. *Provenit* & semine; duravitque in Felicis Plateri per aliquot hiemes horto, etiam non repositus. Visitur & Vratislaviæ in Crusii pharmacopolæ curiosissimi horto. *Vsus fructus* adhuc in cibis. Turcæ arietum capita & pedes coctos, aceto & sale aspersos, ex seminis Sumach embemmate, cum alliorum succo & pingvedine condiunt. Aqua in qua semen decoctum spissatur. Dividitur in *Marem* & *Fœminam*. Visus Monspelii circa novum castellum locis macilentis, Sorbo adeo similis, ut vix etiam ab attentiore dignosceretur, Sambuci majoris magnitudine. Solo sterili tricubitalis prodit: lætiore, humanam altitudinem longè superat, inprimis si cultura accesserit: ruderoso, inculto & desito, etiam bicubitalis visitur.

Bellon. in observ.

II. Rhus angustifolius Bauhino *Sumach angustifolium*, foliis potissimum à vulgato differt. Hujus enim *folia* uncias quatuor longa, semiunciam lata

Bauh. Prodromi l. 11. c. 4.

lata sunt, in exquisitum apicem desinunt, & per marginem crenata sunt, quorum duodecim uni costæ, utrinque nimirum sex, adhærent, undecimo imparem numerum, constituente, quæ supernè atrovirent, infernè pallida sunt, costa elata per longum excurrente. hoc in Brasilia apud Tououpinambaultios collectum & à D. Burfero communicatum.

III. Rhus Myrtifolius duplex est, *Monspeliacus* & *Belgicus*.

Bauh. H.P. l.5.c.31. 1. *Rhus myrtifolius Monspeliacus*, Dodonæo & Lobel. *Rhus sylvestris Plinii*, Tabern. *Rhus myrtifolia*, aliis *Dryophanon Plinii*, Bauh. *Rhus Plinii putata*, dicitur. *Ramuli* sunt quadranguli, bicubitales. *folia* seriatim & per ordinem funduntur, Jujubarum similia, sed acutiora & multo majora. *Flores* parvi, virides, racematim quasi congesti, cum apicibus multis partim nigricantibus. *Fructus* pisorum magnitudine, pentagoni, cujus semina in angulosis valvulis spiræ & cochleæ modo convolvuntur. *Lugdunensis* ad hominis altitudinem assurgere scribit, *caule* cavo, sambuci modo paribus intervallis in nodos intumescente, cui *cortex* cinereus, maculosus, membranâ ruffescente subjectâ, *folio* Myrti sylvestris venosa, & altera parte ruffescentia; *flore* in summis virgis purpureo; *fructu* nigro, aliquantum compresso, velut striis canaliculato, cui *semen* album, rugosum, vinaceis simile. *Nascitur* circa sepes Monspeliensis agri, solo pingvi, & maximè ad Lani amnis crepidines. *Provenit* & semine sata Montbelgardi; & videtur aliarum adstringentium modo facile nasci.

Clus. H.P. l.1.c.12. Dodon. Pempt. 6. l.2.c.20. 2. *Rhus myrtifolius Belgicus*, Ruellio fortè *Myrtus nemoralis* & *Dryophanon Plinii*, Bellon. *Elæagnus lacus Orchomenii Theophrasti*, Dodon. *Chamælæagnus* Lobel. *Gagel Germanorum* & *Myrtus Brabantica* vel *Belgarum*, & *Elæagnus Cordi*, Clusio *Rhus herba Plinii*, Lugdunensi *Rhus sylvestris altera*, frutex est cubiti altitudine. *Radix* lenta & dura. *Rami* aliquando nonnulli. *foliola* oblonga, latiuscula, duriora: *flores* è sinu foliorum spicati, exigui, luteoli, Majo & Junio funduntur. *Semen* asperum, cacumine pungens, in racemi exigui formam cohæret, & oleoso succo per maturitatem redundat, & Julio Augustoque perficitur; odoris ut & tota planta gravis. *Nascitur* in Britannia, Brabantia, Flandria, incultis, aliquando aquosis & palustribus locis. Calida & sicca est ad tertium. Addita cerevisiæ caput tentat. Frutex cum fructu aridus tineas pellit, si vestimentis interponatur. Cocconilea.

IV. Rhus Virginianus sic à Casparo Bauhino describitur. Arbuscula est Rhoe vulgari major, *foliis* multò majoribus, acutioribus, mollioribus & viridioribus, quorum quælibet pinna, uncias quinque & sex longa sunt, & sequentis quod ex Tupinambault habemus, longiora, latiora, profundius crenata & viridiora: *folia* verò superiora jasmini albi foliis similia sunt: *rami* ex stipite pullulantes, tenella cervorum cornua, ex cranio modo erumpentia, referunt: similiter enim hirsuti sunt, eundem colorem, eandem figuram habent: *spicam*, Rhoe vulgari multo majorem habet. Bauh. Phytop. p. 522.

PUNCTUM III.

De Cocconilea & Azedaraeth.

Vid. TAB. LXXXI. LXXXII.

I. *Cocconilea* apud *Veteres* Theophrasto sub nomine κοκκυμηλίας (κοκκυνηλίας lege) à Plinio sub *Coggygria* & *Cotini* describitur nomine. Illi est arbor parvo κόμαρῳ & ἀδεσχίῃ folio similis: & cui proprium ὀκπαπτῶδες τὸ καρπόν. Huic eadem l. XIII. descriptio. Nulli alteri arbori fructum lanugine amittere proprium falsum: quia id Salici, Populo & Nerio contingit. In Apennino visitur, & ad lineamenta modo conchylii colore insignis est. Cortex densat coria. Theophr. H.P. l.3.c.16 Plin. H.N. l.13.c.22. & l.16.c.18.

RECENTIORIBUS est *Cotinus Coriaria* vel Plinii, Turnero

Azedaraëth. Const. ad Theophr. H.P.l.3.c.15

Rhus, Geſnero fortè *Barba Iovis*, Cæſalpino *Scotanum vulgi*. Sanè Apennini incolæ Scotano & Scoteno corrupta voce vocant; qui ad radices ejus montis ſedent, à colore *Roſalo* & *Roſa*; Sabaudi *du Fuſtet*; Allobroges *Rhu*. Quinque eſt aliquando cubitorum. *Radix* dura, raris fibris. *Materies* flava, ſolida, pectinibus rectis, orbibus externis albicantibus, interius *medulla* multa farta. *Caudices* contorti; ramis rubens vel ruſſus *cortex*; *folia* ex oblongo rotundata, venoſa, glabra, odore lentiſcino, ſapore ſtringente, ſub finem æſtatis rubeſcunt. In ramorum faſtigiis infiniti propemodum Mæandri rigidorum filamentorum latè diffunduntur, pilis plumatim obſiti: *flores* ex herbido pallido: *ſemina* in filamentis compreſſa, rubentia, vel flaveſcentia, lenticularia; & ut Cæſalpinus prodidit, triangula quaſi, duro putamine, ſed ob tenuitatem, ut ille loquitur, impartibili. *Creſcit* in montibus & arduis ſylvis, circa Badenſes thermas, in Hiſtria & Pannoniæ alpibus pumila & vix cubitum attingens, ubi Majo floret, Julio & Auguſto fructus maturat. Deſcendit & ad plana circa Auriacum, inter Camberiacum & Lugdunum, quibus locis copiosè prodeuntem vidimus. Circa Mediolanum & in tota Longobardia, rarò hominis ſtaturam attingit. *Vſus* frequentiſſimus in tincturis. *Radicibus* panni roſeo inficiuntur colore. *Ramis* luteo tingunt, quod & de corticibus Conſtantino proditum. Sed & in *Medicina* utimur contra faucium & genitalium ulcera, ſi decocto foliorum eluantur; contra menſium nimium fluxum, ſi in inſeſſu ponantur.

Nardus R. M.N.H. p.406.

Ex Exoticis huc ſpectant *I. Quauhxiotl Terentii*, qui ramoſus ſtipes & rubeus: *folium* coccygriæ par, rubris venis perfuſum. *Fructus* totum ramum occupat, quaterni decuſſatim ex eodem loco prodeuntes, qui renem rubrum ex viridi referunt. *II. Charapu* arbor Perſici magnitudine, *foliis* lauri, *floribus* exilibus, qui ſummis ramulis appendent. *Acini* inde nigri, ſpondilorum figurâ & magnitudine, globulis precariis parandis aptiſſimi. *Naſcitur* in calidis Mechuacanæ locis. *Frondibus* acris ſapor, pulvere in flumen ſparſo torpeſcunt piſces. *fructus* vice ſmegmatis.

Nieremb. H.N.Exot. l.15.c.94.

II. AZEDARAETH, ſeu *Azedarath* & *Azedarach* occurrit apud Abenſinam, cui eſt arbor magna & nota, *fructu* Nabach ſive Loto ſimili, quæ in Reſchi arbor myrobalanorum dicitur. Apud RECENTIORES multa ſortitur nomina. Bauhino eſt *arbor fraxini folio, flore cæruleo*; fratri ejus *Azedarachne*, Matthiolo, Tabern. Eyſtetenſi *Pſeudoſycomorus*, *Aſtergit* Rhaſi, Tripolitanis *Zenzelacht*, *Lotus alba* Pelicerio, *Laurus Plinii & Myxus alba* Geſnero. *Zizypha candida Monspel.* Lobelio; *Tuber*, *Zizypha Columellæ fortè & Plinii* Cæſalpino, Italis *Perlaro*, Hiſpanis *Arbo Paroyſo*, Turcis *Thespic.* Magnitudinis eſt juſtæ. *Cortex* adultior ſcaber & rimoſus. *Folia* fraxini ferè ſerrata, cubito longiora, ex foliis multis mutuò ſibi reſpondentibus nigricantia, quæ hyeme cum pediculis decidunt. *Flores* copioſi, pentaphyllei racematim cohærent; calyce longiuſculo, ex purpureo nigricante in quo ſtamina. *Bacca* ſuccedunt luteæ, virides initio, candicantes quando (quod Auguſto fit) maturuere, magnitudine Meſpili Aroniæ, cum dulcedine quadam amara, fœtidæ, palato ingratæ, quibus nuclei; entagoni aliquando, hexagoni ſæpè, medulla alba. *Reperitur* in Syria, Italia, Hiſpania & cæteris locis. Tripolitani ad captandam umbram fovent. Lutetiæ opera Bellonii videri cæpit. Hiſpali in Palatio regio & Arelati maxima. Nemauſi hyemes rigidiuſculas tulit. Stutgardiæ in horto Principis Junio & Julio floruit. Nata & Mombelgardi ex ſemine; hyemis ſævicie enecta. Multa de ejus in *Medicina uſu* Abenſina. Sed quia venenata adeò ut nec ab avibus quidem attingatur, attacta canes exanimet, imprudentis eſſet, in tanta aliorum Medicamentorum fera-

Abenſina l.2.tr.2.c.27

Bauh. Phytop. l.2.c.4. p.415. Bauhin. H. P.l.5.c.27. p.554. Geſner. in Hortis. Dodon. Pempt.6. l.4.c.25. Matthiol. in Dioſcor. l.6.c.12.

Guabiraba.

Azedaracta.

Quauhxiotl Terentÿ.

Guabiraba.

Caaghÿjuÿo Braſilienſium.

Arbor v ſera Tabacenſis.

Tangaracæ prima ſpecies.

Manaca Braſilienſium.

Tangaracæ ſecunda ſpecies.

Tangaracæ flores et folia.

Copalxihuitl Teotebuacanorum.

Totocapolin Terentij.

Aninga Peti Braſilienſium.

feracitate, eâ uti. Aqua foliorum pedunculos enecat.

Caput II.

De Arboribus Bacciferis Exoticis tantum.

Tab. LXXXII. LXXXIII. ARbores Bacciferæ quæ huc referuntur sunt novem. 1. *Guabiraba.* 2. *Arbor uvifera Tabacensis.* 3. *Caaghiyuyo Brasiliensium.* 4. *Manaca.* 5. *Tangaraca.* 6. *Copalxihuitl Teotehuacanorum.* 7. *Totocapollin Terentii.* 8. *Aninga peri Brasiliensium.* 9. *Huaconex.*

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 24. *I. Guabiraba* arbor est vasta, minor in collibus & campis, & vix prunum adæquans, *ligno* obliquo, multis flexibus tortuoso, durissimo & à putredine immuni. *Folia* ipsi variæ figuræ; acuminata & penè cordis figurâ, obtusiora, subaspera, eminentibus nervis, foliorum pyri magnitudine. *Flos* niveus & odoratus. *Fructus* globuli rotundi, qui umbilicatim prodeunt, & sub initium hyemis maturi nigrum colorem induunt, & à dulcissimo sapore commendantur. *Usus* foliorum, qui calidi ad secundum, in balneis: spirant enim trita aromaticum odorem. Pulvis *ligni* in carbonem redacti oculis inflatus vehementer contra inflammationes confert. *Flores* ante solis exortum collecti, liquorem per alembicum fragrantissimum fundunt, egregium in ophtalmia refrigerans & mundificans.

De Lact Ind. Occid. l. 17. c. 18. *II. Arbor uvifera Tabacensis, materie* est rubra, ligni Brasiliani instar: *folia* penè orbiculata; *fructus* uvis haud dissimilis, saporis gratissimi. *Nascitur* potissimum juxta littora.

Marcgr. H. P. l. 2. c. 2. *III. Caaghiyuyo Brasiliensium* subfrutex est, rubi Idæi magnitudine. Caulis est hirsutus & lignosus. *Foliis* quæ hirsuta, leviter serrata, superius magis quam infra viridia; tres eminentes secundum longitudinẽ nervi, multæ transversim venulæ, superius per totum tuberculi, inferius scrobiculi. *Floscul* in pediculis parvis duo, tres, quatuor, quinque in racemum sibi appositi, albi, πενταφύλλοι. *Bacca* nigræ, baccarum Juniperi magnitudine, dulces. *Nascitur* in pluribus Brasiliæ locis. *Foliorum* pulvis ulcera ex causa calida orta inspersus sanat. *Baccæ* ab Æthiopibus comeduntur, & Myrtilli succum dant. Arbores Exoticæ

Marcgr. H. P. l. 2. c. 2. *IV. Manaca Brasilienſium*, ita à Marcgravio describitur. Frutex est *cortice* gryseo, *ligno* mediocriter duro, sed fragili, qui in multos *ramos* dispergitur, & hi itidem in ramulos inordinatè positos, in quibus sunt *folia*, pyri junioris foliis similia, dilutè viridia, in frondes quasi dispositæ: nervo secundum longitudinem & venulis transversis vix conspicuis. Fert *florem* solitarie positum ex longo calice prodeuntem, stuferi Hollandici magnitudine, in quinque folia dissectum, staminulis parvis in medio: flos coloris dilutè purpureo cærulei, vel etiam albi: nam in uno eodemque frutice albi & cæruleo-purpurei flores reperiuntur: suavis odoris instar Violarum Martiarum. *Fructum* fert magnitudine instar uvæ spinæ, viridem, rotundum, cortice gryseo tectum, qui superius quinque fissuras habet, ut fructus per fissuras stellam quinquangularem repræsenter. Continet in se tria *grana* seminis magnitudine lentis vel etiam majores, ellypticæ figuræ. *Rasura ligni* infusa, Esulæ instar purgat.

Marcgr. H. P. l. 2. c. 2. *V. Tangaraca eorundem* duas habet species. *Prima* frutex est magnitudine Ribium. *Cortex* cinerescit. *Folia* oblonga, viridia, multis costis transversis intertexta; infernè canescentia, ad tactum hirsutie molli obducta. In extremitate ramorum, *inquit Marcgravius, flos* provenit, purpureo brunni coloris, magnitudine clavellinarum Indicarum plenus: quatuor folia floris exteriora paulò longiora quam reliqua; figura vomeris, quibus inferius adstant octo ejusdem figuræ minora, & medium seu totum spacium floris constat foliolis parvis purpureis, more florum Scabiosæ: è quorum medio prodit una *bacca* cærulea, magnitudine myrtillorum, ad visum quasi gemma Turcois

arbores eois flori esset impositæ, & flos ut ho- exoticæ loscricum brunnum. Lusitanis dicitur *Erva do rato*. *Altera species*, frutex est arboreſcens. *Lignum* habet, Marcgr. l. c. *describente eodem Marcgravio*, lentum & in *ramis* ramulos oppositos, & duo semper sibi opposita, vel etiam tria sibi apposita foliola oblonga protert, dilutè viridia, eminente nervo secundum longitudinem & conspicuis costis secundum latitudinem prædita. In summitate ramorum *spica* nascitur ex floribus multis umbellatim positis constans, suntque *flores* oblongiusculi, cylindracei, rubri: pediculi autem florum crocei coloris & longiusculi. Piso uni dat florem saturatè purpureum & umbilicatum: *alteri* primò albescentem, sed qui mox aureo colore nitescat. Præsentissimum est utraq; *venenum*. Nam *folia*, *flores* & *semina* si degustentur, confestim corpus intumescit, mens turbatur, oculi caligant, & animi deliquia oboriuntur. Præsentaneum in radice remedium, quæ contusa in vino vel aliquo alio convenienti liquore propinatur.

Recc. R. M.N.H. l. 4. c. 3. *VI. Copalxihuitl Teotehuacanorum*, seu *herba Copalli referens*, frutex est *describente Recco*, quatuor dodrantes longus. Multi illi *rami*; *caulis* lignosus, paulisper fulvus. *Folia* Ocymi sed obrotunda, infernè squallentia, supernè viridia, rara & aliquantisper serrata. *Baccæ* rubescentes. Spirat odorem, & saporem Thymi præ se fert. *Nascitur* Teotehuacani, juxta tesqua & saxosa loca. Calidus & siccus est ordine tertio. *Succus* expressus confert oculis.

Recc. R. M.N.H. p. 432. *VII. Totocapollin Terentii* videtur esse arbor. *Rami* virides, punctis albis aspersi: & in quavis ala videtur latitare quasi bacca viridis.

Piso de simpl. facult. c. 92. *VIII. Aninga peri Brasilienſium* est planta fruticescens. *Foliis* donatur lanuginosis, ovalis figuræ, triste viridibus quidem, sed aspectu pulcherrimis: ad tactum instar urticæ mortuæ, mollibus & velut lanuginosis, quæque nervis multis & crassis distingvuntur. *Flos* exiguus albicans, cui paucæ *uvulæ* è cæruleo nigricantes, sambuci baccis similes succedunt. *Folia* recenter contusa, vel in pulverem redacta, recentibus & inveteratis ulceribus medentur prima intentione, si profunde illorum succus aut pulvis iis immittatur.

Recc. R. M.N.H. l. 3. c. 3. *IX. Hua conex materia* firma, nec terrâ defosa corrumpitur. *folia* lutea, *flos* candicans, *fructus* baccæ lauri similes. Ex *cortice* confracto, in aqua macerato, insolato, liquor educitur balsami virium. *Surculi* roborant dentes: ex quibus olim Indi sagittis mucrones addebant.

Bont. H.N. & M. l. 6. c. 31. *X.* Accedat Corollarii loco *Frutex Indicus incognitus* anonymus, cui folia magna, deorsum ex pediculis ligneis pendentia, flos exiguus, succus folior. ulcera mali moris exsiccat. Quid ferat, ignoro.

HI-

Lentiscus Peruana seu molle arbor.

Lentiscus vulgaris
Mastixbaum.

Moringa.

Lentiscus Brasiliensis
seu Aroeira.

Arbor thurifera.

Bonduch Indorum.

Inimboy Brasilianorum.

Lentiscus.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER VI.

De Arboribus lachrymiferis.

Titulus I.

De Arboribus lachrymi-bacciferis.

Caput I.

De Lentisco.

Tab. LXXXIV.

Bacciferas simpliciter ita dictas sequuntur Lachrymosę, quę lachrymas, id est, gummata, resinas, & succos hisce similes fundunt. Sunt verò in duplici differentia. Aliæ enim *præter lachrymas* baccas ferunt: Aliæ *conos*. Illas *Lachrymi-bacciferas*; has *Lachrymi-coniferas* dicemus, iisque *succos* seu *humores Arborum* subjiciemus. Ex illis sunt, 1. *Lentiscus*. 2. *Arbor thurifera*. 3. *Terebinthus*. 4. *Balsamum*. 5. *Arbores quædam Veterum*. 6. *Arbores nonnullæ Indicæ recentiorum*. & 7. *Arbores Novæ Hispaniæ Copal* dictæ.

1. De Lentisco pauca apud *Veteres* occurrunt. Dioscorides arborem ut notam non describit: alibi Tragium foliis, semine & ramis simile scribit: ut & glycyrrhizæ folia densa, pingvia, tactuque glutinosa. Plinius Italicam dicit, quasi præter Chiam alia novissent genera. *Fructus*, inquit, initio rubet, post nigrescit, qui & in racemis Sambuci specie dependet. χνοώδες Hippocrates vocat. *Folium* pistacei sed minus, per extremitatem rubens. In summo *siliquæ* pisorum, sed corniculi modo intortæ, in quibus resina jucundi odoris continetur. Ter fructum ferre tradit Cassianus Bassus, fortè quod tribus distinctis temporibus eundem perficiat. Plebs rustica cœli & syderum imperita, arandi suorum operum auspicia hinc cognoscit: quod si primus fructus egregiè provenit, τὸν πρῶτον καρπὸν καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει. Id & de aliis intelligendum. Qui de flore sumunt, vehementer errant. Nec ea vel Ciceronis vel Arati mens fuit.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 89. l. 4. c. 49. l. 3. c. 7.

Cass. Bass. Geopon. l. 11. c. 13. Plin. H. N. l. 18. c. 26. Theophr. de signis serenitatis.

Si gravida egregios, glandis lentiscus acervos
Proferat, hoc largas sperabis ab omine messes.
Et modicâ modicam, parcâ prænoscere parcam
Glande potes.

De *viribus* nota. Dioscoridi est partibus omnibus adstrictior: Galenus ex aquea leviter calida & terrena non pauca frigida qualitate, constare scribit: ita ut secundo gradu desiccet, & calore sit temperato. Feliciter ergò ad sangvinis rejectiones, alvi profluvia, uteri & sedis procidentias, dentes vacillantes & gingivas sangvinolentas adhibetur. Hippocrates foliis in aqua coctis, nec non succo expresso uterum resiccare solebat. *Scio*, inquit Plinius, *Democratem medicũ in valetudine Cau-*

Galen. de simpl. medic. l. 8.

Hippocr. l. de Natura Muliebri. Plin. H. N. l. 24. c. 7.

Lentiscus.

sidiæ M. Servilii Consularis filiæ, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte caprarum, quas lentisco pascebat. Ulcus pulmonis vel renum, nisi uterinas sanguinis eruptiones dicere malis, fortè is morbus fuit. E *ligno* seu virentibus surculis parabantur & olim dentiscalpia, quorum præter Dioscoridem & Martialis meminit. Qui frequentius iis utebantur, σχινοτρῶγες seu σχινότρωκται, quasi lentisci corrosores dicebantur. *Fructus* Plinius in cados, velut olivas & corna condi dicit, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Fit & ex eodem maturo jam & oleũ, cujus apud Dioscoridem parandi modus. Magnopere à Galeno ad defluos capillos cum Ladano mistum commendatur; ab Actuario in gingivarum inflammatione, recens. Contineri moderatè calidum in ore debet. Repellit placidè, & citra asperitatem & absque morsu discutit. Plinio contra papulas à sudore excitatas laudatur: effecturumq; id quod rosaceum, nisi durius paulo intelligeretur. Inspissatum scabiem canum & jumentorum sanat. Eædem vino lentiscino, quod ex bacciferis ramis paratur, vires. De *Mastiche* suo loco agemus.

Martial. in Apophoretis.

II. MODERNIS Lentiscus est triplex, *vulgaris* nempè *Peruana* & *Brasiliensis*.

Stapel. ad Theophr. l. 3. p. 230. Bauhin. H. P. l. 3. c. 21. p. 283.

I. Lentiscus vulgaris perpetuâ semper fronde viret. *Cortex* caudici & ramis qui brachiati & flexiles, cinereus: *folia* Glycyrrhizæ ferè, sed buxeorum soliditate, ex viridi nonnihil rubentia, conjugatim ad costam canaliculata, tam rubescentem connexa, in spinulam plærumque desinunt, saporis acidiusculi, odoris grati, & quæ ori inserta sitim arcent, & faucium humiditatem tuentur. Insident his aliquando *vesiculæ*, corniculi modo intortæ, liquore limpido plenæ, qui veterascens in bestiolas culicibus similes facessit. *Flosculi* ad alæ imum veluti racemuli, rubentes, vel ex herbaceo pallescentes, Aprili vel Martio funduntur. *Fructus* racemosi dimidio pisis minores, in stylum minutum desinentes, rotundi, rubentes, per maturitatem, in Octobri vel Novembri hoc, nigricantes, acidi. Nucleus eis durus, niger, albâ medulla infarctus. Viridem Cordus facit, indeque lentiscum grani viridis arborem nominari. *Nascitur* in regionibus calidis, locis humidis, in Cypro, Chio & aliis Ægei maris insulis, Palæstina, Ægypto, Italia, Hispania, toto tractu ad mare mediterraneum obverso, & Galliæ Narbonensis ora maritima, quæ ad Taurinorum juga, & Pyrenæos Alpes protenditur. *Vsum* & nunc in *Medicina* habet. Ex *radice, cortice* & *foliis* exprimitur succus, qui inspissatus, strictione sua contra dysenteriam, nimium menstruorum fluxum, ossium fracturas, ulcera, & uteri procidentiam adhibetur, acaciæ & hypocistidis succedaneum. Ex *bacciferis ramis & foliis* fit vinum, stomacho gratum, quo fluxiones cohibentur, & ulcera ad cicatricem perducuntur. Ex baccis oleum ad scabiem, defluvium capillorum & lingvæ inflammationem utile. Hispani eo chirothecas inficiunt, & *Azeite a Mato* vocant: alii Opobalsamum adulterant. Ex Narbonensi Gallia in peregrinas oras devehitur. Duplex est, *Chia* nempe, & quæ alibi provenit. *Chia* arborescit etiam sine cultu, & Mastichen copiosè fundit. *Quæ alibi proveniunt*, humiles sunt, nec aliquo grandiore caudice à radicibus sublato, sed virgultis stolonibusque innumeris, Corylorum sylvestrium modo dissiliunt. Visa tamen ad Anam fluvium ubi non cæditur, in justæ arboris magnitudinem excrevisse. Fundere mastichen negant quidam, affirmant nonnulli: sed nec tam citò, nec tam copiosè, & minus laudabilem. *Ægyptia* nigra est. Est & in *India* spinosus frutex, ex quo Mastiche.

II. Lentiscus Peruana dicitur *Molle, Mollis, Moly* & *Muelle*, quibusdam *arbor ex Peru.* Arbor est procera, pul-

Petr. Cieca Chron. Indici p. 1. c. 112.

Marcgr. Hist. Plant. Brasil. l. 3. c. 1. Recc. R. M. N. H. l. 3. c. 15.

pulchra, ramis patentibus, qui è viridi colore in purpureum tendunt: *foliis* oleæ minutis, dum juniores sunt serratis, semper virentibus, odore fœniculi, quæ ordine utrinque disponuntur, & obliquè versus ramos extremos procedunt. Fundunt revulsa lacteum, viscidum & odoratum succum. *Flores* exiles & albi racematim dependent. *Fructus* Oxyacanthæ semini par aut minor, viret primò, mox ex albo rubescit, carne dulci cum quadam amaritudine, cui nucleus durus & osseus. Producit & uvæ quoddam genus, unde Indi vinum premunt. Stillat ab ea *lachryma* candida, fœniculi & lentisci odore, acris, subdulcis & cum quadam amaritudine subadstringens. Sylvestris est & ubiq; *provenire* prompta, in convallibus inprimis & locis planis. Visa Madriti in Hispania: nec non Romæ in Columnæ Zagardi Ducis horto. Tenellæ illæ. *Caudex* femoris crassitudine *cortex* subcinericius fraxini humilioris magnitudine. *Folia* ex pluribus ad unum pediculum cohærentia, ex viridi nigricantia, serrata, sub extremum angustiora, quæ ab arboribus decerpta, lacteo succo, lento & vivido turgebant. *Flores* exiles, albi, racematimque dispositi. *Fructus* prout jam descripsimus. Singularis est *Usus*. Ex *ligno* domorũ compluviata, Ex ramulis dentiscalpia parantur. *Corticis* decocto crurum tumores & infectiones foventur. pulvis inspersus vulnera glutinat, dentes stabilit. *Folia* decocta œdemata dissolvunt. Ex *fructu* in aquam injecto, sola coquendi diversitate, mel, vinum & acetum paratur. Ex ejusdem unciis octo tusis, drachmæ septem præstantissimi laticis ex atro fulvi haberi possunt, qui si recens, albescit & spumat, nec in laneam vestem fusus, notam post ablutionem relinquit: Idem in aquam injectus & agitatus liquatur, diluitur, & lactis modo albescit. *Gummi* lacte dissolutum, oculorum caliginem abstergit.

Ind. Occid. l. 9. l. 4. c. 30

III. Lentiscum Brasiliana dicitur Lusitanis *Aroeira*. Foliis est Ibirabæ sed paulò minoribus. *Folia* in ramulis quinque vel septem sibi opposita, quæ trita resinosum spirant odorem. *Flosculi* in ramulis, qui ad cujusque rami exortum, pentaphylli, acuti, ex albo sublutei. *Fructus* qui Julio maturescit, uva baccis plena, magnitudine piperis, initio viridibus, per maturitatem rubris: quæ rubedo in solo tenui cortice est. Granum cortice contectum rotundum est, compressum, oleaginosum, odoris instar fœniculi recentis triti, & in se nucleum parvum continet. *Frequens* est in promontorio Olindæ, & locis arenosis. Fructus siccitate & acrimonia recẽtes carnes à putredine conservant. *Folia* aromaticarum sunt partium. *Gemmæ* arboris ex aqua nocturno rori expositæ, tempore paroxysmi à barbaris exhibentur.

Lentiscus.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 21.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 1.

EXOTICA.

Ex Exoticis aliis huc spectant, 1. *Juwb Amazonum.* 2. *Moringa Acosta.* 3. *Pavate ejusdem.* 4. *Bonduch Indorum.* 5. *Duæ arbores Brasilienses.* 6. *Fructus Indicus Samparantam.*

Vid. TAB. LXXXIV

I. *Juwb* arbor apud Amazones provenit. Specimen ejus Clusius habebat bacillos teretes, inæquales, angulosos, ruffescentes, in quibus inter binas appendices alternis nascebantur alata *folia*; seu verius, alæ tenuissimæ & firmissimæ, quinquaginta & pluribus foliolis singula latera occupantibus prædita. Istis tanquam penicillo incolas ad pingenda varie sua corpora uti dicebant.

Clus. Exot. l. 4. c. 14.

II. *Moringa*, Persis *Tame* & *Guzarat Trevida*, Arabibus & Turcis *Moria* & *Moriaben*, Guzaratensibus *Turiaa* dicitur. Magnitudine & foliis, quæ saturatius virent, lentiscum æmulatur; nodosa, ramis paucis, fragilis. *Fructus* est pedalis, raphani crassitie, octangularis, colore inter viridem & cinereum, intus candidus, medullosus, in certa receptacula distinctus, quibus semina ro-

Ferrar. Florær. l. 3. c. 21. Acosta Hist. Arom. c. 25. Bauhin. H. P. l. 22. c. 4. p. 435.

Lentiscus.

tunda, Ervo similia virentia, sapore acriore, includuntur. *Provenit* inprimis apud Malabares, juxta flumen Mangate. *Radix* unicornu & lapidis Bezoar vices supplet. In cholera & elephantiasi efficacissima.

Acosta Hist. Arom. c. 14.

III. *Pavate Malabarum*, Brachmanis & Canarinis *Vasa veli*, Lusitanis *Arbol contra las erisipolas*. Frutex est novem pedum altitudinis. *Radix* alba & insipida: *rami* cinerei. *Folia* rara, mali aureæ similia; *flos* quatuor foliorum, candidus; in cujus medio alba fibra cuspide viridi insignis; floribus Periclymeni odore; *semen* rotundum, lentiscini magnitudine, ex viridi nigricans, & ubi maturuerit, nigrum. Adhibetur contra alvi profluvia. Radix in decocto oryzæ macerata erysipelati inungitur, & bibenda in inflamatione hepatis & febribus propinatur: cum succi Tamarindorum momento, vulnerum labiis imponitur, ad cohibendos defluxus.

Clus. Exot. l. 2. 20. 335. Bauh. H. P. l. 12. p. 439.

IV. De *Bonduch Indorum*, quæ aliis *Matis Indorum cinericii coloris*, hoc duntaxat habeo, arborem esse spinosam, foliis lentisci; quæ fert lobos fuscos, subrubentes, frequentibus pinnulis hirsutos, cortice membranaceo, quibus aliquando singuli, aliquando bini fructus, instar magni pisi, coloris ex albo cineracei, parvo hilo fusco, adeò solidi & duri putaminis, ut saxei viderentur. Ex confractis albus *nucleus* amarissimi saporis exilit. Bauhinus avellanæ magnitudine, splendentem, durissimum & cinerei coloris habuit. Quidam *Bonduch*, nonnulli *Milium Indicum* appellant. Adfertur ex Java, Syria, Brasilia, & Virginia. Marcgravio sub nomine *Inimboy Brasiliensium* ita describitur. In Cynosbathi magnitudinem excrescit; *caudex* & *ramuli* pleni spinulis hepatici coloris, *lignum* autem intus medullosum instar Sambuci. Habet in quolibet ramo multos ramulos directè oppositos; in ramulis porro *folia* itidem opposita à quatuordecim ad viginti in uno ramulo, qui inter quodlibet par foliorum duobus munitur aculeis. Sunt autem folia lætè viridia, splendentia, ferè cylindracea, & unum circiter digitum longa. *Flores* fert in spicam congestos luteolos. Hos sequuntur *lobi spinosi*, hirsuti, coloris cum maturuerunt hepatici, in quibus singulis continentur duo globuli durissimi, cinerei coloris, glabri & splendentes, qui quassato lobo strepitum edunt: nucleus interior ex albo flavus, amari saporis instar lupinorum. Lobus autem per maturitatem dissilit & effundit globulos.

Bauh. Phytop. l. 11. s. 2. p. 399.

V. Arbores Brasilienses sunt *Igcicga* & *Igtaiciga*. *Illa* speciem mastichis odore gratissimo profert: cujus cortex contusus liquorem album, & qui condensatus vicem thuris supplet, fundit. *Ista* adeo duram & pellucidam resinam profert, ut vitrum esse videatur. Incrustantur ea fictilia vasa.

De Laet Ind. Occid. l. 15. 8. p. 560.

VI. *Fructum Indicum Samparantam*, Pena *Lobum Moluccensem echinatum* vocat. Fuscus est, & spinosis subrubentibusque tuberculis undiquaque obsitus. Bini intus phaseoli, seminum Anagyridis formâ, prorsus nigri. An radix *Samparanton* valida & amara, quæ in Sunda provenit, hujus arboris radix sit, dici nequit.

Clus. Exot. l. 11. 15.

Indiæ Orient. p. 4. c. 8.

Caput II.

De Arbore Thurifera.

Vid. Tab. LXXXIV

I. De *Arbore Thurifera* diversa longè produnt *Veteres*. *Theophrastum* si sequimur, quinque ferè cubitis attollitur, ramosa, folio pyri, sed multò minore, coloris herbacei ut rutæ, cortice lævi, lauri modo. In Arabia, India & Syria nascitur; & tam spontè quam incisura, quæ sub cane fit, fundit lachrymam, quæ Thus dicitur. Arborum *aliæ* super montem prodeunt: illumque præaltum, nive obrutum, & de quo amnes in plana decurrant. aliæ ἐν ταῖς ἰδίαις γεωργίαις ἀπὸ τὴν ἀπόρειαν. Aliæ coluntur, aliæ non. *Quidam* lentisco simi-

Theophr. H. P. l. 9. c. 2. 3. 4. & l. 4. c. 6.

similem prodidere, folio subrutilo fructu lentisci, qui vidêre apud Theophrastum, folio lauri, lævique. Omnibusque his visum in regione Arabum media, circa Saba, Adramita, & Catabana provenire. *Plinius*, quæ sit hujus arboris facies non constare, scribit. A nullo enim Latino, quod equidem sciam, (sunt ejus verba) tradita: Græcorum exemplaria variant. Alii folio pyri, minore duntaxat, & herbidi coloris prodire. Alii lentisco similem subrutilo. Quidam therebinthum esse, & hoc visum Antigono regi allato frutice. Juba rex iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris maximè Pontici. Succum amygdalæ modo emittere, talesque in Carmania apparere, & in Ægypto satas studio Ptolomæorum regnantium. Cortice lauri esse constat: quidam & folium simile dixere. Talis certè fuit arbor Sardibus. Nam & Asiæ reges serendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod jure miremur, viris etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi potest matrem quoque teretem enodi fruticare trunco. Nullis verò illæ præter Arabiam, ac nec Arabiæ quidem universæ. Atramitæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Saba appellata, quod significare Græci mysterium dicunt: spectat ortus Solis æstivi, undique rupibus invia, & à dextra malis scopulis inaccessa. Id solum è rubro lacteũ traditur. Sylvarum longitudo est Schœnorum XX. latitudo dimidium ejus. Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia XL. hoc est pass. quinque M. aliqui XXXII. stadia singulis Schœnis dedere. Attolluntur colles alti, decurruntque & in plana arbores sponte natæ. Terram argillosam esse convenit, raris fontibus ac nitrosis. Attingunt & Minæi pagus alius, per quos evehitur uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent: à quibus & *Minæum* dictum est. Nec præterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque M. M. M. non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vendicent. Sacros vocari ob id, ne ullo congressu fœminarum funerumque, cum indicant eas arbores aut metant, pollui: atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum jus iis populis esse tradunt in sylvis: alii per vices annorum dividi. Juba insulis negat nasci. Diodorus Siculus pusillam arborem facit, albæ Ægyptiorum spinæ aspectu similem, foliaque salicis referre; florem aurei coloris. Sed cum hæc potius myrrhiferæ arboris sit descriptio, metuo ne mendum aliquot irrepserit.

Plin. H.N. l. 12. c. 14.

Arbor thurifera.

II. Sed nec RECENTIORES in ejus descriptione in totum conveniunt. Garzias humilem esse & folia lentisco similia habere prodidit. Thevetus pinus resiniferæ referre scripsit. Major illius authoritas & ad Veteres accedens descriptio. Fingit sæpè hic, & impudenter mentitur. Duplex verò ista, *Montana* quæ optimum thus profert; & *in planis nascens*, quæ nigrum & improbum. Cortex ejus est lachryma crustæ conjuncta, ut post dicetur. *Folium thuris* quod è Florida allatum est, pediculo fibroso & fungoso, & qua parte à matre avulsum fuit canulato, rubescit nonnihil ex fusco, venulisque rectis striatur. Ab imo pediculo, ad summum usque culculli verticem duplicatum est, & quasi ex glumis conflatum tenuibus tunicis, vagina sesquipalmum longa instar infundibuli, quod intra ruffũ & hirsutum, hiantis histrionis speciem præ se ferentis: supernè galeatum videtur. Vidit & Rupellæ Lobelius.

Garz. ab Horto l. Aromat.

Bauhin. H. P. l. 10. c. 30. p. 307.

Lobel. in Adversar. p. 420.

Terebinthus

Caput III.

De Terebintho.

Tab. LXXXV.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 91. Theophr. H. P. l. 1. c. 15 l. 3. c. 4. 6. 14. l. 5. c. 4. & 8.

I. EX *Veteribus* non descripsit Dioscorides Terebinthum, quia nota. Nec Theophrastus multa de ea in genere. Censetur inter ἀειφύλλα. *Materies* nigra admodum spissaque, quod de Syriaca Terebintho sumit Plinius, cui spissa firmitas. Germinat περιεσταμένου τῆς ἦρος. *Semen* verò περὶ πύρου ἀμητόν, seu circa triticeæ messis tempus emittit. Nascitur & in Syria: circa Macedoniam verò montibus propria est. Nonnisi fructu resinaque utilis. *Genera* tria apud eosdem invenies. *Marem, Fœminam* & *Indicam*. *I. Mas* sine fructu est, ob id sexum maris adepta. *II. Fœminarum* duo quoque genera. *Alia* fructum protinus rubrum (malè ruffum, ἐρυθρὸς color rosæ & sangvini, ruffus bovi) producit lentis magnitudine, qui non maturescit. Sic vox ἄπεπτος peculiaris Theophrasto in his, quæ maturantur, vertenda. *Alia* viridem primum, qui deinde ἐρυθραίνει, post ἅμα τῇ ἀμπέλῳ maturescit, nigrumque acquirit, magnitudine fabæ, tactuque resinosum, καὶ θυωδέστερον, seu odore jucundum. *Materia* huic lenta; *Radices* validæ, & in profundum abeuntes, in totumque ἀνώλεθρον τὸ δένδρον. *Flos* oleæ, verum colore rubro. Plinius racemosum oleæ modo facit. *Folium* numerosum ab uno pediculo, δαφνοειδὲς, κατὰ συζυγίαν, ut in sorbo, in summo impar, verum minus, ἀγωνιότερον quam sorbo, καὶ δαφνοδέστερον τῷ κύκλῳ, totum pingve cum fructu. Fert & καρυκώδη (sic lege, non καριώδη, vel ut Gaza legit καρυώδη) τινὰ κοῖλα, ut ulmus; quibus bestiolæ tanquam culices innascuntur. Fit in his aliquid ῥητινώδες; nec tamen inde resina. Nec ejus a fructu copia. Sed manibus tantum adhæret: & si non lavetur, postquam collectus est, cohæret inter se. Cum lavatur, candidus probeque maturus supernatat, niger subsidit. Agemus de ea alibi. Erumpit & cortice. Circa Idam & Macedoniam brevis, θαμνώδης & ἐσραμμένη nascitur. At apud Damascum Syriæ, magna, copiosa & decora. Montem enim terebinthis refertum referunt, in quo aliud nihil. Provenit & in Judæa, Cypro & Cycladibus insulis. Visa & in Olea. Quantum ad *Vsum*, *Materies* ad capulos pugionum accepta, illius inprimis quæ in Syria. Tornabantur ex ea & pocula Thericlea. Celebratur, *inquit Plinius*, & Thericles nomine calicis ex terebintho facere solitus torno, (quos à figlinis discernere facile non erat) per quem probatur materies. Omnium hæc sola ungi vult, meliorque oleo fit. Colos mirè adulteratur, juglande ac pyro sylvestri tinctis atque in medicamine decoctis. *Fructus, folia* & *cortex* adstringendi vi pollent, & secundo ordine excalefaciunt, cortex aridus adeò calidus est, ut à mandentibus protinus percipiatur. Semen in capitis dolore bibitur in vino & contra difficultatem urinæ. Ventrem leviter emollit, & Venerem excitat. *III. Terebinthi Indicæ* Theophrastus meminit; ut & alterius terebintho similis; cui folia, & rami, & reliqua omnia terebintho similia: fructus amygdalorum æmulus; eorumque magnitudine in Bactris. Pistaciam quidem esse volunt.

Theophr. H. P. l. 3. c. 15

Plin. H. N. l. 13. c. 6.

Plin. H. N. l. 13. c. 6.

Plin. H. N. l. 16. c. 40. Theophr. H. P. l. 3. c. 4.

Theophr. H. P. l. 4. c. 5.

II. RECENTIORIBUS duplex est Terebinthus 1. *Vulgaris*. 2. *Peregrina*.

I. Terebinthus vulgaris est Theophrasti *fœmina altera*, Lobelio *Lentiscifolia minor*. Fruticat maximâ ex parte. Rami longi, rari; cortex cinereus. *Folia* laurinis similia sed obtusiora, non semper æqualis situs, subrubentia, quibus nervuli obliqui, nec semper perpetuus per hyemem vigor. *Flores* qui vere funduntur, è ramulorum tuberculis copiosi, in longo racemo meris fibris purpurascentibus contexti. *Fructus* parvi rubentes, resinosi lentoris, quibus nucleus. Extruduntur circa messem. Clusius vere, cum novella folia prorsus ferè rubentia extremis ramis

Lobel Advers. p. 411. Stapel. ad Theophr. H. P. l. 3. c. 5 Bauhin. H. P. l. 3. c. 20. p. 279. Clus. H. P. l. 1. c. 11.

Tab: LXXXV.

Terebinthus peregrina fructu majore. Pistaciæ similis eduli.

Terebinthus vulgaris. Terpentinbaum.

Thuris limpidi folium.

Balsami Arbor Mathioli.

Maripendæ folium.

Balsamus syriacus rutæ folio.

Carpobalsamum officinarum.



Terebinthus peregrina fructu minore cærulea eduli.

Xilobalsamum officinarum.

ramis germinare incipiunt, naſci florem muſcoſum, & oleæ florem purpuraſcentem vel phœniceum imitantem, racematimque cohærentem ſcribit, qui in fructum tranſeat lentiſcino ferè ſimilem, paulò majorem & longiorem, initio viridem, circa vindemias, cum maturuit, vireſcentem. *Folliculus* ſæpè utris inſtar vindemiarum tempore concavus ut in ulmo, & purpuraſcens; in extremis ramorum cornicula cartilagineæ ſubſtantiæ, digitorum ſex, ſaliva ſcatentia, in qua alati culices, aliquando & galla nucis magnitudine, intus cava, corniculorum fortè primordium. Viſa in ea nonnunquam & olea creviſſe. Folliculorum alii ſunt *longi* depreſſique, parum cavi, cornibus caprarum ſimillimi, unde cornu capræ arbori nomen. alii *rotundi*, & ex eis magni & parvi, ut mala: alii oblongi, ut Pruna. Et ex his *alii* partim albi, partim rubri; *alii* ſubcitrini & albi; *alii* per totum rubei; *alii* ſubvirides. De Reſina alibi agetur. *Provenit* in Arabia, Africa, Syria, Creta, Cilicia, Corcyra, Cycladibus inſulis, Narbonenſi Gallia, Italia, Japidiæ collibus, murorum ruderibus, locis ſiccis, lapidoſis, & Soli expoſitis. Vidit Matthiolus non procul à Tridento prope Atheſim, in colle Caſtel Trento dicto. Inter Sidero-capſam & urbem de la Cavalle non majores Corylis creſcunt. In agro Romano circa Virgouanum Caſtellum Urſinorum viſuntur altiſſimæ & craſſiſſimæ: in Lombardia & Tuſcana parvæ & contortæ. Circa Monſpelium, ubi in Aprili floret, in ſylvis, flores, fructus & colliculos collegit Septembre Bauhinus. In Germania nusquam vel ſponte naſcitur. *Vſus* ejus nec nunc contemnendus. Impoſtores pro Ebeno phalos ad pedeſtres lanceas ex ea venditant. Semina in Cilicia & Syria hucusque comeduntur. *Gallarum* magnus in tenuiſſimis ſericeis linteis apud Turcas uſus. Sex millia librarum quotannis inſumuntur. Niſi vere colligerentur, in ſemipedalem longitudinem ad formam cornu exereſcerent. Differentias Maris & Fœminæ non potuiſſe ſe in hac arbore obſervare notat Cluſius. Nec inſvetum fruticibus inter ſe ſimilibus, ut alter fructum inanem & rufum; alter interdum ad maturitatem perductum ferat. Sæpè etiam frutici non adulto & umbroſo loco provenienti nullus. Balſamum.

II. Terebinthus peregrina duplex eſt. 1. *Fructu majore Piſtaciis ſimili eduli.* 2. *Fructu minore & cæruleo eduli.*

1. *Terebinthus peregrina fructu majore piſtaciis ſimili eduli*, Arabibus *Botn quibir*, Theophraſto *Indica*, Serapioni *Fael*, Tabernom. *latifolia*, Bauhino *Indica major fructu rotundo dicitur.* Bauh. H.P. l.3.c.19. Æquat noſtras juglandes. *Folio* eſt oblongiuſculo, à Piſtaciis nuce breviore & rotundiore qui ex racemis pendet, & quo inquilini veſcuntur. Præter ſaporem ſalſum, mediocriter ſiccus eſt. Copioſè in Perſia, Meſopotamia & Armenia provenit.

2. *Terebinthus peregrina fructu minore, cæruleo, eduli*, Arabibus *Botn ſougier*, Theophraſto *Syriaca*, Bauhino *Indica fructu parvo ad cæruleum accedente.* Cluſ. H.P. l.1.c.11. Bauh. l.c. Poteſt ad Bel Arabum referri. Nuculæ cum ſuo cortice magnitudine majoris piſi ſunt, ad Corculum aut Doram accedunt, & propter colorem inter viridem & cæruleum medium, Arabibus *granum viride* appellantur. Calidæ & ſiccæ in tertio; & defluxionibus ad nervos & articulos utiles. Veſcuntur fructu cum pane Syriæ incolæ.

Caput IV.

De Balſamo.

Vid. Tab. LXXXV.

I. DE Balſamo ſingularia apud Theophraſtum, Dioſcoridem, Plinium & alios *Veteres* authores occurrunt: inter quos tamen quædam differentia. Arbor eſt Viti magis ſimilis quam myrto Plinio, Cytiſo & terebinto Straboni, piceis arboribus Juſtino. Mali Punicæ magnæ Theophr. l.9. c.6. Plin. H.N. l.12.c.25. Dioſcor. M.M. l.1.c.18. Strabo Geogr. l.16. Pauſan. in Bœotic.

Balsamum.

magnæ proceritas apud Theophrastum, myrti apud Pausaniam, Lycii seu pyxacanthæ apud Dioscoridem. *Rami* multi, crassiores quam in myrto, qui scabritia, proceritate & gracilitate differunt, ita ut quod in arbore tenue & τρεχῶδες est, θεριστὸν seu quasi *demessile* dicatur, quod facilè ob gracilitatem demetatur. Dicuntur xylobalsamum, amputabanturque quotannis, seu ut non magna arbor esset, & reliqua validiora; tum emolumenti gratia. *Folium* secundum Pausaniam ἀμαράκου, secundum alios rutæ, exalbidum, perpetuò virens, seu ἀειθαλέστερον. *Fructus* similis terebintho, magnitudine, figura & colore. vino proximus gustu, admodum odoratus. Subrubet idem, tegmine suo scilicet vestitus; flavus est, ut Dioscorides scripsit, vel rufus, ut Plinius, si eo spolietur; nisi ξάνθον è flavo rubrum dicere velis. Nomen *Carpobalsamum*, infima Græcia καστάμον dixit. Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido adfertur; coarguiturque magnitudine, inanitate, longitudine, odoris ignavia, & sapore piperis. *Colligi* lachrymam in caudice & parte superna tradunt ἀπὸ ἐκτομῆς. *Inciditur* Theophrasto ὄνυξι συδηροῖς ἀπὸ τὸ ἄστρον, Plinio, silice & aliis, vitro, lapide, osseisve cultellis. Ferro lædi vitalia odit & moritur protinus, eadem amputari supervacua patiens. Tacitus pavere arborem habet. Incidentis manus liberatur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Singularum arborum vena, tempore Plinii, ter omnibus percutiebatur æstatibus, postea deputabatur. Succus è plaga manat ploratu, sed tenui gutta lanis colligitur in cornua. Ideò Alexandro M. res ibi gerente, toto die æstivo unam concham (concha tria cochlearia facit) impleri justum: quod uno die homo plus colligere non posset. Omni verò fæcunditate è majore horto congios senos, minore singulos. Sex vel septem annuatim collectos prodidit Dioscorides. Opobalsamum dicitur, eximiæque est svavitatis & primæ gratiæ. Ex cornibus novo fictili conditur crassior: similis oleo & in musto candida. Rubescit deinde, simulque durescit è translucido. Addit Theophrastus ὀσμὴν διαφέρουσαν καὶ πολλὴν, ut subitò ingens spacium permeet. Ejus quod in vasculis supernatat, Sethi album & tenue facit: quod in medio, subrubrum; quod tertio loco fecis instar, συρόμου subfuscum. *Probatio* lachrymæ, ut sit pingvis, tenuis, ac modicè ruffa, & in fricando odorata. Secundo candido color, pejor viridis crassiorque, pessimus niger, quippe ut oleum senescit, falsum hoc. Ex omni incisura maximè probatur, quod ante semen fluxit. Dioscoridi optimus qui πρόσφατος, τῇ ὀσμῇ εὔτονος, syncerus non subacidus, εὐδίετος, vel potius εὐδίαντος aut εὐδίαλυτος, resolvi & penetrare facilis, lævis, adstringens, & lingvam modicè mordens. *Adulterabatur* jam Theophrasti tempore, pluribus mistionibus; & post modis pluribus. Vitiatur *inquit Plinius*, oleo rosæ, cyperi, lentisci, balani, terebinthi, myrti, resina, galbano, cera, prout quæque res fuit. Dioscorides susinum, metopium, mel & ceratum myrtinum aut Cyprinum valdè liquidum addit. Nequissimè adulteratur gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa, & in aqua. Et hujus *probatio* gemina est. Debet syncerum & inhærescere: sed hoc & gummi addita fragili crusta evenit. Et gustu deprehenditur. Carbone verò, quod cera resinaque adulteratum est, nigriori flamma. Nam melle mutatum statim contrahit muscas. Præterea synceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima vasis, adulterata olei modo innatat: & si metopio vitiata est, circulo candido cingitur. Summa probatio est, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat. Idem apud Dioscoridem habetur. De viperis quæ sub eo degere scribit Pausanias, vide eundem. *Locum* si spectes, provenit in valle Syriæ Theophrasto. Uni terrarum Judææ concessum, quondam (Theophrasti tem-

Theophr. H.P. l. 3. c. 10

Plin. l. c. Solin. Polyhistor. c. 38.

temporibus)in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum. Oſtendere,addit,arbuſculam hanc urbi Imperatores Veſpaſiani. Clarumque dictu à Pompejo M. in triumpho arbores quoque diximus.

Juſtin.Hiſt. l.36. Juſtinus vallem continuis montibus velut muro quodam cinctam, ad inſtar caſtrorum claudi. Spacium loci ducenta millia jugerum, nomine Hiericho dici prodidit. I-

Strabo Geogr.l.16. dem apud Strabonem habemus,qui & apud Sabæos Arabiæ incolas na

Joſeph.Antiquit l.8. c.6. ſci tradit; ut Joſephus in Judæam à Regina Sabæ tempore Salomonis allatam. Sethi ἡλίου πηγὴ, quæ priſcis ἡλίου πόλις in Ægypto meminit, ibique naſci. *Vſus* ferè omnium, *ligni* nempe, *fructus* & lachrymæ. *Ligno*

Plin.l.c. minima gratia, ſua tamen merces DCCC. ſeu denariis CCC. Amputatio ipſa ſurculusque intra quintum demum annum væniit. Ex hoc ſarmento tenui ruſſum eſt optimum ſi ſimul Opobalſamum ſpiret. Coquitur in ungventis, pro ſuccoque ipſi ſubſtituere officinæ. Precium in libras VI. Ex aqua potum cruditatibus & torminibus ſuccurrit, urinas ciet, ſquammas oſſium extrahit, & εἰς τὰ τῶν μύρων σίμματα adhibetur.

Dioſcor.M. M.l.1.c.18. *Fructus* cui ſecunda gratia, pleuriticis, tuſſientibus, vertiginoſis, orthopnoicis ſubvenit, & ad muliebres ſuffitus accommodatur. Eligi debet flavus, plenus, grandis, ponderoſus, guſtu mordens, & odoratus. De Adulterio ſuperius dixi. Qualis *Lachryma* eſſe debeat, præmiſſum. Millibus denis ſextarii empti: vendente fiſco trecentis denariis væneunt. Theophraſtus in loco duplo argento pondus rependi prodit. Maximè calefacit Dioſcoridi, qui fortè tenuitate partium deceptus eſt, menſes, ſecundinas & fœtus extrahit; ſordida ulcera purgat; concoctionem adjuvat; ægrè ſpirantes ſublevat, &c. De *Generibus* vix aliquid occurrit. *Sylveſtre* fortè illud quod in Arabiæ maritimis prodire prodit Strabo. At Theophraſtus nullum usquam repertum accepit. Quod vero Plinius tria arbori genera ponit, Tenui & capillacea coma, quod vocant Eutheriſton; Alterum ſcabro aſpectu, incurvum, fruticoſum odoratius, quod Trahy appellant: tertium Eumeces, quia eſt reliquis procerius, lævi cortice; metuo ne ex malè intellecto de ramis Dioſcoride ortum ſit. Præſtantiorem hic ſemetipſa ſcabritia, proceritate & gracilitate ſcribit: quodque in ea tenue ὑάρινον dici. Nec ulla balſamo coma capillacea, ſi folium rutæ folio, ut ipſe prodit Plinius, ſimile: nec πηχώδες de tenuem & capillaceam habente comam ſumendum eſt; ſed quòd tenues & capillaceos ferat ſurculos. Galenus Sagadini balſami meminit, à loco ita dicti, quod tanto Ægyptio præſtantius, quanto vinum falernum eo quod caupones vendunt.

Balſamum.

II. Apud RECENTIORES occurrit, 1. *Balſamum Syriacum rutæ folio.* 2. *Carpobalſamum nigrum Alexandrinum.* 3. *Xylobalſamum officinarum.* 4. *Opobalſamum concretum Lobelii.* & 5. *Opobalſamum ſolidum Bauhini.*

Alpinus de Balſamo. Döring.de Balſamo. Bauhin. H. Pl.3 c.36. p.298.

1. Balſamum Syriacum rutæ folio, arbuſcula eſt viticoſa, Liguſtrum vel Cytiſum proceritate non ſuperans. Nam ubicunque naſcitur, duorum vel trium cubitorum altitudinem non excedit. *Lignum* ei gummoſum leneque, colore exterius ſubrubeo. In horto Meterea propè Cairum pedali longitudine & pollicari craſſitie ſtipes, vix pedalis, qui in multos graciles ramos anſerinæ pennæ caule haud craſſiores findebatur. *Ramuli* duplici *cortice* cinguntur, longi, recti, graciles, ſubrubri & paucis foliolis ordinatim referti. Putantur quotannis vitis modo, ne degenerent. Folia ſeptena ad ſummum alæ adnaſcuntur, quorum extremum reliquis majus, rutæ vel potius lentiſci ſimillima, colore viridi, ſubalbido, perpetuoque virentia. Lobelius tamen menſe Decembri deponi, novaque Majo ſuffici, ex amici relatione prodit. Bellonius pauca in Materea horto in Septembri conſpecta me-

Bellon.Obſerv.l.2.c.39

Lobel Adverſ.p.415.

Balsamum.

minit. Ex similibus prodeunt bina inprimis folia, bifoliis nascentis vitis maximè similia; quæ post hæc tria quatuor aut quinque prodeunt, amaraci foliolis sunt proxima; tertio producta, ad rutæ folia accedunt. *Flores* fert parvos, albos, acaciæ proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbellæ formam, summè odoratos, sed qui facilè evanescit. Ex his *semina* promanant flava, folliculis nigris subrubentibus contenta, valdè odorata, intusque humorem flavum, melli persimilem, habentia, sapore subamaro, parumque acri, lingvam ferientia, opobalsamumque redolentia, terebinthi fructuum figuræ, & magnitudinis æmula, extrema, aculeata, & medium crassum obtinentia. *Lachryma*, quæ *Opobalsamum* ex fissuris ramulorum Junio, Julio & Augusto mensibus partim sponte, partim stipite ferro scarificato destillat, vitreisque vasis excipitur, subit varias cum ætate mutationes. *Color albus* recenti, & à stipite excepto, inprimis quod supra enatat; mox subviridis oleosus, post quinquenniumaureus, senio confecti melleus, obscurior tamen. *Turbidum* idem per quinquennium, hinc clarescit, ut in decennio limpidum & splendidissimum evadat; tandem iterum turbatur. Idem de levitate & odore intellige. Adeò primò *leve*, ut maxima difficultate in aliquo liquore instillatum consîdat, sed continuo in aquæ superficiem feratur, cumque ea cito dissolvatur: medio post se modo habet; tandem *crassescens* subitò in aquam projectum subsidit, difficulter superficiei restituitur, & cum aqua coagulatur. Odor infanti validissimus, adultum Thus ac terebinthinam redolet, cum sapore amaro, acri ac adstringẽte; senescenti remissus. *Nigrum* nemo unquam vidit, falliturque Plinius. Probatio præter jam dicta est, si valdè nares fragrantia feriat; gutta per totam aquæ superficiem instillatu expandatur, facilè coaguletur, lactisque colorem contrahat; & coagulatum stylo eximi possit. Adde vitiatum oleo super aquæ superficiem formis orbiculorum expandi, telamque facere, qua separata oleum in aqua relinquitur: contrectatum nullo lentore vel viscositate digitis adhærere, & gustatum labia non stringere. Quin nec aquâ facilè congelatur, super quam tela opobalsami; oleo tecta à glacie condensatur. Si corrupte la ab ungventis, subsidebunt hæc paulo temporis in fundo: si à cera, turbidum perpetuo videbis: si melle, dulcescet; si resina, carboni instillato, nigrior flamma. *Locum* si attendas, videtur ejus patria Arabia. In monte quodam arenoso prope Mecham & Medinam vivere affirmant. Inde in Judæam translatum & in hortis cultum est: hinc fortè in Ægyptum: ubi & nunc temporis in Maderea horto Cahiræ vicino colitur. Longitudo hujus passus 200. latitudo 100. terreis aggeribus sine calce circumducitur. Perierat tempore Petri Martyris totum balsametum ibidem: unde quidam planè periisse crediderunt: sed delatis ex Arabia cura Eunuchi Mesler Ægypti præfecti restauratum est. Quin & in parte Orientali montis Libani Alexio Græcis imperante tantum Opobalsami collectum, quantum in Ægypto, Thevetus ab incolis se accepisse tradit. Allata ab Alpino & viva, è cujus foliorum dissectis alis Opobalsamum stillare dicitur. Magnus & frequens Opobalsami apud Ægyptios *Vsus*. Vulnera gravia, intra unum diem consolidari experimentis probatum. Ulcera mundare & sanare certum. In febribus putridis movet sudorem: in Chronicis, expedit obstructiones, cruditatesque emendat, si scrup. ij. pondere sumatur. Potatur, suffitur, & supponitur ad sterilitatem tollendam. Faciei in balneo inungitur, ut pulchritudinem servet. Urinam à calculis, frigiditate vel flatu interceptam, movet: & in peste drachm. semis pondere quotidiè deglu-

Alpin. l.c.

Tab: LXXXVI.

Copaiba

Gabueriba seu Cabureiba.

Tabuelilocan Ximenis.

Hoitziloxitl.

Arboris Baalli ferae truncus.

Thus.
Weÿrauch.

Arbor liquidambar.

Caopia

Icicariba Braſilienſium

deglutitur. Thevetus hodie necita oleosum, nec tam consolidans colligi, fide Patriarchæ prodit. Seminis & virgarum recentium decocto stomachi imbecillitas, spirandi difficultas, uteri inprimis humiditas tollitur. Paratur ex iisdem & pulvis, qui vel assumitur vel suffitur. Quia vero ista difficulter à nostris habentur, Opobalsamo quidam Myrrham stacten, styracis liquorem, oleum è seminibus citri, oleum nucis myristicæ; alii Cinnamomi, garyophyllorum, juniperi candidum vel Terebinthinæ succedaneum esse voluerunt. Carpobalsamo, cubebas, caryophyllos, Leucoii radicem, semen terebinthi vel lentisci. Xylobalsamo Nerion Alpinum, lignum hederæ, acorum verum, macin, agallochum nonnullis substituere visum.

Alpin. de balsamo.

II. Carpobalsamum nigrum Alexandrinum, fortè est semen illud hyperico simile, quo ex Dioscoride & Plinio adulterari supetius diximus. Alpinus duplex circumferri scripsit; quorum *unum* est terebinthi magnitudine, atque ferè etiam formâ, rotundum & oblongum ovo simile, in extremis acutum, flavum, folliculo rubente undique tectum; *alterum* pseudocarpobalsamũ, huic admodum magnitudine, figurâ, & colore simile, oblongius & ex medietate folliculo contectum. Odoratum tamen & aromaticum. Cordus non rarò inter Carpobalsamum dictum inveniri adulterinis granis majora, pleno, pingvi, & oleoso intus nucleo. Odoris in attritu gratissimi, & quæ gustu ineffabili, odoris, saporisque gratia, oris halitum diu commendent.

Cord. in Dioscor. l.1.c.18.p.5.

Matthiol. in Dioscor. l.1. c.18. Bellon. Observ.l.2.c 39

III. Xylobalsamum Officinarum Myrtum potius quam Balsamum refert Matthiolo. Bellonius ex Arabia devehi, & cum Ægyptio convenire scribit. At Cordus alterius alicujus fruticis virgulas esse; & aliquando inter eas miri odoris & saporis inveniri. Lobelius Lentisci surculos plærumque cariosos, sed si recentes & odorati, minimè contemnendos. Balsamum.

IV. Opobalsamum concretum Lobelii, legitimæ terebinthinæ Cypriæ veteris, aut resinaceorum liquorum instar densatum erat, glebæ Benzoini ferè concretione, sapore acri, colore fulvo, masticanti ut masticha lentescente. Lobel. apud Bauhin. l.3. p.301.

V. Opobalsamum solidum Bauhini, Duci Wirtembergico à Paludano missum erat, pellucidum, digitis ductile, colore rutilo, uniformi, odore Benzoini, cum adolebatur fragrantiore. Fortè cum superiore idem. Bauhin. H. P.l.3.c.37. p.306.

EXOTICIS huc referri debent *1. Xylo novæ Hispaniæ. 2. Goacanez Nicaraguæ. 3. Arbor balsamifera Tolutana. 4. Maripenda. 5. Frutex Indicus Lavendulæ folio. 6. Hoitziloxitl. 7. Cahuireba Brasilienſium. 8. Capayba eorundem. & 9. Copeiba.* TAB. LXXXVI

I. Xylo, seu ut Gomara *Zilo*, arbor est Punica malo major, foliis urticæ, dissectis & tenuibus. Duplicem fundit liquorem. *Vnum* inciso cortice tenacem, subalbidum, limpidum, qui Matthiolo *Balsamum Indicum novum*, Lacunæ *Balsamum ex nova Hispania*, aliis *Opobalsamum* vocatur. *Alterum* ex ligno, cortice & foliis exprimitur, aut vi ignis elicitur, pullum, ex ruffo ad fuscum vergens, odoris svavissimi, saporis acriusculi, & subamari, Xylobalsamum dictum. Non nisi vase argenteo, stanneo, aut vitreo asservatur, propter insignem penetrandi vim. Tanti primùm pretii, ut uncia centum ducatis Romæ venderetur. Sumptum manè asthmaticis prodest, menses ciet, inveteratos ventriculi dolores lenit: flatus dissipat: urinam illitum provocat. In nervorum passionibus & ischiadicis doloribus nulli secundum. Vulnera quęvis, etiam capitis, ubi cranium non fractum, intra triduum restituit: in febribus chronicis, spinæ paulo ante paroxysmum inunctum, superhaustis aliquot vini guttis, horrorem abigit, sed repetito usu opus est. Notat Heroa quendã Monard. Hist. Arom. c 9. Bauh. H.P. l.3.c.33.

Balsamum.

nardes, qui frequenti usu vigorem juvenilem referebat, absque ulla vivens molestia. Æmulum huic si non idem *Balsamum Bauhini*, dono à Ducissa Lotharingiæ acceptum, odore Styracis, & qui totam domum perfunderet, sapore acri, flammam igni admotum concipiens, & quod aquæ injectum fundum petebat, in qua digitis attritum albescebat.

Ovied. H. Ind. l. 10. c. 13. Clus. Exot. l. 3. c. 18. Idem in Curis posteriorib. Monard. Hist. Simpl. c. 19.

II. Goacanez Nicaraguæ, Scaligero *Goacomax*, Fumeo *Geaconax*, Clusio *Lobus oblongus aromaticus*, & *Balsami Peruani fructus* Penæ, Bauhino *Balsamum Americanum*, arbor est vasta, ramosa. *Materies* firma, & quæ defossa diu incorrupta durat, duplici cortice, altero crasso, suberini modo, altero tenui interno vestita: *fructus* pisi magnitudine, amarus, qui alba siliqua digitum longa includitur. Elicitur ex eo quod inter utrumque corticem est spacio, incisione, alba, limpidissima, suavissimi odoris *lachryma*, illâ quæ ex Xylo educitur nobilior; quæ in aqua stillaticia non diffunditur, nec lac cogit, nec fundum petit. Fructu se Indi ad capitis dolores & defluxiones suffiunt. Monardes exiguum cicerisque grano haud majorem habuit, gustu amaricante, qui in siliquæ digitum longæ, compressæ, albæ & tenuis summo latitabat. Cæsalpinus videtur cum Xylo confundere. Fumeus eam in insulam S. Dominici ponit. Diversa ab ea *Huaconex Recci*, de qua inferius.

Fumeus apud Bauh. H. P. l. 3. c. 33. p. 296.

De Laet Ind Occid. l. 8. c. 15. Reccus Rer. Medic. Novæ Hispan. l. 3, c. 14. Monard. simpl. c. 10.

III. Arbor balsamifera Tolutana pumilas pinos refert, ramosa, cortice tenui, foliis siliquæ, toto anno virentibus. Inciditur tenuis & tenellus cortex ferventissimo sole, & fundit liquorem, qui *Balsamum de Tolu* vocatur, & cochlearibus ex cera nigra, ibi nata, factis excipitur. Erumpit aliquando ex nodis & alis sponte. Noctu ob frigiditatem nihil effluit. Tendit ex rubro ad aureum, dulce est, glutinosum, firmiter inhærens, odore limonum, & magnarum virtutum. Vulnera enim ita consolidat, ut nihil cicatricis relinquatur, si labra probè juncta fuerint; ideo in faciei vulneribus singulare. Ligatura quarto die solvitur. Injicitur cum vino albo cuniculosis fistulis, emittiturque post trihorium. Magni quoque est usus in capitis doloribus à frigida causa, si pannus lineus intingatur & fronti applicetur: in defluxionibus in oculos, si temporibus apponatur: in phtisicis difficulter expectorantibus, si manè aliquot ejus guttæ lambantur: in asthmate, si ex vino albo hauriatur: in tertianis diuturnis & quartanis.

IV. Maripendam Hispaniolæ, Bauh. *Balsamum fructu racemoso ex Hispaniola* vocat. Frutex est qui aliquando ad duorum hominum proceritatem assurgit. *Caules* cinerei: *folia* hastarum mucronibus paria, crassa, lata, superiore parte virentiora, costa crassa per medium divisa, sparsim è rubeo purpurascentia. *fructus* racematim dependet, longus, manus digitatæ instar, ex acinis uvarum similibus è purpureo nigricantibus concinnatus. Foliis Æthiopes loco fistularum, ad hauriendum fumum *Yetl* utuntur. Ex turionibus & asparagis succus exprimitur, & in aqua ad mellis crassitudinem coquitur. Sangvinem deprimit, & vulnera consolidat. Ex summitatibus aqua destillatur, vulneribus & frigidis affectibus utilissima.

Nardus R. M. N. H. l. 3. c. 13. Bauh. H. P. l. 3. c. 33. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 23.

V. Fruticis Indici Lavendulæ folio ramus ita à Clusio describitur. Triû pedum longitudinem non excedebat, crassitudinis diameter circiter duarum unciarum erat, cujus fastigium in nodosum caput nonnihil extuberans desinebat, è quo sesquipedales quinque minores rami prosiliebant, adeò eleganti serie & ordine dispositi, quasi humanâ industria fuissent insiti, inferiori ramo facie quidem similes, sed molliores, magis succulenti, qui proculdubio comprehendere & radices agere potuissent, si quis commodo loco telluri committere in animum induxisset. In horum comosis fastigiis *folia* adhuc inhærebant virentia, formâ, magnitudine, & colore lavendulæ folia valdè referentia, sed

Clus. Exot. l. 1. c. 5.

sed succi plena, aromaticum quidpiam spirantia, medium inter angelicæ sylvestris radicem, gummiquod vocant Elemi, & Cunigundis herbam, qualibus totum ramum vestitum fuisse, ipsa in ramis vestigia indicium faciebant.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 11.

VI. Hoitziloxitl Mexicanorum, Panucenses *Chuate* vocant, Laet *Hutzochitl habet*. Est mali Medicæ magnitudine, *foliis* Amygdali, sed majoribus & acutioribus. *Flores* loculorum oblongorum primò formâ, post foliorum veluti cæteris longiorum, in quorum cavitate semina candicantia, oblonga, pauliſper contorta. *Liquor* stillat si desinentibus imbribus incideris, è fulvo in nigrum inclinans, acer & odoratus, penetrantissimus, qui renes mundat, & fœtum mortuum extrahit. E semine elicitur oleum, odore & sapore illi quod ex nucleis Persicorum par. Ex surculis quoque decoctis. Non est cum Goacanez eadem.

De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 7. Piso de facult. simpl. l. 4. c. 5.

VII. Cabureiba Brasilienſium seu *Capureiba* materies est durissima & ponderosa. *Balsamum* quod sub cortice cinereo, miniatâ membrana vestito latet, & vulnerato, circa Februar. & Martium lunâ plenâ funditur odoratum est, flavum, compactum, tenax. Cortices à feris, Medicinæ sine dubio gratia deterunt. *Provenit* in præfectura S. Vincentii. Contra vulnera & morsus animalium singularem virtutem obtinet.

De Laet ibid. Marcgr. p. 131.

VIII. Cupayba eorundem instar ficus, procera, materie inutili. Multum olei limpidissimi, quale ex olivis exprimitur, fundit: quod *Capalyva* vocant.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 4. Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 17.

IX. Copaibam duplicem invenio. Unam *Pisonis*, quam *Copiibam* Marcgravius vocat: alteram *Marcgravii*, ejusdem cum Pisonis nomine. 1. *Copaiba Pisonis*, quæ & *Copiiba*, arbor est sylvestris & procera. Superius in ramos diffusa; *cortice* cinereo: *foliis* semipedem longis, sibi invicem oppositis, nervo & venis paulò ruffescentibus, *flore* pentaphyllo. *Fructus* baccæ lauri magnitudine & figura, initio viridis, per maturitatem niger, pauciſſimâ carne subdulci: qui lapidem ovalem, nucleo albo, farinacei saporis, habet, & mense Aprili matureſcit. Brasilienses exsugunt succum, & exspuant cutem. Abundat pingvi & odorifero *liquore*, quem inciso usque ad medullam cortice, lunâ plenâ, spacio trium horarum ad duodecim libras olei fundit. Pollet mundificandi & consolidandi viribus. Colicam frigidam illitum tollit, fluxus ventris mulierum gonorhæos sistit. 2. *Copeibæ Marcgravii* lignum est rubrum, faginea duritie. *folia* ovalia, lata, in pediculis longis & crassis; *flos* mediocris, quinquefolius, obrotundus: *fructus* siliqua obrotunda fusca, nucleum avellanæ nucis magnitudine continés, membrana nigra, pauca, lutea, pisorum contusorum odoris pulpea vestitum, tectus, carnis lentæ, coloris aquei, edulis. Dat *oleum* limpidissimum, Terebinthinæ consistentia & sapore æmulum, odore resinoso: quod vulneri calidè impositum, fluxum sangvinis sistit: & tribus vel quatuor guttis in ovo sorbili sumptum, fluxus ventris tollit. Calidum & siccum in secundo.

Caput V.

De Arboribus aliquot lachrymiferis Veterum.

EX lachrymiferis *Veterum* arboribus occurrunt, 1. *Myrrhifera*, 2. *Bdellifera*, 3. *Cancamifera*, 4. *Sarcocolla*: de quibus pauciſſima dictu occurrunt.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 77. Theophr. H. P. l. 9. c. 4. Plin. H. N. l. 15. c. 12.

I. Myrrhiferæ arboris Theophrastus, Dioscorides & Plinius meminere. Est *secundum hunc* Ægyptiacæ spinæ similis, nascitur que in Arabia. *Ille* minorem & fruticosiorem Thurifera facit; caudice duro, συτεσφιγμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς παχυτέρῳ ἢ πηχυαίᾳ, *cortice* lævi, portulacæque simili. *Folium* quibusdam aculeatum, non læve, ulmeo simile, crispum, ἐξ ἄκρου ἐπανακα-

Arbores lachrymiferæ veterũ. ἐπακανθίζον, extremo spinâ horridulum, ilignei modo. *Alii* arborem terebintho similem produnt, sed scabrosiorem & spinosiorem, folium paulo rotundius, τῇ δὲ γεύσει διαμαιωμένοις ὅμοιον τῷ τῆς τερμίνθου. Veteres præstantiores haberi. *Quidam* terebinthum esse volunt: nonnulli myrrham & thus eadem nasci arbore. Secundum Plinium, arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina. Caudice duro & intorto crassiore quam thuris, & ab radice etiam quàm reliquâ sui parte. *Folium* olivæ verùm crispius & aculeatum. *Cortex* levis aliis similisque Unedoni, scaber aliis spinosusque. Aliqui similem junipero, scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore juniperi faciunt. Multis in *Locis* Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus. *Dividitur* in *sativam* & *sylvestrem*, quarum illa præfertur. Gaudet rastris & ablaqueationibus, melior radice refrigerata. Inciduntur bis iisdemque temporibus, sed à radice ad ramos qui valent. Regi Sebanitarum quartæ ex lachryma partes penduntur. Cæterò passim à vulgo coëmptam in folles confarciunt, ipsique unguentarii digerunt, haud difficulter, odoris aut pingvitudinis argumentis.

Bellon. Observ. l. 2. c. 80. *Bellonius* fruticis cujusdam qui in Palæstinæ Rama provenit meminit, quem arborem Myrrhæ suspicatur. Caudice non contorto, denso, horrentibus spinis obsito, folia Acaciæ similia, sed paulo majora. De *Myrrha Bæotica* in succis agemus.

Dioscor. M. M. l. 1 c. 80. Plin. H. N. l. 12. c. 9. *II. Bdellifera arbor* est quæ bdellium resinam fert, nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaque Plinio: Quidam myrthiferæ valdè similem faciunt.

Worm. Musæi c. 15. p. 166. *Wormius* ramulum duarum unciarum longitudine, crassitie minimi digiti, qui aliorum ramusculorum sibi obversorum fragmenta in medio obtinebat, describit. Inferiori *inquit* parte cortice nudatus est, alterâ tenui, cinereo dotatur, quem stipant bdellii pellucidi & synceri fragmenta, iis præsertim in locis, ubi fragmenta è stipite emergunt. Substantia ligni mollis, sapore amariusculo. Ceraso simili cortice vestiri nostrum docet fragmẽtum, lignum in majori stipite forsan albicat, sed in ramulis minoribus ad purpureum accedit. Provenit in Scythia Bactriana, Arabia, India, Media ac Babylone.

III. De *Cancamifera* hoc solum occurrit, Arabicam arborem esse, cui myrti folia Amatus tribuit. Dioscor. M. M. l. 1. c. 23.

IV. Nec plura de *Sarcocolla* occurrunt. Serapio eam fruticosam, spinosam, ramis nodosis, arbori impressis facit.

Caput VI.

De Arboribus aliquot lachrymiferis Recentiorum.

Apud RECENTIORES plures occurrunt lachrymiferæ arbores, eæque ferè omnes Indicæ, nempe, 1. *Arbor Benjuifera.* 2. *Huitzilxochitl Cuernavacæ.* 3. *Tlahuililocan Ximenis.* 4. *Icicariba Brasiliensium.* 5. *Caopia.* 6. *Arbor Liquidambar.* 7. *Tocotugebit.* 8. *Arbor resinifera Tabascensis.* 9. *Gonandina.* 10. *Tecomahaca.* 11. *Holquahuitl* seu *Arbor Chilli.* 12. *Yztacquauhxiotl* seu *arbor Galliopifera.* 13. *Copaltic Texaxacuacensium.* 14. *Arbor laccifera Huatepecensium.* 15. *Jetaiba.* 16. *Arbores lactiferæ Cumanæ.* 17. *Ambaigtinga.* 18. *Arbor sinus S. Augustini.* Tab. LXXXVII.

I. Arbor Benjuifera describente Garcia, est procera & vasta. Rami frequentes, pulcherrimo ordine digesti, in aerem efferuntur. Caudex crassus: materies prædura. Cortex Guajaco similis, sed venosus, rugosus, ad cineraceum inclinans, substantiâ compacta, colore intus Canellæ. Folia Citri similia sed minora, nectam lætè virentia, sed parte adversa candicantia. Quæ in majoribus ramis nascuntur, ad salicis folia magis accedunt, latiora tamen & minus longa. Cordus late Terebintho aut Lauro similia & æqualia facit, quæ nonnunquam panibus im- Garc. H. Aromatum l. 1. c. 4. Indiæ Orient. p. 4. c. 27. Cordus H. P. l. 4. c. 87.

Hol quauhuitl. seu arbor Chilli.

Arbor Tecomachace

Arbor resinifera Tabascensis.

Arbor gallifera prima.

Arbor gallifera secunda.

Arbor laccifera Huatecpecensium.

Copal quauhuitl.

Iztacuba.

Ramus lacca cum folys.

Copriba fructus

immixta, una cum lachryma adferuntur. Scaliger ex Johannis Valadæ descriptione Amygdali facie facit, folio longiore, surculo molli, lento striato, qualis foliis palmæ arefactis, & qui compressus, lenti succi, quale Benjuinum, emittat. Fert *siliquas* compressas, oleo plenas non semine, ex quo Gummi istud conficitur. Provenit in Orientali India copiosissimè in Baros & Speriamen insulæ Sumatræ. Diversa ab hac ei quæ in *Java* prodit facies, ubi etiam optimum Benjoin colligitur. Coalescit ex pluribus sarmentis Sarsæparillæ instar, nisi quod hæc brachii crassitudinem aliquando superent, ita, *(verba sunt Bontii)* ut hæc in medio, sæpe truncus arboris continuus satis crassus appareat, subtus verò ac supra cœlum per sarmenta à se invicem dissita, liceat contemplari. Sæpe & alia virgulta specie diversa hac coalitione includuntur.

Scalig. Exerc. 174.

Bontius Medic. Indor. c. 5. p. 11.

II. Huitzilxochitl Cuernavacæ dicitur & *Anetl inan* arbor mediocris, & illi quæ Liquidambar profert similis. *Truncus* qui lævis & rectus exterius viret, interius candescit: *frondes* serrati & acuti: *flosculi* pallidi ad oram flavescentes, sapore & odore Anethi. Exsudat *resinam* odoriferam. *Nascitur* è ramulis terræ inditis Cuernavacæ locis calidioribus. Calida est & sicca in tertio. Folia emplastri modo imposita pellunt febrium rigores. Corticum decoctum provocat urinam, sanat quartanam, movet menses, dissolvit tumores, vapor curat morsus scorpionum. Parum ab Icicariba distat.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 4. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 2.

III. Tlahuililocan Ximenis, id est *Arbor insana*, truncus lævis, ruber splendens & odoriferus. *folia* oleæ in crucem disposita. Eliquat *resinam* quam Carannam vocamus, de qua inferius. Pulvis trunci & corticis decoctus flatus discutit, prodestque ventriculo frigidiori, & uterinis affectionibus. Cortex in aqua maceratus roborat cor.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 17 De Laet l. c.

IV. Icicariba Brasilienſium ad modum fagi crescit, *caudex* haud ita crassus. *Cortex* glaber & gryseus. *folia* instar pergameni crassa, pyri similia, acuminata, lætè viridia. *flores* verticillatim congestis ex quatuor foliolis viridibus stellulæ figura, quæ in ambitu lineola alba coronatur, cum staminulis flavescentibus in medio. *Fructus* formâ & magnitudine olivæ. Cortex incisus fundit plenilunio inprimis resinam anethi contusi odore, mannæ consistentia, ex viridi pallidè flavescentem. Lusitani *Almecegam* vocant. Emplastro stomachali vehementer inservit & vulnera capitis etiam gravissima sanat.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 7. Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 4.

V. Caopia Lusitanis *Pao de Lacra*, arbuscula è quovis terræ genere progerminat. *lignum* est lentum, *cortex* è cinereo ruffescens. *folia* non solida, inferiori parte ex viridi quasi ruffescentia & aspera, supernè dilutè viridia & splendentia, in extremitatibus ramorum, qui flores sustinent, duo acuminata brunni coloris, compinguntur invicem, & venabulum referunt, decerpta ex pediculo humorem croceum emittunt. *Florum* rudimenta globuli brunni, magnitudine lentis, qui successu temporis flores πυταφύλλους, exterius ex viridi flavescentes, intus tomento vestitos protrudunt. *Baccæ* quæ virides, magnitudine ceraſi, rotundæ, dissectæ ex cortice molli, succum eleganter flavum exsudant, & mensibus Januario & Februario matureſcunt. Intra corticem pulpa alba ex meris cylindris, inter se cohærentibus stabulatur. Cortex arboris quando florere incipit incisus *lachrymam* ex croceo rubram fundit, quæ primò mollis, post coagulatur, & gummi Gotte similis est. Purgat drachm. j. si per noctem in aqua soluta, impetigo solvitur.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 9.

VI. Arbor Liquidambar, Mexicanis *Xochiocotzolquaxihuitl*, alii *Ocoſotl* vocant, arbor est admodum vasta. *Cortex* trunci & ramorum partim viridis, partim rubicundus. *Folia* laricis vel aceris foliis similia, duobus finibus in tres angulos divisa, una parte candicantia, alterâ obscurè virentia & obscurè serrata. *Fructus* rotun-

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 2. Reccus R. M. N. H. l. 3. c. 18.

Arbores lachrymiferæ Recentiorum.

Arbores lachrymiferæ Recentiorum.

rotundus quidem, sed is instar polygoni multas superficies nigras angulosque luteos habet. Fundit resinam liquidambar dictam: nec non oleum, quod quidam pro storace liquidâ adhibent, quidam ex resina soli exposita aut prelo expressa stillare prodiderunt. *Provenit* campestribus calidisque locis. Habetur & in temperatis, velut Hocyacocotla, Quahuchinaci, & Xiotepece. Calida & sicca est, odoreque jucundo. Pampini & summitates in fasciculos collecti, odoris gratia vestibus & stragulis inseruntur.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 48. p. 319.

VII. Tocotguebit, id est, *lignum desiderii*, populo est similis arbor, *materie* candida, splendida, leni, quæ vel ideò ad idola fabricanda summè expetitur. Producit sub cortice gummi thuri nostro simile, sed candidioribus & minoribus fragmentis.

De Laet Ind. Occid. l. 17. c. 28.

VIII. De *Arbore resinifera Tabascensi* ita de Laetius. Nascitur hic Arbor mirabilis, quæ copiosam admodum *resinam* fundit vel leviter vulnerata, crocei coloris; à ramis hujus arboris descendunt certa filamenta, quæ postquam terram attigerint, radices agunt, & ramos veluti sustentant: *folia* habet lata, ante obtusa & crassa lanugine tecta: *fructum* fert pene instar capitelli papaveris, qui licet & ipse resina sive gummi scateat, à psittacis tamen avidè manducatur.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 7.

IX. Gonandina Brasilienſium ita à Marcgravio describitur. Alta & procera est arbor, sorbo aucupariæ ex parte similis, *cortice* cinereo, *caudice* in multos ramos dispersо. *Lignum* illius incisum fundit de se luteum *succum*, qui sponte effluit ac postea indurescit, ita ut instar picis sit fragilis, nullius odoris nec usus, quod sciam, apud Incolas. Et quia hæc arbor ripas amnium amat, radices habet multas, varie extra ripas super aquas contortè expansas. *Folia* habet sibi invicem opposita, angusta, acuminata, solida, lævia, viridia, splendentia: *Flores* fert multos umbellatim, qui ita proveniunt: primò elegantissimi miniati coloris, in singulis pediculis saturatè rubentibus, semidigitum aut plus longis enascuntur septemdecim, octodecim, viginti juxta se in unâ umbella, rudimenta floris constantia ex foliolis complicatis, ovalis ferè figuræ, & magnitudine pruni sylvestris, eleganter quinque lineis obscurè rubescentibus secundum longitudinem quasi distincti; hæc paulo post se pandunt in florem quinquifolium elegantissime rubrum, constantem quinquefoliis cavis seu semilunaribus, exterius curvatis: in medio extat stamen saturatè rubrum, figura planè ut Caryophyllus aromaticus, cui superius adhuc quinquangularis stellula rubra imposita cernitur.

X. Arbor Tecomahaca magna est. *Folia* obrotunda, mediocria, & serrata. Linschottanus longa angustaque dixit. *Fructus* in postremis ramorum flagellis parvus, obrotundus, fulvus, semine nucleo Persici haud absimili, pruni magnitudine. Fert incisa, vel sponte resinam haud ignotam. Ipsa calida & sicca ordine tertio, cum quadam adstrictione acris & odorata. Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 16.

XI. Holquahuitl seu *Arboris Chilli* duo sunt genera. I. *Alteri* stipes magnus, levis, fulvus, cui lenta medulla: folia maxima, flores candicantes. Orbiculi stellati ex pallido rubescentes, stipiti adhærent, & fructu Nucibus Ponticis pari, candente luteaque membrana vestito, saporis amari, turgescunt. Provenit Mecatlani & Yhualapæ. II. *Alteri* folia sunt Mali Medicæ sed tamen majora. Nascitur apud Mehoacanenses, vocaturque Tarantequa. Fundit utraque secta gummi *Holli* dictum. *Cortex* calidus & siccus est in tertio, & amarus, ejusque decoctum dysenteriis mederi, si infundatur, dicitur. *Folia* sicca & levigata putantur leones & alia animalia interficere. Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 10.

XII. Yztacquauhxiotl seu *Arbor Galliopifera* duplex est. *Una* foliis obrotundis, stipitibus & pediculis rubentibus. *Altera* quæ Indis *Tlatlahuic* Recchus l. c. c. 19.

Tab: LXXXVIII

Tecopal quahuitl.

Copal quauhxiotl.

Copal quahuitl patlahoa.

Cedrus conifera folijs lariceis

Cuitlacopal

Pinus sativa Zirbelbaum Fichtenbaum.

Nux pinea.

Pinus sylvestris montana altera.

Pinus sylvestris montana tertia.

Pinus montana sylvestris prima.

lahuic quauhxiotl gummi rubescens habet. folio in uno ramo septem, eo ordine quo in Lentisco, Aurantii magnitudine. Baccæ rubræ ipsi trunco adnascuntur, & magnitudine pisum æquant.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.10.

XIII. Copaltic Texaxacuacensium, arbor est levis, *cortice* seu cuticula supernè vestita, quæ suapte natura desquammatur, unde nomen. *Folia* sunt Ocymi, fructus Oxyacanthæ paulò major, primò viridis, tandem coccineus. *Resinam* fundit modicam, candidam, & paulisper odoram. *Nascitur* in Texaxahuaci montosis & calidis, suntque qui Ytac Quauhxiotl vocant. Cortex calidus est ordine secundo, odoris & saporis grati. De gummi alibi agetur.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.11.

XIV. Arbor laccifera Huatepecensium, Americanis *Tzinacancuitla quahuitl*, est incondita & mediocris magnitudinis. *Folia*, quæ ex utraque parte ramorum serie quadam procedunt & pennas avium imitantur, sunt brevia & tenuia. Acosta & Garzias foliis pruni similia facit. Stipites & rami purpurei gumi stillante, obteguntur, & eisdem veluti tubuli quidam adhærescunt. *Nascitur* in calidis Huatepecensium & Huauhnahuacensium.

Piso de facult. simpl. medicam. l.1.c.8.

XV. Jetaiba arbor est speciosa & spissa. *Lignum* durum, album; cortex lentus, punctulis ex albo flavescentibus variegatus, & hinc inde clypeiformibus maculis, ex albo subflavescentibus. In ramis, inquit Cl. Piso, continet *folia* directè opposita, figura parva, sed oblonga, viridia, ad tactum lævia, nervo secundum longitudinem & venulis transversis, eleganter inferius conspicuis, prædita. *Fabas* producit magnas, miniati coloris, quibus farina alba edulis, juxta tria lapidea grana, digitalis longitudinis continetur: è quibus vi fractis prodeunt nuclei molles, oblongi & miniato colore nigrescentes, admodum odoriferi, optimique saporis, amygdalis Europæis minimè inferiores. Ex arbore stillat *resina*, quam Lusitani *Animè*, vulgò *Canime*, Brasiliani *Jetaicica* vocant. *Provenit* in Paraybæ nemoribus. Folia contusa lumbricos enecant si exhibeantur. Corticis interior substantia ventriculi ventositates pellit, & alvum movet, si aqua in qua rasa macerata erat propinetur. Fructu animalia & peregrinantes sæpè sustentantur.

Arbores lachrymiferæ Recentiorum.

XVI. Arbores lactiferæ Cumanæ quædam lacteum quendam *liquorem* fundunt, qui durus instar gummi evadit, & suavem odorem de se fundit: quædam alium instar lactis coagulati, qui in cibis sine noxa usurpatur.

De Lact Ind. Occid. l.18.c.4.

XVII. Ambaigtinga arbor est pinis altior, & cupressorum modo recta; in cujus Cacumine *vesiculæ* quædam magnæ & parvæ enascuntur, quibus disruptis *liquor* quidam mirabilis destillat, quæ Monardi resina abiegna dicitur. Colligitur ab Indis summo studio, sed tanto cum labore, ut multi intra plures dies vix aliquid colligant. *Provenit* in Brasilia inter pinorum lucos. *Folia* contra stomachi imbecillitatem, & inde ortos vomitus commendantur, inuncto imprimis exterius oleo.

De Lact Ind. Occid. l.15.c.8.

XVIII. Arbor sinus S. Augustini, succo pingvissimo turgida. Materies est succosa, ideò facillimè viridis ignem concipit, rami & folia flavum humorem fundunt.

Purchas. navig. T.1. p.177.

Caput VII.

De Arboribus gummiferis Novæ Hispaniæ, Copal dictis.

TAB. LXXXIIX

SUetum Novæ Hispaniæ incolis omne resinarum & gummatum genus *Copal*, arbores ex quibus stillat *Copal quahuitl*, vocare. Octo autem talium ibidem inveniuntur genera, nempe 1. *Copal quahuitl.* 2. *Copalli quahuitl patlahuac.* 3. *Copalli quauhxiotl.* 4. *Copalli Totopecense.* 5. *Tecopalli quahuitl.* 6. *Cuitlacopalli.* 7. *Tecopal quahuitl pitzahuac.* 8. *Mizqui xochi copalli.* & 9. *Xochicopalli.*

Arbores Copal.

I. Copal quahuitl arbor est procera, *foliis* quernis formâ & magnitudine similibus. *fructu* obrotundo purpurascente, sapore *gummi* candidi & transparentis, quod ab eodem vel sponte fluit, vel scarificatione elicitur. *Nascitur* in calidis Quauhuacensium, & Mechoacanensium planis montosisq; sed humectis locis. Cortex stipitum anethum olet, & adstringentis facultatis esse sentitur. Recc. R. M. N. H. l. 3. c. 1. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 2.

II. Copal quahuitl Patlahoac, seu *Copalli latifolium*, arbor est mediocris magnitudinis & incondita. *Rami* rubent. *folia* alata, serrata, Rhoi obsoniorum colore & magnitudine perquam similia, ex compressis in latitudinẽ virgis oriuntur. *Gummi* quod exhibet candidum est. *Gaudet* locis Quauhuacensibus. Reccus l. c. c. 2.

III. Copal quauhxiotl, seu arbor lepro sa Copalifera, excelsa est, levis, & quæ facilè membranam externam exuat. *Folia*, parva, oblonga, rutacea sed majora & longiora. *Fructus* acinosus racematim dependet. Stillat *liquorem* resinosum Copali colore & odore similem sed paucum. *Nascitur* montosis & asperis apud Texaxahuacenses. Calida est & sicca ordine tertio, adstringens, odoris eximii. Liquor ex aqua dilutus & Copali admixtus, sistit diarrhœas. Reccus l. c. c. 3. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 2.

IV. Copal Totopecense, est arbor magna, *foliis* mali Medicæ virore tinctis exsaturato. *Gummi* stillat Copali persimile, quod in asulas candicantes cogi, & in usus recondi solet. Reccus l. 3. c. 4.

V. Tecopali quahuitl, seu *Copal montensis*, mediocris est magnitudinis, *foliis* fraxini vel unedonis, *fructu* glandibus simili, strobilino, lubrica & resinosa quadam saliva operto, qui nucleum candidum intra se gerit. Emittit *gummi* Thuri antiquorum simile. *Provenit* apud Papaloticpacenses, nec non in Philippinis insulis, & quidem copiosè.

VI. Cuitlacopali seu *copalis stercus*, quod truncus lepra infectus videatur, mediocris etiam est magnitudinis. *Folia* obrotunda, parva, situ & magnitudine, foliis siliquæ Ceratoniæ similia. *Acini* racematim dependent, Oxyacanthæ similes, valdè odorati & glutinosi. *Crescit* apud Yauhtopecenses. Reccus l. 3. c. 6.

VII. Tecopal quahuitl pitzahuac, id est, *arbor subtilibus frondibus*, est mediæ magnitudinis, foliis ordine digestis ad alterum ramorum latus, rutæ majoribus, fructu minuto, rubicundo, figura piperi rotundo simili, qui ordine ad singulos ramos digeritur. Fundit speciem thuris quæ paulo nigrior. De Laet l. c.

VIII. Mizqui xochi copalli, seu *Xochi copal quahuitl*, arbor grandis, *foliis* aurantiæ mali, *trunco* notis candidis variegato, *floribus* exiguis & rubicundis. Exsudat resinam coloris ignei, *Animen* dictam.

IX. Xochi copalli, id est, *Copal floridum*, & *Xarapisca*, arbor modica, *foliis* menthæ Saracenicæ, quæ terna conjunctim ramis hærent. *Truncus* valde odoratus est. Exsudat liquorem coloris leonini, qui limones exactè redolet. Dictum de ea ni fallor superius. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 2.

Titulus II.

De Arboribus Lachrymiferis.

Caput I.

De Arboribus Coniferis Classis primæ.

Articulus I.

De Cedro Conifera.

Duæ sunt Arborum Coniferarum Classes, quarum primâ, 1. *Cedrus* *Conifera*. 2. *Pinus*. 3. *Larix*. 4. *Abies* & *Picea* continentur. Vid. Tab. LXXXIIX.

1. *Cedrus Conifera*, si *Veterum* descriptionem sequamur, arbor est magna, & prodente scripturâ altissima. *Radices* sunt raræ & ἐπιπολαίους. *Truncus* aliquando tam crassus, ut trium hominum Theophr. H. P. l. 4. c. 6. & l. 5. c. 5. & 9. Dioscor. M. M. l. 1. c. 105. Vitruv. Architect. l. 2. c. 9

Plin.H.N. l.13.c.5. Plin.H.N. l.16.c.40. minum ulnis (malè quidam legunt τέτταρες) non capiatur, vena detectâ humorem natura emittit, ut omnium quibus oleosus est humor. *Fructus* ὥσπερ κυπαρίσσου, sic ex Cantacuzeni Codice lege (pessimè in Dioscoride ὥσπερ μήκωνος &c.) sed multò grandior. Errat Serapio, qui μικρότερον pro μακρότερον legit. Dat *picem* quæ *Cedria* dicitur. *Nascitur* in Syria, in montibus, Cypro & Ægypto, monte Libano, valle Sittim, Judæa denique ipsa. *Vsus* ligni in structuris. In Syria & Ægypto reges inopia abietis ad classes feruntur usi: maximaque in Cypro traditur, ad undecimemem Demetrii succisa, centum triginta pedum, (Theophrastus τριῶν καὶ δέκα ὀργυιῶν ponit) crassitudinis ad trium hominum complexum; quod tamen apud Theophrastum non legitur. Ex eadem altissimæ Ninivitarum, Davidis, Salomonis, Jehojakimi, Nebucadnezaris &c. domus: Ezech.27. v.24. area fœderis, mala navium Tyri & capsæ quibus mercatores in nundinis Tyri negociabantur, vel merces suas involvebant: templi Dianæ Ephesinæ trabes: & Deorum statuæ. Cedrealis Diana apud Orchomenios, cujus simulachrum in ingenti cedro erectum. Cedrinus Plin.H.N. l.13.c.5. Romæ in delubro Apollo Sosianus Seleucia advectus. Scilicet. Non sentit cariem vetustatemque, nec sponte rimam fissuramq; concipit: ut verè *Plinius* dixerit, Materiæ ipsi æternitas. Adhibebatur & in purgatione à lepra sanati: projiciebaturque in vaccæ rufæ immolatæ Plin.H.N. l.13.c.5. rogum. *Cedria* quæ optima, si crassa, perlucida, gravis odoris, & guttatim, dum effunditur non dissipata coit, dentium doloribus utilissima. Frangit enim eos, extrahit, & dolores sedat. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit: mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita est. Vestes quoque corrumpit, & animalia necat. Libri Plin.H.N. l.13.c.13. in arca Numæ reperti, P. Cornelio, L.F. Cethego, M.Bebio Q.F. Pamphilo Coss. ad quos à regno Numæ DXXXV. anni colliguntur, & quidem è charta, Cedrati vel Cedria Coniferuncti fuisse putantur. Curat eadem boum & hominum scabiem: contra ascarides per clysterem affunditur: sed ulcera irritat, & phlegmonem concitat. Reliqua in Galeno & Hipp. vide. De *Differentiis* nihil occurrit. In hortis pulchrio res amplioresque reperiuntur: & si non cæduntur in ingentem molem suo in solo excrescunt. Cedrus conifera. Galen. simpl.l.7. Theophr. H.P.l.5.c.9.

II. Cedrus conifera RECENTIORUM Bauhino est *Cedrus conifera foliis laricis*, Matthiolo *major*, Angvillaræ *Hebræorum & sacrarum literarum*. Lobel. *Cedrus Libani & Palæstinæ præcelsa*. Describemus eam Rhauwolffii, Bellonii & Bauhini verbis paulò exactius. Arbor ergò est perpetuò virens, robustis *ramis* brachiata, orgyias aliquot crassa, ad summam Abietum nostrarum proceritatem assurgens, quantò autem majores accreverint rami, quorum pondere gravatus caudex se inclinat, tantum de arboris rectitudine decedit: *Rami* (ut & coni magni, rotundi) sursum spectant, longi, tam pulchro ordine dispositi, ac si artificis manus resectos æquatosq; apposuisset: sic ut eminùs etiam circinatus æqualiter dispositorum orbis egregiè appareat. *Truncos* vix sex aut septem homines interdum amplectuntur. *Lignum* in assamenta formatum, colore est undiquaq; russo, pectinibus rectis fissile, solidum quidem, sed media inter fibras spacia inania, ut lignum quernum ostendens. *Folia* parva, angusta, conferta, in exerto fulcello fusco, clavis Musci terrestris longitudine & crassitie simili: quæ, ut ait Bellonius, ab uno furculo exorsa quadraginta vel quinquaginta simul, serie quadam in ordinem dispositæ, furculum radiantia, pictoris penicillum referre videntur, odorata, subacida, & cum levi amaritudine adstringentia. *Cones* in cœlum tendentes mittit, qui quidem abiegnis similes, crassiores, duriores, ac multò majores, quinum, vel senum digito-

Bellon. Observ. Bauh. H P. l.9.c.15. Rauvvolff. itinerar. Matthiol. ad Dioscor. p.122.

Cedrus. gitorũ turbinati, compactili squammarum compressarum congerie coagmentati, atque obtusi, ex cinereo fulvi, conis Pini alioqui graciliores, tam firmiter ramo adhærentes, ut à parente divelli non possint, nisi avulsâ arboris parte: Coni porrò hiantes se pandunt, ac paulatim dissilli roribus & pluviis decidunt, relicto in ramo pediculo firmo & tereti. Idem Bauhino sunt quatuor pollicibus altiores, octonos in ambitu circa basin colligunt, paulatim in obtusum turbinẽ fastigiati, squammis compacti sescunciam circiter latis, unciam altis, mediocriter crassis, rufis, per extrema exstantia planis, alia alius sinum ita subeunte, ut quot sunt earum circumcirca agmina, totidem zonis præcincti videantur: inferior autem uniuscujusque ex his squammis pars Lamboides mucrone suo hastæ adnascitur, jugo elato medium percurrente, in valles laterales declivi, totidem consimilibus ex adverso valleculis respondentibus, quæ totidem respiciunt nuculas, pomaceis aut pyraceis granis duplo triplove majores, formâ non absimili, rutilante quadam resinâ, durâ, sed fragili, vehementer odoratâ, evidenter acri, fartas, quarum unicuique uncialis triquetra tenuisque membrana affigitur, papilionis alam egregiè referens, ita quidem, ut duæ membranæ, uni squammæ majori, averso incubitu, respondeant. Cæterum pediculus coni validus existit, uncialis & sextantalis longitudinis, crassitudine ferè extremi articuli digiti minimi, obliquus, aut incurvus, cortice rugoso, & squammulis exiguis (ut in Pino & Pinastro) subinde loricatus. Squammam non prius exuit, quam duos annos excesserit, quem integrum annum fert antequam maturescat, quod hyeme potissimum fieri solet. *Semen* habet Abieti simile, non vinaceo majus, dulcis saporis, ad cujus latus oleosum quidpiam & odoratissimum includitur. Duas profert *resinas*, quemadmodum & Abies, *alteram* in tuberculis albam, nihil prorsus amarulentam, nec gravis odoris: alteram suâ sponte exudantem, quæ cum retorrida sit, naribus admota, Fraga redolet, odorataque gustatu percipitur, sed ita pertinaciter dentibus inhæret, ut nonnisi cum difficultate auferatur. *Crescit* in monte Libano præcipuè. Bellonius viginti octo vidit: Rhauwolffius viginti quatuor. Melchior Lussy, neminem quamvis paucæ, numerare exactè posse, tradit. Visa quoque in Amano & Tauro montibus: nec desunt qui supra Nicæam nasci credunt. In Creta provenire, nemo ex recentioribus prodidit. In regno Congitano magna Cedrorum copia, & magnitudo tanta, ut inde naves: in insula Tercera tam frequentes, ut scaphæ, currus, rhedæ, & hujus generis alia: quod & de Cuba sumendum est. De Differentiis & Generibus nihil occurrit singulare. I. In Nova Hispania & provincia Verapoz alia est alba; alia rosea & fragrans. II. In regno Granatensi sunt sylvestres, incolis Cariuri, materie durâ & coacta, ramis multis & patulis. III. In Cumana est Cedris affinis beneolens arbor, ex quâ naves & alia fabrilia. Panis si arcis ex illa includatur, ingratum amarorem contrahit. IV. Sunt & in Huiquano provincia Sinensi Cedri, de quibus Atlantem vide.

Ind. Orient p.1.l.2.c.1. De Laet Ind. Occid. l.1.c.11. De Laet Ind. Occid. l.7.c.7. De Laet Ind. Occid. l.9.c.4. De Laet Ind. Occid. l.18.c.4.

Atlas Sinensis p.84.

Articulus II.

De Pinu seu Pinu.

I. Πεύκην *pinum* esse, in Catalogo arborum philologico ostendimus; nihil Criticos quosdam morati, qui πίτυν pinum dixere. Vulgo nota Dioscoridi arbor, Theophrasto procera sed picea humilior. *Radix* prægrandis una, quæ mediocri in terram descensu, parvas complures promit, sed quæ nullam protinus sobolem ferre possunt. Ideò flatu aliquando radicitus evertitur arbor. *Caudex* longus, nodosus, difficulter solubilis, picea crassior, lævior & excel-

Vid. Tab. LXXXIIX

Dioscor. M.M.l.1.c.86. Plin. H.N. l.16.c.10. Theophr. H.P.l.1.c.8. 9.15.16.19. 28. Theophr. l.2.c.1.l.3. c.1.2.8.10. l.4.c.6.l.5. c.16.7.8. l.9.c.1.

excelsior, cui medulla carnosa, & quidem magis quàm aliis διὰ τὸ ἔνδαδος εἶναι, succus pingvis & resinosus. *Rami* plures, spissi, κερατώδεις, δαδῶδεις, colore flavo. *Folia* rara, capillata, σπανόφυλλα, λίπαρα, βαθέα, (δασέα fortè) κεκλιμένα, extremitate pungentia, & perpetui viroris. Plinius capillamenti modo prætenue, longum & mucrone aculeatum dixit. *Florere* quidam existimant, alii non, locoque floris προαπίπτοντα κύτταρον. *Fructus* κάρυον, *conus*, *strobilus*, picea major, in quo semen quod conis adhuc pendentibus ἐκπιδᾶ, habeturque inter serotinas. Nulla tamen arborum avidius se promittit. Habet enim fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: & sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. Quæ se in arbore ipsa divisêre *Zamiæ* vocantur: læduntque cæteras, nisi detrahantur. Fert *picem* copiosam bonique odoris. De *Natura* illius est quindecim diebus post Vergilias germinare, intermittere, ter turgere, ternaque germina edere: ideò τρίσλιπον seu arborem quæ ternâ & tripartitâ germinatione genitali succo turgescit, dicit. *Prima* germinatio, ἱσταμένου τοῦ θαργελιῶνος accidit: quanquam in Ida monte die decimoquinto ejusdem, seu cum Sol primum Tauri signum ingressus est. *Altera* intermissis triginta vel pluribus diebus accidit. Prodeunt alia germina à summo vertice super germen quod prius emissum est, (hoc est ἐπιβάλλειν ἄλλους βλαστοὺς, non ut Gaza vertit) quædam sursum εἰς πλαγεία, quædam κύκλῳ emittuntur, veluti geniculo facta primi germinis ad capitatæ virgæ modum, (id κορόνη est) idque Sole Geminos exeunte. *Tertia* diebus quindecim circiter intermissis ἑκατον-βαιῶνος seu Sole existente in Cancro obvenit & sex aut septem diebus ad summum absolvitur: quibus peractis, εἰς πάχος ἡ αὔξησις τρέπεται. Plinius quomodo reddat, in abiete dicam. De *cætero scito*, ex solo semine nasci: auctu propter siccitatem & densitatem, difficilem; nisi imbecillitatem prætendere malis: pati sub se satas, myrtum, laurum, & hujusmodi alias, nec vel umbra nocere: cædi debere, cum germinare incipit. Τελείως eadem ἐκ ῥιζῶν αὐτοετὴς εὐαίνεται cacumine deciso; medulla totâ detracta moritur; adustis radicibus nunquam regerminat: αὐτομάτως verò ægritudinem contrahit, quando caudex in tædam facessit, quod non nisi vigenti ætateque majori accidit. Sic enim ubertate largissimâ strangulatur. *Prodit* in προσήλοις: sed & frigidis & montosis, quod caloris interni indicium. In Syria multa; in Latino agro præstans; in Corsica telluris cœlique virtute longè egregia & frequens. Ingressi insulam oppidi condendi causâ Romani, cum tam vastis arboribus refertam reperirent, condendi intermisêre consilium. Tantum verò ex brevi loco cæsum materiæ, ut ratem quinquaginta velis ducendam conderent. *Vsus* olim apud *Veteres* in *Medicina*. *Nuces* quæ calidæ & siccæ in secundo, integræ & recentes confractæ & in passo decoctæ veteri tussi & tabitudini conferunt, si quotidie terni cyathi ex eo bibantur. Aqua faciei rugas delet. *Lignum* ædificiis & navibus commodum, laxitatis & meatuum rectitudinis causa, nec non quod ἀσαπής. Ponderi cedit quia nunquam rumpitur: nec findi ullo pacto affirmant, si glutine muniatur. Cum quercu frustra glutinare pergas, quia altera spissa, altera minus. Carbones quernis infirmiores. Ad flatus respondent commodius, minusque marcescunt & extingvuntur. Fiunt ex ea & scandulæ tegendis ædificiis.

II. Differentiæ *arborem lignum* & *fructum* spectant. I. *Arbor* alia est *Vrbana*, alia *sylvestris* apud Theophrastum & iisdem affinis. 1. *Pini urbanæ* quædam species perpetuò viret: quædam foliis est deciduis. 2. *Sylvestris* est triplex apud Macedonas. 1. *Fœmina*, quæ & *Idæa* rectior & pro-

Theophr. H.P.l.5.c.2.
Plin. H.N. l.16.c.26.
Theophr. H.P.l.3.c.6.
Plin. H.N. l.16.c.25.
Peuce seu Pinus.
Theophr. H.P.l.2.c.2. & l.3.c.1.
Theophr. C.P.l.9.c.1. & l.3.c.15.
Theophr. H.P.l.2.c.8. l.5.c.15. & 23
Theophr. H.P.l.4.c.6.
Theophr. C.P.l.1.c.26
Dioscor.M. M.l.c.
Theophr. H.P.l.5.c.7. & 8.
Theophr. H.P.l.3.c.10

Peuce seu Pinus.

& procerior; *materies* crassior, & operi quia flectitur paratior; rami plures; *folia* pingviora, molliora, & quæ tanquam flaccida ad terram inclinant; *nux* oblongior, viridis, nec tam citò dehiscens; *pix* copiosior. *Gignit* id quod *Ægidem* & *Cor* ejus appellant, eo quod minus εὐκοτέρα unguinosa, minusque ἔνδαδος, lævior & εὐκτηδονώτερα (malè εὐκτηανωτέρα) cursuque venarum & pectine elegantior est. 2. *Mas, Maritima* παράλια quibusdam, brevior est. *Lignum* ἰσχυρότερον πριμήτριον, durum, colore nigrius, securi brevius, & in opere fabrili στρεφόμενον contortum. *Cortex* lævior, utilisque ad coria. *Folium* durius. *Nux* rotunda, & citò διαχάσκων. Huic quoque id magis inest, quod pinis subnascitur, colore tæda rubidius, odoris gravissimi, nec tædam redolens, nec flagrans, sed ab igne resiliens. 3. De sterili nihil occurrit. Arcades nec sterilem nec Urbanam appellant, sed pinum cum picea perperam, ut Theophrastus ostendit, confundunt. Adde his, *Pinastrum* nihil aliud esse, quam pinum sylvestrem mirâ altitudine, à medio ramosum, sicuti pinus in vertice; qui copiosiorem dat resinam. Gignitur in planis.

Plin. H.N. l.16.c.10.

II. De *affini* ita Plinius. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos *tibulos* vocant, plerique arbitrantur, sed graciles succinctioresque, & enodes, liburnicarum ad usus, penè sine resina. II. Ligni ratione est, 1. Τετράζοος, (sic lege non τετράξοος) seu quadrifluvia, (Plinius videtur legisse τετράροος) cui ex altero medullæ latere contrariis ex partibus bini venarum cursus prodeunt: atque per utrumque cursum dolatio fit, contrarios inferens ictus utrique cursui, dum in utramque partem medullæ dolatio fit. Probatur vehementer ad opera, quia spissa est. 2. Δίζοος (malè δίξυος) bifluvia, quæ unam tantum in utramque medullæ partem κτηδόνα gerit, & has ἐναντίας ἀλλήλαις, ita ut πελέκησις gemina fieri debeat, una καθ' ἑκατέραν κτηδόνα, ictu contrario. Molle hujus lignum, & in opere pessimum, facileque contorquetur. 3. Μονόζοος, quæ unum κτηδόνα habet, & ex utraque medullæ parte dolatur, laxioris materiæ & à contorsione liberæ. Sed hæc omnia cum abiete & aliis pino communia.

Theophr. H.P.l.5.c.2. Plin. H.N. l.16.c.39.

III. Quantum ad *fructum*. Nucum pinearum quatuor sunt *genera* apud Plinium. Grandissimus *inquit* fructus pineis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit oris, vestitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cura, molliter semina collocandi. Harum genus *alterum* Tarentinæ, digitis fragili putamine, aviumque furto in arbore. *Tertium* sapineæ è picea sativa, nucleorum cute verius quam putamine, adeò molli, ut simul mandatur. *Quartum* pityida vocant è pinastris, singularis remedii adversus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini *aquicelos* vocant. Pinea corona victores apud Isthmum coronabantur.

Plin. H.N. l.15.c.10.

II. RECENTIORIBUS est quadruplex pinus 1. *Sativa*. 2. *Sylvestris*. 3. *Maritima*. 4. *Pinaster*, quorum omnium propter varietatem & affinitatem obscura historia.

TAB. LXXXIX.

I. *Pinus sativa* Tabern. & Matth. *domestica*, Camer. *Italica*, Lobel. *Vulgatissima*, aliis simpliciter *Pinus*, Bauhin. *Pinus ossiculis duris, foliis longis* dicitur. Arbor est procera. *Caudex* erectus, surgens. *Cortex* scaber & subrubens. *Folia* ex tuberculis in ramorum cortice extantibus enascuntur, bina ferè circa imum connata, mox ab invicem abscedentia, quà se mutuò spectant caniculata. Junci marini æmula & æqualia, duorum triumve palmorum altitudine, mucrone acuto & rigido: *Coni* magni, crassi, turbinati, arctissimo squammarum contextu compactiles, quarum crassa, lignosa, lucida, capita extantia, tuberculorum agmine inæquales reddunt conos: singulares squammæ unciam latæ, duplo longiores, à capite resinam albam odoratam subinde fundentes, lineisque ex umbilico devexis dona-

Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.74. p.97. Bauhin. H. P.l.9.c.4. p.248.

Pinus maritima major prima Matthioli.

Pinus sylvestris montana tertia.

Pinaster II. Hispanicus Clusij.

Pinus sylvestris altera Dodonei. Tab. LXXXIX.

Pinus maritima major prima Dodonej.

Pinus maritima major altera.

Pinus Conus erectus.

Pinus maritima minor

Pinus maritima major altera Matthioli.



donatæ, paulatim haſtam verſus attenuantur, craſſæ, ſinu ſuo complexæ unam aut alteram Pityidem oblongam, ferè uncialem, toroſam, pulviſculo atro-purpureo reſperſam, oſſe craſſo duro, nucleo candido, pingvi, dulci, pelliculâ rutilâ obvoluto. Matthiolus *florere* ſcribit, in ſylvis Bohemiæ, odorisque haud ingrati & pinum referentis. Quod ſalſo ſolo latiſſimè fructificat; excisa, nullam ex virgis radicum ſobolem emittit, ſed prorſus emoritur; quod exuſtæ in querceta mutantur, inter admiranda recenſe. *Creſcit* in Italia propè Ravennam non longè ab Adriatici maris littore, in Belgio, Anglia, Gallia, Polonia &c. In Germania non putatur ſponte provenire. At Tragus in altiſſimis ejusdem Alpibus propè Valeſiam gigni prodidit. In horto Montbelgardenſi ex ſemine natæ periere citò. *Seritur* Octobri & Novembri calidis & ſiccis; Februario vel Martio humectis. Amat loca gracilia, maritima, ſaxoſa, inque his procerior exſurgit. *Vſus* nucleorum qui temperati, in cibis, ſi ex iis cũ ſaccharo pineolatũ formetur: Contra tuſſim, phtiſin & alia in emulſione. Arantius in diſtenſione penis ex nimia venere, & præcavendam hujus luem, nucum decoctum familiare habuit.

II. Pinus ſylveſtris montana, eſt triplex. 1. *Prima* nempe *Bauhini*, cui ſimilis eſt *Pinaſter Auſtriacus major* Cluſii. 2. *Altera* ejusdem. 3. *Tertia* ejusdem. 4. *Quarta* Genevenſis. 5. *Sylveſtris tæda Bauhini*, & 6. *Sylveſtris Bellonii*.

Matthiol. l.c. Cordus ad Dioſcor. c 84. Dodon. H. P. pempt. 6. l. 5. c. 12.

1. *Pinus ſylveſtris montana prima* Lobel. & aliis *Pinaſter*, Matthiolo *pinus ſylveſtris*, Cordo ſponte proveniens Gerh. in icone *ſylveſtris Mugo*, Angvill. Φηγόπιτυς, Lugd. *ſylveſtris fructifera*, excelſior eſt cæteris, & ſativæ ferè ſimilis. Coma tamen brevior; *folia* rudiora & acutiora, inter quæ ſubindè fructus rudimentum, nuces minores. Sunt ſcil. cupreſſinis paulò majores, longiores, compactiores, & in acutum deſinentes, ſquammarum congerie per omnia ſimiles, reſinoſæ, odoratæ, quæ quamprimum maturuêre dehiſcunt, & ex arbore decidunt. *Habetur* in omnibus Bohemiæ, Poloniæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Boruſſiæ &c. ſylvis; In agro Tridentino, Ananienſibus & Flemenſibus montibus, reperitur. regionibus omnibus Septentrionalibus frequens. Amat enim frigida & montoſa; nec nivibus vel gelu terretur. In *Braſilia* fructu ſunt rotundiore & majore, ſed cujus nuclei temperatiores noſtris. *Pinaſter Auſtriacus major Cluſii* creſcit in Pannonicis & Auſtriacis montanis, fiuntque ex eo aſſeres, ſcandulæ & vinearum pali. Eſt *Albus* & *Niger*, adeò inter ſe ſimiles, ut nonniſi à cæſoribus diſcernantur. Eſt tamen *Albo* caudex erectior, cortex lævior, conus major. *Nigro* caudex craſſior, & aliquando contortus, ſparſis in latum ramis. cortex ſcabrior, folia tenuiora, conus minor.

De Laet Ind. Occid. l. 15. c. 7.

2. *Pinus ſylveſtris montana altera*, Matth. Lobel. Tabern. *Pinus ſylveſtris Mugo*, Dodon. *Pinus ſylveſtris tertia*, Lugd. *Pinus tubulus*. Caudice eſt nullo, ſed ramos à radice humotenus fundit, qui humi perpetuò decem quindecimve cubitorum ſpacio repunt. *Folia* ex tubulo prodeunt bina, tres digitos longa, unâ parte carinata, altera plana, quæ poſtquam cecidere, crebra tubercula poſt ſe relinquunt. *Fructus* prædictæ ſimilis, ſed paulò vegetior, reſinoſior, odoris non ingrati. Eminentiæ pulchræ ſurſum in eo vergunt, cum dorſo eminenti. nullus intus qui mandi poſſit nucleus. hæret ramis, & facilè divellitur. Ananienſes *Mugum* vocant, & ramis, quia longiſſimi, flexiles & tenaces ad vaſa vinaria cingenda utuntur. Naſcitur & in Burgundia, in montibus quos Franche montagne vocant, diciturque *Crein*.

Matthiol. ad Dioſcor. l.c. p. 99. Dodon. H. P. Pempt. 6. l. 5. c. 12.

3. *Pinus ſylveſtris montana tertia*, Brunf. *Tæda*, Matth. Tabern. Lobel. *Pinus Cembro*, Bellon. *Pinaſter*, Dodon. *Pinus ſylveſtris altera*, Bauh. *Pinus cui oſſicula fragili putamine*, arbor eſt ſpecio-

Dodon. l.c. Matthiol. l.c. Bauhin. H. P. l. 1. c. 4. p. 151.

Peuce seu Pinus.

speciosa, etsi primæ proceritate cedat, nec cortice flavescat. *Materies* pulchra, odorata, & venarum serie blandiens. *Folia* frequentia, tenuia, acuminata & canaliculata. *Conus* piceæ crassitudine par, sed brevior, subpurpurascens, resinosus & maxime fragilis. *Nuces* domesticis longè minores, triquetræ, turbinatæ, breves, fractu faciles: nucleus pusillus, dulcis albicans, subruffa membrana contectus, sapore domestici, nisi quod leviculam asperitatem post se relinquat. Fortè pinus Tarentina Plinii. Fundit resinam tum albam, tum odoratam. *Provenit* in agro Tridentino, Rhetinorum montibus, Comitatu Tyrolensi propè Oenipontem; vocaturque ab incolis Cembro & Cirmulo. In monte Olympo quæ crescit, in vastitatem diffusa, in insignem altitudinem assurgit. Ex materia tabulæ fiunt ad exstruenda ædificia. Fructu Rheti rustici vescuntur, & quatuor assibus Gallicis olim quadrantal vendebant. Galli Celtæ Alve vel Elvo vocant. Valesii *Ardizopffen*.

Bellon. l. de arboribus Conifer.

4. *Pinus sylvestris Genevensis* parum à sequente variat. *Conos* habet parvos, breves non turbinatos sed rotundiores, brevi & fragili pediculo ramis adhærentes.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 4. p. 253.

5. *Pinus sylvestris tæda Bauhini* Burgundis *Tajer* dicitur. Major est pino sylvestri montana secunda, crassior & vulgatior. *Folia* bina, sed latiora, albidiora. *Rami* non ita abundant foliis, sed disposita sunt per fasciculos. *Conos* ferebat mense Septembri ex pediculo fragili & tenui, longos, turbinatos, virides. Squammis in medio elevatis. Fit ex ea pix. *Provenit* in Burgundia circa montem du Pré loco Malsaigne dicto, nec non in Sundgovia locis variis. Crevit & Montbelgardi semine ex Hercynia sylva allato. Ligni, nucum, conorum & tædæ *Usus* est. *Lignum* pulchrius politur, & elegantius apparet, si vernice obducas. *Nucum* recentium succus vulvam angustiorem reddit infusus, & mammas in virginibus extuberantes cohibet: quod & aqua facit. *Conorum* recentium decocto vesicæ & uteri ulcera sanantur. *Tæda* in aceto decocta dentiũ dolores sopit: emplastris addita anthracibus pestilentialibus commoda. Faces ex eadem, & fuligo ad atramenti librarii paratu-

ram. Huic similis est *Pinus Basileensis*, quæ circa Basileam & in vicinis agris prodit. Mense Majo & Julio nucamentis parvis plurimis scatet, supra quos in summitatum extremitate coni minimi purpurei, qui florum locum tenent, oriuntur. Summitates sunt acidæ, nec essent ingratæ, nisi resinositate sapor turbaretur. Gesnerus *Piceastrum* vocabat. Bauh. l. c.

6. *Pinos sylvestres Bellonii*, quas ille perperam piceas dixit, huc adjicere placuit, quia is quædam singularia de illis notavit. Sunt autem quinque. 1. *Planiciei*. 2. *Corcyrenses*. 3. *Dicti montis*. 4. *Olympi montis*. 5. *Idæ Troadis*. 1. *Pinus sylvestris planiciei Bellonii*, in triviali illo itinere, quo Lugduno Lutetiam itur, in transitu colliculi Tararæ enasci, & circa montem sylvescere conspicitur. Solatione evariat. Ubi in arborem in plano extra sylvas excrevit, *caudicem* sortitur contortum, *corticem* rubrum, rimis hiulcum, atque ubi consenuit fungosum. Ubi in *ramos* diffunditur, sinuosi illi, liventes, & perpetuâ *fronde* vestiuntur. Nunquam procera evadit, mediocris arboris altitudine contenta. *Coma* in latum exspatians: *materia* mollis, leviter rubens, cariei obnoxia. *Rami* fragiles, qui cum crepitu rumpuntur. Enascens mox à radice brachiatur, cujus si caudex paulò profundius vulneretur, largam fundit resinam, per initia liquidam, transparentem ut Laricis. Postremò albescit & dura redditur, quæ si gustetur, subamara cum jucundâquadam saporis gratia & aromaticâ sentitur. Nullus *flores* ferre creditur, sed autor julos, quos hieme profert, florum loco esse censet. Coni rudimentum paulatim capessens incrementum compactili congerie nucamen-

Bauhin. H. P. l. 9. c. 4. p. 246.

mentorum turbinatur, tuncque pediculum quo arbori inhæret, rectum habet. Is autem postea augescens reflectitur. 2. *Pinus sylvestris Bellonii Corcyrensis* vastior ficu non attollitur. *Radix* ei tanquam palus humi rectè defixa, lignosa, foris nigra, gustu acerba. 3. *Pinus sylvestris Bellonii Dictæi montis*, in vastitatem & altitudinem diffunditur. *Adultæ* in vertices summos hinc inde coma lætissima. *folia* perpetuò gemina, velut ab uno tubulo ad ima annexa, gracilia, oblonga & acuta. Anniculæ scaber *truncus*, senescenti scaber *cortex*. *Coni* impares & turbinati, caudici infirmo pediculo annectuntur, quorum prima rudimenta circa Martium, maturitas sequente demum anno. Ex tæda Cretenses picem & Cedriam conficiunt. 4. *Pinus sylvestris Bellonii Olympi montis*, in summo montis Olympi cacumine provenit. Rectitudo abietis, *cortex* glaber & subalbidus; *rami* serie quadam in caudicis ambitu cruciformes, ex eodem geniculo stellatim prodeunt. Folia pauciora, gemina, minora. Coni exiles, nec juglande majores, qui facilè decidunt. *Habetur* in Gallogræcia circa Abonimeriam & Conticum. Corticis in sagenis loco suberis usus. 5. *Pinus sylvestris Idæ Troadis* in Martio breves julos profert, ut corylus, quo tempore coni à pinis Olympi montis decidunt. Quia pediculus quo coni hærent gracillimus, facilè ventorum flatu decutiuntur. Prodit in Sciro Cycladum una, & Illyrico. Ad Olympi montis pedes observata ab eodem pinus, cujus coni auricularis digiti extremitatem vix superabant.

III. Pinus maritima est duplex 1. *Major*. 2. *Minor*.

Dodon. Pempt. 6. l. 3. c. 12. Matthiol. l. c.

1. *Pinus Maritima major* est duplex, *prima* & *altera*. I. *Pinus maritima major prima* Lobel. *Pinus maritima Theophrasti* Ger. *Sylvestris montana*, Bauh. *sylvestris maritima, conis firmiter ramis adhærentibus*. *Lignum* habet materie alba, cui resina sublutea, vehementis odoris. *Folia* angusta, prælonga, raraque in capillamenti modum protensa, squamosis undique ramis, pilis sursum spectantibus. *Coni* præ cæteris longiores, crassiores, præduri, nucamentis in acutum extuberantibus, in quibus cassæ nuces. Deorsum nutare, quatuor unciarum ambitu ad basin colligere, nec multum extantibus squammis compingi, addit Bauhinus. Provenit in Italiæ maritimis, agro Pisano, & Senensi; imo & Calabria. In Florida etiam pinum cassis nucibus reperias. Lobelio Pinus maritima Theophrasti stipite, ramorum & foliorum facie persimilis videtur pinastro montano, sed ramis glabris, caudice nigrioribus. *Conus* phœniceus, brevior & supernè latior. Affinis huic, si non eadem *Pinaster* II. *Hispanicus vel minor Hispanicus Clusii*, quem Lobel. *Pinum sylvestrem alteram*, Tabern. *Pinum montanam Theophrasti*, Gerh. *Pinum maritimam majorem* vocare videtur. Duorum ei hominum altitudo, *caudex* inflexus & contractus, plurimumq; ab imo ramosus. *folia* superiori similia, breviora & dilutè virentia. *Coni* minores, oblongi, angustiores supernè, turbinati, candicantes, multum resinosi. *Nuclei* quales in majore, nigrâ membrana vestiti. Murciano & Valentino regno frequens est. 2. *Pinus maritima major altera*, Lobelio *Pinus Idæa Theophrasti*, Gerh. *sylvestris minor*. Cortex ei scaber: *foliorum* circa ramos fœtura; majores, speciosiores, numerosioresque *coni*. Matthiolus comosiorem opaciorem que primâ facit, sed capillamentis brevioribus. Strobilos, *addit*, profert majores, longiores, duriores, ac pulchriores, prominentibus undiquaque nucamentis, vacuis intus nucibus ac supervacuis. Nascitur haud longè à mari, iisdem ferè ut altera locis. Congener ei *Pinaster Hispanicus I. seu major Clusii*, qui in pini altitudinem excrescit, interdum etiam superat, à medio ramosus: folia habet Pini, oblonga, bina semper simul

Pèuce seu Pinus.

Lobel. Obser. p. 632.

Clus. H.P. l. 1. c. 23. Lobel. Obs. p. 632. Adv. p. 449.

Matth. l. c. Clus. H.P. l. 1. c. 23.

Peuce seu Pinus.

mul juncta, in viriditate nigricantia, acuminata & pungentia: strobilo paulò minore quam Pini, alato inter squamas, quibus compactus est, nucleo, molli & nullo putamine incluso, sed tenui cortice duntaxat tecto. Caudex rectus, cortex levior & minus scaber quam Pini. Plurimam Resinam fundit. Ab Austriaco majore ratione soli distat.

2. *Pinus maritima minor*, Clusio Pinaster III. vel pumilio alter, ratò humanam altitudinem excedit. Rami lenti & obsequiosi, nec in latum diffusi. Cortex non adeò crassus rugosusque. Virgæ graciles, folia exilia, Laricis similia, sed nec mollia, nec decidua. Strobili exigui & graciles, nucleus pusillus, nigricans & ut reliquorum alatus. Non differt, si Lobelium sequimur, à pinastro humili Galloprovinciæ & Narbonensis collibus ad Lapum montem oriundo. Affinis huic *Pinastri alterum genus parvum* Cæsalpini in maritimis ortum, lævi cortice aut cinereo, nucem pinastro similem ferens, sed multo minorem; folia capillamenti modo tenuissima.

Lobel. Obser. p. 633.

TAB. XC.

IV. Pinaster est triplex, 1. *Conis erectis*. 2. *Latifolius pilis virescentibus aut pallescentibus*. 3. *Tenuifolius* julo purpurascente.

Clus. l. c. p. 32.

1. *Pinaster conis erectis*, est Camer. *Pinaster pumilio*, Clusio *Pinaster quartus Austriacus*, hominis altitudine. *Rami* statim à radice lenti, obsequentes, crassi, qui rugoso & denso cortice tegûtur. *Folia* per singulas squammas bina semper ex eodem tubulo simul prodeunt, saturatè virentia, quæ ramos ambiunt. *Strobili* uncinales squammatim compacti, laricis haud majores, sed magis turbinati, pediculo retrorsum non inflexo. Nucleus alatus inter compactiles squammas hæret. *Nascitur* in summis Austriæ & Styriæ Alpium superciliis, inter saxa & scopulos ut plurimum.

Clus. l. c. p. 31.

2. *Pinaster latifolius julis virescentibus aut pallescentibus*, est Clusio *pinaster secundus Austriacus*. Tenuia & oblonga eodem describente habet *folia*, pungentia, bina semper conjunctim ex eodem tubulo prodeuntia, & circa ramos in orbem quasi nascentia. Majo mense in extremis ramis quasi *botros* sive uvas quasdam fert tenuibus squammis obsitas, qui sponte aperientibus se squamis julos ostendunt virescentes aut pallescentes, plenos tenui polline luteo, sive farina, quæ levis auræ afflatu dispergitur. Ex mediis deinde botris nova germina eodem mense prodeunt suis novellis foliis tenui quadam veluti membrana inclusis onusta, quæ extrema parte, antequam folia succrescant & explicentur, fructus rudimentum dant, grandiore jam firmiterque ad germinum basim inhærente superioris Autumni immaturo fructu viridi, ramorum alas spectante & reflexo. *Crescit* in montibus Pannonicis & Austriacis.

3. *Pinaster tenuifolius julo purpurascente*, dicitur Clusio *Pinaster tertius Austriacus*, Tabernom. *Tæda*, Gerh. *Tæda* seu *Pseudopinus*. *Caudex* contortus. *rami* divaricantur; quorum *surculi* lentiores longè & tenuiores superioribus: folia longè *tenuiora* & breviora. Extremis virgis exiguorum *julorum* veluti nucamentorum tenuiorum squammarum inclusus, qui purpurascunt, & in tenuissimum pulverem abeunt. Ex eorum medio nova succrescit *gemma*, novellis foliis membrana vel vesiculis inclusis onusta. Conus minor & obtuso mucrone. *Provenit* in Austria, in montium crepidine, tenui germine obsita: supra thermas Badenses. Accedit ad Sylvestrem Genevensem.

Tabern. H. P. Clus. l. c. p. 32.

EXOTICA.

EX EXOTICIS huc spectant 1. *Pinus Indica nucleo purgante*. 2. *Abate di Panuco*, seu *Ate Panucensis*. 3. *Matzatli*. 4. *Cachi*. 5. *Cibage*. 6. *Arbor Soldaria pini fructu*. 7. *Fructus pineos duros referens*. & 8. *Pinei coni facie, fructus exoticus*.

I. Pinus

Quauhajohuatle.
Pinaster tenui folijs pilæ pur: purescente.
Pinaster lati folijs pilis vires: centibus, aut pallescentibus.
Ahate de panucho.
Fructus Pineos nucleos duros referens.
Pineæ purgantes Indiæ Occidentalis.
Larix Mathioli Lerchenbaum.
Larix. Lerchenbaum.
Pinei Coni facie fructus exoticus.

I. Pinus Indica nucleo purgante duplex est, *Occidentalis* & *Orientalis*.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 3. Reccus R. M. N. H. l. 3. c. 56. Acosta.

1. *Pinus Indica Occidentalis* Recco *Quauhajohuatli* dicta, arbor est mediocris, *radice* ex flavo ad carneum declinante. *foliis* magnis, lappæ similibus, obrotundis & angulosis, seu crenatis. *Fructus* quibusdam prunis nucibusve, juglandibus similis, strobilos ternos totidem cavitatibus secretos; pineis nucibus, formâ, magnitudine, crusta, & nucleis pares. Columna unius pollicis cum dimidio, colore lutescente esse addit. *Nascitur* apud Tepecuaculcenses, & in aliis calidarum regionum agris. *Usus* nucleorum in purgando. Evacuant per inferiora & superiora, si tosti, & in vino macerati quinque, septem vel novem exhibeantur. Calidi sunt & pingues. Reccus *semen* arboris cucurbitinæ nuclei pinus forma vocat; Fragosus *pineos nucleos Indicos*; Mexicani *purgativa de Santo Domingo*.

Acosta c. 57

2. *Pinus Indica Orientalis* magnitudine est pyri. *Folia* quæ tenera & mollia, infernè dilutè virescunt, supernè saturata, acria si gustes deprehenduntur. *Fructus* triangularis avellanæ magnitudine, in multa receptacula distinctus; in quibus semen album, solidum, rotundum, pineo nucleo par. *Nascitur* in Malabar. Nuclei quatuor interimunt. Duo membrana sua exuti inclysteribus contra ischiadicam & urinæ difficultatem exhibentur: in jusculo gallinæ propinati, pituitosos humores, in asthmate inprimis detrudunt. Ex aqua triti impetigines inuncti tollunt. Incolis *pinnores de Maluco*, Canarien sibus *Gepalu*.

Reccus R. M. N. H. p. 548.

II. Ahate de Panuco, seu *Ate Panucensis* aut *Tzypipatlis* arbor fructu apud Mexicanos nobilis. *Folium* aurei pomi, fructus cæruleus, in nigrum tendens, ferro polito similis, rotundus totus, quasi ex glandibus constans Pineæ nucis figura. Ramus coloris castanei.

Nieremb. H. N. l. 15. c. 1.

III. De *Matzatli* ita Nierembergius. Fructum hujus plantæ vocant Hispani, novi orbis coloni, ob similitudinem, pineam. Alumnam seu Pinus.

Peuce dicunt Haitinæ insulæ & Novæ Hispaniæ, & pineis nostratibus magnopere similem, & inde nomen sortitam. Planta ipsa fert iridis *folia*, sed spinosa; *radicem* fibratam crassamque, & unicum pomum, germinibus circumcirca exorientibus, ac altero in culmine ipsius pomi. Detractis his, satisque, radices statim aguntur, alterumque producitur pomum similibus stipatum germinibus. Initio hoc appareret rubrum, sed procedente tempore, ac rubescente adhuc germine, pallescit. Sapor est dulcis acidusque; temperies frigida atque sicca, ac succo manans natura. Exhibetur febrientibus refrigerii gratiâ, & ad excitandam appetentiam, retineturque ore, ut sitim mitiget, & linguam humectet, quanquam in bilem facilè converti dicatur. Sapor est ejus fructus quem vulgus malocotoneum vocat, non sine quodam (ut dictum est) acore. Condita aliquando saccharo, atque ita delata in Hispanias, gratissimo succo placuere. Nascitur in calidis regionibus montosisque locis. Melius fortè ad pomiferas referri posset.

IV. Cachi spinosa est in Malabar arbor, cujus folium non pingunt. Ipsa Cachi, ejus fructus *Ciccara* dicitur, longitudine pedali, humanæ coxæ crassitudine. Pondus fidem superat. *Cortici* color primum viridis: matureſcens in luteo fuscescit. *Corpus* firmiusculum, compressioni tamen ita cedit, ut frangatur. Temporis quoque suapte natura impatiens. Haud enim ita multo postquam detractus sit, fit rugosum. Totius forma, ut Pineæ nucis. Intus enim camerulæ membranis distinguuntur: ut in Punica. Pulpæ odor suavissimus. Sapor mistus ex Melone Moschato, Persico, Arantio dulci, & melle. Intus poma ducena quinquagena ad trecenta usque, Ficorum tum specie, tum dulcedine, sine cortice, ut ajunt,

Scalig. Exerc. 181. fin.

Peuce seu Pinus.

Membranulis tamen distingvi necesse est, quibus segregentur: ut ovorum vitella. In his pomis *fruticulus* est alius, figura Castaneæ. Qui ad eundem, quo Castanea modum, inter coquendum crepitat: esculentusque est. Etiam bobus in pastu datur. Exit è trunco fructus, sicut & Lumeiz, id est Sycomoro, inter spinas & frondes. Interdum, quod magis mirum est, è *radice* subtus terram, unde prodit. Hic longè præstantior, regibus dono datur. Legitur mense Decembri. Forte ex pomiferis Exoticis.

Bauh. H. P. l. 9. c. 10.

V. De *Cibage* paucis Bauhinus. Ex Orientalibus, inquit, regionibus *Cibages* nomine à Paludano delatum esse *semen* colore nigrum, acumine donatum, ex quo prodierit planta Pini formâ, sed tenerior, videre est apud Camerarium.

Purchas. Navig. l. 3. c. 12. sect. 1. p. 276.

VI. Arbor Soldaniæ pini fructu à Dountono Anglo observata est. Parvæ erat staturæ, lato cacumine. *Fructu* magnitudine & figurâ pineæ nucis, sed non tam duro cortice, quia fungoso. Nucleus avium cibus.

Clus. Exot. l. 2. c. 30.

VII. Fructus pineos nucleos duros referens, est *fructus octavus Clusii*. Similis strobilis in totum, longior tamen & crassior, putamen durum & idem color.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 9. p. 246.

VIII. Pinei coni facie fructus Exoticus, Bauhino à Caspare fratre communicatus est. Pediculo minimi digiti ferè crassitudine, rufo, duro, atque lignoso, *folia* mutuo incubitu adnascuntur digitum ferè longa, firma, substantiâ lignosâ, triquetra, principio angustiore, reliquâ parte latiora, & fastigiotenus recurva, numerosisque squammulis foliaceis lucentibus, nigrisque vestita. Hæc pars quæ recurva, modico inflexu separatur, ita ut fructum esse squammosum suspicio sit. Folia quæ intus delitescunt, extimis breviora, & densiore dictorum foliorum stipatu obsepta. Per quorum longitudinem extimam costa insignis angulum faciens excurrit, parte internâ carinata. Sapor nonnihil amaricat, non sine adstrictione nidorulenta, ac si fructus in fumo esset exsiccatus. Partes ex comestione, dentiumque attritu hærent, quod argumento est, substantiam nonnihil esse viscosam.

Articulus III.

De Larice.

I. NUlla Laricis apud Theophrastum mentio. Plinius modò πεύκην, modò πίτυν ita vertit, quem & Gaza perperam sequitur. Vid. Tab. XC.

Inter ἀείφυλλα illo; laricem deciduo esse folio, experientia testatur; Ἀκανθῶδες ἐκ τῶν ἄκρων κατὰ τὸ τῆς πεύκης καὶ πίτυος: nulli Laricis foliis aculei: & ut πεύκη inter sylvestria Theophrasto, sic πεύκης τι γένος, Pinus urbana est. Habentur tamen apud *Plinium* & *Vitruvium* quædam. Excrescit in longitudinem, piceaque est altior. *Radici* singulari innititur, quanquam ad latera dispersis. Theophr. H. P. l. 1. c. 16. 19. Plin. H. N. l. 16. c. 30. Vitruv. Archit. l. 2.

Materies præstantior longè reliquis resiniferis. prolixa incorrupta vis, emori contumax, rubeus præterea & odore acrior, quod tamen de pinu potius intelligi debet. *Cortex* levior quàm piceo, crassiorque: folium villosius, pingvius & densius, & flexu mollius. Nullo exhilarari flore, nec natales pomorum, recursus annuos versicolori nuntio promittere, dixit Plinius: sed prius falsò, ut &, quod comâ perpetuâ vireat. De natura ejus nasci ἀπὸ σπέρματος porosi; ustis radicibus non repullulare, nec ardere, nec carbonem facere, nec alio modo ignis vi consumi, quàm lapides. Non solum, inquit Vitruvius, ab succi amaritate, à carie aut tinea non nocetur, sed etiam flammam ex igne non recipit, nec ipse potest ardere, nisi ubi saxum in fornace ad calcem coquendam aliis lignis uratur. Nec tamen tum flammam recipit, nec carbonem remittit, sed longo spatio tardè comburitur, quod est minima ignis & aëris è principiis temperatura. Plin. H. N. l. 16. c. 10. Plin. H. N. l. 16. c. 25. Plin. H. N. l. 16. c. 21.

Hu-

Humore autem terreno est, materie spissè solidata, non habens spacia foraminum, qua possit ignis penetrare, rejicitque ejus vim, nec patitur ab eo sibi noceri. Propter pondus ab aqua non sustinetur, sed cum portatur, aut in navibus, aut supra abiegnas rates collocatur, &c. *Adfertur* & exemplum. Obsessum circa Alpes munimentum à Julio Cæsare comburi, quod larignum fuisset, non potuisse. Ideò & Palladius nec flammam recipere scripsit. At quis credat lignum resinâ turgidum inustum flammis stare? Ipse Plinius masculam in Macedonia uri alicubi dixit: potestq; ventorum & frigoris vi densior lapideæque quasi duriciei evadere materia, & ita ignium vi minus obnoxia reddi. Plinius in humore præcipuam dixit.

Pallad. mēse Novembri.

Plin. H.N. l.16.c.12.

Plin. H.N. l.16.c.40.

De *Resina* inferius dicemus; de *Agarico* inter fungos. Amat montana, municipibusque, qui sunt circa ripam fluminis Padi & littora maris Adriatici, nota est. *Plinius* inter *Marem* & *Fœminam* distinxit, dum in Macedonia laricem Masculam uri, Fœminæ radices tantum, dixit; vocabulo πίνυς sine dubio pro larice sumpto. Id enim de Pinu Theophrastus prodidit. Ingens olim in magnitudine differentia. Amplissima, *inquit Plinius*, ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tiberius Cæsar in ponte naumachiario exposuerat, advectam cum reliqua materie; duravitque ad Neronis Principis amphitheatrum. Fuit autem trabs è larice longa CXX. pedes, bipedali crassitudine æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra, & in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ diribitoria superfuerat XX. pedibus brevior, sesquipedali crassitudine.

Plin. H.N. l.16.c.18.

Plin. H.N. l.16.c.40.

Stapel. in Theophr. p.167.

II. Ex RECENTIORUM descriptione est Larici caudex rectus & procerus, materies durissima, & interius rubescens: Cortex crassus, scaber, fuscus, & in rimas dehiscens; rami longi, graciles, & qui deorsum dependent. Folia è tuberculis umbilicatis, duodecem viginti & plura, penicilli in morem, prodeunt: tenera, comosa, perangusta, leniter odorata, setarum equinarum crassitudine, obtusa, viridantia, quæ non ante hyemem ad stipitis radices decidunt, quam alia veris initio successissent: non defluxisse, sed novæ juventutis habitum induisse posses dicere. *Flosculi* seu potiùs conorum rudimenta rotunda, in purpuram ardenter rubescentia, comantibus foliolis odoratissima, è tenerrimorum ramulorum summitatibus erumpunt. *Coni* ramis pertinaciter hærent, contorto & crassiusculo pediculo, nucis Cupressi magnitudine: quibus squammæ latiusculæ, compressæ, obtusæ, tenues, ex rubro purpurascentes, & sub iis bini nuclei foliati exigui, alis Cicadarum aut Vespertilionum similes, in quibus semina parva, alata, gemina, nucleo candido, cinericio cortice vestito constantia, sapore dulci, & nucem Pineam æmulante. *Maturantur* autumno. Novella arbor æmulatur Cupressum. *Nascitur* in Italia Alpibus circa Tridentum, Benacum & Padum fluvios; in territorio Ambrinensi, ubi plaustrum vix asse Gallico constat, Rhetia, Valesianis, Moravia, Silesia &c. In Vallaricæ & Brianſonæ rarò Agaricum fert. In horto Mombelgardensi una ex duodecem evasit. *Usus* ligni apud Valesianos in excitando igni. In Tridentinis montibus & valle Ananiis contermina, nullo alio carbone rude ferri metallum tam citò colliquescit. In Austria fiunt vinearum pedamenta ex eo, nec non longissimi canales, tectis ad pluviam supponendi.

Larix.

Bauhin. H. P.l.9.c.13. p.265.

Matthiol. in Dioscor. l.1.c.74. p.101.

Clus. H.P. l.1.c.23.p.74

Firmum cum sit & solidum, non facilè solis ardoribus vel aëris injuriis cedit. Adferuntur Viennam quinquaginta pedum longitudine. Commendatur materies à nonnullis contra lepram & elephantiasin. Caudici vetustissimæ medullæ vice album quoddam corio persimile *adnasci-*

Picea. *nascitur*, quod in adglutinandis vulneribus, & compescendo sanguine vehementer laudatur.

Articulus IV.

De Pity seu Picea.

Tab. XCI.

I. Quid *Veteribus* sit Picea, difficilè est dicere. πίτυν cum πεύκη & Larice confundere Plinium, certum, & diximus superiùs. Ex *recentioribus* verò quidam πίτυν Theophrasti non Piceam, sed tædam verti debere contendunt. At & tædam, quæ, Pinorum morbus est, pro arbore sumere, quod Plinius & qui ipsum sequuntur faciunt, inconveniens esse videtur: Pinaster verò nihil antiquis aliud quàm sylvestris Pinus est. Describitur verò à Theophrasto per comparationem ad Pinum Pitys, arbor in se εὐαυξὴς & protinus fructificans. *Truncus* ei magis conspicuus & eminens, lævis, magnus, in opere fabrili utilis, utpote qui crassior, lævior, procerior quàm Pinus fit. *Materies* candidior, abietis æmula, atque in totum ἀπευκότερα, seu minus unguinosa, medulla carnosa. *Folia* pauciora, squallidiora & horridiora, in totumque rara. *Florere* existimant quidam, quidam minimè, sed κότταρον vel potius κύπαρον seu nucamentum gignere, quod grossis proportione respondeat. *Fructus* coni & quidem minores longioresque. Germinatione abietem prævenit diebus quindecem: sed fructum post Virgilias profert. Pix quàm in Pinu notior, quia pauca & amara, odore nempè. Adustis radicibus regerminat, ut in Lesbo contigit, accenso nemore Pyrrhæo, cacumine deciso sterilescit. *Nascitur* in Arcadia pauca, multa in Elea. Navibus apta est. Sunt qui ex ea triremibus Carinam proramque levitatis causa, formandam statuunt: sunt qui ad aquarum ductus in tubos cavant. Et hæc quidem Theophrastus. Ex Plinio hic fortè addi potest: Nucamenta totis paniculis, minoribus gratioribusque minimos ac nigros nucleos habere: propter quod à Græcis *Phtirophoron* appellari. Fortè dixi. Nec enim in vulgari Picea tales nuclei; & Phtirophoron Pini speciei cuidam rectiùs competere, dictum superiùs. Quantum ad *Differentias*; duo ejus apud eundem occurrunt genera: *Sativum* nempè & *Sylvestre*. *Sativæ* nomen *Sapinus* vel *Sappinus* (alii Codices habent Sapius.) Plinius Piceam feritate paulum mitigatam satu dixit. Fert nucem nucleeram cute veriùs quàm putamine adeò molli, ut simul mandetur. Regenerascere cæsâ materiâ, ex Plinio colligas, apud quem, malè, *materies cæsarum è genere fiat*, pro *materies cæsa regenerefiat*, vel *regenerascat*, legitur: nunquam cęsam regerminare Vitruvius prodidit. Prolixior & firmior in montanis nascitur: prelumque ex atra (alta legunt alii) optimum confici apud rei rusticæ scriptores invenies. *Sylvestris* picea appellatur. Sunt qui Sapinum Pinus speciem esse dicunt, quæ cæsa regerminet. Sappinum verò Piceam sativam, quæ cæsa non repullulet.

Bauh. H.P. l.9.c.2.
Theophr. H.P.l.3.c.7.
Theophr. H.P.l.1.c.9.
Theophr. H.P.l.1.c.16.
Theophr. H.P.l.3.c.6.
Theophr. H.P.l.3.c.6.
Plin. H.N. l.16.c.10.
Plin. H.N. l.16.c.42.
Theophr. H.P.l.5.c.8.
Plin. l.c.
Plin. H.N. l.16.c.12.
Vitruv. Archit. l.1.
Varro R.R. l.1.c.6.
Plin. H.N. l.16.c.34.
Cato R.R. c.31.

II. RECENTIORIBUS est Picea duplex: 1. *Major*. 2. *Minor*.

1. Picea *Major* Bauhino *Abies rubra*, Trago *Abies prima & rubra*, *Picea Plinii* & *Abies mascula Theophrasti*, Cęsalpino *Tæda Plinii*, Dodonejo *Abies* appellatur. Arbor est procera, *stipite* erecto, *cortice* nigricante, lento & flexili, *materie* rubrâ. *Rami* decussatim in vertice & infra trunci medium ponuntur, plerumque in terram deflexi. Crebrum *foliorum* agmen, quæ angustiora, Pini foliis breviora & latiora, quadrata, pungentia, ex oppositis sibi lateribus duobus, frequentia admodum & densa exeunt. *Juli* qui æstate ineunte prodeunt pallescente farina referti sunt; iisque postea *Coni* succedunt Cylindracei ferè, sqammis lævibus, tenuibus, in principio purpurascentibus, quæ etsi dehiscunt, ramis tamen adhærent compacti, septem vel octo unciarum longitudine.

Matthiol. ad Clus. Stapel. ad Theophr. l.3.c.10. p. 168.
Bauhin. H.P.l.9.c.2. p 238.
Casp. Bauh. Phytop. l. 12.c.6.

Tab: xci.

Iulus piceæ perfectus.

Iuli

Picea minor.

Picea major.

Abies

Cones sursum spectantibus sive mas.

Abies alba seu fœmina.

Ramulus cum foliis veteribus & novis.

Laminæ ligulæ nucleus et semen.

Coni abietis scapus à laminis nudus.

Abietis flores crocei.

Abietis laminæ ligulæ nucleus & semen.

Abietis ramulus cum foliis veteribus & novis & squamulis furculorum.

Abietis conus perfectus



dine. Intus duo *semina* parva, alata, ruffa adſtringentia, medulla intus alba & molli. *Reſinam* è conis & trunco fundit. Infeſtatur erucis venenatiſſimis. *Creſcit* copiosè in ſaltu Viennenſi & vicinis Alpibus; in ſylvis Tigurinis & alibi, breviq; translatas arbuſculas adoleſcere ſcribit Geſnerus. In horto Mombelgardenſi fruſtra plantata eſt. *Vſus* materiæ in ſtructuris non tam laudabilis, ut quæ pro aëris conſtitutione intumeſcat & detumeſcat. Unde ſubinde in ædificiis crepitat oneribusque cedit. Sylvæ Phtificis optimæ, quod aërem ſiccis & reſinoſis atomis repleant; indeque facilior ulceris in pulmone conſolidatio. Vix eſt *Picea* Theophraſti, ut ex Conis, foliis, & materie, colligere licet.

Geſner. in Horto.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 2. p. 241.

2. *Picea minor*, Cluſio & Bauhino *Pumila*, nunquam valdè aſſurgit, brevioribusque & pallidioribus quàm ſuperior foliis obſeritur. Nec florem, nec fructum obſervavit Cluſius. *Nucamenta* nucis Ponticæ magnitudine, è ſquammulis imbricatim compoſitis, ſed in pungens foliolum deſinentibus, compinguntur, quæ maturitate dehiſcentia, concavas inanitates & veluti cellulas oſtentant. A ſummis nucamentis ramuli nonnunquam enaſcuntur, frequentibus, brevibus, & pungentibus foliolis obſiti. Malè pro *Pino tubulo* vel *tibulo* accipitur.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 24. p. 34.

Articulus V.

De Abiete.

Vid. Tab. XCI.

I. *Abies* erecta arbor, ὀρθόφυτος; longo *Caudice Veteribus*, ac μάλιστα εἰς μῆκος αὐξητικὴ. Creſcit enim primùm in excelſum, ἄχρις οὗ ἀφίκηται τοῦ ἡλίου: neque ramus ullus vel πλάγιος, vel craſſitudo tum factitatur: poſt in profundum latumque, ita ὡς τῶν ὄζων ἐκφύσεις καὶ πλαγιάσεις ſequuntur: quod ipſi proprium. Pars quæ à terra & enodis, *Sapinus* vel *Sapinea* vocatur; ſuperior nodoſa, duriorque, *fuſterna*. *Radix* una nervoſa, μεταξὺ in terram deſcendit, ideò aliquando radicitùs flatu evertitur. Idæi tamen altius quàm robur radice deſcendere volunt, verum ſimpliciore, & δυσριζοτέρας εἶναι. *Cortex* tunicis multiplex: ideo πολύλοπος Theophraſto, quemadmodum κρόμμυον. *Materies* fiſſilis: πολύϊνος καὶ ἀταρκὴς, adeò ut ei φλοιὰς καὶ ἴτεας δ' ὑγιεινοτάτας Theophraſtus adſcribat. Eadem modò quadrifluvia, bifluvia modò, modò ſimplex. *Medulla* lignoſa. *Rami* recti, ὥσπερ ἐμπεπηγότες, duriores, flavi, ſpiſſi, cornu ſimiles & δαδώδεις: qui, ſi abſcindantur, humorem largum plorant, ἐπὶ πολὺν χρόνον. *Nodi* denſiſſimi, στερεώτατοι μέντοι ἁψάμενοι, καὶ τῷ χρώματι δαδώδεις. In cœlum tendere non in latera pronos, dixit Plinius. *Folium* perpetuò virens, pectinum modo inſectum & pungens. *Flos* crocei coloris & pulcher, quem ante ſolſtitium fundit. *Fructum* ſeu nucem protinus profert, ſemenque poſt Vergiliarum occaſum. Gignit & *Cachrym* & *Alburnum*, λίπος dictum, ægidi ἀντίστροφον. Spiſſum hoc, candidum, pulchrum, & arborum vetuſtiorum proles. Bonum inventu rarum, vilius copioſum. Arcades *ægidem* vocant, quibus etiam criſpa & lævis eſt. *Humor* in lachrimæ modum; ſed inter ἄδακα computatur. *Germinatio* ramorum certa, non ſolum quæ primæ ſit novellæ, ſed ſubindè æqualis & reſpondens. Nam cum prima germina de caudice ſeu ramo, fiſſa atque disparata fuerint, ex illis alia ex æquo funduntur, atque dividuntur; idque aſſiduò factitatur, poſt quemque germinationis ſuperventum, ſeu μετὰ πάσας τὰς βλαστήσεις. Computatur inter ἡμίλιπες. De *Natura* ipſius eſt, è ſemine tantum oriri; è latere nunquam recreſcere, neque ab imis plantigeram: Pondus ſuſtinere in transverſum poſitam, nec citiùs rumpi, quàm putreſcat vel deficiat: minus à teredine propter ſiccitatem corrodi; nec tantum vulnere non interire, ſed & φιλίδα & πολυφόρον reddi. Decorticatam materiam cum

Theophr. H. P. l. 1. c. 8. & 14. l. 5. c. 2.

Theophr. H. P. l. 5. c. 2.

Abies.

Theophr. H. P. l. 1. c. 9. & l. 3. c. 7.

Plin. H. N. l. 16. c. 31.

Theophr. H. P. l. 1. c. 8. l. 5. c. 2.

Idem l. 1. c. 9. & 13. l. 3. c. 10. l. 5. c. 2.

Plin. H. N. l. 16. c. 30.

Theophr. H. P. l. 1. c. 16 21. l. 3. c. 6.

Plin. H. N. l. 16. c. 18. 24. 27.

Theophr. H. P. l. 3. c. 6. 7.

Plin. H. N. l. 16. c. 39.

Theophr. H. P. l. 5. c. 2. & l. 9. c. 1.

Theophr. l. 3. c. 7.

Theophr. H. P. l. 2. c. 2. l. 3. c. 8. l. 4. c. 14. & l. 5. c. 5.

Abies. cum germinat aquis offendi non posse tradunt: patuitque id apud Pheneum Arcadiæ, cum obstructis fontibus Campus in lacum redundavit. Tum enim ductis ex Abiete pontibus cum amplius extumesceret aqua, aliis super aliis fabricatis, postea extrusis obturamentis, unda erupit discessitque, incorruptâ materiâ. Mirum. Cacuminibus eorum decisis moritur, totis verò detruncatis durat: & si infra quam rami fuere præcidatur, quod superest vivit: si verò Cacumen tantum auferatur, tota moritur; hoc à Theophrasto & Plinio proditum. At visa Stapelio decacuminata Abies, tertio vel quarto à decacuminatione anno superstes; nec credibile detruncatam durare. Ramos & brachia, & quicquid est superflui, si detonderis, elegantior ascendet. Peculiare & hoc Abieti, cum præcisa aut demutilata, vel vento, vel aliquo modo fuerit, circa lævem sui caudicis partem, quiddam μικρὸν ὑποδεέστερον εἰς ὕψος, quod nonnulli ἀμφαυξιν, alii ἀμφίφυαν vocant, producere. Colore id nigrum, & duritia excellens. Crassitudo pro arboris ratione, & pro ut illa robusta, vegeta, & ἐγχυλότερος. *Locus* ipsi montes, nec nascitur ἐν πεδίοις in Macedonia. Ἐν τοῖς παλισκίοις pulcherrima; τοῖς εὐηλίοις non item. Ideò in Arcadia circa Cranam, loco quodam concavo & à ventis silente, quem nunquam ἥλιον ἐμβάλλειν dicunt, longitudine & crassitie cæteris præstat. Præstantior Macedonica quàm Parnassia; in Corsica altissima. Romæ *infernas supernati* præfertur. Cæditur illa in Apennini parte mari Thusco proxima: hæc in ea parte quæ Adriatico vicina est. *Vsus ligni, alburni,* & ἀμφιφύας. *Ligni:* Navium malis antenisque propter lævitatem præfertur; ideò caudex à Theophrasto navis malo collatus, & malus ex Abiete in navi, qua Telemachus Pylum navigavit. Ad tectum firmissima, dolanturque ex abrasa rami. Eadem valvarum repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera, aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere, spectabilis ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens, ad incitatos runcinarum raptus, vel potius ad incitandos runcinarum actus. Eadem & curribus (*fabris* lege) maximè sociabilis glutino, (πρὸς τὰς τεκτόνων χρείας habet Theophrastus) in tantum, ut findatur antè, quàm solida est, vel sociata est. Theophrastus enim, ne findi quidem ullo pacto affirmari dicit, si glutine muniatur. Ima pars, quæ *Sapinen*, cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto forulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur. Ex *alburno* tabulæ pictoriæ & codicilli fiunt. Ex ἀμφιφύᾳ crateres ab Arcadibus conficiuntur. *Differentia* à *sexu, loco,* & *magnitudine.* 1. Sexu. Est enim vel *Mas*, vel *Fœmina*. *Mari* facies aspectu crispior. *Caudex* variegatior, latior, durior, medulla refertior, & τὴν ὄψιν deterior: nuces paucæ in summo. *Fœminæ* caudex rotundior, materia candidior, mollior, procerior, operibusque facilior: *folia* pinnarum modo, quæ avium alas componunt, in breviora folia continuantur, aliis super alia jacentibus, & impositis, ita compacta, ut minora & breviora sint posteriora; quæ versus cacumen spectant, θολοειδῆ figura, testudinem referente simillima. Bæotorum καμάραις. Densa eadem adeò, ut nec nivem, nec imbrem admittant. 2. *Loco.* Datur enim & *Marina*, vel potiùs ipsi similis, de qua tomo secundo agemus. 3. *Magnitudine.* Admirationis namque præcipuæ visa est in navi, quæ ex Ægypto Caii Principis jussu, obeliscum in Vaticano Circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum adduxit: quâ nave nihil admirabilius visum in mari certum est. CXX M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spacium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere lævo. Ibi namque demensa est à Claudio Principe, cum tribus molibus turrium altitudine in ea exædificatis obiter

Plin. H.N. l.16. c.30.

Stapel. ad Theophr. l.3. c.8. p. 143.

Theophr. H.P. l.3. c.8.

Theophr. H.P. l.3 c.4. l.5. c.9. l.1. c.14. l.4. c.1.

Plin. H.N. l.16. c.39.

Plin. H.N. l.16. c.42.

Theophr. H.P. l.5. c.7.

Theophr. H.P. l.3 c.10 p.59. l.3. c.8. p.141.

Theophr. H.P. l.3. c.10

Theophr. H.P. l.4. c.7.

Plin. H.N. l.16. c.40.

obiter Puteolano pulvere advectisque. Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos usus; rates verò convecti quadraginta sestertiis plerosque.

II. BAUHINO est Abies duplex: 1. *Conis sursum spectantibus sive Mas.* 2. *Alba sive Fœmina*; quibus ego *Abietem Mexicanam* addo.

Bellon. l. de arbor. Coniferis. Dodon. Pempt. 6. l. 5. c. 16.

1. *Abies conis sursum spectantibus* sive *Mas*, est *Abies legitima vel Mas* Bellonii; *Abies altera* Dodonæi, *abies Pilati du Choul* Lugdunensi: Descriptio superius ex Theophrasto allata: nec plus de ea à Bellonio habemus, præterquam quod Coni sursum spectent. Bauhinus Piceam superius descriptam, quam *Latinorum* vocat Abietem, marem Theophrasti esse opinatur. Clusius & sequenti surrectos aliquantum Conos tribuit.

Dodon. Pempt. 6. l. 5. c. 13. Clus. H. P. l. 1. c. 23. Bauhin. H. P. l. 9. c. 1. p. 231. Stapel. ad Theophr. p. 170.

2. *Abies alba* sive *Fœmina*, Dodonæo est *Picea*, Clusio *Abies Plinii*, & *fœmina Theophrasti*. Arbor est omniū Coniferarum, Cedro excepta, altissima. *Caudex* rectus, intus albidus, extra cinereus, qui facilè, flexus, frangitur. Enodis idem inferius, crescendo in altitudinem progreditur, naturali contracturâ peræquatâ ad summum usque. *Rami* circa id, ex eadem Caudicis parte quaterni simul, decussantur invicem, tali ad fastigium usque ordine servato. Ab his bini laterales sibi mutuò oppositi, qui deorsum nutant, reliquis sursum magis reclinatis. *Lignum* album, resinosum, odoratum, fibris rectis ita intertextum, ut assulatim per longitudinem facilè scindi possit; cui cortex exterior lævis & candidior quàm Picea, & multiplex. Inter utrumque in novellis folliculi parvi, resinæ receptaculum, si aperiantur, aliquot guttæ decidunt. *Folia* numeroso agmine rigidula, oblonga, supernè viridia, glabra, infernè candicantia, aut cinerea, linea viridi distincta, utrinque pectinatim disponuntur. Bifido mucrone in tenellis conspiciuntur, qui in vetustis magis obtusus est. *Coni* omnium coniferarum maximè ferè prolixi, mollibus squammis compacti, ab extremis virgulis deorsum dependent, non facilè decidui. Virent autumni initio, hyeme ineunte matureſcunt. *Coccali* in his exigui, nucleo ossis Cerasi non majores, adnata unâ parte membranâ, alis apum persimile. Observatione dignum est, adultam circa majorum ramorum extremos quasi surculos, in singulorum foliorum alis, prona parte, exigua quædam nucamenta interdum ferre, è quibus singulares brevesque Juli emergunt, qui deinde in flosculos permutantur, & in alterum nonnunquam annum perdurant. Viscum, quod Plinio ἵξιας, observavit in ea Clusius. *Crescit* in montanis, sed nec plana vel hortos spernit. Nulla olim in Anglia: in Virginia altissima; in Viennensi saltu copiosa. In Burgundia fungi nigri, pineis nucibus vel favis similes, mense Junio, sub iis reperiuntur. In Bernensi tractu CXXX. pedum longitudinem æquantur: unde adminiculo Arolæ in Rhenum deductæ Genuam usque per mare devehuntur. De *Usu* nihil ferè præter dicta occurrit. *Cinis* in lixivium redactus ad digitorum vulnera commendatur, additâ parvâ radicis Altheæ quantitate, si eo fovere volueris. Semine loxiæ aves delectantur. Tigurinos offendi, si quis urbem transiens Abietis ramum in pileo gestet, fama olim fuit. Viennæ venalis vini indicium.

Bauh. Phytop. l. 12. c. 6. p. 505.

3. *Abies Mexicana* incolis *Aueuetl* & *Ahoehoetl*, seu *tympanum aqueum* dicitur: vel quod juxta aquarum fluenta nascatur, & ex ea Indi timpana *Ueuetl* & *Toponoztli* dicta parent; vel quod juxta aquas ab aëre tacta fragorem edat. *Materie* est molli, lenta, & corruptioni obnoxia, maximè si terræ defigatur; intra aquas enim diutiùs durat. Nullibi observata *florere*. *Fructus* Abieti

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 66.

Cupressus. similis, nec diversa *folia*. Quibusvis regionibus *nascitur*, facilèque circa fluenta stagnantesque aquas, semine, talea aut viva radice seritur. Toto anno provenit, & *resinam* fundit. Arboris sapor acris cum quadam amaritudine & suavitate odoris. Temperati caloris & siccam gradu tertio diceres. *Cortex* usus sanat ambusta & exesam cutem: ulcera cum lythargirio & polline thuris sanat ac cicatrici obducit, cerato myrtino exceptus. *Folia* tusa & illita crurum scabiei & tumoribus medentur; & dentium dolores, si cum aceto colluas, inhibent. De *resina* alibi agemus. Quatuor ipsius inveniuntur *Species*. *Prima* candida altissimas pinus longitudine superat, viginti quatuor pedes & ultra aliquando crassa. *Alia* cui minor magnitudo, materia alba, cor rubrum, fructus nuces pineæ resina refertæ, vulgarium olivarum magnitudine. *Tertia* cui adhuc minor statura, materies rubra, coma orbiculatior. *Quarta* minima, & vix malos Medicos superans, cui medulla candens, materies rubra. Commune omnibus corticem habere rubeum, folia abietina, sed exiliora, ramos depressiores, fastigium acuminatius; resinam quæ si non sponte at flammis liquata fluit. Conjiciuntur assulæ in vasa fictilia, cooperteque eam fundunt. Vires omnibus eædem.

Articulus VI.

De Cupresso.

Tab. XCII.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 102. Theophr. H. P. l. 1. c. 8. 9. 14. 5. l. 5. c. 5. Plin. H. N. l. 16. c. 40.

I. *Cupressus*, qui & *Cyparissus*, in altum tantum crescere apta est, semperque difficilimè nascentium fuit, ut rectè morosam dixeris. *Radices* non multæ, & quæ per terræ ὑπτιάλαια serpunt. *Caudex* longus & macilentus. *Materies* natura perpetua, odore violento, nec cariem vetustatemque sentit, nec sponte rimam fissuramque, unde maximè æterna putatur. *Rami* non frequentes. *Folium* carnosum & amarum, perpetuò viresci. *Flores* post laurum. De *Fructu* in fœmina dicemus. Plinius baccam & pillulam vocat, Varro *galbulum* seu pilam corticeam. *Resina* sapore acerrima. De *natura* ejus est, cæteris in locis semine tantum provenire, in Creta etiam trunco, ex cæsura in Tarra, quæ Insulæ illius oppidum Apollonio Tarræo celebre: emori, si novella copiosius rigetur: κατὰ τὰς τομάς, modis omnibus præcisam à terra, parte media & superna, radicibus denique, quanquam hoc rarò germinare; detractâ denique comâ decisoque cacumine interire. *Loca* eum magis fervida habent, ut Creta, Lycia, Rhodus. Huic, *inquit Plinius*, patria Insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit, & in Ænaria succisa regerminet. Sed in Tarento, quocunque in loco terram moverit, quispiam, (serendo scil. Cupressum) si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat. In illa verò etiam non appellato solo è sponso (i. e. in solo etiam minimè naturali, & quod ex sponso appellari non possit,) maximèque in Idæis montibus, & quos albos vocant, summisque jugis undè nives nunquam absunt plurima: quod miremur alibi, non nisi in tepore proveniens, & nutricem magnoperè fastidiens. In Cyrenensi optimè prodit, plurimumque fit oleum. In Arcadia apud Psaphidem tantæ proceritatis fuêre, ut vicinus mons inumbraretur, Alcmæoni sacræ & ideò ferro intactæ. Haud spernendus in medicina & alibi *Usus*. Levis ei acrimonia caliditasque, major amaritudo: nullam tamen caliditatem aut mordicationem in corporibus efficit. Hinc latentes in alto in flaccidis putrescentibusque affectibus humiditates depascitur. Fuere qui ad erysipelata cum polenta & aqua adhiberent. Ex eodem structa in Babylonia Alexandro Classis; sceptrum Iovis edolatum, unde Pythagoreorum abutensilib. Cupressinis abstinentia: tabulæque in quibus

Varro R. R. l. 1. c. 40.

Plin. H. N. l. 14. c. 20. Theophr. H. P. l. 2. c. 2.

Theophr. H. P. l. 4. c. 15

Plin. H. N. l. 16. c. 33.

Arrian. l. 7. de expedit. Alex.

Tab: xcii.

Abies Americana.

Abies alba seu fœmina Stapely.

Abbel fructus Orientalis.

Cupressus Vulgaris Stapely.

Cupressus Vulgaris Mathioli Cipresbaum.



bus leges publicæ sacrorumque ritus descripti, ex Platonis placito, factæ. Adde his, valvas in templo Dianæ Ephesiæ è Cupresso, & propè quadringentis ad tempora Plinii annis durasse, materiam omnem novæ similem: majorem simulachri Vejovis in arce ætatem, utpotè à conditâ urbe quingentesimo quinquagesimo primo anno dicati: & quia Diti sacra, funebri signo ad domos positam fuisse.

Rhodig. Antiq. lect. l.2.c.25. Plin.H.N. l.16.c.40.

Distinguitur in *Marem* & *Fœminam*. 1. *Mas* nodosior est, spargit extra se ramos, deputaturq; & accipit vitem; sterilis idem; ideò fortè supervacua fructu Plinio. 2. *Fœmina*, quæ meta in fastigium convoluta, spreta diu (malè sterilis diu) metæ demum aspectu non repudiata. Trifera hæc. Namque baccæ ejus mense Januario & Majo & Septembri colliguntur, ternasq; earum gerit magnitudines. *Torvas* dixit Plinius, seu quòd gustanti torvam faciem reddāt: seu quòd maturæ in multas rimas fissæ tales appareant: seu quod asperæ & indomitæ.

Theophr. H.P.l.1.c.13. Plin. H.N. l.17.c.10. & l.16.c.33. Plin.H.N. l.16.c.17.

Minimis granis constat semen, ut vix perspici quædam possint, non omittendo naturæ miraculo, è tam parvo gigni arbores, tanto majore tritici & hordei grano, ne quis fabā reputet. Pillulæ collectę dictis mensibus, siccantur sole, ruptæque emittunt semen, formicis mirè expetitū, ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo, absumi natalem tantarum arborum. De *Satione* vide ibidem. *Vsus pillularum* ad sanguinis rejectionem, dysenteriam & alios fluxus in vino, si contundantur. Comprimunt & hernias intestinorum compositæ. Orthopnææ prodesse falsum, quia stringunt. Ipsa distinguendis pinorum ordinibus adhibebatur: post tonsilis facta, in densitate parietum (i.e. parietibus vestiendis) εἰς τέρψιν καὶ περιφραγὴν, ut Democritus voluit, coercitaque gracilitate perpetuò teres. Trahitur, inquit Plinius, & in picturas operis topiarii (sic lege, non *opere historiali*) venatus classesque, & imagines rerum tenui folio breviq; semper vestiens. Utraq; mittitur in perticas asseresque amputatione ramorum, qui XIII. annis denariis singulis veniūt, quæstuossima in satus ratione sylva; vulgoque *dotem filiæ plantari*, antiqui appellabant. *Creticæ* materies rara est.

Plin.H.N. l.17.c.10. Theophr. de C.P.l.1. c.5.

Plin. H.N. l.16.c.33.

Cupressus.

II. MODERNIS duplex est: 1. *Vulgaris*. 2. *Novæ Hispaniæ*; quibus addi potest *similis arbor in Syria*.

1. *Cupressus vulgaris*, arbor est procera. *Caudex* rectus crassusque, *Cortex* spadiceus; *rami* complures in orbem circumacti, qui Coni similitudinem effingunt. *Ligni* materies, firma, solida, dura, odorata, undulis nonnihil crispata, micis saturatioribus nunc longis transversisque, nunc parvis, punctorum instar variantibus, pallida aut rubescens. Nec cariem, nec fissuram spontè sentit, odoris tenacissima. *Folia* cedri retusæ, aut Sabinæ imbricatim connexa, oblonga, teretia, carnosa, perpetuò virentia. *Galbuli* juglandi nuci pulvinato calyce tectæ, æquales, larignis Conis ferè assimiles, confragosi, rimas agunt in claveta tubera dehiscentes: inter quorum commissuras, semina ruffa, sublonga, alterâ parte rotunda, alterâ acuminata, semiculmo latiora. Caudex *resinam* fundit modicè liquidam, larignæ consistentiæ similem, sapore acerrimam, odore haud ingrato. Cæsalpinus, foliis nullis esse scribit. Sed ipsamet germina tenuiter fœniculi modo scissa. Folia, addit, videntur pulposa: insunt tamen in nuper nascentibus foliola brevia acutavè, sed hæc in adultis degenerant in brevissimas veluti squamas, totos surculos convestientes. *Crescit* sparsim variis montium locis: meridiano tamen sole gaudet. Nascitur & in Leucis montibus Spachia vocatis, & in Ida dicto Psilothri. Monspelii fert autumno nuces, quæ per hyemem & æstatem durant. Apud Italos in Cæmeteriis colitur. Basileæ licet sæpè ex semine germinarit foliis juniperinis; nunquam tamen

Bauhin. H. P.l.9.c.16. p.280.

Stapel. ad Theophr. p.373. Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.86.

Gesner. in Hort. Germ.

Dodon. pempt.6. l.5.c.7.

Bellon. Observ. l.1.c.17

Bauhin. ad Matthiol. l.1.c.86. p.117.

Succi arborũ inspissati.

tamen ad aliquam altitudinem ascendit. *Vsus* ligni ad structuras, arcas & alia utensilia. Defossa tempore Selimi in loco uliginoso in Ægypto capsa, quæ integerrima præterito seculo extracta est. *Cretica* infima parte recisa, ex parte radicibus proxima multis repullulat ramis. At eo loco in altum non attollitur, sed in crassum excrescit. Cæsalpinus *Fœminam* ramis fastigiatis esse; *Marem*, ad latera sparsis, reliquit.

Reccus R. M.N.H. l.3.c.80.

2. *Cupressus Novæ Hispaniæ*, incolis *Tlatzcan*, id est, *materia fragilis* & *vitrea* vocatur. *Forma* quæ vulgari Cupresso. *Rami* patuli ad latera diffusi, & terram prospectantes. *Materies* odoratior. *Fructus*, quem toto anno fert, parvus, nucis avellanæ magnitudine. Familiaris novæ Hispaniæ, *locis* temperatis. Seritur viviradice. Jus decocti rigores febrium sedat; pulvis ex aqua potus febres.

3. *De arbore Cupresso simili in Syria*, quæ Camerario fortè *Cedrus major Dioscoridis*, Guilandino hæc *Thyia Theophrasti*, & *Abhel*, Rauwolfio *Tac* arbor Cupresso similis, ex qua gummi *Taxa*, nihil habeo quod dicam, nisi in Syria, Ægypto, & Arabia nasci, & fructum pillularum Cupressi magnitudine, colore rufo in nigrum declivi ferre, qui *Abhel* dicitur.

Titulus III.

De Arborum succis & humoribus.

Caput I.

De Succis arborum inspissatis.

Quod animalibus sanguis, id Plantis succus est. Turget hic sæpè, & ideò vel spontè profluit, vel incisione emittitur. Deficit sæpè, & ideò ipsæ plantæ tabescunt. Multæ quidem ejus differentiæ, ut in præfatione dictum est; sed quæ ad χυλὸν, & ὀπὸν in genere reduci possunt. Quæ plantæ nutriuntur, & semper tenuior, χυλὸς est propriè; non spontè sed præmissa expressione, vel aliqua alia convenienti præparatione elicitur, induraturque, si exsiccans calor supervenerit. Crassior ὀπὸς & interdum incisione, interdum spontè lachrymæ instar delabitur, inde *lachrymæ* seu δακρύου nomen; quæ si oleaginosa, *Resina* est: si terrestris & aquea, inque truncis arborum concreta, *Gummi* vocatur. De tribus itaque agemus: *Succis* nempè *inspissatis*, *Gummatibus*, *Resinis* & *Pice*, liquores alios, de quibus sparsim egimus, omissuri.

Succi inspissati sunt: 1. *Ammoniacum*. 2. *Acacia*. 3. *Manna*, quibus succos aliquot Exoticos subjicio.

Dioscor. M. M. l.3 c.98. Plin. H.N. l.12.c.23. & l.24.c.6.

1. *Ammoniacum*, si veteres consulas, in Lybia propè Jovis Ammonis seu Hammonii templũ ex sua arbore stillat. Duplex est Dioscoridi & Plinio; Unum θραύσμα, seu θραύστον, quasi fragmentum dicas, quod benè coloratum, ligni & calculorum expers, Thuris masculi similitudine, syncerum, densum, nullâ sorde spurcatum, Castorei odore, & gustu amarum. Alterum *Phyrema*, id est, miscella, quod calculorum & terræ particeps est. Sunt qui Pauli & Galeni Ammoniacum à Dioscoridis diversum putant, quod id inter thymiamata referatur, & Coriandri odorem referat: nisi & talia in thymiamatum compositionibus apud antiquos occurrerent. Ut ut sit, Calidum est Abensinæ in principio tertii, siccum in primo, Abenroi in tertii fine calidum. Mollit, calefacit, discutit, dissolvit. Lienem cum aceto drachmæ unius pondere potum absumere creditur; imminuere, si cum aceto & cera Cypria vel rosaceo imponatur. Dispnoicis efficacissimè prodest. Tophos & nodos qui circum articulos occalluêre dissolvere compertum. Alterum ταράσσειν καὶ ὑπάγειν Dioscorides prodidit, si hauriatur. *Advehitur* nunc in

in magnas glebas coactum, grumis magnis constans, unguibus lactei coloris nitentibus aut rufis, per coloris obsoleti & fusci substantiam permistis, odore Galbani virosiore, sapore amaricante. *Elige* syncerum, minimè arenosum, purum, majoribus grumis, foris flavis aut Croceis, intus candidioribus, quod claram flammam, cum accenditur, alit: in manibus cum lentore tractatum mollescit, repentinoque ictu, propter densitatem aridiorem, in plures splendidas, nitentesque micas dissilit. Solvitur aqua.

II. Acacia duplex est: *Ægyptiaca* nempè & *Germanica.*

1. Ægyptiaca Acaciæ arboris ibidem nascentis ἰγχύλισμα expressum, & in umbra siccatum. Fructus maturus *nigrum* fundit, immaturus *subflavum.* Sunt qui & ex foliis simul exprimunt. *Visus* est in refrigeratione & adstrictione. Refrigerat enim in secundo, exsiccat in tertio. Partes tenues & calidæ, quæ per eam disperguntur, unde & acrimoniæ capax est, lotione evanescunt. Laudatur in muliebri fluxu & oculorum procidentia veteribus, alvique fluxu. Et torrere supra prunas suspensam, & urere in Camino cum ipso fictili suetum olim. Ulcera sedis insufflata ad cicatricem perducere, notavit Galenus. *Eligenda* modicè fulva & odorata. Arabes & hodiè ex siliquis immaturis, foliis, floribus & fructibus exprimunt, frequentissimi apud se usus. Compertum enim vehementer prodesse, in dentium vacillatione, si in pulverem redacta cum decocto dentibus aspergatur: in sanguinis sputo, si in liquore conveniente drachmæ unius pondere assumatur: in fluxu muliebri, si in clysteribus dissoluta applicetur: in articulorum debilitate, si in fomento apponatur: in Podagricis defluxionibus, si cum aceto in linimenti formam redacta, illinatur: vel ejus decocto pedes fomentētur; absterso, linimento ex Acacia cum Opobalsamo & aceto inungantur.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 133.

2. *Acacia Germanica* ex prunis sylvestribus coctis exprimitur, insolatur, exsiccatur, Acaciæ veræ loco affervatur, & tessellatim dividitur. Utimur hodiè ea in Theriacæ compositione.

Dodon. Pempt. 6. l. 1. c. 15.

Succi arborū inspissati.

III. Manna est octuplex: 1. Δρυόμηλι. 2. *Liquida.* 3. *Officinarum.* 4. *Persica.* 5. *Armeniaca.* 6. *Amyntha.* 7. *Israëlitarum.* & 8. *Polonica.*

1. *Manna* δρυόμηλι, Galeno & ἀηδόμηλι dicitur, Arabibus *Men, Siracost,* & *Terniabin,* Serapioni & Abensinæ *Thereniabin* & *Trungibin,* Cæsalpino *Melroscidum.* Venit hæc, si *Veteres* sequimur, ὁκ τῦ ἀέρος, maximè syderum exortu, τῶν ἀστρων ἐπιτολαῖς, præcipuèque ipsâ Iri impendente, (malè forte in Plinio, ipso Syrio splendente, quamvis sub ἐπιτολαῖς comprehendi possit; & expressè Aristoteles, ὅταν καταπίπτῃ ἡ ἶρις) nec fit omninò prius Virgiliarum exortu. (oriuntur VI. Idus Maii, seu X. Maii ex nova computatione) sublucanis itaque temporibus cum prima aurora, folia melle roscida inveniuntur: ac si matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes, capillumque concretum sentiunt: sive, addit Plinius, ille est cœli sudor, sive quædam syderum saliva, sive purgantis se aëris succus. Quamvis verò de quarumlibet plantarum foliis hoc concipi possit: maximè tamen in quercu & tiliæ frondibus, propter illarum πυκνότητα, & quòd ὑγρὸν sint, reperitur. Inter ARABES convenit de cœlo super terras etiam & lapides cadere: in reliquis vehementer variāt, & sæpè Mel aëreum cum Manna liquida & Officinarum confundunt. Rhases supra arborem Malvavisca cadere scribit; morâ albescere, & citò collectam viridem. Calidam eandem alvum solvere & lenire guttur. Habice authore, melior cui color clarus ad albedinem vergens, quæ nonnihil ruffescit, & è ligno colligitur. Adstringit ventriculum, confertque aquæ Citrinæ pota & ventri imposita: quod sanè difficulter intelligi potest. Exsiccat Catarrhum eidem, si drachmæ unius pondere, in caputpurgio usurpetur.

Theophr. H. P. l. 3. c. 9. & l. de melle. Aristot. H. A. l. 9. c. 22. Plin. H. N. l. 11. c. 11. Cord. H. P. l. 4. c. 111.

Rhas. l. 3. c. 20.

Succi arborũ inſpiſſati.

Abonſi.2. tr.2.c.489. Abonſinæ coagulatur ſicut mel, ſiccatur ut gummi, & ſemper aliquid de arbore, ſupra quam cadit, participat. Colligitur in Caſgram & Buccara. Abenroes ex ſpeciebus antiquæ Mannæ eſſe, & à partibus ſuperioribus Syriæ & Indiæ provenire prodit, ſimilem Saccaro in virtutibus, purgareque choleram debilius. *Duplicem* Meſue facit. *Vnam* quæ lapidibus incubuit, & guttarum aut ſeminis modo coagulatur; quæ ſi recens, dulcis, alba, aut ſubcitrina melior; ſi antiqua, cœnoſa, fuſca, illaudabilis. *Alteram* quæ Plantis, à quibus facultatem ſortitur, foliis & floribus permiſta. Temperata utraque; guttur, thoracem & ventriculum lenit, bilemque clementer purgat, ſi à drachmis ſex ad quindecim propinetur: ſervaturque in annum. Foliis ſennæ & ſaccaro adulterata, prodit, ſi liquefiat, dolum. Exhibetur etiam pueris & gravidis. Non abeunt à Veteribus RECENTIORES. Vaporem terræ ſuccoſum & optimum dicunt, qui æſtatis calore elevatus, & in aëre in dulcem liquorem excoctus, noctis frigore coactus, roris modo ſupra arborum & fruticum folia decidit.

Meſue cap. de Manna.

Altimar. l. de Manna. Diverſam à Melle vel exinde colligas, quòd rarò in calidis etiam regionibus decidat; tempore matutino duntaxat reperiatur: in arboribus concreſcat; nec ætatem ferat.

Bauhin. H. P.l.3.c.11. p.184. Colligitur apud Indos maximè, ubi Perſis *Xercoſt* & *Xerceſt*, id eſt, lac arborum audit. Sapore favi mellis, & in utribus cõſervatur. Rarò in Italia decidit: habetur tamen, nec denſatur ita. Viſa & in Portugallia, ſi Manueli Cirnio nobili Belgæ credimus, moxque in ſpeciem Saccari denſatur. Felicis anni quando cadit prægium. Sed & in Chile ſtato tempore ros quidam decidit in quibusdam vallibus, ita ſpiſſus, ut coactus frondibus, ſaccari inſtar, adhæreat, ſuavis, & ejusdem ferè cum Manna uſus.

Garſ. ab Horto H. A.l.1.c.11.

De Laet Ind. Occid. l.12.c.1.

Hippocr. l. de ulceribus. 2. *Manna liquida*, Hippocrati Mel Cedrium, *Ros Libani Græcis*, & *Terniabin* Arabibus ac Turcis Bellonio, *Manna melli inſtar liquida* Linſchotano, in plantarum quoque foliis provenit, ὁμοχρὴς τοῖς δρόσοις. Tanta aliquando Galeni tempore, poſt calidam aëris temperiem frigidasque noctes deſcendit, ut ruſtici Jovem melle pluere dicerent. Rarò viſitur in Græcia, in monte Libano quotannis. Itaque coria ſuper terram extendunt, concuſſisque arboribus, quod defluit in ollas reconditur. Colligitur & in monte Sinai à Calojeris, & Cairum vænum defertur. Quid ſi ſit potiùs exudans è Cedris liquor? Non tam benè ros horum foliis, quia admodum tenuia, adhæreſcit. Et ſi ſit, cur non aliis quoque arboribus inſidet? Laricea ſole illucente liqueſcit; quid ſi eadem hujus ſors? Non purgare etiam libræ mediæ pondere ſumtam, Bellonio debemus. *Abire* ab iſta, quæ *in regno Neapolitano liquidam* & melleæ conſiſtentiæ, roris inſtar, decidere, Altimarus prodidit, dicere auſim. Tam enim plantis noxia, ut protinus folia earum tabeſcant. Nec melior ſegetum fortuna. *Affinem* illam credo, quæ in Germania, ſuper Laricis, Amygdali, Perſici, & Quercus folia demiſſa, flaveſcit, iisdemque Syrupi inſtar inſidet. Suidas quoque melle frondibus in India defluere dixit.

Galen. de Aliment. facult. l 3. c.39.

Belon. l.de Coniferis. Bauhin. H. P.l.3 c 11. p.190.

3. *Manna Officinarum* eſt triplex: 1. *Laricea*. 2. *Calabrina*. 3. *Montis Apennini*.

1. Mannam Officinarum Lariceam ex Larice habemus. Vidit Bellonius montis latus laricibus conſitum ita albere, pro ut pruinæ hyeme arbores conveſtiunt. Quia nihil reſinoſi reſipit, & in pratis invenitur, Matthiolo prodente, vix è Larice exſudare dixero. Fateor tamen, quæri poſſe, cur ſupra Laricespotiùs, quàm alias herbas concreſcat? poſſeque Elæomeli Lobelii opponi. Triplex verò iſta: I. *Germanica*, quæ ſæpè in Styria, agro Goritienſi & Tridentino, in Ananienſibus montibus colligitur, granis maſtichinis. II. *Gallica* quæ vel *Brianſona*, vel *Brigantina* vel *Ambrinenſis*. De *hac* quidem nihil

Matthiol. in Dioſcor. l.1.c.73. Lobel. Adverſ. p.25.

Tonner. Obſ. Med. p.518.

Bellon. l. de arbor. Coniferis. Bauhin. H. P. l. 8. c. 11. p. 191.

nihil occurrit singulare. 2. Briansonæ granum est compactile, pingue, dulce; grumi alii Coriandro pares, rotundi alii oblongi majoresque, colore albicante, & cum inveteraſcit flaveſcente, conſiſtentiâ cereâ, ſed in ore liqueſcente, dulcedine ſaccarinâ, *Provenit* ad Gallo provincias & Allobrogum Alpes, & colligitur ex Larice, in altiſſimis montium ſummitatibus. Eſt per totam Galliam celebris, modò recentioris, purioris, & candidioris grani habeatur delectus, qualem ſe effractis è larice ſurculis copioſam habuiſſe Lobelius ſcribit. Educit è primis venis & jecore biliosa, è pulmone phlegmatica, ſi ab uncia dimidia ad tres exhibueris. Eſt vel *Sicca*, quæ ante Solis exortum colligitur; in mediterraneis magno vænire ſolet, in urbibus ad montium radices quatuor aſſibus libra: vix tres à viro colliguntur. Vel *Liquida*, cui Solis igniculi vim intulere, deterior, nec tanti ideò precii: *vel in umbra ſub arbore lecta*, poſt quam imminente Sole faſces arborum ſecuribus in terram decuſſæ ſunt, quæ poſt unum & alterum annum corrumpitur. 3. *Brigantina* à Brigantio Cænomanorum oppido nomen habet. Vel eſt *Candida* quæ ſelecta nec vitiata, dulcis eſt & guſtu jucundiſſima, minuta, melleam dulcedinem repræſentans: vel *Liveſcens* tenuior, pineis feſtucis, ſurculis, herbulis & foliolis obvoluta, ſubductione aliis ignavior: ad alios uſus, ut & lenitionis opera, vix ſubdupla efficaciſſima.

Lobel. Adverſ. p. 25.

Apollo tad. 1. ſupra tripher. Perſicam apud l. c.

Altomarus l. de Manna.

II. Manna Officinarum Calabrina, Monachis *Manna arborea*, ex Fraxino & Orno, in Calabria à Samnitibus & Veſtinis, qui Garganum montem incolunt, colligitur. Multa de illa ſingularia occurrunt. In nullis ea regione arboribus invenitur, Fraxinum & Ornum ſi exceperis: ſed nec his omnibus. Particulares & determinatæ ſunt, & tanquam vectigal ſingulis penſuræ annis coëmuntur. Singulis ſub Cane & ante Canem diebus, quo tempore jam germinare deſierunt, in illis reperitur, cum non in aliis Fraxinis & Ornis, modò vel imbres vel vehementiores venti non impediant. Pluviâ ingruente ſolvitur & evaneſcit, quod primis Auguſti imbribus obſervatum eſt. Majo & Junio, Caniculam antegreſſis, intra cortices continetur, paulatimque cocta, accedente ardentis Syrii æſtu, areſcente cortice & fiſſo foras extrahitur, ejusque beneficio iterum in grumos & gummatis quaſi granula concreſcit. Viſa nec inciſis corticibus ante Canem emanaſſe, ex Ornis inprimis, ſeu protruſo à natura arboris ſuperfluo, ſeu à Solis calore foras evocato, ſeu ob utranque cauſam. Aliquando enim ſponte emittitur, per inciſionem aliquando & majore copia, imò poſt collectam, reliqua exſudare ſolet. *Modus inciſionis* diverſus. *Quidam* factis aliquot in caudice inciſionibus, ſequenti die colligunt. *Alii* inciſis aliquot ante diebus interioribus partibus, primam colligunt, alteram effluere ſinunt, ac denuò colligunt. *Nonnulli* neglectâ quæ per primas inciſuras effluit, ſuperiores arborum partes findunt, effluitque dulcior & ſuavior, quòd per primas impurior, crudior, & amarior humor effluxerit. Inter obſervata habetur, à calido condenſari liquorem & fieri duriorem, ab aqua ſolvi. Sicciorem evadere, ſi Aquilo modicè noctu flaviſſet: meridie, ſoleque magis ardente candidiorem reddi collectam contractâ humiditate ſoli expoſitam albidiorem & duriorem evadere. Adde his, adnaſci cortici *veſiculas* quasdam ſeu tubercula, quibus diſruptis, liquor primum albus, dulcis, in optimam Mannam converſus, mox minus albus, liquidior, tenuior, ſed dulcis emanare viſus eſt, qui à ſuperveniente ſole coagulatus, & albedini ſuæ redditus, ſimilis priori evaſit: ſed ubi diu permanſiſſet, nimis excoctus, inutilis redditus eſt. Et ut tandem finem faciam, viſæ exugere cortice perforato lachrymam illam

Succi arborū inſpiſſati.

Cica-

Succi arborũ inſpiſſati.

Cicadæ, quibus abactis ex iisdem foraminibus liquor dulcis pfofluit, ut à ſole in grana coactus. In Ornis fiſſis & ſoli expoſitis reperta haud parva Mannæ copia, quæ non ex cortice, ſed lignoſa ac veluti medulloſa ſubſtantia manabat. Ramos magnos Laricis & Fraxini præciſos, & in cellam vinariam, quo æſtatis tempore Manna colligitur, aſportatos, Mannam poſtero die, quanquam non perinde nitidam, oſtentare. Lobelius author eſt. Sunt denique qui videre, cum in quadam ſylva carbones pararentur, ex Orno vicina Mannam ſudaſſe, & ab ignis calore coagulatam. Hinc collige, de cælone veniat, quod de Aërea diximus, an in ipſis arboribus naſcatur. Mirum quod de *Loco* Braſavolus habet, à Regina Neapolitana acceptum, ſtatutis in Oenotria locis ab omnibus paſſim collectam. Occluſo à Regibus Neapolitanis loco, ne quis ſine vectigali colligeret, nullam comparuiſſe, rediiſſe recluſo. Et ſic iterum atque iterum factum, donec omnibus colligere permitteretur. *Vires* & *uſum* ſi ſpectes, quia cum obſcuro amarore dulcis, nec multo craſſo lentoque humore plena, eſt moderatè calida. Hinc laxandi, molliendi, abſtergendi, & incidendi facultas. Tutiſſimum omnibus in purgandâ bile medicamentum, corrigiturque in febribus ardentibus ſyrupo roſarum ſolutivo. Licet ad quatuor uncias aſcendere: optimeque ex decocto aliquo, prunorum vel galli gallinacei juſculo ſumitur. Ingreditur ſyruporum, conditorum, confectionum &c. compoſitiones. Cum Tartari cremore formatur in tabellas, ſub Mannæ Tartarizatæ titulo. Durat paulò ultra annum. *Diverſitatem* ab Arboribus, ramis, foliis, inciſione, figura, & qualitate ſortitur. Eſt namque 1. *Fraxinea*, quam folia magis, rami in ea parte qua foliorum pediculi iisdem annectuntur, fundunt. Superflua nempe in fraxino humiditas, quæ non tantum per caudicem diffundi & transmitti poteſt, ſed & ad exortum foliorum, ipſa adeò folia pertingit, perque eorum poros exudat, & à ſole conficitur. Majore eadem copia, & non niſi meridie & calidiſſimis diei locis colligitur. 2. *Ornea*, quæ à caudice potius & ramis quàm foliis & ſurculis, & quidem minore copia funditur. Saxis enim magis montoſisque & ſiccioribus locis cum gaudeat, non adeò ſuperflua & tenui humiditate turget, ut ad folia & exiliores ramulos protendi poſſit: cum ſcabroſa eadem, facilè priusquam ad folia aut ſurculos proveniat, in caudicis craſſiorumque ramorum cortices abſumetur. Tertiâ vel quartâ ab ortu ſolis horâ colligitur, quod, quia terreſtris, à remiſſiore calore coagulatur: aliquando & ante ſolis ortum, ſi pridiè vel inclinante ſole profluxit, aut flante per noctem Aquilone coagulata eſt, ne aridior, ſole ſuperveniente, inprimis ſi ſponte profluxit, evadat. Amarior eadem. 3. *Foliorum* ſeu *Frondacea*, quæ ex foliis & eorum pediculis colligitur. Aptant ruſtici folia & veluti tegete extendunt, plantantque latiorum foliorum arbores, ut aptius colligatur, & parum ſupra aliud quid cadat. Syncerior, dilutior, ac tenuior cæteris magisque concocta & dulcior eſt, & de foliorum viribus contra ſerpentum ictus aliquid participat. 4. *Corporis* ſeu *ligni* & *trunci*, quæ ex ligno & caudice & ramis, aut ſponte aut vulnerato corpore habetur, deterior quidem, ſed craſſior & corpulentior. Sponte quæ emanat laudabilior cæteris: quæ *inciſione* in ardentibus febribus, alvi fluxibus, calida aëris conſtitutione, temperamento fervidiore cautè caſtiganda. Prima inciſio turbidam dat, nauſeoſam & cum majore amaritudine, calidiorem ideò. Sequentes, puriorem & dulciorem magis. 5. *Terræ*, quæ in terram funditur & petras. Quia arenulis permiſcetur, colore eſt livente, valdè craſſa, inſipida, & minus ſyncera. 6. *Granata*, quæ minoribus granulis conſtat. 7. *Maſtichina*, quæ oblongis, translucens,

Lobel. l. c.

Braſavol. in Examine ſimplic.

Braſavol. in Exam. ſimplic.

lucens, gravis, maſtiches in morem lenta primùm, mox facilè liqueſcens, alba & ſuavis. 8. *Optima* eſt quæ pinguis, quadantenus translucida, maſtiches quàm ſimilima, ſapore ſuavi & cum dulcedine modicè linguam mordente, anno non vetuſtior, candicans. Arida, cinerei coloris, nauſeoſa, morſu carens rejicitur. 9. Adulteratur ſaccaro penidio herbarum foliis circumvoluto, amylo, farinâ, rebusque ſimilibus. Quidam ſcamonium addunt. Quæ folia ſennæ granis ſuis amplectitur, factitia eſt.

3. *Manna montis Apennini*, in Apennino monte quandoque in Canicularibus promiſcuè in pluribus arboribus, ſed præcipuè in quercu & ſalice colligitur, nunc concreta ſimilis Calabrienſi, nunc liquidior melli ſimilis, ut Cæſalpinus notavit. Viſa & A. 1572. locis amœnioribus æſtatis tempore in ſalicibus, copioſa, albiſſima, ſaccari dulcedine. *Eramus nos*, inquit quidam apud Stapelium, *per id tempus diſciplinæ auditores, intellexeramus tamen à Præceptoribus noſtris manna eſſe. Quod diligenter perquirentes an verum eſſet, quod ab ipſis & reliquis cum Galeno ferebatur, locum in quo Manna copioſius habebatur conſideravimus, ſummo mane Iulio menſe ad id profecti, invenimus parvarum quarundam apum numeroſam congeriem.* Non erant quidem apes ſed culices craſſi, quos ob officium apes parvas dicebamus: *Quibus inerant tria aut quatuor foramina, in partibus corporis, quæ in eisdem prominebant ad parvarum formicarum ſpeciem. Per hæc itaque foramina guttæ quædam parvæ, albiſſimæ, ſudoris modo eliciebantur, quas vos eſſe dixiſſes, ſi copiam guttarum cadentium, ex loco ſalicis in quo congeſtæ apes erant, conſideraſſes. Erat autem non unus earum grex ſed plures quam 50: in ſingulis autem gregibus innumerabiles apes, quæ locum unum non ultra diem aut noctem tenebant, deinde in aliud transvolabant: ſemper tamen arboribus inſidebant, cum quodam bomboſo ſonitu apum, à quibus ſudor guttatim deſluens, aut folia arborum, aut ſubjectos lapides tegebat: quod verò in arenam & ſordida loca deſidebat, peribat, reliquum colligebatur ad uſus. Erat hoc puriſſimum manna, albedine, dulcedine, conſiſtentiâ, & efficaciâ probatum, &c.*

Stapel. in Theophr. H. P. l. 3. c. 9. pag. 151.

Succi arborũ inſpiſſati.

4. *Manna Perſica* eſt duplex: 1. *Granis Coriandri*, ſed majoribus, calore inter ruſſum & rubentem medio, forma & ſapore Mannæ larignæ ſimili. Colligitur de ſpinoſo frutice *Agul* & *Alhagi*, nec non aliis floribus & foliis, ſub nomine *Tranſchilel* Arabibus, Indis ſub *Tiriam jabin* ſeu *Trumgibin*. Copioſè Alepum in utribus fertur, maximusque ejus in Perſia & Armuzii uſus, quia vulgari præfertur. 2. *Calabrinæ ſimilis* ſeu *Mannæ tertium genus* Garziæ, quæ magnis glebis, admiſtis plerumque foliis ex Baccara urbe Perſica defertur, plurisque æſtimatur. Habetur & Alepi. *Nota* verò 1. Ex Syria longè candidiorem Italicâ Mannam adferri, eamque duplicem, *Maſtichinam* nempè & *Bombycinam*; quarum *Maſtichina* translucida eſt, Maſtiche ſimilis, parvis granulis, efficacior; ſeu ut Apollo habet, in quosdam quaſi grandinis callos, niveosque globulos denſata habetur Venetiis. *Bombycina* verò minimè translucida, craſſioribus goſſipii micis, cujus floccorũ refert effigiem. Maſtichinam hanc ſenio exhauſtam quidam putant, quæq; ſaccaro multo, farina miliacea aut hordeacea, aliisque miſcellis vitiata ſit. Liqueſcere ad ſolem & ignem experimento Altinarus docuit. 2. Advehi & Goam in utribus ex Armuzio melli rancido depurato peſſimilem, quæ facilè, quod vitreis lagenis non ſervetur, vitium capit. 3. Habuiſſe in urbe Cochin Brachmanen *factitium* quoddam Mannæ *genus*, quod ex amylo puriſſimo, Mannæ Calabrinæ ſimili, ſcammonea, & ſeminis genere *viſa* dicto, quod ex Bengala defertur, & Lathyridis grano ſimile eſt, &c. cum ſaccaro parabatur, & ſoli exponebatur.

Garz. ab Horto H. A. l. 1. c. 11.

Rauvvolf. in itiner. Linſchot. Ind. Orient p. 4.

Garz. l. c.

5. *De Manna Armeniaca* hoc tantum habeo, fruſtis eſſe pugni magnitu-

Succi arborũ inſpiſſati.

dine, fuſci coloris, forte *Manna Alhagiezi*, Avicennæ, ut Rauwolfio placet.

Rauvvolf. in itiner.

6. *De Manna Amynthæ*, ſcribit ex ejus libro περὶ δείπνων σοφιστῶν Athenæus. Athen. Dipnoſ. l. 2. Componebatur decerpta cum foliis, fingebatur, εἰς παλάθης ἐυρώκης σχῆμα. Quidam globos ex ea faciebant, & ubi ſumere collubitum, defractas ex iis micas, in ligneis poculis, quas ταβάτας vocant, dilutas & colatas bibebant, guſtu mellis ſimili, ſi non jucundiore. Stapelius vulgarem Mannam eſſe credit. Παλάθη ἐυρώκη vel eſt maſſa caricarum pinguium, qualis ex Syria adfertur: vel palmularum, quæ in maſſam olim compingebantur.

Exodi. 16. c. Numer. 11.

6. *Manna Iſraelitarum*, eſt Manilud, miraculoſum & extraordinarium, ſeu miraculosè & præter naturæ ordinem à DEO creatum, quod in deſerto ex aëre & nubibus, noctu cum rore in gratiam Iſraelitarum deſcendebat. Erat tenuiſſimum & ſicut pruina ſuper terram, figurâ rotundum, quaſi ſemen ſeu granum Coriandri, colore bdellii Arabici ſcilicet, ideò album, ſaporis dulciſſimi, & velut epichyti ex melle. Piſtillo contuſum & in olla coctum, ſucci pinguis inſtar erat, unde placentæ. Colligebatur manè ante Solis exortum. Nam incaleſcente Sole liqueſcebat. Incognitum antea Iſraelitis, & extraordinarium vel ex eo colligas, quòd non ante apparuerit in deſerto, quam ex mandato DEI hora condicta fuiſſet à Moſe; quòd nulla aëris mutatio obſtiterit, quo minus æquabili tenore ſtillaret; quòd copia quæ univerſæ multitudini ſuffecerit reperta ſit, quum Homer unum acciperent in ſingula capita; quòd die ſexto duplicata fuerit copia, ut alterum Homer in cibum Sabbathi reponerent; quòd ſi quid ſervarent præter juſtum demenſum, putredini obnoxium fuerit, cum Sabbatho maneret integra altera portio; quòd quocunque profecti ſemper eos comitata fuerit hæc DEI benedictio, cùm aliæ gentes frumento veſcerentur; quòd denique Man quod juſſus eſt Aaron recondere per ætates aſſervandum non computruerit.

Martinius in Lexico philoſ. ſub voce Manna.

7. *Manna Polonica* tenuiſſimorum & ſubalborum granorum eſt, & ex foliis arborum aut herbarum enaſci, ſeri, creſcere videtur. Sed cum nullum ſemen habeat, nullibi plantari poſſit, & facilè ex foliis dejiciatur, ex aëre decidere Poloni credunt. Germani **Schwaden** vocant. Venit in ſolius alimenti rationes. Eſt & *aliud* hujus *genus* quod ruri proſtratum, ſubtile & ſaccaro ſimile, dulciusque, cum butyro modicoq; ſaccaro decoctum, inter delicata fercula referri poteſt.

Lobel. Adverſ. p. 25.

8. *Elæomeli Lobelii* hiſtoriam verbis ipſius deſcribemus. *Ex olea*, inquit, *arbore vulgari perquam amara tota & ingrata cortice, caudice, fructu nondum ſale condito, emanare Manna verè melleum, non ſolum colore, ſapore; ſed & duratione incorruptum experti ſumus. Habemus namque partim jam duodecem ab hinc annis collectum à Rondeletio aliquot uncias; partim à nobis quinque ab hinc annis in tenellis ramis & ſtipitibus. Tunc enim rimoſis è corticibus, partim ſcalpello ſauciatis ſatis excepimus. Verùm nonniſi propemodum maturâ olivâ ac nigricante vel purpuraſcente, quam Novembri & ingruente hyemis ſævitia decerpunt, quisquam reperiet Mel iſtud. Ideo plebecula interdum tantam copiam ramis aggeſtam ſe vidiſſe unâ & alterâ die poſt D. Catharinæ feſtum ajebat, ut aviditati explendæ & pueri & mendici certatim eò confluerent. Plurimum ferebatur* Lunellæ *exſtillare præſertim ſectis majoribus truncis, è quibus initio melle liquidior latex glutinoſus effluebat, poſtea inibi reſidens aliquamdiu denſior evadebat, atque non tam* Mel quàm Manna verum *præ ſe ferebat ſpecie, guſtu, ſapore, omnium judicio.*

IV. Succi Exotici ſunt tredecem ſequentes:

Cluſ. Exot. l. 4. c. 8.

1. Succus laxativus ex flavo ruffeſcēs, qui aliis *Gummi de Goa*, *Gummi Gith*, *& Gemon:* aliis *Chittagemon*, *Cattagauma*, *Chittajaman:* aliis ut Fabricio & Roſenbergero, *Gutta Gambæ*, *ſuccus Gambici*; *Gummi Indicum*; nonnullis,

nullis, *Gutta gamandræ, Gutta munda, Gutta Gemau vel Gemu:* quibusdam *Gummi Peruvianum, ad Podagram, Gummi gotta vel gutta,* verè *gutta Cambodia* vocatur. Lachryma est, quæ ex specie quadam Tithymalli, scandente, & maximâ copiâ in Cambodia regione Chinæ vicina proveniente, effluit. Ideò malè quidam Euphorbii vel Rhamni solutivi, vel Cataputiæ succum suspicati sunt. Nec melius, qui aut ex scammonio & thitymallo, aut ex Chelidoniæ majoris succo scammonio & Croco compositum putavere. Erraverunt qui pro Corticis mediani frangulæ, vel ricini Indici succo expresso & exsiccato habuerunt. Fulvus est, & salivâ vel aquâ paulatim tinctus, flavo colore inficit. Nulla ei amaritudo, sed degustatus, magnam in gutture acrimoniam excitat. *Vis* ei solutiva potens, & ita ventriculum vellicat, ut ἄνω καὶ κάτω se exoneret. Rejicitur per os tenax & crassa pituita: per alvum serum biliosum descendit. Ideò in hydrope, arthritide, asthmate, scabie, pruritu, & aliis morbis in usu. Dosis pro ratione ægri variat. Prudenter inter grana duodecem subsistes. Datur in potionibus, pilulis, pulvere, Electuariis &c. Corrigitur spiritu Vitrioli: quidam oleo Cinnamomi, feniculi, Macis, uti malunt. Reudenius aquam betulæ laudat. Sunt qui cum Cremore Tartari, Tartaro vitriolato, Mercurio dulci, jalapa, & aliis miscent. Habetur ex eo & Magisterium.

Bont. Medic. Indor. p.150.

Lotichius de gummi gotta.

Hartman. Praxis Chymiatr. p.150

Reuden. de gummi eodem.

II. Succus splendens Anethi odore, cui *Vsub* & *Gyp* apud Clusium inscribitur, Ater erat, splendens, non injucundi odoris, sed qui ad anethum quodammodò accederet. Incolis in suffumigiis dum domi cadavera servant in usu: nec non contra ventriculi dolores, inductis eo Corticibus.

Clus. Exot. l.4.c.7.

III. Succus Aspalatho similis, qui triplex: 1. *Anethi odore,* Clusio *succus primus* ἀσφάλτῳ *similis,* qui ater erat durus & solidus, odore anethino, sapore non ingrato quidem, acriusculo tamen. Manibus emollitus, lentior fiebat; flammæ admotus, resinæ instar liquescebat; ore retentus, cedebat dentibus. Nautis ad fili stamina picis aut ceræ vice inducenda in usu. 2. *Ater, micis albis aspersis odorus,* cui unguis imprimi poterat. Sapor cum nonnulla acrimonia. Concipiebat & flammam. 3. *Inodorus,* qui in micas potiùs dissiliebat, quàm manibus emolliri posset. Alicujus in mandendo acrimonia.

Clus. Exot. l.4.c.8.

Succi arborũ inspissati.

IV. Succus colore, flavo, fusco & albo mixtis, anethi odore, cui substantia lenta, sapor anetho acrior, & qui linguam vellicaret, & fauces incenderet. Saliva madefactus croceo colore tingebat. Incensus flammam concipiebat, liquescebat, sed non ardebat. Clusio *succus quintus.*

Clus. Exot. l.c.

V. Succus Cinericius fœniculi odore, qui resina potiùs quàm succus, & quidem adeò strigosa & retorrida, ut gleba aut lapidis fragmentum potiùs videretur. Igni admota ardebat.

VI. Succus atrorubescens inodorus, Clusio *decimus,* qui tam durus, ut in pollinem potius abiret, quàm dentibus cederet. Leviter saliva aspersus rubro colore, terræ Synopicæ instar tingebat, cum quadam levi flavedine, saporis omnis expers. Igni admotus nigrescebat, & consumebatur. Terræ potiùs genus quàm resinæ.

Bauhin. H. P. l.3.c.212. p.405.

Oviet. Hist. Amer. p.1. l.8.c.5.

VII. Succus flavus albis granis commixtis, gravi odore, Clusio *quartus.* Cui grana friabilia, sapor acris. Flammæ admotus liquescebat.

Clus. Exot. l.c.

VIII. Succus visco similis colore vario, qui ex parte nonnihil candicabat, ex parte cineraceus & nigricans erat. Igni admotus visci instar lentus evadebat. Similis huic, multiplici spira circa bacillum convolutus, extra fuscus, intra candicans, & fractu adeò contumax, ut lignum potiùs esse videretur. Nam & ei igni admoto & flammam statim concipiente, idem cum visco lentor.

Clus. Exot. l.4.c.7.

IX. Succus Mastichinæ resinæ non absimi-

Clus. Exot. l.4.c.8.

Gummata. *similis*, qui minus albus, friabilis, resinæ instar, manu emollitus haud ingrati odoris, saporis aliquantum aëris. Flammam concipiebat, sed quæ statim extingueretur. Clusio *Sextus*.

X. Succus succino non absimilis Clusio *Septimus*, qui transparens & lucidus, colore ex albo flavescente, odore non injucundo, sapore primò amariusculo, mox acriusculo. Nihil in eum dentes: ad ignem liquescebat & ardebat.

XI. Succus sanguini Draconis affinis, Clusio *duodecimus*, qui eleganti & vivido Cinnabaris colore tingebat. Fragmentum erat in planam massam redactum semiuncialis ferè crassitudinis, quod lucernæ adhibitum, liquescebat. Fortè Draconis arboris purius & defæcatum gummi.

Garz. H.A. l.1.c.15. *XII. Succus Camphoram redolens*, qui ex Canellæ vulneratæ radice prodit. Acosta liquorem è viridi cortice radicum præsertim inciso esse scribit. Sed vetuit Rex vulnerari radices, ne arbores perirent.

Piso de facult. simpl. l.1.c.9. *XIII. Succus arboris Brasiliensis*, Caopia *dictæ*, qui cortice ejus quando florere incipit inciso, & per unum alterumvè diem sibi relicto, elicitur. Mollis est croceo ruber; induratus, Chittajemu coloris & consistentiæ, è flavo paulò ruffior. Tingit colore luteo sive aureo paulò saturatius. Solvitur in spiritu vini. Purgat, in aceto squillitico maceratus noctem, drachmæ unius pondere, si ex vino propinetur; vel quod meliùs, in pilulas redactus. Olim affrictu in aqua solutus, tollebat impetigenes. Copiosior effluit, si exstructo luculento igne, cortex dehiscat.

Caput II.

De Gummatibus.

Galen. simpl. l.7. Aristot. de plant. l.2. Alterum quod arbores quædam fundunt *Gummi* est, seu lachryma in truncis earum concreta & coagulata. Quæ quia substantiæ magis aqueæ est, faciliùs aqueis solvitur, & igne crepitat.

Duplex autem hoc, vel *Magis* nempè, vel *Minus usitatum*.

I. *Gummata magis usitata* sunt: 1. *Gummi Arabicum*. 2. *Sarcocolla*. 3. *Cancamum*. 4. *Lacca Officinarum*. 5. *Anime*. 6. *Sanguis Draconis officinarum*. 7. *Camphora officinarum*. 8. *Gummi Iuniperi*. 9. *Gummi Cerasorum* & 10. *Gummi Vlmi*.

1. *Gummi Arabicum*, Dioscoridi κόμμι ἐκ τῆς ἀκάνθης, Plinio *Gũmi ex Spina Ægyptia*, Celso *Gummi Acanthinum*; Galeno *Gummi Thebaicum*, aliis *Babylonicum*, nonnullis *Gummi Acaciæ*, *diversum ab Arabico vulgaris usus*, dicitur. Funditur ab Acacia, & Dioscoridi nonnumquam est ῥητινῶδες & ῥυπαρὸν, quod inutile; aliquando σκωληκοειδὲς ὑελίζον, λαμυγὲς ἄξυλον, quod optimum: aliquando *album*, quod illi proximum. Plinius pretium in libras XIII. denarios tres ponit, & colorem glaucum addit. *Vis* ei meatus obducendi, medicamentorum acrimoniam leniendi. Illitum cum ovo in ambustis pustulas excitari non sinit. Hodiè grumis concretum visitur. Nucis ponticæ aut juglandis magnitudine (sex juglandium aliquando) cum adhærente cortice cinereo, globosis, aliàs contortis, in se convolutam erucam imitantibus, pellucidis ex flavo pallescentibus, aut omninò flavis vel rutilis, extremâ partè ferè rugosis & veluti corrosis, fragilibribus quàm Tragacanthæ, lentescentibus tamen, sapore dulciusculo, humori in quo maceratur, lentorem viscidum conciliantibus. Sunt qui nunc non afferri ex Acacia credunt, miscellumque esse, quod in officinis habetur, vel exinde colligi, quòd diversa sit grumorum forma, colorque varius. At Alpinus exportari asserit, paucissimum vermiculari forma spectari, nec totum album vel clarum esse. Commisceri aliquando spinas & semina lenticulis & lupinis similima, Bauhinus Lugduni observavit.

Dioscor. M. M.l.1.c.134. Plin. H.N. l.13.c.1.

Bauhin. H. P.l.12.c.8. p.431.

2. *Sar-*

Dioscor. M. M. l. 3. c. 9. Plin. H. N. l. 13. c. 10. Galen. simpl. l. 8.

2. *Sarcocolla* lachryma est arboris in Perside. Dioscorides similem thuri tenui, ὑπόκιρρον, ἔμπικρον τῇ γεύσει facit; Plinius pollini thuris, cum quadam acrimonia dulcem: meliorem quo *candidiorem*. Vetustate & hanc maximè nigrescere. Huic & Mesue adstipulatur. Videmus & nunc Sarcocollæ grumos albicantes aut ex albo ruffos, spongiosos, micis interlucentibus. Globosarum lachrymarum fragmina Pisi aut parvæ nucis avellanæ magnitudine, & tanta fragilitas, ut levissimo concussu frietur. Sapor cum obscura dulcedine subamarus, lentor sub dente. Ad candelam bullit primò, & in spumam attollitur, mox claram flammam concipit, odoris ingrati. Admiscentur aliquando folia ex candido flavescentia, Tithymalli Myrsiniæ foliorum æmula. *Adulteratur* gummi & alterius generis lachrymis. Fraus deprehenditur, si nulla amaritudo. *Nutritur* lacte asinino, calida est & sicca in secundo, ideò ventriculo bilioso noxia. Fluxiones cum vino tusa sistit, illinitur infantibus, glutinat vulnera, & ophtalmiis, nutrita inprimis, opitulatur. Dicitur & asthmaticis prodesse, pituitamque à nervis & articulis detrahere.

Bauhin. H. P. l. 9 c. 31. p. 208.

Worm. Musæ p. 221

3. *Cancamum* Dioscoridi est lachryma Arabicæ arboris, myrrham quodammodo referens, βρομῶδες (alii legunt εὐῶδες) ἐν τῇ γεύσει. Plinius ex confinio Casiæ Cinnamique invehi scribit. Quid sit, certatur inter authores. Serapio, Ægineta, Matthiolus, Stapelius Laccam esse dicunt; Garzias, Amatus & Dalechampius *Gummi* quod *Anime* vocant; alii Beniui. Per collationem detegetur veritas. Nobis adjecisse sufficiat inter thymiamata olim habitum, vestesque eo cum Styrace & myrrha suffitas. Datur lienosis, comitialibus, & suspiriosis, menses cum aqua mulsa pellere, oculorum cicatrices emendare; adversus gingivas humore prægnantes, & dolores dentium efficacissimum. Ex aqua denique & aceto bibitum extenuare obesos.

Stapel. in Theophr.

4. *Lacca Officinarm*, quibusdam *Chermes Arabicum*. Amato *formicarum alatarum stercus*, Malaiis *Cajulacca*, propriè *Lac* dicitur, quod in Lac seu mellis crassitiem, quando ejus usus est, dissolvatur. Malè *Aec*, *Anculsal*, *Sac*, & *Lac* appellatur. Hæsitabant circa ejus naturam olim Arabes, nuper & Garzias. Quidam Cancamum voluere, quibus & Scaliger accedit. Paulus gummi herbæ simile Myrrhæ, boni odoris; nonnulli *Caraben*. Serapio in ramos sorbi è cœlo delabi tradidit. Garziæ imposuerunt, qui defluentibus post exundationem in Pegu aquis, baculos in lutum ab incolis injici, inque iis laccam à formicis alatis, coacervari prodebant. Certum, à formicibus alatis, coloris punicei, quæ ex floribus, fruticibus, herbis & arboribus ejus materiam, non secus ac apes, colligunt, & in communes operas conferunt, in arbore sua, (*Bel* Acosta vocat) elaborari. Pertinaciter bacillis concretione circumnata adhærescit, superficie inæquali, rugosa, & veluti granulata, pellucida, colore ruffo, flavo, aut ex rubro nigricante. Cavernosa intus est, & nescio quid nigri, friabilis substantiæ in antris continet. Sapor evidens nullus; sputum colore rubro tingit, qui ad mixta aqua floridior. Prunis imposita bullit primùm, levem ardorem resinosum spirans, tandemque flammescit. Vi detracta bacillis, corticem secum rapit, canaliculata apparente quæ adhæsit. Bacilli duas tres ultra uncias longi, Cortice melino ferè & crasso teguntur. Materies ut coryli, sed medulla copiosior. *Provenit* in Pegu, Balgate & Martavan. Nulla in Arabia. Paratur ex ea compositio *Dialacca* officinis dicta; nec non bacilli ad obsignandas literas. Ex eadem in ceram Hispanicam redacta, cum conchyliorum splendicantium minutissimis fragmentis, incrustantur tabellæ, arculæ, sclopeta, gladiorum manubria & similia elegantissimo aspectu. Cum urina veteri macerata, & prius

Gummata.

Serapio simplic. c. 181.

Garz. Hist. Arom. l. 1. c. 8. Scalig. Exercit.

Bont. Medic. Indor. p. 14.

Bauhin. H. P. l. 6. c. 19. p. 45.

Clus. ad Garzic. Arom. l. 1. c. 8.

Gummata.

prius contusa, alutas & coria vervecina rubro colore tingit. Duplex habetur *Naturalis* nempe & *factitia*. Illam, si cum bacillis adfertur, *Lac Sumetri*, quia ex Sumatra insula habetur, vocant; si in glebis sine furculis *Lac Comberti*; Optimam *Trec*. Hæc ex fæce Brasilii & Cocci fit, & infectoribus inservit. Acosta annotavit resina & cera interdum adulterari. Lotionem apud Matthiolum vide.

Matthiol. in Dioscor. l.1. c.23.

Amat. Enarrat. in Dioscor. l.1.c.27.

5. *Anime* Amato *Animum*, quibusdam *legitimum Bdellium*, duplex est: *Orientale* & *Occidentale*. I. *Anime Orientale*, ex Æthiopia Arabiæ confini in Lusitaniam adfertur, estque fortè non triplex sed quadruplex. 1. *Fulvescens & pellucidum*, missum Bauhino à Coldenbergio, quod ad vulgare succinum proximè accedit, à quo tamen duritie parum vincitur. Color croceo hilarior, sub dente in grumos minutissimos dissilit; candelæ admota, non quidem promptè liquescit, sed flammam luculentiorem pertinacioremq; concipit, cum minutissimarum bullarum ructu. 2. *Album & pellucidum*, quod Duci Wirtembergico Paludanus misit. Succini ferè consistentiâ sed paulò fragilius, Vernicis solidæ, seu Sandarachæ arborum modo. Albicat & pellucet vitri instar, & cum adoletur, redolet Mastichen. Dissilit sub dentibus, nec coit facilè. Liquescit & evanescit, si carboni imponatur, crassamentum post se relinquens. Brisollus Gallus Cancamum esse putabat. Defertur magnis fragmentis transparentibus. Ideò succini apud quosdam suspicio. Calidum secundo gradu, humidum primo utrumque, jucundique in suffimigio odoris. *Usus* in capitis doloribus & affectibus, qui à frigiditate, defluxionibus inprimis, suffiuntur cubicula & operimenta capitis; quod si frigidos humores flatusque resolvere opus est, emplastris & cerotis miscetur. Ventriculo imbecilliore & nervosis partibus à phlegmate obsessis apponitur, sed diu gestari & renovari debet. 3. *Nigricans & taurino glutini seu Colophoniæ ferè simile*. Obscurum ergo hoc, nec visu penetrabile, unguibusque ferè nigricantibus respergitur. Gustus austerus, odor acutior & ingratior, flamma prompta & pertinax, reliquorumque more ardendo bullit. Quidam Myrrhæ, quam & Minæam à terra præcipuè ubi nascitur, Dioscorides appellat, similem faciunt, indeque detortam appellationem. Ideò mendi apud Galenum libro de Antidotis suspicio, quod Minæam Myrrham inter nobiliores collocavit, cum hoc sit ignobilius gummi. 4. *Pallidum, retorridum & resinaceum*, de quo nihil aliud occurrit. II. *Occidentale* Brasilianis *Jetaicica*, Hispanis etiam *Canime*, ex arbore *Jetaiba* dicta colligitur. Nunc albicans est, nunc flavens, succino maximè simile colore & duritie. Consumitur facilè prunis impositum, sed suavissimum præbet odorem. Per interiores Corticis meatus decidere indicio, quòd tellure effossa sub arboris trunco & radice occultatum extrahatur, & quidem sub finem æstatis mense Februario. Monardes ex vulnerata in nova Hispania elici scribit, Mastiches aut Thuris instar. Calidum est in secundo & siccum. Vis in suffitu contra hemicraniam. Aromatica efficacia partibus nervosis illitum, vel emplastri forma applicatum prodesse Cl. Piso expertus est.

Bauh. H. P. l.9.c.42. p.326.

Bauhin. H. P.l.9.c.44. p.326.

Monard. H. simpl.c.1.

Bauh. H.P. l.9.c.45.

Piso de facult. simpl. l.4.c.8.

6. *Sanguis Draconis officinarum*, Dioscoridi κιννάβαρι, & αἷμα δρακόντων, Cordo *Cinnabari* seu *sanguis Draconis*, Plinio, Solino & Arriæ *Cinnabaris Indica*, sanguis seu sanies Draconis, Elephantum morientium pondere elisi, permixto utriusque animalis sanguine olim à nonnullis putabatur. Revera lachryma est, quod & Arrianus prodidit, quæ ex arboribus in insula Dioscoride colligebatur, nunc illis etiam in locis ubi Draconem arborem provenire diximus. *Duorum* est in Officinis *generum*. *Unum* licet ligni cujusdam rubri assulis admixtis fœdetur; flammam

Dioscor. M. M. l.1.c.109 Plin. H.N. l.33.c.7. Solin. Polyhist. c.28.

mam tamen luculentam concipit, liqueſcitque glebularum inſtar minorum præcedentium Thuris magnitudine. *Alterum* quod in offas ſeu panes compreſſos ex rubrica & pice Colophonia formatur, obſcuri & ſordidi coloris, nullo modo flammam concipiens, & gummi inſtar lenteſcens. Bauhino pulchri ſanguinis hujus grumi erant, glebis Thuris æquales, rotundi ut plurimùm, inæquales alii, foris ferruginei, fractu pellucidi, coccinei, concretione vernicis duræ, dentibus fragiles, ſaporis expertes, ſalivam affatim rubore tingentes, qui candelæ admoti flammam concipiebant, liqueſcebantque reſinarum inſtar. *Adulteratur* glebis colorem gummi egregiè mentientibus, concretione gummi Arabici, quæ nec accenduntur, ſed bullas agunt crepitantque, in aqua ſolvuntur, & mucilaginoſam reddunt, vixque ſalivam rubore tingunt. Earundem apud Dioſcoridem cum hæmatite virium, Galeno modicè acris. Recentiores in fluxu dyſenterico & muliebri, cruentis excreationibus, roborandisq; gingivis & dentibus, feliciter adhibent.

Bauhin. H. P. l. 3. c. 211. p. 404.

Matthiol. ad Dioſcor. l. 1. c. 75. Bauhin. H. P. l. 3. c. 54. p. 338.

7. *Camphora Officinarum*, Garziæ *Caphur & Capur Arabicum*; aliis *Caphura*, vulgò *Alcanfor*, Dioſcoridi, Galeno & veteribus Græcis ignota. Aëtius ejus meminit, inter Arabes Serapio & Abenſina. Eſt gummireſina in panes ingentes pellucidos & candidos totos, qui pulſu tinnitum argutum reddunt, factitii Nitri inſtar coacta; ſubſtantia ei pinguiuſcula, quæ facilè flammam recipit, & in mediis aquis pertinaciter retinet. Lenteſcit eadem ſub dentibus, & exigua portione os totum veluti inflammat, odore vehementi. *Colligitur* non ex ſucco cujusdam herbæ, ſed ex arbore ſuperiùs à nobis deſcripta, cujus lignum fragile, album, leve, cum Camphoræ in rimis veſtigiis ſe vidiſſe ſæpius Abenſina ſcribit. Defluit aliquando in meditullium indeque extrahitur, aliquando exſudat per rimas: quod Garziæ in menſa, ligno femoris craſſitie, & tabula obſervatum. Solet & in arboris concavum quandoque decidere. Exſudat verò primò candida ſine rubentibus aut nigricantibus maculis: nec credendum organis educi, aut ad conciliandum candorem decoqui. Prodit colligendæ gratia quilibet; ſed ubi cucurbitam impleverit, à validiore interfici poſſe impunè, pro certo relatum eſt. Quia tenuiſſimarum eſt partium, ideò ſæpè ex operculatis etiam capſis evaneſcit; nec ſiſtitur, niſi in vaſe marmoreo aut alabaſtrino, lini vel pſillii ſemine ſepeliatur. Sunt qui pipere commodè detineri credunt. De *Temperamento* ambigitur. Veteres frigidam & ſiccam in tertio poſuere, frequensque ejus in morbis calidioribus, eryſipelate, inflammationibus, & venere extinguenda uſus. Recentioribus, quia tenuium partium, inflammabilis, odorata, calida eſt; & vel de alio ſucco locutos antiquos, vel ratione ſimilitudinis, non aliter calidos vapores evocare, quàm nix & aqua frigida, quando refrigeratis membris adhibentur. Laudatur in *Peſte*, ſi drachmæ unius pondere cum Zedoariæ uncia ſemis nodulo incluſo, vino immerſa, bibatur: in *Vigiliis*, ſi gran. iij. vel iiij. ſyrupo papaveris rhœados admiſceatur, & cum aqua lactucæ propinetur: in *lumbricis*, ſi in aquæ portulacæ cochlearibus tribus, in aqua ardente ſoluta trium granorum pondere exhibeatur: in *dentium dolore*, ſi in aceto decoquatur, hoc detineatur in ore. Plures ejus apud authores Differentiæ. I. Serapioni eſt quadruplex: 1. de *Panzor* nempè inſulis. 2. *Ribach* à Rege ejus nominis, quæ ſponte ſua ex arbore fluxit colore rubeo, quæ ſublimatione dealbatur, & cenſetur optima. 3. *Fauſem*, quæ bonitate proxima, & 4. *Carſab* quæ vilior. II. *Abenſina* meminit *Alkanſuri, Ariagie, Alczeid*, & *Aloscek*. III. Indis eſt duplex. 1. *De Borneo*, quæ magnitudine milii, nnc unquam drachmâ major. Non vehebatur tempore Gar-

Garzias H. Arom. l. 1. c. 9.

Gummata.

Sennert. Med. Pract. l. 1. p. 1. c. 1. p. 16.

Gummata. Garziæ Goam, tantique una vendebatur libra, quanti centenæ, quæ ex China. Quatuor ejus apud Baneanes & Arabes genera, dividuntque in Caput, pectus, crura, & pedes. Ejus quæ ex *capite*, pendet libra pardans octoginta. (Monetæ aureæ apud Indos genus est, quod decem Regales Castellanos conficit:) quæ ex *pectore* aureis viginti: quæ ex *cruribus* duodecem: quæ ex *pedibus* quatuor aut ad summum quinque. Plærumque minutissima lapidum fragmenta admista habet, aut gummi *Chamdena* vocatum. Succino crudo persimile, aut ligni cujusdam scobi. Sæpiùs ex sordidarum manuum attactu, rubentibus aut nigricantibus maculis conspergitur, cui à lotione medela, sed pondere imminuto. Panno lineo inclusa, in calida aqua addito sapone & limonum succo eluitur, & in umbra siccatur. 2. *De China*, quæ in panes vel orbiculos redacta, quatuor & amplius unciarum pondere, ex Chincheo ad nos usque defertur. Compositam ex illius quo ex Burneo parte credunt. *Optima* crystalli instar splendens, syncera & odora. *Adulteratur* ardenti aqua & Zedoaria, si Matthiolo credendum: probatur, Plateario prodente, si in calidum panem immittatur. Spuria perarescit, legitima madorem concipit. Sic ergò *rudis* alia nec vim ignis experta; *Elaborata* alia, quæ ignis calore excocta albedinem contraxit, habebatur. IV. Gallus quidam apud Bauhinum, quatuor ejus facit species. 1. *Una* quæ inter ligni fibras similis squammis parvis alicujus metalli. 2. *Altera* extra corticem resinæ instar, gummi modo adhærens, parvis rubris maculis notata, sed quæ postea albescit, & præcedenti purior est. 3. *Tertia* nigrior minoris pretii. 4. *Quarta* magnitudine Amygdalæ aut fabæ. Vilissima, quia ligni fragmentis, quibus adhærescit, scatet. Facit & *Capuræ vivæ* apud Matthiolum Qualcebenus mentionem, quam Venerem stimulare, mercator Persa referebat.

Linschott. p. 4. Ind. Orient. c. 56.

8. *Gummi Iuniperi*, Serapioni *Sandarax*, Latinis *Vernix* & *Vernilago*, lachrima est ejus arboris, quæ in Stirias longas in pallido flavescentes, succini colore & perspicuitate, densatur. Fragiles eædem, dentibus friatæ nequaquam denuò coëunt, sapore nullo evidente, odore ubi adoletur, resinoso. Plinius ad nihil utile esse scribit, sed falsò. Discutit capitis destillationes suffitu, exceptusque excretiones sanguinis supprimit, decantati simul ad dentium dolores usus. Dissolvitur in vino Malvatico, in quo Chalybs restinctus, affuso vini spiritu. Miscella dens fovetur. Sistit vomitum & alvi profluvium, si cum ovi albumine & thure imponatur. Quidam fronti & temporibus inductum hæmorrhagiæ narium opponunt. Ex eodem & quidem syncero, cum oleo seminis lini expresso fit *liquidus*, cujus ad illustrandas picturas, nitorem ferri conciliandum, & tumores hæmorrhoidum usus. Differt à *Sandaracha* Græcorum & Aristotelis. Fossitia illa, & metallica. Apum hæc dum operantur cibus, qui sæpè in favorum inanitatibus invenitur, amari saporis, vel ceruginosi mellis genus.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 14. p. 299.

Plin. H. N. l. 12. c. 11.

9. *Gummi Cerasorum*, notum est omnibus. Quia viscosum & mordacitatis expers, ad arterias exasperatas conducit: & propriè calculis vexatos in vino propinatum juvat.

Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 129.

10. *Gummi Vlmi* colligitur ex sua arbore. Mense Aprili & Majo si pluviis infestetur, subitò Solis calore insequente, corrugantur protinùs folia, emittuntque vesicas scroti humani magnitudine, quibus humor lentus initio, mox Solis vi in gummi concrescens, includitur. Dum siccatur, Cnipes, culices & muliones evolant. Ingreditur Melinum emplastrum, quod Rustico adscribitur: præsentissimumque in vulneribus & ulceribus oculorum remedium, quod ab Heer expertus est.

Bauhin ad Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 96.

Galen. de Compos. Medic. sec. gener. l. 7.

Heer. in Observ.

II. *Gum-*

II. *Gummata minus usitata sunt,* 1. *Ex Molle fæniculi odore.* 2. *Arboris Acaju.* 3. *Pindobæ.* 4. *Opuntiæ.* 5. *Tingens.* 6. *Cie Sinense.* 7. *Caryophillorum* similis facultatis cum resina terebinthina. 8. *Chonidetros.* Taceo gummi *Amygdalarum, Persicarum, Armeniacarum, Acajaiba, Gesuph* &c. de quibus sub arboribus egimus.

1. *Gummi ex Molle fæniculi odore,* missum erat Duci Wirtembergico à Paludano. Erat ceræ depuratæ instar, lentum, alicubi nonnihil friabile, flavescens undique, odore pingui, resinoso & aromatico vehementi. In clarum exardescebat incendium candelæ admotum, liquescebatque. Major commanducato lentor, sapor gratus, & obscurè amarus, albedo exquisitior. Marcgravius acre & suave cum quadam amaritudine, lentiscum redolere scribit. Calidum & siccum penè in tertio.

Bauhin. H. P. l. 5. c. 16. p. 522.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 1.

2. *Gummi arboris Acaju* æstivis mensibus spontè erumpit, pellucido colore, fragranti odore & facultate Arabico vix cedens. Pulverizatum in liquore conveniente propinatur contra menstruorum obstructiones.

Piso de simpl. facult. l. 4. c. 6.

3. *Gummi Pindobæ* è fastigio suæ arboris fluit, pellucidum, odoratum & pulcherrimum.

Piso de simpl. facult. l. 4. c. 10.

4. *Gummi Opuntiæ* succino flavo substantia & colore, si lapidosam duritiem eximas, est simillimum, glebulis concretum, Tragacanthi fere in modum vermiculatum, & adeò durum, ut vix dentibus comminui possit. Candelæ admotum comburitur, nullâ odoris fragrantiâ.

Bauhin. H. P. l. 1. c. 81. p. 152.

5. *Gummi tingens* à certa arbore in Orellana funditur, pannosque eleganti & pertinaci colore flavo tingit.

Laet Ind. Occid. l. 17. c. 14.

6. *Gummi Cie Sinense,* ex arboribus in Chekiang sub urbe Niencheu stillat æstate, lachrymæ terebinthi simile. Purgatur à Sinis & quo volunt inficitur colore. Optimum aureo flavescit, proximum nigerrimum, venenatos emittit halitus antequam siccetur, quo vultus intumescunt inadsuetis & pallent. Sed facilis curatio. Non liquefit semel siccatum. Incrustantur eo eleganti opere arculæ.

Martin. in Atlante Sinensi.

Resinæ.

7. *De Gummi Caryophillorum similis facultatis cum resina terebinthina,* nihil occurrit, præterquam ex atro ruffescens esse, & inter Caryophilla reperiri.

Clus. in Garz.

8. De Gummi *Chonidetros* & *Chamderros* dicto, sub Camphora actum.

Garz. H. A. l. 1. c. 9.

Caput III.

De Resinis.

Resina liquor est Oleaginosus, qui vel spontè, vel ex vulnerata arbore profluit. Tenuium partium eadem, & quæ in oleosis & pinguibus promptè dissolvitur, ut in aquosis gummi. *Distinguitur* in *Liquidam* & *Siccam.*

I. *Resinæ liquidæ,* ὑγραὶ seu humidæ & fluxiles sunt sequentes: 1. *Terebinthina vera.* 2. *Resina laricea.* 3. *Resina lentiscina* seu *mastiche.* 4. *Thus* seu *Olibanum Officinarum.* 5. *Resina Cupressi.* 6. *Resina Cedri* sivè *Cedria.* 7. *Myrrha.* 8. *Styrax.* 9. *Liquidambar.* 10. *Bdellium.* 11. *Belzvinum Officinarum.* 12. *Tacamahaca.* 13. *Caranna.* 14. *Gummi Elemi.* & 15. *quinque Resinæ novi orbis.*

1. *Terebinthina vera* Abensinæ *Gluten Albetin,* in variis libris barbarè, *Ferbentina* seu *Ferebintina, Trebintina, Trementina,* & *Fermentina,* ut Monachi apud Mesuen notant, vocatur. Sunt qui *Gluten Alimbat, Alimbar,* & *Alinbath* dici scribunt. Colligitur ex Terebinthi arbore, liquida primùm, mox paulatim arescens. Candida est, subflava, vitrea, cæruleum colorem affectans, pellucida interdum, quæ friata primum in plurimas micas teritur, mox lentescit. Odor acris, suavis, aliquantulum gravis, Lariceæ instar, inprimis si manibus tractetur, aut prunis ardeat. Theophrasto ἐνωδεστάτη

Dioscor. M. M. l. 1. c. 91.

Bauhin. H. P. l. 3. c. 20. p. 282.

Theophr. H. P. l. 9. c. 2.

Resinæ. διςάτη καὶ κωφοτάτη τῇ ὀσμῇ, odoris suavissimi & levissimi, seu qui levissimè feratur. Gustu modicè amarescit, dentibusque dum masticatur adhęret. *Provenit* in Arabia Petræa, Judæa, Syria, Cypro, Africa & Cycladibus insulis. *Vsus* in Medicina egregius; Dioscoridem si sequimur, calefacit, emollit, discutit, dissipat, expurgat. In tussi & tabe ex melle in eclegmate offertur. Urinam & alvum movet, emplastrisque malagmatis & acopis miscetur. Qui refrigerare volunt, in versione τοῦ ψύχειν apud Dioscoridem errant; vel siccare vertendum est, vel ψύχειν legendum. Galeno minus quàm stroblina calefacit, sed validius abstergit propter amariciem, ut non malè contra psoras adhibeatur. Recentiores drachmar. trium, quatuor, & quinque pondere in bolo, ovo sorbili, vel decocto cicerum exhibent, abstergendi gratiâ, laudatique in calculosis usus est. Cermisonus in arthriticis commendat. Lobelio recens in Narbonensi & Monspeliensi agro conchis excepta, & adservata, in limpidissimum, tenacem, & resinosum laticem abit, qui dum in musto est in vestem laneam fusus, neque maculam facit, neq; si eluatur vestigium relinquit; senescens, tempore crassescit, nec abluitur, nisi ovi vitellum addideris. Fundit igne subacta oleum, si benè lotam, & sacculo lineo immissam, retortæ vino & aqua semiplenæ immerseris. Aqua primò limpidissima exit, mox oleum margaritas referens, calculosorum & tussientium intra sumptum solatium: tum mutato recipiente flavum, & tandem rutilum; quæ quia igneæ naturæ, extra tantum adhibentur. *Differentias* ex locis sortitur. *Lybicam* Andromachus in Theriaca admisit. *Chia* inter laudatissimas, vincitque odore & sæpore reliquas. *Cypria* cocta primò & in placentas congesta Venetias adferebatur, seu quòd commodius ita veheretur, seu ut faciliùs adulteria admitteret. Nunc liquida frequens. Sunt tamen qui ex novellis abietibus colligi scribunt. *Arabica* liquida stillat, dein paulum arescit, & sæpè cum thure adfertur, & quia suffimigii loco in templis, incensum vocant. *Optima* quæ pellucida, candida, vitreo colore, in cæruleum vergens, ac Terebinthum olens.

Matthiol. ad Dioscor. l.1.c.77.

Galen. de Compos. medicam. κατὰ γεν. l.3.

Lobel. in lib. de Balsamo.

2. *Resina laricea*, nonnullis Italis *Pargatum*, est *Terebinthina Officinarum Germaniæ*, sub ejusque cognomento & olim veniebat, ut pro ea sæpè vendebatur, nuncque in usum recepta est. Liquida semper est, colore flava, nonnunquam vitrea & transparens, gustu plusquam amarescens, mediocriter acris, tenuis & odorata. *Provenit* in Gallia, Alpibus Germaniæ, Bohemia, Moravia, Silesia: sed copiosissima circa Saltzburgum. Perforatur ad medullam usque per æstatem Laricis caudex, & inde manans resina, vasculis è piceo cortice paratis excipitur. Splendidiorem juvenculæ fundunt, turbidiorem annosæ. *Optima*, quæ purissima, odoratissima, aliquantum translucida, & quæ ab intincto digito contumaciter & æqualiter diffluit. Inebriat pota, quod Rhetis lignatoribus familiare. Adhibetur in Clysteribus febricitantium cum vitello ovi dissoluta; in peste purgantis loco cum aqua Cardui benedicti bibita, & pilulis pilularum Rufi instar. Suppeditat & *Oleum* flavum in ulceribus sanandis commodissimum: & *Spiritum* qui guttarum X. pondere in aqua Ononidis calculosos solatur. Suggerit & massam catapotiorum in aqua decocta ne aduratur, nec adhæreat gutta, si in lapidem ceciderit: quam levi triturâ in pulverem redigas, quod si in terram ceciderit, vitri instar frangitur.

Galen. de Compos. medic. secund. genera l.2.c.4.

Bauhin. H. P. l.9.c.13. p.262.

3. *Resina lentiscina* seu *Mastiche*, hodiè *Mastix*, Arabibus *Gluten Romanum*, ex lentisco, vulnerato quotannis arboris trunco profluit, & in terra circumpavita concrescit. Grumi ejus, qui in Officinis Orizæ granum æquant plærumque, superant aliquando, candidi, pellucidi,

cidi, fragiles, qui ſtatim ſub dente diſſiliunt, mox tamen continuâ maſticatione coëunt, lenteſcuntque ceræ mollitie, quam iterum, ſimul ac aërem ſenſere, exuunt. Prunis injecta promptiùs fumat, quam flammeſcit, guttasque aſſatim deſtillat, quod thuri negatum. Sapor leviter adſtringens cum calore mo-
Dioſcor.M.M.l.1.c.92. dico. Dioſcorides Terebinthinæ proportione reſpondere ſcribit. *Provenit* in Chio, Ægypto, Ponto,
Dioſcor.M.M.l.1.c.89. Creta, & dumetis Braſiliæ; Amatus
Ind. Occid. p.3.c.12. Luſitanus in Hiſpania quoque & Italia provenire addit, ſed exiguâ quantitate. *Vſus* in ſanguinis rejectione, ſtomachi imbecillitate, fluxibus & aliis. Faciei illita nitorem conciliat, & commanducata oris halitum commendat, gingivasque contrahit.
Plin.H.N.l.14.c.20. Plinius breviter, replicandis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & ſmegmata adhiberi, & ſanguinem rejicientibus, tuſſi veteri, & ad omnia quæ Hammoniaci vis, dixit. *Genera* pro varietate locorum ſortitur. Eſt enim alia *Chia*, alia *Ægyptia*, alia *Cretica*, alia *Pontica*, alia *Braſilienſis*.
Bauhin.H.P.l.3.c.21.p.289. I. *Chia* in Chio inſula habetur, alba, cujus precium tempore Plinii in libras XX. Coluntur ibi lentiſci eo ſumptu & diligentia, quo vites apud nos. Tributum Turco quotannis exinde IVM. aurei. Quicquid colligitur debetur Reip. & qui in propriis agris collegere, in commune conferunt: mulctaturque manu ſecta, qui in ſuo vel alieno fundo arborem exciderit. Præſtantiſſima hæc ideò, & copioſiſſima. *Adulteratur* aliquando Sandaracha, & gummi tragacanthi ammoniacique glebulis, qui fucus maſticatu & igne detegitur. *Præfertur* pellucida, ceræ Tyrrhenicæ candore ſimilis, denſior, vel plana, arida, friabilis & odorata. Calefacit & ſiccat in ſecundo, cum molli adſtrictione. Paratur ex ea *Unguentum* & *Oleum* ad omnia naturæ muliebris mala, prominentes circa ſtomachum ſcirrhos, & Cæliacorum dyſentericorumque cruciatus. Parandi modum apud Aëtium, Paulum, Meſuen & modernos vide. Fit & aqua maſtichina, quam in Auguſtano Diſpenſatorio habebis. Siſtit dolores ventriculi ſi pani toſto trito in pulverem redactæ duas drachmas admiſcueris, & ſacculo calefactam impoſueris. Contra alvi profluvium & hypercatharſin, arctiſſimè cinctus, injecto ex pari maſtiches & thuris libramento, prunis pulvere, ſuffitum ano excipies. In inveteratis coxendicis doloribus, cum æquali parte thuris in oleo Chamæmelino cocta & inuncta, laudatur. II. *Ægyptia* nigra eſt, magisque deſiccat & adſtringit: ideo bono furunculis remedio. III. *Pontica* viridis bituminis ſimilior, & adulteratur gummi. Talis & in Perſia propè urbem Schiraz habetur. IV. *Cretica* flava, amara, & Chia longè deterior. V. *Braſilienſis* duplex. *Prima* gratiſſimi odoris, quam arbor Igcicga fundit. *Altera*, Igtagocica dicta inſtar lapidis dura, & adeò pellucida, ut vitrum eſſe videatur; cujus ad vaſa incruſtanda apud barbaros uſus. Ex liquidis adhuc & lentis fiunt vaſcula, ventriculi imbecillitati apud potentiores, & quæ infuſo potui gratum ſaporem conciliant. Nota verò, Reſinæ huic ſimilem illam, & quidem adeò ut vix dignoſci poſſit, quæ ex herba quadam ſpinoſa in Aſia & Græcia profluit. Radice, hæc folia emittit, & Carduum ſimilem Malo, ſeminis plenum. *Ixine* ſine dubio Theophraſto, Dalechampio Chamæleon albus, ſeu Chamæleon ξίνος Dioſcoridis. Solebat olim vini condituris admiſceri.

Reſinæ.

Galen.l.2. ad Glaucon

De Lact deſcript. Perſ.p.44.

De Lact Ind. Occid. l.15.c.8.

Theophr. H.P.l.6.c.4

Plin.H.N. l.12.c.17.& l.20.c.23.

Dalechãp. ad Plin. l.c.

4. *Thus* ſive *Olibanum officinarum*, thuriferæ arboris, quam ſuperius deſcripſimus, lachryma eſt. Sicca hæc pro ut hodiè habetur, pinguior tamen quàm maſtiche, ſtatimque in luculentam & pertinacem flammam exardet. Fulveſcit ex albo, minusque pellucet quàm maſtiche colore candicante aut ſubruffo. Odor imbecillior, & nihil per incendium ſtillat. Quid de ea Veteres

Bauhin. H. P.l.9.c.30. p.305.

Resinæ. & Recentiores habeant, breviter videbimus.

I. Et VETERES quidem de *vindemia, custodia, evectione, diversis generibus* & *usu* singularia prodidere. I. De *Vindemia*. Meti semel in anno solebat, minore occasione vendendi: at tempore Plinii quæstus alteram vindemiam obtulit. Prima illa atque naturalis circa canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus quâ maximè videatur esse prægnans, tenuissimusque tundi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat tegete palmea excipiente, aliubi areâ circumpavita. Autumno legitur ex æstivo partu. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme incisis corticibus. II. De *Custodia* apud Plinium & Arrianum habebis. Sylva, *inquit ille*, divisa, certis portionibus, mutuâ innocentiâ tuta est. Neque ullas saucias arbores custodit. Nemo furatur alteri. Hic in tumulum congestum, ἀφύλικτον esse, Diis suâ virtute locum illum tutantibus scribit. Οὔτε γὰρ λάθρα, οὔτε φανερῶς χωρὶς βασιλικῆς δόσιως εἰς πλοῖον ἐμβλιθῆναι δύνανται. κἂν χίνδριν τὶς ἀρπὰ δύναται πλεῦσαι τὸ πλοῖον ἀπὸ δαίμονος. Retineri scilicet à Diabolo navem credunt. III. De *Evectione* prodidere iidem. Arrianus enim Sabbotam advehi, tanquam in ἐκδοκεῖον, Camelis, καὶ σκιδίαις ἐν τοπίαις διεμματίναις ἐξ ἀρχῶν καὶ πλοίοις dicit: *Plinii verò verba sunt.* Thus collectum Sabotam Camelis convehitur, portâ ad id una patente. Digredi via capitale leges fecere, ibi decimas Deo (φλίφ Theophrastus) quem vocant Sabin, mensurâ non pondere sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet; inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benignè certo itinerum numero, Deus hospites pascit. Evehi non potest nisi per Gebanitas. Itaque & horum Regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna, abest à Gaza nostri littoris in Judæa oppido, LXXX. XXVII. millia passuum, quod dividitur in mansiones Camelorum LXII. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, Scribisque regum certæ. Sed præter hoc & custodes, satellites, & hostiarii, & ministri populantur. Jam quacunque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut mansionibus variisq; portoriis pendunt, ut sumpt⁹ in singulos Camelos denariũ DC LXXXVIII. ad nostrum littus colligat. Iterumque imperii nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris libra XVI. pretium habet, secunda XV. tertia XIV. IV. De *Generibus* & *Differentiis*, Theophrastus, Dioscorides, Arrianus, Plinius & Galenus consulendi sunt. Est 1. *Novellæ arboris*, quod candidius καὶ ἀσθμάτιερον. 2. Veterum seu ἀσυκαμαζόντων, quod ξωθότερον & odoratius. 3. *Palmea tegete exceptum*, quod putius. 4. *Area circumpavita*, quod minus tale, & ponderosius. 5. *Corticosum* quod in arbore hæsit, & ferro depectitur, & *Candidum* quod autumno ex æstivo partu legitur, puriſſimum, & *Carpheoton* à festucacea levitate dicitur. Theophrastus minus odoratum esse credidit. 6. *Russum*, quod ex secunda vindemia habetur, priori non comparandum: & quia incensam tædam olet, *dathiathon* dicitur, nisi dadiathon legere malis, quasi à tædæ similitudine, aut unguinis tedacei. 7. *Masculum* quod ex eo rotunditate guttę pependit, & àspecie testium ita dici putatur. Præstantissimum Galeno, si simul subruffum, rotundum, naturaliter leve, fragile, & si pinsatur in miculas minutas, ut sabulum dissipatur, ad ignem citò accenditur, & odorem suavem copiosum emittit. 8. σαγοναῖς, quod rotundum & guttatim manans effluit. 9. *Indicum*, quod subfulvum, livido colore, & arte rotundum fieri credidere Veteres. In quadrangulares formas disjectum, tam diu fictilibus versabant, donec formam rotundam contraheret. *Insulare* Theophrasto, ex eoque quoddam adeò magnâ gleba, ut mole suâ manum impleret, pondere verò plus quam tertiam partem minæ æquare

Plin. H.N. l.12. c.15.

Arrian. in periplo maris rubri.

Theophr. H.P.l.9.c.4

Galen.

Diodor Siculi Bibl.l.5.

Dioscor. M.M.l.1.c.81.

quare

quare posset. Ideo Plinius singula manum implere se invenisse scribit, cum minore diripiendi aviditate lentiùs nasci liceret. Pulchrius Theophrasto, quòd longè absolutiorem arte rotunditatem habuerit, quàm Arabicum natura. Nec tamen à natali solo Indicum esse credas. Nullum huc usque ibidem. Insulæ Arabiæ adjacentes intelliguntur, quæ tum sub Indorum imperio. Dicitur & ἄτομον, ἀγάναγρον successu temporis. 10. *Mammosum* cui præcipua gratia, cum hærente lachryma priore consecuta alia miscuit se. 11. *Orobium* ὀροβίας, quod in Amelo monte nascitur, minus, κιῤῥότερον, Arabicum & κόπισκον quibusdam. 12. Αμωμίτες album quidem, sed quod dum mollitur velut mastiche remittit. 13. Adulteratum, quod pineâ resina & gummi artificiosè incrustatur. Maleficium facilè deprehendes. Incensum gummi flammam non concipit, resina in fumum evanescit, thus ἐξάπτεται. 14. Adjice hisce & *Mannam thuris* seu friaturam immundiorem ex grumorum attritu decussam. *Probatur* alba, pura, & granulosa. Quidam resinâ pini cribrata, farinæ polline, & cortice thuris adulterant. Ignis & odor detegent ludibrium. Inæqualiter & dispari vigore ardebit, fuliginoso vapore emisso; mixtoque odore nares feriet. V. De *Vsu* nota. Thus ordine secundo calefacere, desiccare primo, cum pusilla & vix manifesta adstrictione: in quibusdam ulceribus & naturis pus movere, in quibusdam producêre carnem. Frustra eam in siccioribus subjectis & præhumidis ulceribus expectes. In illis si humidiora, in his si modicè talia, facilè. Concoquit & pus movet, si ad probè temperatam naturam respexeris: pinguius inprimis & magis albicans, quodque mansum Aloës & Mannæ ritu non comminuitur, sed inter se cohæret. Nam quod magis flavum, validius siccat. Ulcera cava replere & ad cicatricem perducere, vulnera glutinare, sanguinis eruptionem, etiam ex cerebri meningibus cohibere; cum lacte tritum & linamento exceptum, sedis ulcera mitigare; ulcera capitis manantia cum nitro persanare; mammis inflammatis cum Cimelia & rosaceo conferre etiam compertum. In secunda valetudine haustum μανιῶδες esse, & largius cum vino sumptum interficere Dioscorides prodidit. Levioris fortè Manna thuris adstrictionis. Hippocrati tamen in fracturis & contusione narium in usu. Fuliginem ex eo parare docet Dioscorides. Siccior est, calidior, cum adstrictione. Ideò ulcera quæ in oculis existunt expurgare & implere, apud Galenum habemus.

Galen. simpl. med. l. 7.
Galen. M. l. 3. c. 7. l. 5. c. 4. l. 13. c. 5.

Resinæ.
Dioscor. M. M. l. 1. c. 81.
Hippocr. l. 2. de fracturis.
Dioscor. M. M. l. 1. c. 83. & 84.

II. Apud RECENTIORES plura etiam occurrunt genera, quæ in Arabia proveniunt, & Arabibus quidem Lovan, Abensina Conder dicuntur. Nonnisi Regis permissu colliguntur, confluuntque eo ex Aden, Xael, & aliis locis mercatores, qui de quantitate & precio contrahunt. 1. Garzias meminit, *Optimi*, quod ex arboribus ὀρείοις colligitur, *Melato* dictum, & cujus centum libræ duobus aureis Lusitanicis emuntur. 2. *Nigri* quod ἐν πεδίοις provenit, improbum, cujus cum aliis resinis & pice permixti, in oblinendis pice navigiis usus. 3. *Ex optimo & improbo misti*, cui nonnunquam Corticum fragmenta inhærent. Deferebatur in Indiam, vilissimique pretii erat. II. Theveto, *Vnum* est candicans purum, nitidum, pellucidum, quod ὑπὸ κυνὸς colligitur: *Alterum* rubescens, quod vere, & quia minus à sole excoctum, pondere, pretio & viribus inferius. Addit, reperiri ex arboribus, quæ vulneratæ plusquam sexaginta liquoris libras fundunt. III. Cordo quadruplex est. 1. *Indicum* quod maximis & inæqualibus globis constat, lividum, nigricans & candicantibus aut flavis maculis varium. 2. *Mammosum*, quod oblongis grumis mammarum forma componitur. 3. *Masculum* parvis, rotundis, candicantibus, aut flavis grumis, interdum sin-

Garzias H. Arom. l. 1. c. 6.
Bauhin. H. P. l. 9 p. 305.
Cordus ad Dioscor. l. 1. c. 85. & H. Plant. l. 4. c. 93.

Resinæ. gulis, interdum geminis velut testiculis constans. 4. *Orobæum* minimis grumulis, ervo æqualibus, odore masculo simile. *Usum* ejus laudat Matthiolus in cute scabiosa, si aceto & oleo olivarum permistum post balneum inungatur; in aurium ulcerosis doloribus, si cum vino dulci & calido infundatur: in tenesmo, si injecti in ignem cum pice nigra fumus per inferiora excipiatur: in vomitione, si cum mastiche & aloë æqualibus partibus permista, cum albumine ovi & rosarum aqua subacta, ventriculo imponatur. Contra lippitudinem portionem Thuris albi cuspidi cultri impositam ad candelam incendit; incensam aqua rosacea duorum cochlearium extinguit, idque trigesies iterat. Tum cum aquæ rosaceæ & lactis muliebris cochleari permixtum instillat, certo sanitatis experimento. Inter sarcotica censetur *pulvis*, qui ex thuris, sarcocollæ, ireos, sanguinis Draconis, Myrrhæ, aristolochiæ longæ ana drachma semis paratur. Electuarium cõtra vomitum & fluxum apud Bauhinum vide.

Clement. l. 1. de Medic. mat. virib. & compos. c. 7.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 91. Matthiol. ad Dioscor. l. 1. c. 86.

5. *De Resina Cupressi* hoc tantum habeo dicere, liquidam esse & sapore acerrimam, ex qua oleum quod *Caryinon* vocant paratur.

6. Resinam Cedri seu Cedriam, in Capite de Cedro conifero attigimus. Adde illis. 1. Cedriam modò Cedri picem, modò resinam vocari: Cedrium verò, succum è tæda concisa, qui primus aquæ modò in canali fluxerit. Confundi tamen ista, dum nunc pro resina, nunc pro sudore tædarum, nunc pro pice, nunc pro oleo Cedrio accipiuntur.

Bellon. de Arborib. Conifer. l. 1. Bellon. de medicato fumo l. 3.

2. Malè scribere Bellonium, non modò Cedrum, sed & piceam, tædam, laricem, Cupressum, juniperum & betulam Cedriam fundere. Nihil sanè betulæ pinguedinis; Junipero sua vernix, quam fortè Tacum Celtæ vocant, à morbo ovium cui mederi solet. Substitui tamen illi potest, propter similitudinem.

Plin. H. N. l. 13. c. 13.

3. *Usum ejus in conservandis à tineis & carie rebus Plinio decantatissimum.* Cassius, inquit, Hemina, vetustissimus Annalium author, prodidit Cneum Terentium Scribam agrum suum in Janicula repasdinantem offendisse arcem, in qua Numa, qui Romæ regnavit, situs fuisset, atque in eadem libros ejus repertos, P. Cornelio, L. F. Celtego, M. Belio, Q. F. Pamphilo Cos. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV. & hos fuisse è charta, majore etiam miraculo, quot tot infossi duraverunt annis. Mirabantur alii, inquit Hemina, quomodo illi libri durare potuissent: ille tamen rationem reddebat, dicens se arbitrarier, tineas non attigisse, eosque non computruisse, quòd libri Cedrati fuissent.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 105.

4. *Non contemnendi in Medicina usus esse.* Nam mollem carnem citra dolorem putrefacit, duriusculæ vix potens. Sic calor qui in viventibus vires adauget. Crassiore sui parte mordacior, & majore aperiendi facultate prædita; tenuiore (pinguissimum id, & ad unguem oleosum, quod suspensis supra eam lanis dum coquitur, excipitur) adeò clemens, ut vulnera ovibus per tonsuram illata reficiat.

Theophr. H. P. l. 9. c. 4.

7. *Myrrha*, Arabibus *Bola*, lachryma est arboris ejusdem nominis, quæ in Arabia invenitur, & aliquo loco incisa, eandem profundit. Varia ejus apud authores VETERES genera. I. Theophrasto est duplex: 1. *Liquida* στακτὴ, non quæ spontè ex arbore stillet, ut Plinio visum, sed quæ pura sit, & qualis ex arbore fluxit. Probatur ἀμείνων τῇ χρόᾳ, ejusque norma concolorem accipiunt. 2. πλαστὴ quam fictitiam, depravatam & adulterinam, dixeris.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 83.

II. Dioscoridi est 1. παιδίσκη campestris, pinguis, ex qua recente expressa *Stacte* excipitur. Fluit extusa cum pauca aqua, minutatimque στάζει, inde nomen. Quidam oleo balanino liquefactam, igne lento fotam, calidâ perfundunt, sic cum oleo εἰσβυθῶσι, tanquam limus subsidet: hinc colo defunditur, & quod subsidit, prelo exprimitur. Facit unguentum per se sine oleo, probatur-

Theophr. libro de Odorib.

baturque ἀμιγὴς ἐλαίῳ καὶ ἐν ἐλαχίστῳ πλειστὴν δύναμιν κεκτημένη. Ex sola myrrha fieri Athenæo debemus. 2. *Gabiræa*, quæ λιπαρωτάτη, ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γενομένη, multam quoque Stactem sudat. 3. Troglodytica à loco in quo gignitur, quæ ὑπόχλωρος est, διαυγὴς, super medium lucida, δεκτικὴ mordax, & primas tenet. 4. *A Troglodytica secunda*, quæ λεπτὴ, bdellii modò lentiscens, ὑπόβωμος τῇ ὀσμῇ, & locis proveniens ἡλίοις, λευκὴ fortè pro λεπτὴ legendum. Nam quia est globosa & in offas convoluta, tenuis dici non poterit. 5. Καύκαλις exsoleta, seu ὑπέρωρος, nigra, & κάτοπτος. Residuum expressæ myrrhæ quidam putant, quòd bacillis suis adhæreat, sed perperam. Vidit Bodæus optimum myrrhæ genus bacillis adhærens, quod rarissimum. 6. Ἐργαζίμη quæ deterrima, quippè ψάφαρα καὶ ἀλιπὴς, δριμεῖα, κομίζουσα τῇ ὀψει καὶ τῇ δυνάμει, squallore obsita, acris ac minimè pinguis, & aspectu viribusque gummi referens. 7. Αμμιναία *Aminæa*, cui nulla cũ Minęa similitudo. Facit ejus & Crito apud Galenum in pastillis ad lichenas mentionem. Sunt qui μινναίαν legunt, à populis extimam Arabiæ partem incolentibus. At hæc inter præcipuas Galeno, & cum Troglodytica eadem. 8. *Adulterata* gummi macerato aqua, in qua myrrha maduit & permista. 9. *Optima* quæ recens, friabilis, levis, concolor undiquaque, quæque confracta candidas ὀνυχοειδεῖς habet διαστρύζεις & læves, quæque minutis est glebis, amara, odorata & acris. III. *Plinio* complura genera. *Troglodytica* inquit, sylvestrium prima. Sequens *Minæa*, in qua & *Atramitica* est, & *Ausatitis* Gebanitarum regno. Tertia *Dianitis*. Quarta *Collatitia*, (fortè hinc & inde collata & contributa.) Quinta *Sembracena*, à civitate regni Sabæorum mari proxima. Sexta quam *Dusartim* vocant. Est & *Candida* uno tantum loco, quæ in Messalum oppidum confertur. *Probatur* Troglodytica, pinguitudine, & quod aspectu aspera, sordidaque (vix Plinium scripsisse puto, ut ex Dioscoride colligi potest) ac barbara, sed acrior cæteris. *Sembracena* prædictis caret vitiis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. In plenum autem *probatio* est minutis glebis, nec rotundis, inconcretu albicantis succi nec tabescentis: utque fracta candidos ungues habeat, gustu leniter amara. Secunda *bonitas* intus variæ. *Pessima* intus nigra. Pejor si etiam foris. Pretia ex occasionum ementium varia. Stactæ verò à VI. ad L. *sativæ* summum ad XXII. *Erythræa* ad XVI. Hanc volunt *Arabicam* intelligi. Troglodyticæ nucleo ad XXI: ejus verò quam *adorariam* vocant, ad XIV. (omnia hæc corrupta, nec video quomodo corrigi possint.) *Adulteratur* lentisci glebis & gummi. Item Cucumeris (agrestis nempe) succo amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescentis. Fallacissimè autem adulteratur *Indica* myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur. Hoc solum pejus India adfert facili distinctione: tanto deterior est. *Opocalpasum* fortè intelligit, quod sępè in optima myrrha reperitur. Exitiale hoc, viditque κατὰ τινὰ τύχην Galenus mortuos, qui διὰ τὴν ἄγνοιαν, tali myrrha usi fuere. In Opocalpasum mutari, nunquam inde colligas. Refer huc *Bæoticam Myrrham*, quam Dioscorides arboris cujusdam in Bæotia incisam radicem esse dicit, vel potius ex incisa elici, & odoris gratia genuinæ esse similem. *Vires* si spectes calefacit & desiccat ordine secundo, & quia amara, abstergit etiam mediocriter. Itaque Capitum vulnera glutinat: fœtus & lumbricos enecat & ejicit: medicamentis contra veterem tussim & asthma miscetur, nec arteriam exasperat. Oris graveolentiæ medetur. Ulcera in oculis replet, & albugines deterit: sed odore suo dolorem capitis sanis inducit. Fit & *Vinorum* myrrhæ odore conditorum apud veteres mentio, quæ Plinio teste laudatissima. Christo in cruce pendẽti ἐσμυρνισμένον datum est, quod

Athen. Dipnos. l. c. 15.

Galen. κατὰ τόπους l. 5. c. 107.

Galen. de Antid. l. 1. c. 14.

Plin. H. N. l. 12. c. 16.

Resinæ.

Galen. l. de Antid. l. 1. c. 11.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 78.

Matth. 27. v. 34. Marc. 15. 23.

Resinæ. quod murrhatum perperam Baronius fuisse credit: ideò de murrhinis multa in vanum disserit. Myrrhæ rara puritas; rubra Actuario quæ adfertur aut *Caucalis* est aut *Ergasima*. Non modò sicca nigraque est, sed & retorrida, macilenta, & cavo quodam situ obducta; & si quod inter tantos globulos aliquando reperitur fragmentum, quod & clarum sit & pellucidum, confractum tamen diversicolor apparet. Glebæ nihilominus aliæ pupillares ferè, aliæ avellanæ magnitudine minores, aliæ pellucidæ aliæ minus. Color fulvus, ruffus aut ferrugineus. Ungues subinde alibi eximii, sapor amarus, subacris, odor quando adoletur nares feriens. Flammam concipiunt, dentibus attritæ frientur: aquæ immersæ, non dissolvuntur ut gummi, sed diutius in ea relictæ, limi instar, diffluunt & flavescunt: digitis denique facilè confringuntur teruntur que. Malè Brasslavolus *Vulgarem Officinarum Bdellium*. Langius & Cæsalpinus *Troglodyticam Benjoinum* esse putat. *Ille*, quia illa non adeò pellucens, nec taurino glutino similis ut bdellium: facilè digitorum attritu conteritur, cum bdellium diutius tractatum lentescat. *Hic*, quia nulla ex Benjoino Stacte: nec ulla eidem amaritudo, quæ unum ex bonitatis signis apud Dioscoridem. Nec melius sentiunt, qui Stacten vel *Styracem liquidam*, vel balsamum Americanum esse opinantur. Vilis illa nec amara. Pretiosa Stacte, & egregiæ amaritudinis. Ex selecta & optima myrrha expressit Pennius, diu multumque aromatum modo jucundè olentem, cum nonnulla gravitate. Balsamum Americanum manat ex arbore, & levem amaritudinem habet. Ex myrrha Stacte de amaritudine diximus. *Usus* ejus in hydrope cum agrimonia, si potetur: in quartana, si drachmæ unius pondere cum vino Malvatico hora una ante paroxysmum sumatur, insequente sudore: Contra rugas faciei, si præscripto à Matthiolo modo usurpetur. Electuarium contra flatus, putredinem, oppilationes & intestinorum dolores; nec non trochiscos contra mensium obstructionem, vide apud Bauhinum. Oleum ex myrrha propinatur quartanariis: miscetur in Colica clysteribus cum decocto Veronicæ, in jusculis galli gallinacei & vino Malvatico, solet & umbilico inungi. Nec non faciei ut à rugis præservetur. De præparatione vide Dispensatoria.

Brassavol. in Examine simplic.

8. *Styrax* seu *Storax Officinarum*, lachryma est arboris quam superius descripsimus. Dum exstillat, in parvas micas aut grumos concrescit, substantia resinosa, pinguis, in longum ubi incaluit ductilis, in oleo resolubilis admodum, cum gravitate non pauca, odorata veluti propolis, præsertim cum prunis imponitur. Dicam de eo per *Differentias*, prout istæ apud *Veteres* & *Recentiores* occurrunt. Est 1. *Flavus* qui pinguis, resinosus, grumorum subalbicantium, Θηδιαμίστερ τῇ δισδία ὅτι πλεῖστον, & dum mollitur melleam quandam humiditatem remittit. Talis est Catabalites, seu Gabalites, Pissidiacus, Cilicius, & Cyprius. Pretium ei XIX. 2. *Niger* & friabilis, ac furfuri similis. Furfurosus & cano situ obductus Plinio qui utilis. 3. *Pellucidus*, gummi similis, myrrham odore referens, qui paucus gignitur, & vix nunc inveniri poterit. 4. *Pamphylius* qui aridior, minusque succosus. Apportabatur è Pamphylia in calamis, tantumque tempore Galeni à vulgari distabat, quantum à vino, quod in tabernis venditur, Falernum. Parcissimus nascitur, præstantissimusque qui maximè pallescit, odoris & saporis vehementissimi. 5. *Syrus* quem ex Syria revehunt, acri odore, ejus, in focis abigentes suorum fastidium. 6. *Calamites*, qui in candicantes & rufescentes grumos concrevit; cum Pamphylio & rubeo idem. Qui in officinis habetur, furfurosæ plerumque sunt massæ, & scobe ligni sordidatę, in quibus tamen genuinus Styrax, parvis constans grumis rubicantibus,

Dioscor. M. M. l. 1. c. 79.

Plin. H. N. l. 25. c. 12.

Galen. de Antid. l. 1. c. 14.

Plin. H. N. l. 25. c. 17.

Bauhin. H. P. l. 9. c. 56. p. 345.

tibus, colore fulvo & rufo, saturatioreque, sub dente lentescentibus & ductilibus, sapore non ingrato, odore fragrante. Liquidum olim fuisse nullo argumento probat Fuchsius. 7. *Liquidus*, Abensinæ humidus, qui Arabibus perperam Stacte, Cordo in duas differentias dividitur. *Altera* enim resinosa est pinguedo, ex arbore quadam sponte destillans, aut coctura elicita: *altera* quæ ex Styracis nucleis exprimitur, cujus rarissimus usus. Liquidus ruber officinarum, melleæ est & tenacis substantiæ, coloris fusci aut ex fusco rubentis, aut ex cinereo fusci, odore valido, & ob vehementiam ferè ingrato, inprimis cum prunis imponitur, ita tamen, ut in eo remistus Styracis Calamitæ odor se prodat, sapore acriusculo. Fit ex pauca Styrace Calamita, cum laricea resina, oleo, & vino, simul coctis, expressis, & cum refrixerit, pistillo agitatis, donec candorem acquirat. Eligi debet odoratissimus & in cinereo candicans. 8. *Oleosus* cum liquido fit. Dimisso enim uno & altero mense, quod tenuissimum & odoratissimum à crassiore discedit, eidemque ad fundum vasis descendente superius innatat, oleo crassior, laricea resina liquidior, colore fulvus & pellucidus, sub *olei Styracini* nomine. Probatur fulvum pellucidum odoratissimum, quodque ab intincto digito defluens descendit. 9. Siccus à quibusdam thymiama vocatus, estque cortex in rufo colore nigricans, quem è styracis arbore colligi ajunt. Serapio fœces Storacis liquidæ per decoctionem factæ appellat. 10. *Præstantissimus*, purus, pinguis, in longum ductilis, odoratissimus, & qui suavitate caput aggravat, & ad somnum invitat. Tempore Amati Lusitani ex Zana Indiæ insula, quæ in Cambaja, portabatur. Lobelius ex tractu Gallo-provinciæ, quia trium Mariæ sororum fano ad forum Julium usque porrigitur, Venetias in glebas Ammoniaci modo coactas scribit, quibus quidam melligini similis liquor, qualis è favis defluit, inest. 11. *Adulteratus* qui arboris à vermiculis erosa scobe, melle, irini unguenti fœce, Cedri resina, melle, Amygdalis amaris, & quibusdam aliis depravatur. Quidam ceram aut adipem aromatis imbutum, in ferventissimo sole unà cum Styrace molliunt, & per colum διήνεκτον in frigidam exprimunt, vermiculosque effingunt, & vendunt. Hinc *Vermicularis* nomen. 12. *Assatus*, ex quo fuligo colligitur. 13. *Chrymatias* apud Hermolaum Barbarum, rarus inventu & gummi similis, sine dubio cum Calamite idem. 14. *Rubeus*, qui assimiletur Maci, quæ creditur esse exterior cortex ipsius Styracis, secundum Serapionem. De *usu* si quæris & viribus, medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vulvæ præclusæ duritievè laboranti. Ciet menses potu appositivè, alvum mollit. Invenio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi, (ut demententur). Sonitus aurium emendat infusus, strumas illitus, nervorumque nodos. Adversatur venenis quæ frigore nocent. Actuarius in Trochisco Neapolito Styrax Hispanum cognominat. Ex ejus uncia semis cum oleo rutæ totidem, & ol. anethino, Chamæmel. ana unc. ij. pulv. Cumini unc. j. fit oleum quod ventris pueror. dolorem sedat. Ex ejusdem drachma semis cum succi liquiritiæ, thuris, myrrhæ, Opii tantundem, Croci scrupulo, cum syrupo papaveris rhæados format ad urgentes Catarrhos pilulas Vierus.

Cord. H.P. L4.

Resinæ.

Plin. H.N. L24. c.6.

9. *Liquidambar* est resina arboris, quam superius inter arbores Novi Orbis lachrymiferas descripsimus. Coloris est melini ferè nonnihil obscuri, odori Styracis liquidi remissiore, sivè accendatur sive non, tam valido, ut nullo modo celari possit, sapore non absimili. Admiscetur ei aliquando comminutus cortex, ex quo vulnerato profluit, ut suavius & diutius in suffitibus

De Laet Ind. Occid. l.5.c.2. Bauhin. H. P.l.9.c.38. P.325.

Resinæ. spiret. Infertur Hispaniæ in utri-
Monard. H. simpl. c. 8. bus & doliis ex nova Hispania solo sibi natali. Calida est in fine secun-
Ind. Occid. p. 3. l. 4. c. 29 di, humida in primo. Calefacit ergò, roborat, resolvit, frigidiori ventriculo inprimis utile, cujus coctionem adjuvat, si cum Styrace & pauxillo ambræ vel moschi in emplastrum redigatur. Hispani eo in suffitibus, odoramentis, pastillis, Styracis loco utuntur. Quæ è ramorum pinguium coctione elicitur, deterior est. *Oleum*, de quo in arboris descriptione, calidum ferè est in tertio, uteri tumoribus & obstructionibus mensium & aliis proficuum. Absumitur plurimum imbuendis Chirothecis, illud inprimis, quod expressione elicitur.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 80. 10. *Bdellium* lachryma est arboris, in Arabia, India, Media, & Babylone provenientis. Varium apud
Plin. H. N. l. 12. c. 9. veteres. 1. *Translucidum* gustu amarum, glutinis taurini in modum, intus pingue, ἀμάλακτον, ligni & sordis expers, suffitu odoratum, ungui simile, id est ejus in suffitu odoris, qui ex Onychis Indici conchilii testæ suffitu emergit, Saracenicum tale, quod circa Saracam Arabiæ urbem prodeat. Plinius ceræ simile facit, gustu amarum citra acorem, in sacris vino perfusum odoratius. 2. *Nigrum* sordidum, uberioribus glebis, Aspalathi odore ex India advectum, *Seoticum* Galeno. 3. *Petræum* quod à Petra urbe defertur, siccum, resinosum, sublividum sed facultate secundum. 4. *Peraticum* ex Media advectum, facilius, crustosius, amariusque. 5. *Indicum* humidius & gummosum. 6. *Bactrianum*, cui nidor siccus, multique candidi ungues, quod de humanis unguibus frustra intelligas, sed ita ut superius dixi. 7. *Iudaicum* cum translucido idem fulgore coruscans, quod in Musæo Calceolarii visum est: quo & Bdellium de Mecha Arabum pertinet. 8. *Scythicum* quod Galeno laudatur. Quan-
Bauhin. H. P. l. 9. c. 34. p. 317. tum ad NEOTERICOS habuit Johannes Bauhinus Bdellii nomine magnas glebas, Taurino glutini aliquatenus similes, colore ex fusco nonnihil rufescente, concretione neque quanquam molli & tenaci ad gummi magis accedente. Sapore, *inquit*, est subamaro, multùm tamen à myrrha relinquitur. Odorem non insuavem spirat, flammamque concipit & quidem pertinacem, licet cum crepitu. In superficie granula exsudantis glebæ hinc inde apparent; in glebarum medio subinde digitalis crassitudinis bacilli, spinosi. Exterior facies Myrrham aliquando refert, coloris ferruginei. Caspar Bauhinus sex ejus differentias posuit. 1. *Majoribus glebis* ruffum, & cum frangitur in plurimos grumulos dissiliens, mediocriter splendens. 2. *Minoribus glebis* subfuscum, intus ruffum, cum frangitur in duas partes quasi dissectum se dividens, translucens, densum, lentum, glutinosum, pingue, & lachrymas albas calido in loco emittens. 3. *Nigrum* intus ex *nigro ruffum*, glutinosum, mediam inter thus & gummi Cerasorum qualitatem resipiens. 4. *Nigrum* quoque, sed intus *fulvum* purpureo colore, maximè translucens, molle, glutinosum, Cerasi gummi simile, ejusdemque saporis. 5. Colore & sapore priori simile, sed intus *pallidis* aut candicantibus maculis distinguitur. 6. *Pallidum* aut *Candidum*, grumis oblongis, mediocribus, multis, longis, guttis densatis concretum, amarum, ingratum, omnibus speciebus acerrimum. *Eligendum* in quovis genere, aspectu cum frangitur, nitidum, cornu aut taurino glutini simile, magis translucens, pinguius & mollius. *Adulterabatur* olim gummi & Amygdalæ nuce: cætera ejus genera cortice Scordasti. Ita vocatur arbor æmula gummi. Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, gustu, igne. Pretium syncero in libras X. terni. Exhibitæ & Bauhino pro *adulterino* nigricantes glebæ, micis si scindantur pellucentibus, alioquin visus aciem nequa-
Bauhin. ad Dioscor. l. 1. c. 69.

quam

quam admittentes, consistentia & sapore gummi, cujus modo, tenaciter dentibus hærent. Concipiunt tamen flammam, relicto interim crassamento copioso. Sunt qui Bdellium legitimum *Anime* esse putant; vel Myrrhæ speciem. Lobelius & Pena Londini multos surculos ligni vidére, nigricantes, solidâ substantiâ, cortice duro, spinis multis, rigidis, & crassiusculis horrentes, quibus multa copia Bdellii intus forisque valdè quàm amari. Cæsalpinus gummi odoratum quod ex palmis in Sicilia profluit, genus Bdellii apud Arabes fuisse censet. Comparatio conclusionem faciet. *Usum* si spectes, emollit vehementer Scythicum, at Arabicum desiccat magis. Antiquius & admodum gustu amarum, acre & siccum, ab eo quod indurata emollit, mediocriter recedet. Dioscorides prodidit, turgentia guttura, & humidas hernias discutere, cum jejuna saliva dilutum impositum. Vulvæ spiracula laxare appositu & suffitu; & partus humiditatesque omnes extrahere. Calculos potu comminuit Arabicum inprimis: malagmatis quę contra duritias & nervorum nodos prosunt inseritur. In laxandis tumoribus maximè laudatur.

11. *Belzoinum Officinarum*, Matthiolo *Benzoinum*, Cordo *Benzoum*, *Benzoi* & *Asa dulcis*; Ruellio *Ben Iudæum*, Garziæ *Bentoi*, Lugdunensi *Belzoe* vel *Belzoim* vel *Belzuinum* vulgò, Linschottano *Benivinum*, Græcis & Arabibus ignotum esse crediderim; addo & Judæis, quia nulla ejus apud istos mentio. Adfertur ad nos ab incolis expressa, ac demum in magnos pastillos, massas ac panes compacta, qui malleo percussi facile in panes & grumos dissiliunt. Glebæ inæquales puræ, nec ullâ sorde utplurimum infectæ. Color alias rutilans, alias magis ad albedinem vergens, creberrimis ceu unguibus, aut Amygdalarum friaturâ. Obscurius hi in rutilis massis lucent, in aliis candidi admodum sunt, sed non ita pellucidi; substantia compacta, arida & friabilis: sapor subdulcis suavis, & modicè velut arescens. Commanducatum non resolvitur propter resinosam consistentiam, sed mastiches modo inter dentes lentescit, pallidumque in lurido colorem acquirit. Odorem spirat valdè jucundum cum teritur; prunis verò impositum, multò acriorem, & qui propter fuliginosum vaporem fauces siccat & tussim irritat. Plura ejus apud authores genera. 1. *Amygdaloides*, quod Myrrham Troglodyticam Dioscoridis Amatus Lusitanus censet. Habet ungues, seu maculas candidas amygdalarum instar admixtas. Provenit in Sian præcipuè, majorque ejus pars in Arabiam, Persiam, Asiam minorem, Africam & ad nos defertur. 2. *De Boninas*, quasi de floribus dicas nigrum, è novellis arboribus profluens, priore longè odoratius, & decuplo carius. Fuere qui cum Styrace liquida permixtum crederent. Venit ex provincia Bayrros, idque præstantius eò quod in Sian nascitur, ut natum in Sian reliquis præstantius. 3. *Nigrius*, quod vilioris est pretii, nascitur-que in Java & Sumatra. Linschotanus *Candidum* carè vendi scribit: triplo carius nigrum. Quod *Amendoado* Hispanis, fragile atque friabile, quales ferè sunt Amygdalæ contusæ, bonitate præstat cæteris. Omnium vilissimum in Palamban & Sumatra crescit. Usum si spectes, fiunt ex eo flores & oleum. *Flores* in dispnæa laudatissimi. *Oleum* est duplex. 1. *Indicum*, quod ex recenti exprimitur, liquidum, tenue, ruffum, fulvum & candicans odoratissimum, nares & caput opplens, atque multò Belzoino acrius, facileque penetrans. Rarò syncerum adfertur. 2. *Destillatum*, multò ignavius. Adulteratur utrumque oleo, sed deprehenditur dolus turbido oleagineoque colore, & rancida faucesque offendente acrimonia. *Eligendum* purum, corticum & foliorũ

Linschott. P. 4. Orient. Iud. c. 27. Cord H. P. l. 4. c. 87. Bauhin H. P. l. 9. c. 36. p. 310.

Linschott. Iud. Orient. p. 4. c. 27.

Resinæ.

Resinæ. expers, translucidum, majoribus distinctorum colorum grumis, in densam massam compactum & formatum.

Monard. Hist. Simpl. c.2. Bauhin. H. P. l.9.c.61. p.346. Hist. Lugd. l.18.c.28. Ind Occid. p.9.l.4.c.29

12. *Tacamahaca*, profluit ex arbore populo æquali, in parva quadam Indiæ Orientalis insula & nova Hispania, si vulneratur. Substantia ex unguibus veluti diversis compacta, resinæ strobilinæ concretione, bullatis alicubi scrobiculis cava. Color partim rutilus, partim flavus pallidior. Sapor amaricans & aromaticus. Odor Mastiches æmulus, vehemens, suavior, nulloque crassamento consumitur. Dissilit primum in pulverem sub dente, mox rursum recolligitur, lentescensque ducitur pro arbitrio. Importatur cucurbitino cortice comprehensa, punctulis nigricantibus externa parte notato, intrinsecus innumeris scrobillis non usque adeò profundis foraminulento. Magni est in Medicina *usus*, calida in principio tertii gradus, sicca in secundo, cum singulari adstringendi facultate. Tumores mirificè maturat, resolvit, & dissipat, in principio tamen calidorum & inflammationum metuenda: sistit matricem umbilico emplastri modo imposita; validius, si Ambram vel Moschum addideris. Illita sic adhæresci, ut nonnisi effectu præstito evanida decidat. Nobile remedium contra defluxiones ad faciem, oculos, dentes, si tanquam emplastrum temporibus applicetur: contra dentium dolorem, si corrupti foramini indatur: contra scapulæ ὀδύνας & cervicis distentiones, si inducatur: contra ventriculi imbecillitatem & flatus, si cum triente Styracis & pauca ambra permixta imponatur: contra dolorem ischiadicum à frigida causa, si parti inducatur. Resolvit cum adstrictione. Monardes trientem ceræ flavæ addit.

Hist. Lugd. Plant. l.18. c.29.

13. *Caranna*, Lugdunensi, *Caragna*, duplex est. *Una* oleaginosa colore Tacamahacæ, paulò limpidior, odore simili, sed gravior. Clusius tenacem sine multa adglutinatione & colliquatione scripsit. *Altera* purior & Crystalli modo limpida, odoratior & præstantior. Adfertur ex continentis parte interiore, per Carthagenam & nomen DEI. Bauhinus habuit sub hoc titulo Resinam galbanei coloris duriusculam, quæ etsi friata pulverem luteum emitteret, lentescebat tamen, resinæ strobilinæ odore, emittebatque adusta flammis nidorem Animes æmulum. Excedit secundum caloris gradum, ejusdem cum Tacamahaca, sed nobilioris *Usus*. Juncturarum doloribus imposita, facilè eos sistit, modò humores calidi non affluant. Humeri cruciatus, qui Tacamahacâ sopiri non poterant, intra triduum sublati sunt. Tumores inveteratos dissolvit; defluxiones adeò sistit, ut temporibus applicatum extemplò ferè dentium dolores coërceat. Fit ex ea, terebinthina, oleo de liquadambar, Tacamahaca, Balsamo, Mastiche, Myrrha, Aloë, Thure, sanguine Draconis & Sarcocolla ceratum adversus vulnera & hæmorrhoidum fluxum nobile. Monard. H. Simpl. c.3. Bauh. H. P. l.9 c.49.

14. *Gummi Elemi Officinarum*, quibusdam Cedri, aliis oleæ Æthiopicæ lachryma est. Quia flammam facilè concipit, & oleaginosis diluitur, inter Resinas recensetur. Hermolao dicitur quasi *Enhamon*, quod Plinio est oleæ in Arabia lachryma singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus; Theophrasto mari rubro pocularis, ex qua Medici medicamentum sistendo sanguini componunt. Cogitur in massas Cylindraceas, duarum palmarum circiter longitudine, quæ folio Cannæ Indicæ simili obvolvuntur, funiculis xylinis constrictæ. Substantia est uniformis resinacea, sub dentibus facilè lentescit & dealbatur; color ceræ flavæ; odor fœniculi; sapor nonnihil acris & subamarus. Flammam concipit facilè. *Vetustum* friabile magis & exsuccum, colore ferè croceo: taleque Bauhinus habuit. Commendatur in Calvariæ vulneribus & fracturis vehementer. Malè pro succedaneo Hederæ gummi Bauhin. H. P. l.5.c.19. p.335. Hist. Lugd. Plant. l.2. c.15.

adhi-

adhibetur. De *Loco* natali nihil ferè constat.

15. *Resina novi Orbis sunt:* 1. *Abiegna Indica.* 2. *Carthaginensis.* 3. *Ambræ facie.* 4. *Copal dicta.*

De Laet Ind. Occid. l.15.c.8. Bauhin.H. P.l.9.c.39. p.324. 1. *Resina Abiegna Indica*, est liquor, qui ex vesicis Ambaigingæ arboris colligitur exigua copia. Consolidat vulnera: dolores ex materia frigida & flatulenta mitigat, & ventriculi imbecillitatem, ex vino sumpta corrigit. 2. *Resina Carthaginensis novi Orbis*, purissima & odoratissima est. Utiliter nervorum, articulorum pedumque vulneribus injicitur. Similis ei à Paludano communicata, cujus Bauhinus mentionem facit, tam ea quæ flammescebat, odore ferè picis, sapore subacri quam ea, quæ colore rutilo & perspicuo.

Hist. Lugd. Pl.l.18.c.32.

Bauh. H.P. l.9.c.37.

Clus. Exot. l.4.c.6. 3. *Resina ambra facie*, coloris ex fusco cineracei erat, odore ambræ, ut quidam omninò eam esse crederent. Frustum allatum unius libræ & unciarum sex. 4. *Resina Copal dicta*; Fragoso *Pancopal* candida est, diacitro valdè transparenti haud absimilis, odorata una rugosa mollis & thuri similis; præstantior altera Myrrha existimata. Adfertur ex nova Hispania. Vide quæ de gummatibus diximus. Et tantum de Resinis liquidis.

Ind. Occid. p.9.l.4.c.29

Dioscor.M. M.l.1.c.9. Bauh.H.P. l.9.p.247. II. *Resinæ siccæ* sunt 1. *Colophonia Officinarum.* 2. *Græcis ξυεὶ dicta.* 3. *Strobilina*, & 4. *Abietina.* Sicci & calidi temperamenti secundum magis & minus omnes, & quibus, *ut & superioribus*, vina condiebantur, quæ quidem urinam ciebant, & catarrhosis ac tussiensibus opitulabantur, sed κεφαλαλγίαν & vertiginem excitabant. 1. *Colophonia Officinarum* Galeno est cruda ex picea pinove sicca, Chiæ mastichi persimilis, Colophone advehi solita, Cordo *pix arida & Græca*, aliis Resina Hispanica & Græca audit. Differt ergò à liquida, eodem nomine & sologaudente, quæ quod suavissimè oleret, & pauca colligeretur, summo in precio erat. Datur verò hoc nomen & illi quæ ϕευκτὴ dicitur. Fit hæc si συγκομιδὴν *confusaneam*, in quo multa lignosa & lapidosa, liquatam & coctam duram reddideris ac friabilem, ut tundi, teri, & cribrari possit. Adhibetur ad odorata malagmata & acopa. Emollit & partium tenuitate digerit & discutit, tumores inprimis. II. *Resina Græcis ξυεὶ dicta*, è corticis rimis vel circa abscissos ramos exit, pinguedinis expers, & citò arescens, quæ Galeno ψύσημα πιτυΐνον. In Asia è picea admodum candida, *Spagas* vocatur. Est abieticæ strobilinæ & pityinæ mistura. III. *Resina strobilina* circa conos & strobilos concreta reperitur. Calidissima est, & celerrimè siccat. IV. *Resina abietina* male Colophonia dicitur, quæ dici liquida permanet. Minoris strobilina caloris. Dant verò & *lapides* in India Occidentali, circa portum Tierra de Brea *aliquid resinæ*, quæ admodum bona pro navibus, nec ardore solis liquescit.

Pix.

Galen.l.2. Medic.sec. gener.

Dioscor. l.c.

Ind.Orient p.2.

Caput IV.

De Pice.

EX Cedro, etiam Terebintho & similibus pix liquabatur aliquando & olim, è pinu & picea in tædam conversis ferè semper. Modum Græcis usitatum Theophrastus, Cretensibus Bellonius descripsit. Obstruunt tædam, postquam constructam accendere terrâ, ne ullo pacto flamma erumpat. Canalis per medium acervum excitatus, fluentem in foveam ducit. Ex *Idæa* pino largior, nigrior, & odore gratior profluit: ex *Marina* flavior & crassior. *Purissimam* loca aquilonia & aprica præbent. *Horridiorem* & limosam depressa & opaca. *Nigriorem* ligna siccióra fundunt: *Copiosiorem* imbribus frequentatis, quàm squaloribus. Prima quæ aquæ modo canali fluit, *liquidior* est & aquæ similis. Spissior & crassior altera, *Brutia* dicta, quæ vasculis collecta, aceto densatur. Παλιμπίσσα utraque. Præfertur splen-

Bellon. de Arborib. Coniferis.

Pix. dens, levis, syncera. Plus calefacit quam siccat, phtisicis, purulenta exscreantibus, tussientibus, asthmaticis propitia, si melli permista lingatur. Cum eodem & uva passa, Carbunculos & ulcera emarginat. Fit ex ea *Arida* si iterum coquatur, & quidem vel ad visci crassitudinem, vel igne tam valido, ut absumpto humido oleoso, fragilis evadat. *Probatur* pura, pinguis, odorata, subrufa & resinosa. Plus desiccat quàm calefacit; pus movet, ulcera replet, tubercula panosque discutit, & benè vulnerariis medicamentis miscetur. Inter laudatissimas olim, *Brutia*, *Lycia*, modicè cocta, inter resinam & picem media, *Idæa*, *Pieria*, *Nerisia* vel *Naricia*, & *Nematurica*. Ad siccam *Rasilis* seu *Rabulana* pertinet, cruda quidem, sed vetustate ita durata, ut radi & in pulverem redigi possit. Hâc Italiæ pars aliqua, lenitatem vino excitabat, Allobrogibus *Corticata* dicta. Ex Cera & resina conflata, navibusque quæ in mari vitam velut peregere derasa, *Zopissa* audit, efficacior quasi, & quod adjecto salis marini callo stimuletur, *Apochyma*. Dissipandi ei facultas, quia aquâ marinâ macerata est.

***

HI-

Cytisus incanus Austriacus folio oblongo.

Cytisus albicans folio trifolij vulgaris.

Cytisus hirsutus supinus folijs infra lanugine inferne pubescentibus

Cytisus Creticus incanus.

Cytisus incanus folio medio longiore.

Cytisus hirsutus major folijs pinnatis.

Cytisus incanus siliquis falcatis.

Cytisus incanus siliqua longiore.

Cytisus hirsutus folijs sub ruffa lanugine villosis.

Cytisus.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER VII.

De Arboribus siliquatis.

CAPUT I.

De Arboribus siliquatis Classis primæ.

ARTICULUS I.

TAB. XCIII.

De Cytiso.

ARbores lachrymiferas excipiunt *Siliquatæ*, quæ siliquas ferunt, tam indigenæ quàm Exoticæ iisdemque similes, quas quatuor Classibus includimus. In prima est 1. *Cytisus.* 2. *Anagyris.* 3. *Laburnum.* 4. *Acacia.* 5. *Genista spartium.* 6. *Genista spinosa* sive *Scorpius.* 7. *Genista non spinosa.* 8. *Chamagenista.* 9. *Spartium.* 10. *Coluthea.* 11. *Senna.* 12. & *Iovis barba.*

Dioscor. M. M. l. 4. c. 113. Theophr. H. P. l. 1. c. 9. de Causis l. 5. c. 6. Galen. de Antid. l. 4. c. 4. Plin. H. N. l. 13. c. 24. & l. 16. c. 24.

I. *Cytisus Veteribus*, est planta fruticosa veluti ebenus, aspectu incana uti Rhamnus, altitudinem Myrti attingens, quod Galenus prodidit. Non æstuum non grandinum aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni. Adeò plantis cæteris infestus idem, ut subrepto alimento ferè omnes enecet. *Ramos* spargit cubitales, ac etiam majores: *folia* fænugræci aut loti trifoliæ, sed minora, καὶ μάχιμώτερα μείζονα. Ideo *Plinius* angustioris trifolii fruticem esse dixit. Cur ramulosa vocarit, vix scio. Digitis trita erucam olent, gustatu cicer viride sapiunt. *Medulla* est dura, & ad Ebenum proximè accedens, spissa, & nigra, ut apud Theophrastum invenies: quod tamen nonnisi de inveteratis, & crassissimum caudicem habentibus sumendum est. Comprehendit celeriter in *quolibet agro* quamvis macerrimo. Inventus est in Cythno insula, inde translatus in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas, magno casei proventu: propter quod maximè miratur Plinius rarum in Italia. Nascitur & ad urbem Cytizam inter campos & sylvas; & in Mysiæ tractu, quem *Brotton* nominant, campus eo plenus. *Usus* in *re medica.* *Folia* enim œdemata in principio cum pane discutiunt, & decocta urinam movent. In *re domestica* Aristomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus est, *pabulo* ovium, aridus etiam suum: spondetque jugero ejus etiam annua H-S. M. M. vel mediocri solo reditus. Utilitas quæ ervo, sed ocyor satietas, per quam modico pinguescente quadrupede, ita ut jumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis major copia aut melior, super omnia pecorum medicina à morbis omni usu præstante. Quin & nutricibus in *defectu lactis* aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari jubet: firmiores celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si aruerit, madefactum.

Plin. H. N. l. 13. c. 24. Columella R. R. l. 5. c. 12.

Apes

Cytiſus. Apes quoque nunquam defore, Cytiſi pabulo contingente, promittunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendii eſt. Datur animalibus poſt biduum ſemper: hyeme verò quod inaruit madidum. Satiant equos denæ libræ, & portione minora animalia: obiterque inter ordines allium & ſæpe ſeri, fertile eſt. *Diſtinguitur* à Columella, in ſativum, & ſuæ ſpontis.

II. NOBIS eſt Cytiſus triplex, 1. *Incanus* nempe 2. *Hirſutus*, & 3. *Glaber*.

I. Cytiſus incanus eſt multiplex. 1. *Siliquis falcatis.* 2. *Creticus.* 3. *Auſtriacus folio oblongo.* 4. *Siliqua longiore.* 5. *Folio medio longiore.* 6. *Albicans folio trifolii vulgaris.*

Bauhin. H. P. l. 11. c. 3. p. 367. Matthiol. ad Dioſcor. l. 4. c. 108. p. 810. Lobel. Obſerv. p. 503. Honor. Bellus ad Cluſ. Epiſt. 4.

1. *Cytiſus incanus ſiliquis falcatis*, Matthiol. Lobel. eſt *Cytiſus Marantha*, Camer. *Cytiſus Galeni*, Eyſtettenſi, *Cytiſus Galeni Marantha cornutus*, Bello *Lignum rhodium*, ſeu *Cytiſus verus*. Bauhino, *Cytiſus ſiliqua incurva, folio candicante*. Totus frutex candidus eſt, Myrti altitudine. *Caudicis* cor nigrum, Ebeni ſimillimum: *rami* tenues; *foliola* in longioribus pediculis terna retuſa, nonnihil ſiſſa, quæ guſtu Cicer recens æmulantur. *Flos* in cacuminibus multus, parvus, ſaturatò luteus. *Siliquæ* contortæ, circumflexæ latæ; una, aliquando pluribus ſpicis, parvæ, in quibus ſemina parva vix ineunte ætate matureſcentia. *Prodit* in Rhodo, inſulis Rhodo propinquis & inſula cui nomen *Aſtachida*. Marantha propè Neapolim in colle quodam qua ad Neſidem inſulam itur, collegit. Viſa Pfortzchemiæ aliquot Cubitorum florens, quæ ſiliquas menſe Octobri ferebat. Ferre hyemem extra tectum non poteſt. Ex ligno Calojeri in Pathmo ſphærulas præcatorias, Turcæ enſium manubria conficiunt.

Honor. Bellus ad Cluſ. Epiſt. 1. & 4. Bauhin. H. P. l. 11. c. 3. p. 374.

2. *Cytiſus incanus Creticus*, Angvillaræ *Barba Iovis altera*, Bello ἀειχυτέξυλον & *Ebenus Cretica*. Frutex eſt obliquus quinque cubitorum altitudine. *Materies* nigra, ſplendida & dura: *Cortex* cinereus, profundis ſciſſuris plenus: *folia* terna, plura ſæpè ſimul juncta, argentea, Trifolii æmula, dorſo aliquantum prominente: *flores* trifolii majoris, rubri in quibus albi quidam villi, Struthiocameli pennas in minutiſſimas partes diviſas æmulantur: *ſemina* milio majora, trifolii modo profert. *Naſcitur* in aſperrimis collium locis in Creta. Eundem cum iſto puto & illum fruticem eſſe, qui ſub Ebeni ſecundi, & *Ebeni Candiæ* nomine ab Italis miſſus eſt, & à Bauhino deſcribitur. *Virgulta* ſunt lenta, teretia, cana lanugine pubeſcentia: *folia* terna, longa, acuta, villoſa, albida. *Flores* in ſpicam digeſti, purpurantes, ex folliculo lanuginoſo candicante, in plumatas cuſpides deſinunt, & unicuique acuminatum folium ſubjicitur. *Semen* in involucris trifolii bituminoſi album, oblongum.

3. *Cytiſus incanus Auſtriacus folio oblongo*, Cluſio Cytiſus quintus, Tabern. undecimus, in icone ſextus, audit. *Radix* illi nigricans. *Virgæ* rectæ tenues, vimineæ, quas ab imo ad ſummum, folia ab uno pediculo terna, anguſta, amara, & ſi terantur, quaſi pinguia exornant. *Flores* in ſummo quini aut ſeni, aurei coloris. Ex folliculis *ſiliquæ* oblongæ planæ, hirſutæ in quibus ſemen durum, ſubruffum, tumidiuſculum & rotundiuſculum, quod dehiſcentibus ſiliquis excidet, & à vermiculis ſæpè eroditur. Frequens toto Viennenſi agro, præſertim ſupra Phaſianorum fabricam; in Moraviæ etiam locis aridis propter vias. *Floret* Julio, & ſubinde in autumnum usque: ſemen ſub finem Auguſti, & in Septembre matureſcit. Totæ aliquando ſtirpes vulgari cuſcuta obſitæ conſpiciuntur. Eſt & acuminatis foliis. Cluſ. H. P. l. 1. c. 64.

4. *Cytiſus incanus ſiliqua longiore*, Lugd. *Cytiſus prior Penæ*, Tabern. quartus, quinque vel ſex cubitis eſt procerior & univerſa cana. Radix lignoſa: ſarmenta geniſtæ plura, gracilia, prædura, ſtriata; folia è tenuibus pediculis terna, non ita numeroſa, fænugræco ſimilia, anguſtiora, Bauhin. H. P. l. 11. c. 3. p. 370. Lobel. Adverſ. p. 387.

stiora, habitiora, rutacea. *Flores* genistæ vel sparti lutei sed minores, *Siliqua* genistæ par, cinericia, gracilior, compressior: intus loculis discepta semina nitentia, ex atrore genistæ. *Vulsa* in tractu Narbonensi, ad radices montis Calcarii, prope Veganium. Quia tenerior, est pecudum pabulo aptior. Attulit inde & Cherlerus *ramulum*, qui teretes & tenues propagines alternatim producebat, tantillum in extremis hirsutas. Folia terna nullo penè pediculo, & inter Cytisi minima. *Flores* per ramulorum extrema Genistellæ pares, lutei, calyculo subhirsuto, in acutas lacinias diviso. Rami aliquando cum defloruit candidi. De siliquis nihil proditum. In hortos translatus caniciem amittit.

Clus.H.P. l.c. Tabern.H. P.l.3.c.106. p.819.

5. *Cytisus incanus folio medio longiore*, Clusio *Cytisus sextus*, Tabern. *nonus*, Gerh. *semper vivens*. Rarò cubitalibus ramis assurgit, iisque omninò incanis & tenuibus. *Folia*, quorum medium duplo longius est reliquis, cinerei & canescentis coloris, adstrictoriæ facultatis brevi pediculo insident. *Flores* per singulorum foliorum exortus in ramusculis aurei, jucundè odorati, bini aut terni simul nascuntur, ex molliquadam & candida lanugine hirsuta vaginula, similis cum superioribus formæ, sed minores. *Invenitur* variis Hispaniæ Bæticæ locis, inprimis in regno Valentino. Incolis *Boga* & *Boxablanca*. Ramis à foliis liberis bombyces stamina sua sericea advolvunt, quæ deinde à pueris & mulierculis explicantur.

Cord.H.P. c.28.p.188.

6. *Cytisus albicans folio trifolii vulgaris*, Cordo *Cytisus albus*, sylvestris, est frutex sæpe bicubitalis. *Radix* lignosa, multifida, perennis. *Folia* numerosa, in singulis pediculis, terna, dorso elato, ab utraque parte in mucronem definente carinam referentem, glutinosa & dulcescentia. *Flores* post veris initium ab inferiore sui propemodum parte ad virgarum summitatem è foliorum alis prodeunt, longi, papilionacei, fabæ floribus similes, lutei, gustu immaturi cujusdam leguminis. *Siliculæ* è medio florum principio hirtæ, longitudine sextantili, angustæ, quæ æstate maturescunt. *Semen* intus inter fænugręcum & lenticulam figura & magnitudine media, gustu viciæ. *Nascitur* in montosis, inter petras & arbusta, locis potius apricis quàm umbrosis. Copiosè in collibus Ratisbonæ ad Danubium vicinis, & monte Castein dicto.

II. *Cytisus hirsutus* est sextuplex. 1. *Foliis subrufa lanugine villosis.* 2. *Major foliis pinnatis.* 3. *Flore luteo purpurascente.* 4. *Supinus.* 5. *Foliis minoribus ramulis tenellis villosis*, quibus adjici debet 6. *Pseudocytisus flore Leucoii luteo.*

1. *Cytisus hirsutus foliis subrufa lanugine villosis*, Clusio *Cytisus tertius*, Lobel. *Cytisus quartus Hispanicus Clusii*, Gerh. *Pseudocytisus hirsutus*, attingit humanam altitudinem. Virgæ non admodum fruticosæ, lentæ. Cortex niger. *Folia* trifolii terna, supina parte viridia, prona, subrufa lanugine hirsuta. *Flores* calycibus longis, lanuginosis aurei coloris, quos circa Calpen & Bæticæ maritimis mense Februario fundit. *Siliquæ* pilis obseruntur. Hispani *Escabon* vocant. *Nascitur* & in Apennino juxta Bononiam, in Burgundia circa oppidum Baulme; & in Sundgovia.

Clus.H.P. l.r.c.64. p.94. Bauhin.H. P.l.11.c.3. p.372. Lobel.Adverss.p.504.

2. *Cytisus hirsutus major foliis pinnatis*, Gerh. *Cytisus pinnatus*, Clus. *Cytisi quinti altera species*, Tabern. *Cytisus septimus* icon. *alias duodecimus.* Multo major est Cytiso incano Austriaco. Virgæ crassiores, erectæ admodum hirsutæ: *folia* duplo ampliora: flores colore aureo magis rutilant. *Nascitur* juxta sepes, minus Austriaco obvius.

Clus.l.c. Bauhin.H. P.l.11.c.3. p.369. Tabern.l.c.

3. De *Cytiso hirsuto flore luteo purpurascente*, nihil occurrit, nisi quod à Pona magnus vocetur.

4. *Cytisus hirsutus supinus* est duplex 1. *Foliis incana lanugine inferne pubescentibus.* 2. *Foliis inferne & siliquis molli hirsutie pubescentibus.* I. *Cytisus hirsu-*

Cytiſus. Cluſ.l.c. Tabern.l.c. *hirſutus ſupinus foliis incana lanugine infernè pubeſcentibus*, Cluſ. *Cytiſus ſeptimus*, Tabern. *ſextus*, Ger. *hirſutus*. Fundit aliquot ramos humi, lentos & fractu contumaces, qui nullis aut rariſſimis foliis obſeruntur. Ex lateribus prodeunt ramuli tenelli hirſuti, in quibus folia terna, dorſo elato ſupernè viridia, infernè cana lanugine pubeſcentia, herbacei odoris, ſaporis amariuſculi, longis pediculis nituntur. *Flores* lutei, ex alarum ſinu prorumpunt, qui dum marceſcere incipiunt, adeò ſaturatum aureum colorem induunt, ut purpuraſcere videantur. *Folliculi* unde flores emergunt, pallent & lanugine pubeſcunt. Siliquæ planæ & hirſutæ ſubfuſcum & exiguum ſemen continent. *Provenit* in ſylva ad Lachn pagum Viennæ vicinũ, & in Interamni ultra Dravum Pannonia. *Floret* hic aliquando Aprili, Majo ſæpius, & interdum novos per totam æſtatem ex ramulis flores profert. II. *Cytiſus ſupinus foliis infernè & ſiliquis molli hirſutie pubeſcentibus*, Cluſ. *Cytiſi ſeptimi ſpecies altera*, Eyſtettenſi *Cytiſus ſeptimus*, virgas habet pedales, tenues, virides, ſupinas & humi fuſas, quas ambiunt ſimilia folia. *Flores* pares extremis virgis quini, ſeni, aut plures ſimul congeſti innaſcuntur, nulli verò per virgas ſparſi. *Siliquæ* & *ſemina* non differunt. Virgarum & foliorum pars inferior & ſiliquæ molli hirſutie pubeſcunt. Cluſius in ſolis Pannoniæ ſylvis menſe Majo *florentem* vidit.

Cluſ.l.c. P.97.

Cluſ.H.P. l.1.c.62. p.92. Lobel. Obſerv. p.503. 5. *Cytiſus hirſutus foliis minoribus ramulis tenellis villoſis*, Cluſio *Cytiſus primus*, Lobelio *Cytiſus Hiſpanicus primus*, Tabern. *Cytiſus Hiſpanicus* 1. *icon. alias ſeptimus*, arbuſculæ eſt aliquando magnitudine; *Stipes* durus, cujus *materia* flaveſcit, *cor* nigricat. *Cortex* candicat: *ramuli* toti villo obſeruntur. Folia terna uni pediculo inhærentia, Medicæ modo, dilutioris viriditatis, ſaporis viridium leguminum, amari tamen. In ſummis ramis *flores* Geniſtæ ſpicatim prodeuntes, nonnihil odorati. *Lobi* geniſtæ pares, oblongi, aſperi & hirſuti, in quibus ſemen nigricans, tumidiuſculum.

Lobel. Obſerv. p.505. Bauhin. H. P.l.11.c.3. p.374. 6. *Pſeudocytiſus flore Leucoii luteo*, Lobel. & Bauhino *Cytiſi facie Alyſſon fruticans quorundam*, Tabern. *Cytiſus adulterinus*. *Radix* eſt lignoſa durior. *Folia* Cytiſi habitiora, albida, hiſpida, ſetaceis pilis rigentia. *Flores* lutei leucoii minoris æſtate, è ſparſis numeroſis, anfractuoſis, Polemonii ſtriatis calyculis fundit. Semen in folliculis.

III. *Cytiſus glaber*, eſt quoque ſextuplex. 1. *Glabris foliis ſubrotundis, pediculis breviſſimis*. 2. *Viridis*. 3. *Nigricans*. 4. *Foliis incanis anguſtis quaſi complicatis*. 5. *Foliolis glabris ſiliquis Ornithopodii hirſutis*. 6. *Bellonii*.

Lobel. Obſerv. p.588. Tabern.l.c. Bauhin.H. P.l.11.c.3. p.373. 1. *Cytiſus glabris foliis ſubrotundis, pediculis breviſſimis*, Lobel. *Cytiſus alter minor*, Tabern. *Cytiſus quintus rotundifolius*, Eyſtett. *Trifolium arboreſcens*, Bauhino *Cytiſus glaber ſiliquâ latâ*. Virgulæ ad tertium & quartum cubitũ aſſurgunt, glabræ & ubi attenuari occipiunt anguloſæ. *Folia* in ramulorum principiis terna, concinna, rotunda, breviſſimis pediculis hærent; in extremis bina aut ſingularia fortuito poſitu latiora, & in acumẽ deſinentia, utrinq; lęto virore ſuperba. *Flores* in ramulorum ſummitate lutei, Geniſtellæ æmuli, ex pedicellis ſemuncia brevioribus inſident. *Siliquæ* ſemunciam latæ, compreſſæ, glabræ; quibus *ſemina* fuſca, ſubrotunda, compreſſa. Vidit in Italia, & Baſileæ in Plateri horto Bauhinus. Fortè eſt *Cytiſus primus* Anguillaræ, qui etiam in Provincia & Corſica provenit, & Erucæ odorem ibidem habet. Tabernomontanus malè ſiliquas hirſutas appinxit.

Tabern.l.c. Bauhin.H. P.l.11.c.3. p.373. 2. *Cytiſus glaber viridis*, Tabern. *ſecundus*, Gerhar. *Siliquoſus*, Guilandino *Trifolium fruticans*, quid ſit, vix ex Tabernomontano colligas, Gerhardus verò nobis ad manũ non eſt. Johannes Bauhinus videtur *Cytiſum glabrum ſiliquâ anguſtâ* nominare: Si hic eſt, *folia* illi erunt terna, ex rotundo ſublonga: flores ad virgularum anguloſarum latera,

ex

Cytisus foliis glabris subrotundis pediculis brevissimis.

Pseudo Cytisus flore Leucoi lutei.

Cytisus hirsutus foliis minoribus ramulis tenellis villosis

Cytisus glaber nigricans

Cytisus foliis incanis angustis quasi complicatis.

Anagyris non fœtens minor.

Cytisus Gesneri foliis fere spicatis.

Anagyris non fœtens major.

Anagyris fœtida prima



ex foliorum alis singulares, magni, calyce satis longo. Siliquæ de lateribus prorumpunt, culmo angustiores, glabræ, inter Cytisos omnes tenuissimæ, quæ pediculo brevissimo hærent, & siccæ nigrescunt. An non hic potius *siliquâ latâ* dici debeat, superior, angustâ, consideret Lector. Facilè in istis erratur.

Cord. H. P. c. 29. Gesner. Hortor. Germ. p. 256. Clus. l. c. Tabernom. l. c. Bauhin. H. P. l. 11. c. 3. p. 370.

3. *Cytisus glaber nigricans* est Cordo *Pseudocytisus* sive *niger*, Lugdun. *Cytisus Gesneri*, Gesnero *Cytisus minor*, Clus. *Cytisus quartus*, Eystettensi *Cytisus spicatus*, Tabernom. *Cytisus primus*, Bauhino *Cytisus Gesneri cui flores fere spicati.* Virgas habet cubitales, lentas, vimineas, in multas alas tenues concavas, brevi pilo circa ramulorum fastigia hirsutas. *Folia* terna, viridia, eminentiore dorso, amariuscula. Summæ virgæ in oblongam *florum* quatuor foliolis constantium spicam desinunt; qui lutei pisi formam æmulantur, & melleum quid spirant. *Siliquæ* succedunt longæ, planæ, quibus exiguum & flavescens *semen*. *Nascitur* in omnibus Viennensis agri sylvis, in Pannonia, Austria inferiore. In sylva Hercynia quâ Bohemiam attingit, sub finem Junii florere incipit, & Augusto plærumque cessat. Gesnerus eum quatuor cubitorum facit, odoratis & oblongis florum ceu spicis aut paniculis plusquam millenis, habuitque Tiguri florentem è colle propè Scaphusium. Est & circa Stutgardiam frequens.

Clus. l. c. Tabern. l. c.

4. *Cytisus foliis incanis angustis quasi complicatis* Clus. *Cytisus secundus* Lugd. *Cytisus secundus Hispanicus Lobelii*, Tabern. *Octavus*, duorum est cubitorum. *Virgæ* candidæ, omninò, tenues, ramosæ. *Folia* terna, incana, semper quasi complicata, dorso prominente, impensè amara. *Flores* extremis ramis insident, colore planè aureo. *Siliquæ* longiusculæ, asperæ, ex purpura nigricantes, mucrone deorsum inflexo. *Semen* majus est subnigrius quàm in Cytiso minoribus foliis, ramulis tenellis villosis. *Crescit* Salmanticensi agro, & aliis Castellæ locis, juxta vias publicas: floretque ibidem Junio, semen Julio & Augusto profert. Circa Monspelium foliis est viridibus, in Hispania incanis.

Anagyris & Laburnum

5. *Cytisus foliolis glabris siliquis Ornithopodii hirsutis*, virgis est rotundis, striatis, duris, tricubitalibus, in varios ramos nonnihil lanuginosos brachiatis; quos *folia* numerosa, terna uni pediculo inhærentia, in summis ramulis exigua, dilutè virentia ambiunt. *Flores* parvi, lutei, Genistæ similes. *Siliquæ* unciales, molli hirsutie tectæ, instar siliquarum Ornithopodii, minus tamen profundè sinuatæ, & plures simul junctæ, ternæ, quaternæ, quinæ uni pedicello inhærentes; quibus *semina* parva, plana nigricantia. *Frequens* est in Hispania ad agrorum limites.

Baub. Prodrom. l. 11. c. 1.

6. *Cytisus Bellonii*, in Thraciæ & Macedoniæ pratis provenit. Quid sit, non describit.

Bellon. obs. l. 1. c. 56. 60. 63.

Articulus II.

De Anagyri & Laburno.

Tab. XCIV.

I. De *Anagyride* seu *Anagyro* pauca apud *Veteres* occurrunt. Frutex est δενδρώδης, & βαρύοσμος. *Virgæ* & *folia* vitici seu agno casto assimilantur. *Flos* brassicæ, Plinio oleris. Ita illa apud Virgilium, Varronem, & ipsum Plinium κατ' ἐξωχὴν vocatur. *Semen* in corniculis (κερετίαις) non brevibus (μικροῖς Oribasius legit) simile renibus gignit, ποικίλον καὶ στέριον (vetus Codex στρογγύλον legit) quòd περὶ τὸν τῆς σταφυλῆς πεπασμὸν, seu per messes ut Plinius prodidit, durescit. *Vsus foliorum* & *seminis*. *Illa* περίαπτον δυστοκούσαις, sed à partu tollere oportet. Recentia trita œdemata reprimunt: sicca drachmæ pondere, in vino, secundas, menses & partus extrahunt. *Hoc* est λεπτομερέστερον & ἐμετικόν. Hinc proverbium, κίνεις τὸ ἀνάγυρον, de quo in Catalogo. Ad triginta sex grana contra δυσούρησιν nimis audacter, exhibuere quidam. Galenus *folia* virentia propter mi-

Dioscor. M. M. l. 3. c. 167. Plin. H. N. l. 27. c. 4. Virgil. in Moreto. Varro R. R. l. 1. c. 18. Plin. H. N. l. 29. c. 4.

Anagyris & Laburnũ. sturam humidi minus acria facit; resiccata, incidere.

II. Pauciora de *Laburno* habebis. Aquas odere, *inquit Plinius*, Cupressi, juglandes, Castaneæ, *Laburnum*. Alpina hæc arbor, nec vulgo nota; durâ & candidâ materie; cujus florem cubitalem longitudine apes non attingunt. (floris cubitalem longitudinem, legunt alii.)

Plin. H.N. l.16.c.18.

III. MODERNIS duplex est Anagyris 1. *Fætida*. 2. *Non fætens*.

I. Anagyris fætida, vel est *Prima*, vel *Altera, folio rotundo*.

1. *Anagyris fætida prima*, Dod. *Anagyris*, Gesn. *Anagyris propè Arelatum*, Clus. *Anagyris vera*. Tabern. *Anagyris prima*, frutex est hominis altitudine, in calidioribus præsertim regionibus; alibi duorum hominum magnitudinem æquat. *Ramulis* cortex ex viridi nigricans. *Folia* terna, supernè dilutè virescentia, aversa parte incana, fætore caput petentia. Ex foliorum alis *flores* πενταφύλλοι, oblongi, Cytisi florum modo, sed quorum supremum quodque reliqua integit brevius est, & minimè ut in illis reflexum, coloris intensius aurei, reliquis pallescentibus. *Siliquæ* digitalis longitudinis, pollicaris latitudinis, cartilagineæ, in quibus aliquando plura quàm quatuor *semina*, renis forma, exiguis phaseolis æqualia, quæ initio candicant, mox purpurascunt, tandem ex cæruleo nigricant. *Nascitur* circa Arelatem in colle D. Antonii; in Hispania, circa Hispalim, Valentiam, Mundam, Malaccam &c. Floret ibi Januario & Februario; semen æstate maturum.

Clus. H.P. l.1.c.63. Dodon. Pempt.6. l.2.c.27.

2. *Anagyris fætida altera rotundo folio*, est *Anagyris Cretica Honorii Belli*. Solo *folio* à superiore differt, & circa Idam montem in Creta provenit. Caseus ex lacte Caprarum quæ anagyrin depastæ sunt confectus, vehementes vomitus & fluxus ventris causatur.

Bellus Epist.2. ad Clus.

II. Anagyris non fætens est etiam duplex 1. *Major* vel *Alpina*, 2. *Minor*.

1. *Anagyris non fætens major* vel *Alpina*, Matthiol. *Anagyris prima & major*, Angv. *Egano fortè Ebeni 2. species Theophr.* Cordo *Arbor trifolia*. Camer. & Bauh. *Laburnum*, Eystett. *Anagyris latifolia*, arboris magnitudinem aliquando assequitur. *Rami* brachiati, quibus *cortex* virens, *materies* dura. *Folia* ex uno tuberculo terna, quaterna aut quina aliquando, infernè subhirsuta, ex virore pallido; supernè glabra, satisque saturo virore tincta, pediculo hirsuto insident. *Flores* describente Bauhino, ex eodem tuberculo, cum foliis, aut in ramulorum extremis, aut è lateribus, in longa, tereti, tenui, hirsutaque & incana ligula dependent, dodrantali, interdum breviore, flavi, Genistellæ floribus similes, ex foliis quaternis, supremo reliquis multò majore lata, sursum reflexo, nigrore intus nonnihil maculoso. Gesnerus Cubitales facit. *Siliquæ* pisorum hortensium siliquis similes, compressiores, fractu contumaces: in quibus *semen* renis effigie, ex lato subrotundum, & quâ siliquæ per petiolum hærent tantillum excavatum, quod primo viride, per maturitatem, varium, & tam durum, ut ne maceratione quidem vincatur. *Provenit* abundè in Alpibus Chamberii, & Lausannæ vicinis. Ex materie pali quibus agri sepiuntur, & arcus nigri, tergore albi. Flores non attingunt apes. In horto Lugdunensi habetur folio longiore, angustiore, solidiore & atro-virente, quod *Laburnum latifolium* nominatur.

Matthiol. in l.3. Dioscor.c.149. p.664.

Bauhin.H. P.l.11.c.1. p.361.

2. *Anagyris non fætens minor*, Trago *faba inversa*, Dodon. *Eghele*, Eystett. *Anagyris angustifolia*, Matth. *Altera*, Lugd. *Laburnum alterum*, Ananiensibus in agro Tridentino *Avornello* dicitur. Frutex est Anagyridi haud dissimilis, non rarò arborescens. *Folium* trifolii non fætens, nec ingrati saporis: *flores* lutei racematim palmi longitudine digesti. *Cornicula* genistæ æmula, in quibus *semen* oblongum, phaseoli modo, & subnigrum. *Nascitur* apud Ananienses, Bononiæ, in montibus circa Clarevall Burgundiæ, & alibi. In monte Salevæ & Thuyri circa Genevam flore-

Dodon. Pempt.6. l.2.c.27. Matthiol. l.c.

Acacia folijs scorpioidis leguminosæ Veslingij.

Acaciæ Ægiptiæ lobus.

Acacia Indica farnesiana.

Yztactlalamatl.

Acacia folijs scorpioidis leguminosa Alpinj.

Acacia trifolia.

Acacia Ægiptia Neapolitana Columna.



florebat in Julio: in montibus Apenninis, mense Aprili nondum aperti flores. In horto Montbelgardensi truncus ad crassitudinem cruris excrevit.

Vid. Tab. XCV.

Ex Exoticis placet huc duas referre. 1. *Tlalamatl*, & 2. *Ytztaccitlalamatl.*

Reccus R. M.N.H. l.3.c.38.

I. Tlalamatl, arbor est *foliis* salviæ pinguioribus & mollioribus: *floribus* spicatis parvis & coccineis; ex quibus progressu temporis acini prodeunt. *Nascitur* in frigidis, floretque Februario mense. Ajunt radicem tritam ulceribus mederi. Folia manipuli pondere decocta, vomitum cient.

Reccus l.c. p.452.

II. Ytztaccitlalamatl phaseolus est trifolius, venis foliorum rubris floribus carneis papilionaceis; siliquis fecuridacæ arboreseenti similibus.

Articulus III.

De Acacia.

Tab. XCV.

I. *Acacia* quæ & *Acantha*, duplex est Dioscoridi. *Ægyptiaca* nempe seu *Thebaica*, & *Cappadocica*. 1. *Ægyptiaca* est δενδρώδης καὶ θαμνώδης, id est retinet formam fruticis, sed arboris aliquando altitudinem acquirit, ut δενδρώδης τῷ ὑμαλῷ Dioscoridi dicitur. Cum myrrha instituta comparatio; lachrymæ succo non arbori convenit, & pro ὑμοίῳ ἄμοιον legi debet. Non valde eadem ὀρθοφυὴς. *Florem* promit candidum & aspectu pulchrum, στεφανωματικὸν & φαρμακώδη. *Fructus* lupini in modum siliquis inclusus. Fundit pressus ὀγχύλιτμα, immaturus ὠχρίζοντα & viridem, πίττῃ nigrum, qui in umbra siccatur. Fundit & gummi. Eadem cum ista *Acanthos Theophrasti*, altitudine aliquando duodenorum cubitorum, ut tectis idonea cædatur: materie dura, quæ cæsa colorem Loti repræsentat, & tertio statim anno renascitur. Tota, trunco excepto, aculeis horret, adeò ut & germina & folia iis rigescant, *florem* superius descripsimus, & coronis jucundis & medicamentis utilis. *Semen* in siliquis modo leguminum, quo coria perficiuntur, gallæ vice. Dum baccam Virgilius vocat, καρπὸν ῥόγγυλον Demetrius apud Athenæum, vel de alia spina intelligendi sunt, quod verisimile; vel de flore, qui ex observatione modernorum rotundus est, & platani pilulam mentitur. Fundit gummi, tum percussa, tum ἀντομάτως ἀπὸ ῥίζης. Circa Thebas hæc, ubi & quercus, & persica & oliva, trecentis à Nilo stadiis, sylvestri tractu, & suis fontibus riguo. *Duplex* Theophrasto; *Candida* nempe quæ imbecillis facileque putrescens; & *Nigra* quæ robustior, & incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis. II. *Cappadocica*, quæ Pontica & Galatica, quod Galatia confinis, Ægyptiam quidem refert, sed χαμαίζηλος & tenerior, (*deterior* legunt alii perperam; cum trunco præcedentis comparat) spinosior, *foliis* rutæ similibus. Autumno *semen* profert lenticulâ minus, in folliculis convexis, ternum quaternumve capacibus. Colligitur circa idem tempus, ante collectum (quia æstate fructus immaturus acerbus) nimio validius. Tota in succum expressa adstringit, facultate inferior, & ad ocularia medicamenta inepta.

Dioscor. M. M. l.1.c.133.

Strabo Geogr. l.12.

Theophr. H.P.l.4.c.3.

Plin. H.N. l.9.c.13. & l.24.c.12.

II. NOBIS est Acacia quadruplex 1. *Foliis scorpoidis leguminosa.* 2. *Trifolia.* 3. *Indica Farnesiana.* 4. *Americana Recti.*

1. *Acacia foliis scorpioidis leguminosa*, Bauh. *Acacia vera*, aliis *Acacia Ægyptiaca* & *Alexandrina*, Angvil. *Acanthus Theophrasti*, Bellonio Ἀκάκια *Officinarum Constantinopoli*, Lobel. *Spina Acacia Dioscoridis prima*, Rauwolf. *Acacia Schamuth, Schuck Halepi*, Ægyptiis *Sant.* Mori crescit magnitudine. *Cauder* pruni. *Rami*, spinis albis, ab invicem divaricatis, binis ut plurimum simul junctis armantur. *Cortex* ex nigro cinereaceus: *lignum* ex luteo pallescens. *Folia* oblonga, parva, minutissimè incisa, *pinnatim* multa ad costam unam cohærent, ut

Bauhin. H. P.l.12.c.8. p.426. Cametar. in Epitom. Bellon. Observ. l.2.c.56 Lobel. Advers. p.409. Alpin. de plantis Ægypt. c.4.

Acacia. Columna ad Recci R. M. N. H. p. 866.

trecenta quinquaginta pollice tegere possis. Committuntur ad solem occidentem inter se, ut absque lobis unicum esse censeas ad Orientem sensim repanda. *Flores* copiosi, parvi, flavi, pallidè subflavi, atque etiam albi rotundi, platani fructibus similes, qui molli veluti lanugine constant, & pulverem ex se remittunt. Alpinus mollem lanuginem, rotundum globulum efformantem dixit, jucundi odoris. *Siliquæ* lupini siliquis quodammodo similes, fuscæ, compressæ, angusto isthmo eoque fragili interceptæ. Unicuique loculo ad latera apertili *semen* ut Bauhinus habet unicum, spadiceum, circulo in unguem ducto notatum, oblongum, medulla durissima. Ipsas intrinsecus pellicula ruffescés succingit; inter quam & extremum corticem liquor concretus, valdè paucus. Veslingius latitudine pollicem transversum metiri, longitudine dispares esse scribit. Nam siliquarum ejusdem arboris alias digiti, alias manus quoque, spithamæve mensuram superasse vidit, non ternis tantum aut quaternis, sed octonis, etiam denis pluribusque seminibus inter arctatos lobulos invicem subornatis. *Nascitur* in Ægypto locis à mari remotis: copiosissimè in monte Sinai ponè rubrum mare. Cahiræ flores flavos vel pallidos; in montibus Arabiæ albos profert. Circa Halepum humilis est, in arvis inprimis, agricolisque exosa. Propè urbem Bir ad Euphratem major arbore & fructu quàm alibi: in Arabia cum rotundis fuscis siliquis, & circa Babylonem in arena. In Creta plantante Honorio Bello, pediculo uno flos unus exibat, & citò in terram decidebat, frutice ad sex cubitos elato, sed qui nullum semen produxit. Circa Sues ad mare rubrum sola in deserto sterili prodit, reliquis plantis solum dedignantibus. Crevit & Neapoli, tripedali longitudine, caudice rufescente, foliis pennatis quaternis in singulis petiolis. Bina primo crassa *lunata folia* ex semine prodiere, dein unicum pennatum octonis lobulis insertum, cauliculisque in quo spinulæ binæ. *Usus* gummatis nobilis & frequens, de quo libro ultimo agemus. *Folia* perticâ decussa, arietum apud Arabes pastus: *succo* ex immaturis siliquis & viridibus expresso, Cahirenses coriarii pelles denigrant. *Duplex* est si *Differentiam* quæras, *Mas* & *Famina*. 1. *Mas* spinis horridus, fructus non edit. 2. *Faminæ* pauciores & molliores, quas extra ramos edit. Fœcundissima est; Orientibus Plejadibus, Novembri scilicet florere incipit, & rursum ipsis Occidentibus Majo. Bifera in anno, bisque fructus maturat.

Vesling. ad Alpin. de plant. Exoticis c. 4.

Columna l. c.

II. *Acacia trifolia*, Matth. & Dodon. *Acacia altera*, Lobel. *Acacia altera Dioscoridis*, Cæsalp. *Aspalathus*, Bauh. *Aspalathus secunda trifolia*; frutex tri cubitalis, *foliis* rutæ aut Cytisi ternis. *Siliqua* genistellæ aut vulgaris glycyrrhizæ novaculam effigiat dorso obtusiore, & altero latere quasi acie, acutiore. Tria etiam aut quatuor genistellæ semina parva, rotunda, lata, dura, claudit: quæ nondum matura flavent, postea nigricant. Bauhinus *ramos* ipsi tribuit rigidos & lignosos: *Corticem* subcinericium striatum. *Spinas* duarum aut trium unciarum, bifidas, trifidas, & striatas: *lignum* albicans: *folia* exiguæ pubertatis, quæ æstate amittuntur, ut autumno redeant. *Provenit* in Jacyntho, Creta & in Palæstina circa Hierichuntem & Ramam. Visa Veronæ in horto Calceolarii, & Patavii apud Cartusum. Quidam eandem cum illa planta faciunt, quæ circa Neapolim & Puteolos veris initio florem luteum genistæ similem, & siliquas pilosas aurei coloris profert, *Spalatrone* dicta.

Lobel. Observ. p. 410. Bauhin. H. P. l. 11. c. 3. p. 375. Alpin. de plantis Exotic. l. 1. c. 6.

III. *Acacia Indica Farnesiana*, Romæ in horto Cardinalis Farnesii ex semina ex insula S. Dominici missa crevit. Magnitudo ei nucis Ponticæ. *Radix* una, recta, profunda, à qua radiculæ plures: autumno dum turget, brassicam contusam & putrescentem quodammodo redolet.

Aldin. Horti Farnesii c. 1.

Cau-

Acacia Americana Recci spinosa.

Acacia Americana non spinosa altera

Acacia Americana Recci non spinosa.

Acaciæ Indicæ Farnesianæ folia flores & siliquæ.

Frutex mesopotamicus folys acaciæ.

Arbor cornigera folys Acaciæ.

Caudex semipalmum crassus. *Rami* longi, alti, erecti, juncturis in rectum sibi non respondentibus, flexiles, & fractu contumaces. Novelli qui humum spectant ex viridi cinerascunt; qui solem, obscurè rubent, albisque punctis maculantur, omnes tandem cum diluto virore cinerei. *Folia* mense Majo prorumpunt, pennis quinis, senis vel septenis in singulis petiolis, quibus aculei. Panduntur sole Oriente, occumbente complicantur. *Flores* Quintili & Septembri mensibus funduntur. Pauci illi, ut singulatim exorti, postquàm pauca ex veteri ligno emerserunt folia, & brevis pediculi, sed qui fructum perficiant: Copiosi hi, ex novellis surculis, tres quatuor quinque & sex orti quasi simul, longo pediculo hærent, nullum *fructum* fortè propter frigus ferunt, & siccati arbori suæ ad ver usque appensi adhærent. Virides sunt initio dum parvi, & exiguum fragum æmulantur; lutescunt dein, post unum & alterum diem canescunt, parvæ in modum pilæ rotundi, tomentosi, & quasi ex pluribus flocculis consarcinati. Occurrunt in iis & parva ac oblonga vascula, nisi calyculos malis dicere, 95. 100. & 110, optimè simul in perfectam rotunditatem confarcta, quæ occlusa virent; aperta cum efflorescunt singula 40. vel 50. tenuissima, brevia, lutea capillamenta, quibus pro apice granum luteum, emittunt. Sapor cum amaritudine strictorius; odor violæ luteæ, & in siccis pertinax. *Siliquis* ex vasculis ortus. Denæ sæpè ex uno flore, nec centum oriri, quia tot calyculi, impossibile. Contortæ parvæ, rotundiores & veluti cornicula, virentque; sapor stringentissimus: maturæ, lentium lobos exprimunt, sex uncias longæ, digiti minoris crassitie, tuberculosæ, & nigerrimæ. Crassas & ventriosas Columna dixit. *Semina* in siliquis sine ordine, viridia dum immatura, & piseoli magnitudine, sed longiuscula; dura & nigra dum matura. Allium vehementer redolent, ejusdemque fætore halitum mansa inficiunt. Substantia intus candida & levis. Missa est sub nomine *Sarzæ*. Acacia.

Columna ad Recc. R. M.N.H. p.867.

IV. *Acacia Americana Recci* est duplex 1. *Spinosa*. 2. *Non spinosa*.

1. *Acacia Americana Recci spinosa* incolis *Mizquitl* dicitur. Incondita est & spinosa, *foliis* exilibus, alliorum in modum pennas avium imitantibus, ordine, utraque ramorum parte dispositis; *flore* betulæ nostratis proximo; *siliquis longis*, hinc & inde pendentibus, edulibus, dulcis & grati saporis, in quibus semen. Dat & *gummi*, & *Cassiam*. Ideò Ximenes veram veterum Cassiam esse credit. *Frequentissima* est Novæ Hispaniæ, & suâ sponte quibusvis in locis, sed maximè montosis, temperatis, & frigidis provenit. Ex *siliquis* placentulas Chichimecæ formant, quibus panis loco vescuntur. E tenerrimis *turionibus* effluit liquor vel exprimitur, morborum ocularium præsens remedium. Decoctum *Cicerum* nimium mensium fluxum compescit: qui si primiparę, tineæ & lichenibus medentur. Recceus R. M.N.H. l.3.c.24. Laet Ind. Occid. l.5. c.3. Nieremb. H.N l.14. c.63.

2. *Acacia Americana Recci non spinosa* incolis *Mitzquitl Tzintzequam*, ut & *Tlacotic*, radice est fibrosa. *Caulis* & rami rubent ex luteo. *Folia* millefolii subtiliora quam in superiore. *Flores* tres in summo rubri, qui in altera icone designantur: in qua angustioribus foliis, densisque magis radicibus planta exprimitur. *Provenit* apud Michuacanenses funditq; *gummi* vocatum Arabicum. Recceus R. M.N.H. l.3.c.25. & p.417. Laet Ind. Occid. l.5. c.25.

EXOTICA.

Præter jam dictas possunt huc ex Exoticis Indicis & aliis referri. TAB. XCVI.

1. *Frutex Mesopotamicus Acaciæ foliis.*
2. *Frutex Palæstinus Bellonii.* 3. *Arbor cornigera foliis Acaciæ.* 4. *Ibira-pytanga Brasiliensium.* 5. *Tehoaxin Terentii*, quibus adde 6. & *Vty Brasiliensium.*

1. *Frutex Mesopotamicus Acaciæ foliis*, Petro de la Valle Equiti qui ex Oriente redux attulit, debetur. Magnitudinem humanam non excedit. *Ramuli* lignosi, ulmeo cortice vesti- Columna ad Recc. R. M.N.H. p.867.

Acacia. veſtiti, qui *ſpinas* non ſimul binas in exortu foliorum, ſed diſtinctas habent, unicamque in illorum exortu. *Folia* pennata, ſenis pennarum Ordinibus utrinque diſſecta, ac lobulis fere viginti utrinque admodum exiguis, ut vix pictura rectè exprimi potuerint, inciſa. *Flos* ignoratur, quia ſiccus erat ramulus. *Lobi* craſſi, contorti, obeſi, medullâ pallente fungoſa turgidi; in quibus *ſemina* pauca pyri effigie, ſed majora, minora parum Acaciæ Ægyptiæ, compreſſa, levia, nitida, & colore ſpadiceo, obliquè diſponuntur. *Creſcit* in Meſopotamia juxta flumen Tigridem, & juxta Euphratem in deſerta Arabia. *Siliquæ* in ſanguine cohibendo uſus apud incolas, qui *Charnub* vocant.

Bellon. Obſerv. l. 2. c. 80

II. Frutex Palæſtinus Bellonii, myrrhæ arbor ab eodem creditus. *Spinoſus* eſt, *caudice* contorto, denſo, horrentibusque ſpinis obſito. *Folia* Acaciæ ſimilia ſed paulò majora. Quid ſi cum priore idem, vel illi congener?

Reccus R. M.N.H. l. 3. c. 55.

III. Arbor cornigera foliis Acaciæ, incolis *Hoitzmamaxalli*, eſt foliis Acaciæ ſeu Mitzquitl, *flore* luteo, ſiliquis edulibus. In ſtipite ac ramis cornua taurinis ſimilia, colore caſtaneo prodeunt. In corniculis generantur *formicæ* fulvæ nigricantes & tenues, quæ ova ferunt, & morſu dolorem, qui per diem durat. *Naſcitur* in calidis Huaxtecæ, & propinquis mari ſeptentrionali locis, ſeu editis ſeu campeſtribus. *Uſus foliorum* in extrahendis ex parte ſcarificata venenis. Faciunt id tuſa ſex horarum ſpacio, coloremque nigrum contrahunt. *Succus* dentibus applicatus dolorem placat. *Ova formicarum*, quæ vermiculos referunt, in pulverem redacta, & auribus injecta, contra idem ſymptoma adhibentur.

Marcgr. H. P. Brafil. l. 5. c. 5.

IV. Ibirapitanga Braſilienſium, Luſitanis *Pao do Braſil*, arbor ſatis alta, *Cortice* fuſco, brevibus ſpinis armato. *Rami* alternatim oppoſiti. *Folia* buxi ſimilia, ſplendentia, dilutò virentia, abſque petiolis. *Flores* in ramulis quaſi in unum congeſti, πυτα-φύλλοι, quorum quatuor cavi, quintum repandum, odoris Lilii convallii, ſi non fragrantioris; quos Decembri protrudit. *Siliquæ* oblongæ, compreſſæ, aculeatæ, obſcurè fuſcæ, quæ nihil in ſe continent. Circa Alagoa & alibi frequens.

Reccus R. M.N.H. p. 409.

V. Tehoaxin Terentii, arbor eſt leguminoſa; *folia* Acaciæ ſimilia; *ſiliquæ* piſo, quarum longitudo duodecem, latitudo durum digitorum.

Marcgr. H. P. Brafil. l. 5. c. 13.

VI. Vty Braſilienſium, arbor ſaturatè virens & ſpinoſa, ſorbo aucupariæ figurâ ſimilis, & ferè rotunda. *Lignum* album ac lentum. *Cortex* ex gryſeo ſubfuſcus. *Folia* minima, in extremitate quaſi bicornia, nullius manifeſti ſaporis. *Floſculi* propè ramulos in uvam congeſti, albi, longis ſtaminulis, ita ut piloſi ſeu ſpinoſi videantur.

Articulus IV.

De Geniſta-ſpartio.

TAB. XCVII.

DE *Geniſta-ſpartio* nihil habeo ex *Veteribus* quod dicam. Apud RECENTIORES eſt duplex 1. *Foliatum*. 2. *Aphyllon*, utrumque ſpinoſum.

I. *Geniſta ſpartium ſpinoſum folioſum* in triplici eſt differentia 1. *Majus*. 2. *Minus*. 3. *Foliis polygoni*. 4. *Foliis lenticulæ*, *floribus ex cæruleo purpuraſcentibus*.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 73. Bauh. H. P. l. 11. p. 402. Lobel. Obſerv. p. 534.

1. *Geniſta-ſpartum ſpinoſum majus* vel eſt *flore luteo*, vel *flore pallido*, vel *hirſutum*. 1. *Geniſta ſpartium ſpinoſum majus flore luteo*, Cluſio *Aſpalathus alter primus*; Angvil. *Acacia altera*; Lobel. *Aſpalathus ſecunda Monſpelienſium*, Tabern. *Scorpius primus*. Frutex eſt bicubitalis aut circiter, multis deorſum inflexis, longis, & virentibus *ſpinis* horrens. *Ramis* tubercula lignoſa adnaſcuntur, è quibus animalcula crocei coloris emergunt. *Folia* puſilla, lentis magnitudine, ſubrotunda, viridia, & nonnihil piloſa, autumno prodeunt. *Flores* in rigidioribus ſpinis, terni, quaterni, aut

Genista spartium spinosum majus flore luteo.

Teboaxin Terenti.

Ibira pitanga Brasiliensium.

Genista spartium folijs lenticulæ floribus ex cæruleo purpura scentibus

Genistæ spartium folijs poligane.

Genista spartium spinosum minus.

Genista spinosa major aculeis longioribus.

Genistellæ spinosæ affinis Nepa quibusdam.

Genista spinosa major aculeis brevioribus.

aut plures, geniſtæ ſimiles, lutei, odore meliloti Officinarum, ſapore nullo. *Siliquæ* parvæ, longæ, tres vel quatuor, læves, compreſſæ, in quibus *ſemen*. Obſervatum foliis caruiſſe florentem. *Angvillara* folia ſpicatim ſibi invicem per ramulorum aſcenſum impoſita facit. *Creſcit* in Narbonenſi Gallia, in Cantabris ſuperato Pyrenæo ſaltu & alibi. Caſpar Bauhinus inter Sommiere & Monſpelium Majo florentem vidit. *Viſa* & Bernæ in Benedicti Aretii horto. *Floribus* quidam ad icterum vitidem utuntur, & toto
Cluſ.l.c. cremio furnos calefaciunt. 2. *Geniſta ſpartium ſpinoſum majus flore pallido*, eſt Cluſii *Aſpalathus alter ſecundus*, jam dicto ſimile, ſed firmius, robuſtius, aliquando altius, & cui *flos* perpetuò pallidus. *Provenit* in Caſtella vetere. 3. *Geniſta ſpartium majus hirſutum*,
Cluſ.l.c. Cantabris *Hallada* vocatur. Minus præcedentibus plærumque, & pedali altitudine, tenerius etiam. *Ramuli* in multo plures ſpinas dividuntur, iſtæ denuò in alias, ut ſingulæ totidem folia Abrotani videãtur. Ex ramulorum lateribus prodeunt vere alii incani & hirſuti, quibus adnata *folia* mollia, & incana lentis, ſed majora quàm in primo genere. *Flores* in ſummis ramuſculis ſeni aut octoni, geniſtæ aut piſi formâ majores quàm in primo, colore luteo. *Provenit* in Cantabris ad radices Pyrenæorum qua Hiſpaniam ſpectant, tertio à Victoria milliari.

Cluſ.H.P. l.1.c.74. Bauh. H.P. l.11.p.405. Lobel. Obſerv.p.535. 2. *Geniſta ſpartium ſpinoſum minus*, eſt *Scorpius ſecundus* Cluſii, *Geniſta ſpartium ſpinoſum alterum* Lobel. *Aſpalathus alter Hiſpanicus* Lugdunenſi, *Scorpius tertius* Tabern. *Spina Chriſti* Cæſalpino, *Aſpalatho Monſpeliano affinis* Bauhino. Pedem proceritate vix æquat, & ſpinis horret denſiſſimis. Quæ virent, ſeriem quandam ſervant, & ſemper contrario inter ſe exortu naſcuntur. Summis ramulis bini vel terni *flores* lutei, menſe Martio inſident. *Siliquæ* vel potius *ſemina*, incana, lanugine hirta latitant ſub ſpinis. Viſum à Cluſio in collibus Granatæ viciniis itinere Cordubenſi duntaxat, nec usquam alibi. Geniſta ſpartiũ.

3. *Geniſta ſpartium foliis polygoni*, ſeu *Alhagi Maurorum Rhauvvolfii*, Bauhino *Agul & Alhagi Arabibus*, *planta ſpinoſa mannam reſipiens*, frutex eſt cubitalis. *Radix* purpurea. Virgæ denſiſſimo ſpinarum acutiſſimarũ, gracilium, flexiliumque ſtipatu refertę. Surculi propè infiniti, teretes, & à trunco eleganti ordine hinc inde ſparſi, majori parte Cuſcutâ obſeruntur. *Folia* ad ſpinarum exortum oblonga, Polygoni figurâ, cinerea. *Flores* ex ſpinis plurimi, rubelli: quibus decidentibus ſuccedunt *ſiliquæ* rubentes, ſemine concolori farctæ. *Provenit* in Perſia, circa Halepum, & urbem Meſopotamiæ Kacka. Incolæ novum quoddam Mannæ genus ex eo legunt, cujus grana Coriandro noſtro majora paulo. Folia calidæ & ſiccæ naturæ ſunt. Manipulus in aqua decoctus purgat. Rauvvolf. in itiner. Bauh. H.P. l.11.p.405.

II. *Geniſta ſpartium aphyllon* eſt duplex 1. *Floribus ex cæruleo purpuraſcentibus*. 2. *Floribus luteis aculeis tribus ſemper junctis*.

1. Geniſta ſpartium ſpinoſum aphyllon, floribus ex cæruleo purpuraſcẽtibus, Cluſio *Erinacea*, Lobel. *Spartum aphyllon fruticoſum, junceis aculeis lanatis capitulis*, Cæſalp. *Geniſtæ rotundæ alterum genus*. Taber. *Scorpius quartus*, & *Spartium aculeatum aphyllon*, Bauh. *Geniſta erinacea*, planta eſt dodrantalis, & in orbem per ſolum diffuſa. *Radix* lignoſa & magna. *Spinæ* multæ, virides. *Folioła* rarò proferti, & ſi quando perpauca lenticulæ ſimilia, illis decidentibus multiplici ſpinarum vallo Erinaceum in ſe convolutum repræſentat. *Flores* geniſtæ bini aut terni, ex cæruleo purpuraſcentes, qui calyculis hiſpidis, villoſis, & omninò incanis includuntur, & menſe Aprili prodeunt. *Naſcitur* regno Valentino, circa Siete agues oppidulum locis aſperis frequens. Incolæ *Erizzo* vocant. Cluſ.H.P. l.1.c.75. Lobel Adverſ.p.409. Bauh. H.P. l.11.p.405.

II. Geniſta ſpartium ſpinoſum aphyllon, floribus luteis tribus aculeis ſemper junctis, Bellon. *Achenopoda Cretenſium*, Bello *Echinopoda Cretica*, *Chenopoda Plinii*, *Echinopoda* Plutarchi Bellon.obſerv.l.1.c.18 Bellus ad Cluſ.epiſt. 2. Plin.H.N. l.11.c.8.

Scorpius. Plutarch. Sympos. l. 1. quæst. 4. Athen. Dipnos. l. 3. Alpin. Exotic. l. 1. c. 8.

& Athenæi, vulgatissimũ est in Creta, & Erinaceum Clusii, superius descriptam æmulatur. Tota planta viridis & in orbem diffusa cernitur, aculeis horrens. *Folia* nulla: *flores* parvuli lutei, ut Bellus habet. *Alpino* est frutex cubitalis, cui multi ab una radice *surculi* duri, lignosi, & flavescentes, albicantes si exaruere. *Spinæ* plures, sursum ferè ex toto actæ, acutorum triangulorum speciem præbent. *Floribus* qui pauci, thecæ parvulæ, triangulares succedunt quibus semina. *Nascitur* in Creta. *Lignum* aliquantulum amarescit, non absque grato odore. Non patitur frigora. Non attingi ab apibus Plinius prodidit.

Articulus V.

De Scorpio seu Genista spinosa.

Tab. XCIIX.

Theophr. H.P. l. 6. c. 1. & 3. Plin. H.N. l. 21. c. 15 & l. 22. c. 15.

I. DE *Scorpio*, hoc duntaxat ex Antiquis occurrit, totam spinis constare. *Radix* est simplex, brevis, & recta. Melius εὐθύρριζον leges quam βαθύρριζον. Non potest profunda radix esse quæ brevis. *Folium* nullum præter spinam. Non germinat ante æstatem, prorogatque suam βλάστησιν ad autumnum. *Florem* post æquinoctium autumnale, seu μετὰ ἰσημερίαν φθινοπωρίνην, profert, ἐν τῷ σαρκωδεῖ, τῷ ἐποιδοῦντι ὑπὸ τῷ ἄκρῳ in carne extuberante in extremo aculei, (malè, seu ἐξοιδοῦντι τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον; seu τῷ εἰσποδοῦντι) initio candidum, postea ἐπιπορφυρίζοντα, seu leviter ad purpuram accedentem. Hermolaus cum asparago confundit.

II. RECENTIORIBUS duplex est 1. *Major*. 2. *Minor*.

I. Genista spinosa major est etiam duplex 1. Brevibus aculeis. 2. Longioribus aculeis.

Bauh. H.P. l. 11. p. 400. Camer. in Horto. Lobel. Advers. p. 354.

1. *Genista spinosa major brevibus aculeis*, Lobel. Bauh. Tabern. *Nepa Theophrasti*. *Radices* habet ligneas, multiplices, implexas tenues: à quibus mox exorsæ *spinulæ* rigidulæ, densæ, Corrudæ simillimæ, aliquantò majores, virgulta universa summotenus vestiunt, sicque tota planta densis horret aculeis pro foliis: & faciem Corrudæ præfert gustu amaricante. Visa à Lobelio in Provinciæ locis montosis ubertim fruticans, præsertim propè montium radices, qui Magdalenæ fano & specui finitimi. Sed & saxeis & aridis, Sterellæi montis declivibus; nec non prope amnem argenteum. Frutex quem sub *Nepæ nomine quorundam*, seu *Genistellæ spinosæ affini* tradit Bauhinus, senticosus est, & pro folio spinam gerit. Pungens hæc mucrone creberrima, longitudine inæquali, Juniperinis foliis angustior, & nova spinarum minorum sobole fęcunda, viridans, striata, sæpe glabra, aliquando pilo brevi obsita, quo & rami sesquicubitales, striati, nonnunquam hirsuti obducuntur. Facit & Ruellius fruticis in montosis & asperis nascentis mentionem, quo sepes tam vivas quam structiles rustici stipant: sed cum illi florem luteum adscribat, frustra Scorpium Theophrasti credideris.

Clus. H.P. l. 1. c. 74.

2. *Genista spinosa major longioribus aculeis*, Dodon. *Genista spinosa*, Clus. *Scorpius primus*, Tabern. *Scorpius secundus*, cubitali altitudine assurgit. Virgæ multæ, ex atro virentes, striatę, densissimo *spinarum* vallo obsitæ, quæ dein mineribus circumsepiuntur. *Folia* nulla nisi primo vere apparent, brevi decidua. *Flores* genistæ minores, pallidi, aliquando adeò rufescentes, ut rubere videantur, sub autumnum præsertim. Funduntur Majo & Junio, quandoque æstate totâ, circa Autumnum iterum floribus vestita conspicitur. *Siliquæ* Cylindraceæ, magna ex parte inanes, aliquando semine pallido & subfusco turgidæ. *Nascitur* variis Germaniæ, Belgii, Galliæ, Angliæ, & Hispaniæ locis. Circa Burdegalam & apud Cantabros frequentissima & tanta magnitudine assurgit, ut altitudine duos viros, crassitudine brachium humanum æquet. Sed & aculeorum multitudine & paucitate pro locorum varietate

Genista spinosa minor aspala
Hoider Baubinj.

Genista non spinosa angulosa
seu parva cum raspo.

Genista non spinosa tinctoria
foliis latioribus Italica.

Genistella aculeata foliosa
Baubini.

Genista vel spartium purgans.

Genista non spinosa tinctoria
foliis angustioribus Hispaniæ.

Genistella spinosa minor
Germanica.

Genista spinosa minor montes
Ventosi.

Genista non spinosa angulosa
trifolia Baubini.

tate variat. Parum abest quin *Scorpium Theophrasti* dixerim. Ἄφυλλον quidem scribit; sed potuit adultam
Plin. H.N. l.33.c.4. describisse. Quibusdam est *Ulex Plinii*, sed nullas notas unde colligas addidit. Rorismarini similem dicit, asperum, & qui aurum retineat. Nec ab hac multum abire puto *Nepam* quam *Bauhinus* Bononiæ vidit, spinis longioribus, minus rotundis & firmis, angulosis, quæ in alias subdividebantur. In summitate ramulorum mense Aprili apparebant florum pediculi, & veluti calyces hirsuti. Quia verò icon Bauhini ab istis diversa, placuit & eam apponere.
Bauh. H.P. l.11.p.400. Facta est ex ramulis tribus ex Anglia missis; in quorum *uno folia* in summitate latiuscula, hirsuta, in aculeum desinentia; in *altero* flores lutei ex brevi pediculo simul inter spinas; in *tertio* inter spinas *siliquæ* latiusculæ erant, compressæ, breves, nigræ, hirsutæ, calycibus foliosis æquè ferè longis obtectæ, in quibus *semina* bina.

II. *Genista spinosa minor*, est quadruplex. 1. *Germanica*. 2. *Hispanica villosissimma*. 3. *Anglica* seu *Aspalathoides*. 4. *Montis ventosi*, cui 5. adde *Genistam* seu *Spartum purgans Bauhini*.

Gesner. in Hortis Germ. p. 260. Dodon Pempt. 6. l.1.c.21. Bauh. H.P. l.11.p.399. 1. *Genista spinosa minor Germanica*, Dodon. *Genistella*, Gesn. *Genistella spinosa*, Lobel. *aculeata*, Cæsalp. *Coroneolæ similis suffrutex*, Clusio *Genistæ species spinis & aculeis horrens*, Bauhino *Genistella aculeata foliosa*, *virgulas* quasdam admodum tenues promit, initio minutulis *foliis*, ac exiguis innocentibus *spinulis* circumvallatas: postea verò cum annuæ fuerint, defluentibus foliolis solis durioribus spinulis communitas. *Flosculi* pallidè lutei. *Siliquæ* parvulæ in quibus semina exigua rotunda, & subrubentia. *Radix* lignosa & lenta. Occurrit pluribus per Brabantiam locis nonnihil humentibus, incultis
Lobel Advers. p.409. etiam & neglectis. Carere eâ adhuc videtur Italia & Narbona, si Lobelio fides. Per Pannoniam vulgatissima. Circa Francofurtum & aliis Germaniæ locis frequens. Paulò ab ista descriptione *Bauhini Genistella aculeata foliosa* abit. Folia in ea hirsuta alterno positu nascuntur, spinæ longæ, creberrimæ, majoresque minorum sobolem infesto mucrone pungentium è lateribus pariunt. *Flores* lutei spicati &c. At *Cæsalpini Coroneolæ similis suffrutex*, *ramulis* est obsequiosis & lanuginosis, qui anno secundo *aculeis* rectis armantur, quibus alii à latere insunt; *foliis* Polygoni; *floribus* genistæ minutis; *siliquis* brevibus & latis lentis modo, in quibus pauca semina. Toti plantæ saporem austerum & glutinosum cum modica amaritudine, addit; incultisque & humectis locis nasci. Scorpius.

2. *Genista spinosa minor Hispanica villosissima*, in Prodromo *Genistella Monspeliaca spinosa Bauhino* dicitur. Viticulis est palmaribus, in terram reflexis, quorum pars inferior in brevissimos ramulos, ex parvis spinulis constantes dividitur, à medio verò sursum villosi sunt, quandoque in ramulos brachiati, oblongis viridibus foliis, minoribus sæpè additi, vestiti, spinisque carentes: summitatibus flores pallidè lutei, forma Genistæ spinosæ vulgaris similes, insident. Monspessuli quidam *Corrudam luteam* vocabant. *Similem*, sed per omnia majorem, caulibus pedalibus, foliis rarioribus, spinis longioribus, minusque pungentibus, floribus majoribus, & aureis, quasi in spica dispositis, ex Hispania habebat Bauhinus. Tanta in hac specie varietas. Bauh. Prodromi Thesauri l.11. c.3.

3. *Genista spinosa minor Anglica*, seu *Aspalathoides*, Johanni Bauhino est *Genistella minor Aspalathoides*, pedalem superat altitudinem. *Stipes* rotundus, lignosus, *cortex* rufus, hinc inde spinis rarioribus armatus, & in ramos qui in minores subdividuntur, brachiatus. *Foliola* circum ramos rara, parva, quædam subrotunda, oblonga quædam, spinis interjectis. *Flores* lutei superioris duplo minores, hinc inde componuntur. Missa ex Anglia. Sed & in asperis circa Aureliam Gallorum visa, ramis latè sese spargentibus. *Iohanni Bauhino* est frutex vix cubitalis, *cortice* quasi cinereo. *Virgis* spinę breCasp. Bauh. Prodromi l.11.c.3. Johan. Bauhio. H.P. l.11.p 401.

Geniſta non ſpinoſa.

viores alternatim diſpoſitæ. *Foliola* juxta ſpinas ferè rotunda, lenti paluſtri penè æqualia. *Flores* inter ſpinas per totos ramos copioſi, aurei.

Bauh. H.P. l.11.p.400.

4. *Geniſta ſpinoſa minor montis ventoſi*, frutex eſt palmaris, cui priores rami plures duas uncias longi, ſpinis juniperinis ornati; alii longiores quatuor unciarum circiter, *folia* hirſuta, longiuſcula & latiuſcula, *flores* aurei.

Bauh. H.P. l.11.p.404.

5. *Geniſta* ſeu *Spartum purgans Bauhini*, in duobus ramulis ab eo exhibetur. 1. *Prior* ſesquicubitalis erat, rigidus, cortice craſſo amaricante, ligno albicante intus, in numeroſam virgarum ſobolem divaricatur, in quarum extremis aculei, ipſe uvæ marinæ quodammodo adſimilis. *Foliola* in ramorum extremorum geniculis, cinericia lanugine obſeruntur. *Flores* ex longiuſculis pedicellis lutei. Ex monte Pilati erat. 2. *Poſterior* ſenticoſior eſt & ſtrigoſior, innumeris nodulis toroſus, incurvo ligno, vix pedalis. *Ramuli* in ſpinas deſinunt. *Foliis* & *floribus* orbatus in extremis quibusdam capitula hirſuta, incurva & nutantia gerit, quod monſtroſum quaſi eſt.

Articulus VI.

De Geniſta non ſpinoſa.

Tab. XCIX.

GEniſtam ſpinoſam, *Geniſta non ſpinoſa* excipit, quæ quintuplex. 1. *Anguloſa*. 2. *Tinctoria*. 3. *Ramoſa foliis hyperici*. 4. *Argentea* & 5. *Arabica*.

1. *Geniſta non ſpinoſa anguloſa* eſt duplex 1. *Scoparia*. 2. *Trifolia Bauhini*.

Lobel. Obſerv. p.531. Adverſ. p. 403. Bauh. H.P. l.11.p.390. Cluſ. H.P. l.1.c.71.

1. *Geniſta non ſpinoſa anguloſa & ſcoparia*, Cluſ. *vulgaris*, Lobel. & Eyſtett. *Geniſta ſcoparia vulgi*, & *Spartium*, Cæſalp. *Geniſta quadrato junco*, dicitur. Attingit ſæpè hominis altitudinem. *Radix* lignoſa, dura, fibras in obliquum emittens. *Caudices* tenues lignoſi, à quibus *virgulæ* anguloſæ, virentes, flecti faciles. *Folia* exigua, obſcurè virentia: *floſculi* elegantes communiter lutei, rarò albi. *Siliquæ* plenæ, per maturitatem nigricantes: in quibus ſemina plana, ſubruffa, dura, lentibus minora. Sæpè radici Orobanche adnaſcitur ex ipſius fibris profecta; quidam *rapum geniſtæ* vocant, alii *hypoſpartium*. Tuberoſum hoc turbinatum, ſubnigricantibus ſquammis, pulpâ ſubluteâ. *Caulis* inde dodrantalis, cui *flores* circa faſtigium ſubcandidi, Lamii ferè æmuli, ſeu galeati; *ſiliquæ* oblongæ, craſſæ, teretes; in quibus *ſemina* minutiſſima & ſupervacanea. *Provenit* locis ſiccis, glareoſis, ſecus vias, aliquando in ſylvis. *Rapum* menſe Junio & Julio invenitur in Flandria, Gallia, Anglia, Auſtriæ & Pannoniæ ſylvis. Sabaudiæ & Pedemontii colles copioſum fundunt. Cæſalpinus hujus generis exiguum in Alpibus, ceſpite lato, palmaribus juncis mollibus, ſine foliis creſcere ſcribit: Dodonæus illi ſubeſſe quæ ad perfectionem non venit, & vel nullos vel paucos flores profert. Vehementer à quibusdam commendatur ad calculum & movendas urinas, ſi in vino decoctum, vel recens in ſuccum qui ad ſolem indurari debet; ſemiſiccum in oleum redactum propinetur. Succus recens vulnera mundat & glutinat: pulvis cum calido vino exhibitus, inſigne contra colicam remedium.

2. *Geniſta non ſpinoſa anguloſa trifolia Bauhini* frutex eſt ſarmentoſus duos aut tres cubitos altus. *Radix* multifida, lenta, lutea. *Rami* denſi, anguloſi, vireſcentes, flexiles. *Folia* trifolii crebra, hirſuta, acuminata. *Flores* crocei, *galericulati*, ſtaminibus recurvis, cum apicibus croceis. *Siliquæ* nigræ, compreſſæ, latæ, hirſutæ, in quibus *ſemen* Coluteæ veſicariæ, fuſcum compreſſum. Tota ſtirps graviter olet, & amareſcit. *Naſcitur* in arenoſis juxta vias, in ſylvis, agris, campis, & montanis arbuſtis, quæ ſtatis temporibus cædi ſolent: in Germania, Gallia, Anglia, Italia &c. In Pannonia, Bohemia, Auſtria, Moravia, nulla ſpontè naſcentis veſtigia obſervavit Cluſius. In Hetruria, Majo & Junio; inter Beſſordiam & Mas-

Bauh. H.P. l.11.p.388.

Tab: XCIX.

Genista non spinosa tinctoria Germanica.

Genista sagittalis.

Genista folijs Genistæ vulgaris.

Flor tinctorius Bauhini.

Genista spartium primum.

Genista spartium secundum.

Spartium arborescens seminibus lenti similibus.

Genista caule foliato.

Genista folio articulato.

& Masmunster Septembri floret. Inter Monspelium & Lugdunum visa à Bauhino mense Julio cum siliquis & foliis ex uno pediculo ternis, pilosis. Quantum ad *vires & usum*, calefacit & siccat in altero ordine, abstergens, & partium tenuium. Ex *virgultis* aridis & combustis factum lixivium, cum albo & tenui vino, potenter aquosos humores per vesicam pellit, acrimoniâ visceribus aliquando damnosum. Eadem in vino vel aqua decoctorum contra Cachexiam, hydropem, & viscerum obstructionem virtus. *Florum* usus in *acetariis*, si gemmantes adhuc decerpti sale & aceto condiantur, quod Germanis, Gallis, & Belgis solemne; nec ullus à nausea vel vomitu metus: contra calculum, si aqua ex iis destilletur. *Seminis* in purgandis *hydropicis*, podagricis, si drachmæ unius pondere in substantia, vel aucto pondere ut artis est, duarum unciarum decocto, exhibeatur. Non minus potenter quam helleborus supra & infra pellit.

II. *Genista non spinosa tinctoria* est triplex. 1. *Hispanica foliis angustioribus incanis.* 2. *Italica seu Lucensis foliis latioribus.* 3. *Germanica.*

Clus. H.P. l.1.c.69. Lobel Adverss. p.407. Bauh. H.P. l.11.p.392.

1. *Genista non spinosa tinctoria, Hispanica foliis angustioribus incanis*, Clus. *tinctoria Hispanica*, Lobel. *Genistella infectoria*, Lugd. *Oricella Theveti*, Bauhino *Genistella tinctoria Hispanica.* Frutex est bicubitalis. *Caudex* rectus, enodis nudus, cui *cortex* candicans. *Rami* multiplices, tenelli, fragiles, & breves. *Folia* lini aut thymelææ, supernè virentia, infernè incana, & argentei splendoris; gustus subamari. *Flores* summis ramulis spicatim congesti, genistæ tinctoriæ Germanicæ similes, lutei. Quo tempore floret, crescit sub ea *Hæmodori* quoddam genus elegans, pedalis altitudinis, brachialis crassitiei, multis floribus à medio scapo ad summum usque exornatum, magnis, oblongis, luteis, extremâ parte hiantibus, & in quinque partes divisis. Totum pingui & oleosa materiâ turget. *Visa* in regno Murciano secundum vias, mense Martio florens. Hæmodoro si vaccæ vescantur, creduntur taurum expetere. Unde incolis *Terva tora*. Theveti *Oricella* in insulis Canariis nascitur. Ferrea inprimis, locis lapidosis & montosis. Tincturam ad coria suppeditat. Genista non spinosa.

2. *Genista non spinosa tinctoria Italica seu Lucensis foliis latioribus surculo* est lignoso, striato, nodulis ab ima parte contorto. *Folia* latiora, molliora, & breviora quam præteritæ. Viridia eadem, adversa parte subcinericia, per ambitum leviter hirsuta; & alternatim ponuntur. Nervus insignis per medium excurrit, & in apicem terminatur. *Flos* luteus & hians. In sicca nullus notabilis gustus. *Provenit* in montibus Lucensibus. Bauh. H.P. l.11.p.393.

3. *Genista non spinosa tinctoria Germanica*, aliquibus *Lutea herba Plinii*, Bauhino *flos tinctorius*, Trago *Ferula*, Leoniceno *Lysimachia*, Cæsalp. *Coroneola Angvillaræ*, Clus. *Genista vulgaris*, Dodon. *Genista tinctoria*, Cordo *Chamæleuce*, Lobel. *Genistella infectoria vulgi* dicitur. E *radice* lignosa, *viminum* cubitalium, & teretium seges fruticat: quibus *folia* alternatim adnascuntur hyssopi, majora, interdum paria, supra & infra atrovirentia, quæ fatuo madore os mandentis implent. *Flores* in thyrsis lutei; genistæ angulosæ minores. *Siliquæ* unciam longæ, latiusculæ, glabræ; in quibus multa *semina* parva. *Invenitur* in sylvosis locis, ad montanorum pratorum margines in Germania, Gallia & alibi. Genevæ & Ebroduni Majo, Junio & Julio floret; mense Augusto Montbelgardi. *Usus* florum in tingendo. Luteum colorem præbent, qui si cæruleo superinducatur, viridem efficies. *Variat* foliis latioribus, angustioribus; ramulis modò erectis, modò procumbentibus. *Coroneolam* suam facit Cæsalpinus suffruticem cubito breviorem, cui ramuli recti & striati; folia lini sed latiora; *flos* luteus, copiosus; *siliquæ* exiles. Oritur in sylvis. Plin. H.N. l.33.c.5. Bauh. H.P. l.11.p.391. Clus. H.P. l.1.c.69. Dodon. Pempt.6. p.749. Lobel. Adverss. p.407.

Chamęgeniſta. Bauh. Phytopin.l.11. p.395.

III. De *Geniſta non ſpinoſa ramoſa foliis hyperici*, quæ Lugdunenſi Geniſta minima, nihil habeo quod dicam, niſi variare. Bauhinus non longè Friburgo & ad Petram pertuſam fruteſcentem, Monſpelii humilem collegit.

Bauh. H.P. l.11.p.398.

IV. *Geniſtæ non ſpinoſæ argenteæ*, ſurculus eſt multiplex, teres, in multas alas transverſas diviſus, argenteus. *Folia* ad ramulorum exortum ſingularia, argentea hirſutie obſita. *Fructus* in ſurculorum internodiis, Carpobalſamo officinarum ſimilis, ſpadicei coloris, corticoſus, in ſummo apicula acuta exornatus, calyculo foliaceo continetur. *Semen* in eo nigrum, ſubrotundum, rugoſum, & ferè evanidum. *Habebatur* in horto Patavino ſub *Cytiſi argentei* nomine.

Bellon.obſerv.l.2.

V. *Geniſtâ Arabicâ* quæ à noſtra diverſa, planicies ad montem Sinai obſitæ ſunt: quæ etiam in Arabiæ ſolitudinibus naſcitur.

Articulus VII.

De Chamægeniſta.

Vid. Tab. XCIX.

Chamægeniſta in ſextuplici eſt apud Bauhinum differentia. 1. *Foliis geniſtæ vulgaris*. 2. *Sagittalis*. 3. *Caule foliato*. 4. *Folio articulato*. 5. *Cretica*. 6. *Montana hiſpida*.

Cluſ.H.P. l.1.c.71. Bauh. H.P. l.11.p.193. Tabern.H. P.l.35.107.

I. *Chamægeniſta foliis Geniſtæ vulgaris*, Cluſio *Chamægeniſta prima*, Tabern. *Geniſtella Pannonica*, Bauhino *Geniſtella piloſa*, frutex aliquando bicubitalis. *Radix* longa & obliquè ſerpens. *Virgulta* teretia, lenta, ſtriata humi diffunduntur, in multos anguloſos *ramulos* diviſa. *Folia* per eos temerè ſparguntur terna quaterna, dorſo eminentiore & quaſi complicata, ſupra cana lanugine obducta, infra glabra, guſtus amariuſculi. *Flores* ad ramulorum latera multi, crocei, ex hirſuto calyculo, exterius piloſi, interius glabri; nullo alibi, alibi perexiguo, alibi etiam haud contemnendo odore. *Siliquæ* his ſuccedunt planæ, latiuſculæ, hirſutæ: in quibus ſemen exiguum, flaveſcens. *Prodit* locis ſiccis, editis, deſertis, in Pannonia, Germania, Gallia, & alibi. Inter vepres luxuriat, & in majorem altitudinem excreſcit. In ſylva Aigremont menſe Aprili floret. Vita etiam in fabuloſis & lapidoſis tumulis, Oeno fluvio per Sequanos labenti propinquis. Mulierculæ in movendis menſtruis in fomentis adhibent.

Tabern.l.c. Cluſ.l.c. Lobel.Adverſ.p.408. Bauh.H.P. l.11.p.393.

II. *Geniſta ſagittalis*, Tabernom. *Chamæſpartium*, Geſn. *Geniſta minima*, Lobel. *Geniſtella graminea montoſa*, Cluſio *Chamægeniſta altera*, Camer. *Geniſtella ſagittalis pannonica*, Bauhino *Geniſtella herbacea*, Gerh. *Geniſtella lagopoides*, herba eſt potius lignoſa quam frutex, rarò cubitum excedens. *Ramuli* molles, hirſuti, internodiis diſtincti quibus duæ latæ & molles fimbriæ. Ad ſingula internodia *folium* unum oblongum, obtuſum, piloſum, ſine pediculo. *Flores* in virgularum ſummitate parvi, hiantes, lutei, ſpiciformes. *Provenit* in Burgundia circa Montbelgardum; in Gallia circa Monſpelium; in Hercynia ſylva, Baſilcæ ubi Majo floret. In Pannonia naſcentem multis locis obſervavit Cluſius. Reperitur & circa Francofurtum ad Mœnum, & in colle juxta Limagum fluvium, infra Wettigam monaſterium. Flores puerorum crepundia & luſus. Eſt *Major* & *Minor*. Unde *Chamæſpartium primum* & *ſecundum* Tabernomontani.

Tabern.l.c. Cluſ.H.P. l.c. Bauh. H.P. l.11.p.394.

III. *Chamægeniſta caule foliato*, Dodon. *Geniſta humilis*, Camer. *pumila*, Cluſ. *Chamægeniſta peregrina*, Bauhino *Geniſtella herbacea platyphyllos*, Tabern. *Chamæſpartium tertium*, Gerh. *Geniſtella pinnata*, vix palmari altitudine aſſurgit, admodum tamen fruticoſa. *Folia* Chamæleæ proxima, breviora, dura, carnoſa, aliquantulum in ambitu ſinuoſa, criſpa, rigidiuſcula, uno nervo ex altero è medio folii prodeunte, qui nervus paulatim intumeſcit, & in ramulum convertitur. *Flores* in ramulorum ſummitatibus quini, ſeni, aut plures ex villoſis calyculis naſcuntur, aurei

planè

planè coloris, nisi bina inferiora incanâ lanugine pubescerent. In solis Valentini regni asperis & incultis mense Majo florentem observavit Clusius.

Tabern. H. P. l. 3. c. 107. IV. *Chamægenista folio articulato*, Tabern. *Chamæspartium Narbonense*, Gerh. *Genistella globulata*, est sagittali simillima, nisi quod sit minor. Repit virgultis suis humi.

Bauh. Prodrom. l. 11. c. 3. V. *Chamægenistæ Creticæ* virgulæ palmo minores, humi diffusæ, tenues, rotundæ, subcanæ, in ramulos divisæ. *Foliola* oblonga, angustissima, bina aut terna, ab eodem exortu, sed altero semper longiore, incana. Ex foliorum alis *flosculi* terni, quaterni, parvi, lutei, Genistæ floribus æmuli. Siliquas non vidit.

VI. *Chamægenista montana hispida*, Thalio Genistæ minoris species.

Articulus VIII.

Tab. XCIX. & Tab. C.

De Spartio.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 158. I. SPartium frutex est *Dioscoridi*, longas proferens virgas, ἀφύλλους, non quod folia omninò non habeat, sed quòd dum primò germinare incipit, exilibus cingatur, quæ quamprimum decidunt, ita ut reliquo anni spacio, viduum foliis cernatur; & δυσθραύστους seu frangi contumaces. *Flos* ipse leucoii luteus. In *siliquis* seu phaseolis (sic cum Sarraceno legendum,) exilia *semina*, lenticulæ similia habentur. Plinius cum Genista confundere videtur, dum ei eas vires, quæ Spartio à Dioscoride assignantur, adscribit. *Vsus* Ramulorum in ischiade & tussi, si in aqua macerentur, mox tusorum succus, seu haustu seu per clysterem exhibeatur. *Flores* & *semē* cum aqua mulsa per superiora vehementer hellebori modo ἀκινδύνως purgant: hoc etiam κίνει τὴν κάτω κάθαρσιν.

Plin. H. N. l. 24. c. 9.

II. Apud RECENTIORES occurrunt 1. *Arborescens seminibus lenti similibus.* 2. *Alterum monospermon semine reni simili.* 3. *Tertium flore albo.* 4. *Triphyllon.* 5. *Sterile.* 6. *Creticum Alpini.* 7. *Spinosum ejusdem* cui adde 8. *Spartio primo affinem.*

Spartium.

I. Spartium arborescens seminibus lenti similibus, est Bauhino & Cedro *Genista juncea*, Clusio *Spartium Dioscoridis*, *Genista Plinii*, Dodonæo *Genista Italica*, Matth. *Genista*, Lugd. *Spartium*, Lobel. *Spartium Dioscorideum Narbonense & Hispanicum*, Camer. *Genista trans Alpina*, Eyst. *Spartium Hispanicum*, frutex est quatuor vel quinque cubitorum. *Vimina* juncea, teretia, obsequiosa, viridantia: per quæ dum floret & novella est, *folia* quædam oblonga, ramis concoloria, & decidua sparguntur. *Flores* in virgultorum summitatibus multi, lutei, aspectus læti, floribus pisorum similes, & gustu dulces. Succedunt his *siliquæ* quatuor vel quinque uncias longæ, compressæ, aliquantum incurvæ, colore castaneæ, in quibus viginti sæpè semina compressa, rubentia, lucida, Lente minora, non ita circinata, saporis leguminosi. *Nascitur* in Italia, Gallia, Hispania & Germania. In Hetruria adeò copiosa, ut colles aurei videantur. Circa Monspelium floret mense Aprili. Visa Basileæ arborea. Lignosiore stipite in Angliæ & Belgii hortis adolescit. Quantum ad *Vires*, Calida est & sicca in secundo, semen calidius, floribus & ramulis humiditas incidens inest. *Lignum* vitibus ligandis apud Italos inservit, fiuntque ex macerato funes & rudia linteamina, ex quibus succi. Expetitur & figulis, conficiendo vasorum fictilium generi, quod vulgò *de maidua* vocant. Ut aureus color in opere conservetur, hoc solo fornaces succendunt. Aqua è floribus urinæ difficultatem tollit. Unguentuum contra ovium scabiem paratur; oleum ad obstructiones splenis, fermentaturque ad viginti dies in fimo.

Clus. H. P. l. 1. c. 70. Bauh. H. P. l. 11. p. 395.

Matthiol. ad Dioscor. l. 4. c. 152.

II. Spartium alterum monospermon semine reni simili, Dodon. *Spartum frutex majus*, Clus. *Spartum secundum Hispanicum*, Lugd. *Spartium Hispanicum alterum*, Tabern. *Spartium Hispanicum quartum*, Lobel. *Hispanicum alte-*

Dodon. Pempt. 6. l. 2. c. 3. Lobel. Observ. p. 533. Bauh. H. P. l. 11. p. 397.

Spartium.

alterum flore luteo, Bauh. *Spartium Hiſpanicum lobis rotundiuſculis flore luteo. Radix* dura, lignoſa. *Stipes* cubitalis, cui cortex ſcaber & ſtriatus. *Radix* vireſcentes & ſtriati, *virgulæ* junceæ, quibus novellis & dum germinant, aliquot folia, ſtatim ac planta florere cæpit, decidua, ut dein ἄφυλλος videatur. *Flores* lutei inodori, trifolio pratenſi aut glycyrrhizæ ſimiles. *Lobi* cartilagini, rotundiuſculi, ex flavo rubeſcentes, in quibus ſemen plærumque unicum, durum, nigrum, exiguo reni ſimile, quod in lobis dum quatiuntur crepitat. *Creſcit* variis Caſtellæ locis ſolo areno-ſo, floretque Majo. Semen Julio maturum. Semine in uvis Damaſcenis reperto, habuit in Belgio enatum Mutſonus.

Cluſ. H.P. l.c. Bauh. H.P. l.11.p.398.

III. Spartium tertium flore albo, Cluſio *Hiſpanicum tertium*, Dodon. *Spartum frutex minus*, Tabern. *Spartium Hiſpanicum quintum*, hominis aliquando altitudinem ſuperat. *Virgulis* eſt ſuperiore tenuioribus lentioribusque: *flore* ejusdem formæ, ſed majore & candido, *lobis* & ſemine minoribus. *Viſum* à Cluſio Gadibus & locis vicinis, ſolo ſterili & arenoſo, Februario florens.

Bauh. H.P. l.11.p.399. Lugd. H.P. l.2.c.25.

IV. Spartum triphyllon, Lugd. *Geniſta Ilvenſis*, Gviland. *Caſſia Latinorum*, Bauhino *Geniſta radiata ſive ſtellaris*, aliis *Scopa Plinii*, ramoſa eſt planta. *Caulis* unus, *inquit Bauhinus*, in tres dividitur ramos, hi rurſum in alios bis aut ter aut quater ſemper ternos; internodia duas uncias longa: *folia* ad unumquodque geniculum ſex verticillatim cauli circumpoſita incana, hirſuta: in viminum valdè tenerorum anguloſorumque extremis *flores* geniſtarum denſi & lutei. *Creſcit* in Ilva, & alibi.

Gviland. de papyro.

V. Spartium ſterile juncus eſt propriè aridi ſoli, quod neque folium, neque florem, neque ſemen profert. *Naſcitur* in Hiſpania & Africa. Utuntur eo ad varia.

Alpin. de plant. Exot. l.1.c.22.

VI. Spartium Creticum Alpini, planta eſt procera, denſiſſimè fruticans, ſurculoſa: quippe ramulis à craſſis veluti caudicibus, rotundis, viridibus, denſè maculis parvis albis punctorum alborum modo, infectis, naſcentibus longis, ſubtilibus, ſurſum rectè actis, flexilibus, rotundis, cortice viridi prædita. Hi deorſum ramulos multos habent, utrinque in æqualibus intervallis inordinatim poſitos, & in medio ramis foliisque nudi ſunt, & poſtea ſurſum in cymis denſè fruticant. *Folia flores & ſiliquæ* aſpalathi ſunt. Tenera germina, flores & ſemina valenter per alvum, & vomitum pituitam & ſeroſos humores purgare dicuntur. Indictum Alpinus putat.

VII. Spartium *ſpinoſum Alpini* duplex eſt, *primum & ſecundum*. I. *Spartium Alpini ſpinoſum primum*, multos nigros *ramos* habet, *virgas* junceas, ſubtiles, nigreſcentes, quibus in cacumine *ſpinæ* duræ nigreſcentes, triangulæ. In ſurculorum exortu *folia*, in eodem exortu quina, parva, tenuia; *flores* lutei, parvi, Spartii Cretici ſimiles; quibus *ſiliquæ* parvæ ſuccedunt. II. *Spartium Alpini ſpinoſum ſecundum*, ramos poſſidet craſſos, rotundos, aſperos. *Virgæ* in *ſpinas*, acutas, triangulos multos facientes deſinunt. *Foliis* duplex ordo. Ad exortum ſurculorum ex ramis, Spartii ſunt ſimilia, ſed tenuiora, ex uno exortu trina, quaterna, quina: poſt in virgis rectis utrinque crebra, tragacanthæ modo, usque ad apicem ferè virgularum, quibus ſubtiles duræ & acutæ ſpinæ ſuperſunt. *Naſcitur* in Creta cum priore.

Alpin. de plant. Exot. l.1.c.13.

Alpin. de plant. Exot. l.1.c.14.

VIII. Spartio primo affinis, ſuffrutex eſt cubitum ſuperans, *caule* tenui, tereti, candicante cortice tecto, qui in plurimas *virgas* tenuiſſimas dividitur, quarum aliquæ palmum ſuperant, aliæ minores ſunt: Circa quas *folia* longiuſcula, anguſtiſſima & rariſſima, ita ut virgæ penè nudæ appareant: ſummis virgis ſingulis unicum *capitulum* rotundum, villoſum, molle inſidet, geniſtellæ tinctoriæ forma, ſed ex minoribus pallidè luteis compoſitum. Nam quilibet flos ex calyculo villoſo, hirſutie albo prodit.

Bauh. Prodrom. l.12. c.3.

Viſa

Spartium triphyllon.

Spartium tertium flore albo.

Spartium Alpini spinosum secundum.

Spartium alterum minus perennem simili.

Spartium Alpini spinosum primum.

Spartium Creticum.

Colutea siliquosa seu scorpioides minor simplex.

Colutea siliquosa seu scorpioides major.

Colutea Vesicaria.

Visa in montibus saxosis ad aquas Blancas.

Articulus IX.

De Colutea.

Tab. C.

Theophr. H.P. l.3.c. 14.&17.

I. COluteæ apud *Veteres* Theophrastus meminit. Δίνδρον δ' μιγδὲς (malè quidam ὁ μίγα legunt.) *Folium* habet, non τύλη vel τηλὶ tænugræco sed τῇ ἰτέᾳ salici non absimile:

Theophr. H.P.l.1.c.18

fructum (non abundè pro magnitudine sua fructificat) in siliqua lata, (ἐν λόβῳ non ἐν ὑμέν) fert modicè durum, magnitudine lentis, qui oves θανματίας πιαίνει. Proprie Lipare esse creditur. *Nascitur* semine & simo præcipuè ovillo. Seritur cum Arcturus occidit, semine ante macerato, cum jam in aqua tumere inceperit. *Germinat* primo μονόφυες seu singulari caudice, trienniomaximè. Baculi tum deciduntur, tanquam præstantiores. Si quis ita decurtaverit, emoritur arbor, ἢ γὰρ ἀπαφύβλας ἢ ἰσὶ. Deinde ῥίζεται seu in ramos spargitur, quartoque anno arboreſcit. *Arborem Iudæ* esse quibusdã placet, qui ideò totam illam periodum, apud Theophrastum in hunc sensum legunt. ὁ δὲ κερκὶς ὥσπερ κολουτέα ἔοικε, ἰσχὶ τὸ μὲν φύλλον ἰγκύβιον κυπρῶ· πολύζυγον καὶ πολύφυλλον τὸ δίνδρον, ὅλον μίγα· τὸν δὲ καρπὸν καθάπερ χέδροπα ἐν λόβοις ἔχει πλατέσι, καὶ τὸ σπέρμάτιον τὸ ἐνὸν, μικρὸν, σκληρὸν δὲ μᾶλλον, ὀλίγα δὲ τοιαῦτα τῶν δίνδρων. id est, *Siliquat. est Cercis, ut & Colytea arbor tota nodosa, foliosa, magna: fructus ut leguminum, in siliquis latis semen exiguum, paucum, pro magnitudinis ratione inclusum siliquis, modicè durum. Tales arbores paucæ, &c.* Sed nimis hæc coacta: nec respondet comparatio. *Triplex* autem videtur apud Theophrastum occurrere. *Prima* foliosa & ramosa, cui semen parvulum, non magnum modicè durum, &c. *Altera* cujus libro citato tertio capite descriptio habe-

Theophr. H.P.l.3.c.17

tur. *Tertia* quæ circa Idam provenit fruticosa, ramosa, inventu rara. *Radices* ei ratæ, crispæ & flavæ. *Lignum* durum & spissum. *Folium* laurinum sed rotundius, amplius, ut vel ulmeo simile appareat, oblongius tamẽ, colore altera parte viridi, inferiore & aversa candicante, tenuibus multis fibris nervosum, inter eas sitis, quæ costarũ instar à medio protenduntur. *Fructu & flore* putatur carere: *Cachryn* autẽm clavatam *gemmasq;* circa folia læves, pingues, candidasq; facie amentacea fundit. Præcisa vel igne deusta ἀναφύεται καὶ ἀναβλαστάνει. Nos priores duas conjunximus. Revera enim una arbor est.

Colutea.

II. RECENTIORIBUS est triplex 1. *Vesicaria.* 2. *Siliquosa* seu *Scorpioides.* 3. *Caule genistæ fungoso.* Quibus adde Siliquam oblongam cinericeam granis Coluteæ.

1. Colutea vesicaria Cordo *Sena*, Cæsalp. *Emeri alterum genus*, aliis *Colutea Theophrasti*, arbor est non magna in multos ramos divisa. Materies ferè sambuci durior, & cava: cortex interior viridis, exterior cinereus. *Folia* novem vel undecem ad costam unã, ut plurimum opposita, glycyrrhizæ aut senæ modo, supernè glabra, magisq; viridantia, infernè albidiora & hirsuta, gustu amaro. *Flores* ex longo pediculo multi crocei, qui Majo, Junio, Julio, Augusto, Septembri & Octobri funduntur: quibus decidentibus succrescunt *folliculi* membranei pellucidi, interdum rubentes, spiritu veluti turgidi, ita ut digitorũ pressu cum sonitu dissiliant. Intus *semina* ad folliculi suturam tanquam costam, quę maturo semine dehiscit, brevib⁹ pediculis appenduntur formâ renis, ante maturitatem lutea, post, minora, nigra ferè, dura, & lacuna in medio prędita, pisorum sapore. *Visa* sponte juxta Castellũ Sponeck ad Rhenum prodiisse. Lugduni & alibi copiosè ex semine provenit. Basileæ tertio à satione anno floruit, quinto Montbelgardi. Erat & Lesnæ in horto Illustrissimi Comitis Lescinii, supremi regni Poloniæ Thesaurarii, sed metuo ne in incendio florentissimæ illius urbis, sceleſtissimi cujusque jussu perpetrato, perierit. *Folia* dicũtur leniter purgare, si pondere unius uncię infusa assumantur. Fortè & per superiora purgat, propter aliquam cum genistæ similitudinem.

Bauh. H P. l 11. p.380. Tabern. H. P. l.3.p.817. Dodon. Pempt.6. l.2.p.772.

Colutea. II. *Colutea siliquosa* seu *scorpioides* est quadruplex 1. *Major.* 2. *Minor.* 3. *Odorata Alpini.* 4. *Maritima glauco folio.*

Clus. H.P. l.1.c.65. 1. *Colutea siliquosa seu scorpioides major*, Clusio *prima elatior*, Cæsalp. *Emerus vulgo* dicitur. *Rami* fractu contumaces anguloſi & ſtriati. *Folia* Bauh. H.P. l.11.p.381. ſeptena, novena, pinguiuſcula, coluteæ, ſi magnitudinem excipias ſimilia, ingrati admodum & amari ſaporis. *Flores* inter folia lutei, odorati, bini ferè, rarius ſingulares vel terni, geniſtæ floribus ſimiles. Quibus labellum duplex, inferius rotundum, integrum, ſtriatum, ſuperius bifidum, & quaſi alatum duobus cruſculis innititur. *Galea* in roſtri acutiem mucronata, ex luteo vireſcens, apicum albicantium ſcirrhos occulit. *Siliquæ* hos inſequuntur longæ, teretes, quibusdam veluti articulis diſtinctæ; in quibus oblonga, lævia, ſubfuſci coloris *ſemina* ſingula ſingulis articulis clauduntur. *Creſcit* ſponte in Apennino monte propè Bononiam, in Helvetia, Italia, Gallia &c. Monſpelii in locis nemoroſis inter buxos Junio & Julio erumpit. Genevæ quâ itur Collognium in monte Salene, vidit Decembri virentem Bauhinus, florentem Majo. Juxta Arue ad Rhodanum ſiliquis maturis in Auguſto.

Clus. H.P. l.c. Bauh. H.P. l.c. 2. *Colutea ſiliquoſa ſeu ſcorpioides minor* duplex eſt, *Simplex* nempe & *Coronata.* 1. *Colutea ſiliquoſa minor ſimplex*, Bauhino *humilis*, ſuperiori eſt ſimilis, niſi quod humi diffundatur, *virgæ* palmares aut pedales hyeme marceſcant, & vere novo è nova radice germinent. Spontè & abunde in vicinis Viennæ montibus *naſcitur.* In hortis culta fit major, retinetque hyeme virgas, floret Majo. 2. *Colutea ſiliquoſa minor coronata*, ex *radice* craſſa lignoſa & lenta, plures novas ſingulis annis ineunte vere fundit virgas cubitales, vimineas, læves, virides. Alata in his temerè ſparguntur *folia*, quina, ſeptena, novena, quæ uni coſtæ adhærent, & guſtata nonnihil acrimoniæ in ſummis labris relinquunt. *Flores* in oblongis foliorum virgulis copioſi, leguminacei, in orbicularem coronam diſpoſiti, & flavi. *Siliquæ* articulatim diſtinctæ, ſuperioribus breviores; ſemen in articulis ſingulis. *Creſcit* in Pannonia inter vepres & ad vinetorum margines. *Floret* aliquando Majo, Junio nonnunquam.

3. *Colutea ſiliquoſa odorata Alpini*, cubitalis eſt, & tota argentei coloris. *Folia flores ſiliquæ* vulgaris Coluteæ ſimilia: in eo differentia, quod *illa* in extremo latiora, pediculisque undecem conſtet, quibus extrema latiora & coloris argentei: hi odorati *iſtæ* albæ & minores. Floret vere, menſe verò Majo ſiliquæ matureſcunt. Ægerrimè hyeme in Italia vivit. Alpino ex ſeminibus nata, & floruit & ſiliquas produxit, quibus matura ſemina. *Floribus* vim purgatoriam & vomitoriam quidam adſcribunt. Alpin. de plant. Exot. l.1.c.9.

4. *Colutea ſiliquoſa ſeu ſcorpioides maritima folio glauco*, virgis eſt pedalibus rarius cubitalibus, lignoſis, rotundis, rufeſcente rigoſo cortice tectis, in frequentes ramos diviſis. *Folia* alata ſeptem aut novem, uni coſtæ, binis ſemper ex adverſo ſitis adhærent, uno impare extremam alam occupante, Coluteæ foliis ſimilia, ſed multo minora, obtuſa, & cordata, glauci vel cæſii coloris. *Flores* & forma & colore Coluteæ ſimiles, ſed minores. Pediculis tenuibus *ſiliquæ* tenues, oblongæ, unciales, articulis diſtinctæ inſident, quarum ſingulis articulis ſingula ſemina incluſa ſunt. *Creſcit* in maritimis Italiæ propè Terracinam, ibique vidimus. Bauh. Prodrom. p.1. c.2.

III. De *Colutea caule geniſtæ fungoſo*, ita Bauhinus. Monſpelii nobis oblatus eſt *ramus* cubitalis Geniſtæ Hiſpanicæ firmitudine craſſitieque, dilutè virens, nudus, fungoſus, ex palmari diſtantia in ramos divaricatus. Quorum commiſſuris *folia* hærent quina Polygalæ Valentinæ Cluſii craſſitie, anguſtiora longioraque. Externis ramulis *floſculi* Bauh. H.P. l.11.p.385.

inſi-

Tab:CI.
Colutea Caule genista fungoso.
Colutea Scorpioides odorata.
Colutea siliquosa Scorpioides minor Coronata.
Senæ Utriurj.
Sena Italica seu botra siuribo folijs.
Sena Alexandrina seu acutioribo folij
Barba Iovis.
Siliqua dulcis.

insident dictæ Polygalæ quoque, exigui satis, in orbem congesti. Succedunt *siliquæ* angustæ, articulatæ, in tenuissimum & Scorpionis simillimum spiculum terminatæ.

Clus. Exot. l. 1. c. 10. *IV. Siliqua oblonga cinericea granis Coluteæ*, tres uncias erat longa, licet interdum brevior reperiatur, gracilis, rugosa, & inæqualis, cinericeâ cute constans, quæ secundum longitudinem in binas partes dehiscebat. *Grana* erant multa, plana & dura.

ARTICULUS

De Senna, & Jovis barba.

TAB. CI. IGnota *Veteribus Senna*, etsi eam quidam Dioscoridis *Delphinium*, nonnulli *Pelecinum*, alii *Empetrum*, *Peplium*, *Alypon*; alii Theophrasti *Cercidem* sive Coluteam tertiam faciant. Mauritani primi ejus meminere, sub nomine *Senæ* & *Sennæ*, Actuarius ex Græcis solus. Abenrhoc novam plantam esse adstruit. Duo verò ejus genera. Est enim 1. *Alexandrina* seu *foliis acutis*. 2. *Italica* seu *foliis obtusis*.

Bauh. H. P. l. 11. p. 377. *I. Senna Alexandrina* seu *foliis acutis*, aliis *Orientalis*, *Ægyptiaca* & *Syriaca*, adfertur ex Oriente. *Caules* cubitales aut altiores; ex quibus alternatim *pediculi* tenues palmo longiores exeunt: ad quos ex mediocrib⁹ intervallis quatuor aut sex *foliorum* conjugationes adnexæ sunt, nullo impari alam claudente. *Folia* ipsa ex viridi in flavum declinant, proximeque costæ adhærescunt, Glycyrrhizæ foliis similia, sed acutiora, gustus nonnihil viscidi, amari & nauseosi. *Siliquæ* falcatæ, compressæ nigricant, in quibus semen parvum, gigartis simile, compressum, album vel nigricans. Addunt quidam *flores* ex pallido luteos, rubellis vestigiis venosis: nec plantam ultra annum in Italia durare. Seritur in Syria & Ægypto, adolescitque in fimeto ovillo probatior. *Usus* foliorum & siliquarum in purgando egregius. Evacuant crassos, viscosos, melancholicos, & atrabilarios humores. Mesue folliculos tutius purgare putat; quod hi membranei, minusque flatulenta semina quàm folia. At quia immaturi secantur, ne folia, ex quibus plus lucri, decidant, acerbiores iidem. Frequentior ergò *foliorum* usus, in infuso potius quam decocto vel substantia, vehementiusque movent, si Mannam vel rosarum dilutum cum cremore Tartari adjeceris. Parantur ex iis & *Syrupi* elegantes, quos in Dispensatoriis vide. Gratissimus est gustu, qui ex fol. Sennæ libra una, cum succi pomor. redol. lib. iij. Cinnamomi, Anisi ana unc. j. succi limonum lib. semis, spirit. vitrioli pauxillo & saccari lib. j. secundum artem paratur. Datur unciar. duar. pondere. Quod si grana Diagrydii 4. vel 5. addideris, copiosius purgabit. Fit ex iisdem *pulvis* si unc. folior. uni, jalapæ & Cremoris Tart. ana tantundē cum Zingibere & Zedoaria miscueris. Exhibetur in passularum minorum decocto. Brasslavolus in appetentia Canina ab atrabile ventriculum insidente felicissimè infuso usus est. Ego aquæ ferventissimæ, additis addendis, per aliquot horas immergere soleo: nec frustror intentione. *Duas* verò ejus *Species* Matthiolus facit. 1. *Mecchinam* ex Mecchа delatam, folio angusto, longiusculo, crassiusculo, nonnihil acuto, colore ex luteo virente, quæ præstantissima. 2. *Saëtticam*, à loco ubi provenit ita dictam, quæ vilior & minoris pretii.

Matthiol. ad Dioscor. p. 571. *II. Senna Italica*, seu *obtusis foliis*, aliis, Nostras, Communis, vilior, altera, & Senna simpliciter, *caule* est cubitali; *foliis* latioribus, gustu glutinoso; *floribus* luteis & pallescentibus, qui quinque foliis in concavitatem aliquam reflexis constant, & nocte se contrahunt. *Siliquæ* compressæ & falcatæ, Orientali angustiores, linea utrimque per medium inæqualiter extuberante; quibus *semina* nigra, compressa, figurâ

Senna & Jovis barba.

Siliqua seu Ceratia.

cordis. *Frequens* in agro Pistoriensi, Apulia, Liguria, seriturque in quibusdam Florentiæ locis, mense Majo : sed non perdurat ultra autumnum. Habetur & in Narbonensi Gallia. In horto Montbelgardensi provenire renuit : Basileæ visa cum flore. In Septentrione vix trimestre vivit, nec vel flores nec siliquas promit vel maturat, adeò delectatur calidis. Ex virente & rosarum diluto parabat Matthiolus quotannis syrupum, qui largè satis purgabat. Duplex observatum genus, *semine* nempe *nigro*, & *albo*.

II. *Iovis barbam* adjicimus propter aliquam affinitatem, paucaque de ea occurrunt. Plinius odisse aquas scribit, in opere topiario tonsilem, & in rotunditatem spissam, argenteo folio, scribit. Dalechampio, seu qui Historiam Lugdunensem conscripsit, fruticosa est arbuscula, magnitudine hominis, ramis densissimis, *folio* lentisci argenteo, sic collocato, ut lateribus folia paria sint, impar autem foliis versum claudat. *Coma* in opere topiario tonsilis & in rotunditatem spissa, elegantissimi aspectus. *Flos* in summis ramis copiosus, in cumulum coacervatus, luteus, Genistæ similis. *Gignitur* in saxosis & lapidosis maritimis, montibus præsertim. Angvillara in Monte nigro propè Livornam gigni tradit, *foliis* ordine dispositis, candidis, nitentibus, Lenticulæ similibus, angustioribus, flexilibus *ramis*, luteis *floribus*.

Plin. H.N. l.16.c.15. Hist. Lugd. H.P.l.2.c. 35.

Caput II.

De Arboribus siliquatis Classis secundæ.

Articulus I.

De Siliqua seu Ceratia.

Tab. CII. ARbores siliquatæ Classis secundæ sunt 1. *Siliqua*. 2. *Cassia fistula*. 3. *Tamarindus*.

I. Cur arbor ista siliqua simpliciter dicatur, in philologicis exposuimus. Meminere ejus & *Veteres* : sed apud Dioscoridem nulla descriptio. Theophrasto & ex isto Plinio, similis est ficui Ægyptiæ, κατὰ φορὰν nempe. *Radix* leviter sublimis. *Rami* grandes. *Folia* semper comantia ; *flos* candidus cum vehementia odoris. Maximam fructus partem pellit caudice, paucum ramis, eumque in siliqua quam *ficum Ægyptiam* quidam vocant. Gignitur is uvæ modo conformis atque uniformis : tum auctus circa Arcturum & æquinoctium floret : dehinc hyeme exacta durat usque ad Canis ortum. Plantigeram imis partibus, & ideò superficie flavescentem, succum auferente sobole, *Plinius* dixit. Pomo antecedentis anni circa Canis ortus detracto, statim alterum parere : postea florem per Arcturum hyeme fœtus enutriente. Siliquæ sunt, quibus digitorum hominis longitudo, & interim falcatâ pollicari latitudine. Nec omittenda seminis proprietas. Nam neque corpus, nec lignum, nec Cartilago dici potest, nec aliud nomen inveniat. *Nascitur* in Syria, Jonia, circa Gnidum, & in Rhodo. An cum Ceronia sit una eademque, comparatio ostendet. *Usus* & in *Cibis* & in Medicina. In *Cibis*. Horatius enim & Persius inter tenues referunt, quod & apud Galenum occurrit. Johannem Baptistam siliquis victitasse vulgò creditur : iisdemque prodigus filius ventrem implere cupiebat. Ex iis & vinum in Syria, κιγκίτια sic expressa, porcorum pabulo servabantur, scrupulosa corticis inter nucleos quoque ruminatione. In *Medicina*, Recentes enim alvum solvunt ; siccatæ sistunt, & urinam cient ἐκ συμφύλων συντιθέμενα, quæ vinaceis cõdiuntur, vel potius ἐκλὸς τῶν συμφύλων ἐθιόμενα, *sine siliquis & granis comesta*. Sic & Cassiæ sola pulpa manditur : nec verisimile est, siliquas in vinaceis conditas vim diureticam acquirere. *Semen* & in ponderibus olim locum habebat, & sextam scrupuli pendebat partem, κόκκου

Theophr. H.P.l.4.c.2.

Plin.H.N. l.13.c.8. Plin. H.N. l.15.c.24. & 25.

Ano-

Siliqua Indica arbori Coralij similis.

Siliqua Sylvestris Indica spinosa seu Arbor Coralij.

Siliqua sylvestris vulgaris rotundi folia.

Cassia fistula purgatrix Americana.

Cassia fistula purgatrix Alexandrina.

Xochina catzli.

Cassiæ fistulæ non purgantis Brasilianæ Affinis.

Cassiæ fistulæ non purgantis siliquæ folium & fructus.

Cassia fistula Brasiliensis non purgans

Anonymus de mensuris & ponderibus vocat. Inde *Caratorum* apud mercatores nomen. De *Differentiis nihil.* Author de finibus, *Sylvaticæ* meminit, absolutè an contradistinctè difficulter dixeris.

II. MODERNIS siliqua est triplex 1. *Edulis.* 2. *Purgatrix.* 3. *Sylvestris.*

Vesling. ad Alpinum de plant. Ægypt. c.3.p.6.

I. Siliqua edulis, Dodon. *Ceratonia*, arbor, ut tradunt alta, & ramis longis firmisque brachiata. *Caudex* crassus. *Folia* circa extremitates magis rotundata, ovalem propemodum ambitum designant, nonnunquam sinuosa & inæqualiter commissa. Rigida eadem, nervosa, crassa, crebris obliquis venulis in margines excurrentibus, superius atro virore splendent, inferius Novembri & Decembri julum juglandis instar emittunt. In *flosculos* se hic aperit rubescenti thyrso insertos, plurimos, lacteo candore perfusos, quorum foliolis dilapsis flavescentes apices superstites remanent, & ipsi tandem decidui. *Siliquæ* non tantum digito indici æquales, sed & altero interdum longiores, latiores, modicè intortæ, compressæ, callo dulci & eduli. *Semina* intus membranis distincta, seminibus Cassiæ solutivæ ferè æqualia, minora tamen, colore spadiceo obscuriore, compressa modicè, altero fine in acumen leviter desinente, altero latiusculo, pulpâ buxeâ, durâ, & leguminosi quid resipiente. Paucas in Ægypto *vidit* Veslingius; frequentiores in Palæstina, plurimas in Judææ montibus, & circa sacram ibidem urbem. *Nascitur* & in regno Neapolitano, in Apulia. Visa à nobis inter Fundos & Molam. Habetur & in regno Valentino, nec non Orientali India. Nata Montbelgardi & Sturgardiæ ex semine, si verò negligatur, vix in alterum & tertium annum perdurat. Florere mox solutâ hyeme prodidit Dodonæus: fructus sub autumnum maturi. *Usus* siliquarum in *Cibis* & *Medicina.* In Valentino regno jumentorum pabulum sunt. Recenter decerptæ insipidæ, sed in cratibus siccatæ, dulces & esui aptissimæ evadunt. Mel seu Ceratia. apud Ægyptios ex ipsis: quo in clysteribus, haustu ad subducendam alvum, renum inflammationibus, tussi & asthmate, Tamarindorum deniq, Zingiberis, myrobalanorum & aliorum conditura utuntur. Paratur ex iis & syrupus, qui in Officinis prostat.

Bauhin. H. P. l.12.c.1. p.415.

Alpin. de Ægypt. c.3.

Clus. H.P. l.1.c.9.

II. De *Siliqua purgatrice* nihil habeo quod dicam, nisi in Guinea nasci.

III. Siliqua sylvestris est triplex 1. *Vulgaris.* 2. *Indica.* & 3. *Siliqua sylvestri similis.*

1. *Siliqua sylvestris vulgaris*, alias *Arbor Judæ*, Bellon. *siliquastrum* seu *Fabago*, *Ceratia agrestis*, *siliqua fatua*, & *arbor amoris*, quibusdam *Cercis siliquata Theophrasti*, *Colutea tertia* ejusdem, nonnullis Laburnum vel ejus species sed perperam, dicitur. Exiguæ magnitudinis arbor est etiam culta, neglecta & sponte nascens, plærumque inter frutices potius computatur. *Rami* alternatim ex lateribus nascuntur, quibus nigricans ex purpura cortex. *Flores* ante folia coacervati, amœni, purpurantes, pisorum vel genistæ floribus similes, πεντα φύλλοι & quorum duo inferiora, magnitudine superiora superant. Sapor subdulcis & nonnihil subacidus. *Siliquæ* his succedunt, membranaceæ, sesquipalmari longitudine, compressæ, purpurascentes, quibus *semina* coloris spadicei, dura, lentibus majora, nervosa, oblonga. *Folia* circinatæ rotunditatis, Asari, subinde majora, nervosa, dura, superius virent, inferius inalbicant. Est & *flore candicante*, quam alteram speciem Gesnerus facit. *Provenit* in Hispania, Italia, propè Bononiam inprimis, Gallia Narbonensi, propè rivos & lætiores margines, aliquando & in amœnis collibus: sæpè & inter sepes. Turcis propter florem adeò commendatur, ut nullum Adrianopoli vel Constantinopoli videas Cæmeterium quod non hac consitum sit. Montbelgardi sæpius floruit, siliquæ in Julio per hyemem summitates absumebantur. Visa

Bauh. H.P. l.12.p.433. Bellon. l.1. de admir. veter. oper. c.17.

Gesner. in Hort. Germ.

Siliqua seu Ceratia.

Patavii menſe Februario cum ſiliquis, Mantuæ cum floribus Martio.

Bauh. Phytop. l. 11. ſ. 2. p. 402.

2. *Siliqua Indica* eſt duplex I. *Siliqua Indica non ſpinoſa*, quæ *folium* habet ſubrotundum, *florem* magnum elegantem & odorum. *Semen* nummi inſtar rotundum, planum, denarii magnitudine, craſſiuſculum, ruſſum. Miſſum Caſpari Bauhino à Terentio ex India. II. *Siliqua Indica ſpinoſa*, aliis *arbor Coralii*, cui folia arboris Judæ valdè ſimilia, *flos* colore corallo æmulus, ſiliquæ prægrandes phaſeolis pleni. Romæ ex ſemine ſata noſtratis phaſeoli ſimillimo, ſplendidè tamen rubente planèque corallino, viſendam in altitudinem in Barberinorum hortis prodiit, pluribusque à radice ſtolonibus, frutices avit. Medius & craſſior *caudex* tres digitos biennio implevit. Palmari ſupra terram intervallo patulas diſſipatur in ramos. *Cortex* per adoleſcentiam levior viret: in ſenecta rugoſior ſiculnei facie pallet. *Sentes* ei raræ, pallidæ, breves & hamatæ. *Folium* propè rotundo ambitu circinatum leviter faſtigiatur, ipſius hederæ rotunditate, craſſamento & duritie æmulum, temperati lætique viroris. III. *Siliqua Indica arboris Corallii ſimilis*, in horto Stutgardiæ crevit. *Caulis* erat craſſus, ſpinoſus palmum longus. *Folia* variabant. Duo priora ſubrotunda, ampla, ſingularia: cætera terna, trifolia, ad Cyclamini folia quodammodo accedentia. Huc pertinet *Siliqua Novæ Galeciæ* barbaris *Guamochea* dicta, cujus fructus incolis in cibum cedit.

Cluſ. append. 1. Hiſt. plantar. Ferrar. Floræ l. 3. c. 21. Bauhin. H. P. l. 12. c. 2. p. 426.

Bauh. H. P. l. c.

3. De *Siliqua ſylveſtri ſimili*, quæ Camer. *Acacalis* vel Syriacè *Kismiſen* ſive *Siſime*, ita Bauhinus. Ex octonni ſemine enata tenella planta inſtar Ceratiæ primum erumpentis, rotundis foliis, quaternis, utrinque coſtis annexis binis. Caliculus ſubhirſutus. Sub Autumni initium iterum exaruit. *Semen* altera parte rotundum, latiuſculum, altera in mucronem collectum. Bellonius *Acacalia Dioſcoridis* eſſe affirmat, quæ fructus fruticis in Ægypto naſcentis, fructui Myricæ aliquando ſimilis, cujus cremor Collyriis admiſcetur. Eſt & *Kesmeſen* vulgare ad oculi morbos Conſtantinopoli remedium. Emes nummo, quantum vix requiras.

Bauh. H. P. l. 12. p. 435.

Dioſcor. M. M. l. 1. c. 112.

Ex Exoticis referri huc poteſt *Xochinacatzli*, ſeu *flos auriculæ*. Folia longa & anguſta, viroris exſaturati, è pediculo veluti marcido propendent. *Flores* in folia diviſi, auricularum penè forma, quæ interius purpuraſcunt, extra ſunt herbacea. Siliquæ longitudine ſex unciarum, craſſitie unius digiti, in quibus *ſemina* coloris ſanguinei, ex mutua compreſſione fiunt anguloſa.

Recc. R. M. N. H. l. 2. c. 4.

Articulus II.

De Caſſia nigra ſeu fiſtuloſa.

Vid. Tab. CII.

Ignota arbor hæc Antiquis. Nec eſt *Faba Ariſtobuli*, quod Cordo viſum, nec *ſiliqua Ægyptia* Theophraſti; nec ejusdem arbor Indica, cui fructus longus, contortus, cibo dulcis; ſed qui morſum & difficultatem inteſtinorum excitet, ideò prohibitus ab Alexandro mandi. Ab Arabibus inventa eſt, & à Græcis κάσσια μέλαινα, dicitur. Habemus nunc ejus duo genera. Eſt enim 1. *Purgatrix*. 2. *Non purgans*.

Theophr. H. P. l. 1. c. 18 & l. 4. c. 5.

I. *Caſſia purgatrix* eſt duplex 1. *Alexandrina*. 2. *Americana*.

1. Caſſia fiſtula purgatrix Alexandrina, Matthiolo *Caſſia ſolutiva*, ſeu *Siliqua Ægyptia*, Gvil. *Caſſia ſtercoraria*, Cordo *Siliqua Indica veterum*, Cam. *Caſſia Ægyptia*, Acoſtæ *Canna fiſtula*, Arabibus *Sagiar el ſelichet*, Ægyptiis *Chajarxambar*, arbor eſt inter proceras, nuci tamen juglandi ſtirpis magnitudine & robore cedens, etſi trunco ramis, foliisque proxima. *Cortex* trunco planus mollis, cinericius. *Folia* nucis duplo longiora & in extremo aculeata decem, de alis ordinatim pendent, quinque utrinque poſita. *Flores* qui foliorum proventum anticipant, aurei, multi, leucoiis proximi, ſed multò majores

Alpin. de plant. Ægypt. c. 2. Veſling. ad l. c. Bauhin. H. P. l. 12. c. 2. p. 416.

Piſo Hiſt. Natur. & Medicæ l. 6. c. 10.

nume-

numerosioresque, alis alligantur. Odoratissimi Oriente sole, ideò Ægyptiis diluculo per ea loca spaciari solemne. Quilibet (verba sunt Alpini) in medio multa capillamenta, tenuissima, rosarum floscul is similia habet, quæ paulatim crescentia, in crassiores fistulas postea mutantur. *Fistulæ* tenuissimæ primò ac obtortæ, postquam auctæ sunt, crassiores & magis rectæ evadunt, ubi verè adolevere, rectissimæ ut calami evadunt. Longitudo duorum cubitorum maxima, Cannæ crassitudo. Maturantur toto anni tempore, manentque in arbore. Junio colligere Cayri moris, quo, parvæ virides, & phaseolis similes visuntur, successu temporis nigræ. Et hæc Alpini descriptio. *Bauhino* (natæ ei sunt ex semine) *flores* longis tenuibus pediculis hærent, plures juncti veluti racematim ex ligula, eo modo, quo flores Laburni: foliis ea latitudine, ut ungve tegas, striatis, è quibus stamina longa emicant, quibus apices sulcati insident. Ex his nunquam planè delapsis succrescũt *Siliquæ*, quæ paulatim grandescentes ad cubitorum duorum longitudinem, Cylindracea forma, digitum transversum in diametro habent, colore nigricante; in quibus, secundum longitudinem commissurarum, veluti vestigia apparent spadicea, altera quidem parte duo, altera tria, intrinsecus membranulis ordine dispositis, intercipitur *pulpa* ecclysmatis consistentia, dulcis, nigricans, atque una *semen*, Tamarindo grano minus, compressius, coloris fulvi, ex oblongo rotundum, durum, nitida superficie, quod medium secat stria rubra singularis. Rarius gemella semina inter parietes hosce veluti intergerinos reperiuntur. *Nascitur* in Ægypto, India, & America. Alexandriæ & Cayri toto mense Julio floret, Damiatæ etiam Septembri. Ad littus à Sumatra dictum tanta in sylvis copia crescit, ut ea naves onerari possent, sed non colligitur. Pendent de arboribus virentes aut cinereæ siliquæ, quas maturitas spadiceas reddit. In Cambaja tam frequens, ut quingentarum viginti duarum librarum pondus, unico nummo aureo æstimetur, ibique optima. In montibus Cranganor, & in universa Malabare, singulæ libræ viginti maravedis redimantur. Ex insula S. Dominici, & S. Johannis de portu divite, defertur tam copiosa, ut toti Europæ sufficiat. Frustra Venetiis sata, non pervenit ad frugem, & opprimitur celerrimè. Si semina benè macerentur, instar siliquæ provenire scribit Camerarius. Habetur & in Malacca, Sofala, Sian, & Sunda.

Cassia nigra seu fistulosa.

Usus siliquarum, pulpæ, & seminum. Siliquæ adstringunt, & perperã Sepulveda decoctum ad menses movendos, partus difficiles, & secũdinas deturbandas cum artemisia laudat. Hujus hoc potius præstitere vires, si aliquis eventus secutus est. Condiuntur tenellæ & recentes, ut Monardes docuit. *Semen* evacuare scripsit Fallopius, idque se casu primum in duabus simis expertum scribit; duploque plus extractam pulpam evacuare, si contrita semina inspergantur.

Pulpa humida est primo ordine & calida. Extrahitur sub floris nomine in officinis: & conditur alibi cum saccaro. Blandè alvum subducit, si ab uncia semis ad drach. decem, vel sescunciam exhibebatur: efficacius, si ex sero lactis propinaveris. Tutò pueris & prægnantibus dari potest. Bilem, pituitam, melancholicosque humores, ex stomacho & venis mesaraicis deturbat, sanguinemque depurat. Cum saccaro candido & liquiritia secretum est in renum vitiis, quorum calorem extinguit, impuritatem abstergit: traditurque præservare à calculo si sæpius paulò ante prandium adhibueris. Debet paulò ante cœnam vel prandium dari, monente Monarde, quod cibis permista facultates suas exerat: & si diutius detineatur, in vapores, ut pote debilis, resolvatur, vel in alimentum abeat. Est & in tussi antiqua, asthmate & orthopnæa, inprimis si à salsis catarrhis con-

Monard. l.c.

Garz. ab Horto H. Atom. l.1. c.19. Acosta Hist. Atom c.22. Monard. H. Simpl. c.44.

Cassia nigra seu fistulosa.

concitantur, ejus usus apud Ægyptios nobilis. Nota verò. 1. Non dandam illis qui humidiore sunt ventriculo, vel diarrhæa laborant: nec in urinæ ardore, quia prodente Fallopio bilem magis ad vesicam ducit: nec biliosis, nec omnibus pleuriticis. 2. Experientiâ compertum, adeò pulpa sola aliquando distendi ventriculum, ut magna flatuum copia perturbetur. 3. Optimè in decocto aliquando convenienticum Syrupo de Cichorio cum Rhabarb. diasereos, vel rosarum solutivo exhiberi. 4. Eligendam non admodum crassam, pellucentem, recentem, gravem, farctam, & quæ concussa inclusis seminibus minimè perstrepat. Alpinus tamen, omnes recentes sonum edere dixit, & sæpius senio confectas adferre. Reponuntur scilicet opportuno loco collectæ, ne ab aëre tangantur, conservareque ad XL. annos moris. Mercatores tamen crepitacula illa à solidiore fructu secernunt. Putrescunt, si minimus aër feriat. 5. Sæpè impostura pharmacopolarum noxas corpori humano inferre. Solent hi uliginosis aliquando locis reponere, aliquando arenâ operire, & aquâ abstergere, aliquando singulis diebus per aliquod spacium macerare. Circa *Differentias* nihil occurrit, est tamen aliqua in *siliquis* varietas. Sunt sub *rubro, Abes* à colore illius gentis vocatæ, quæ optimæ; sunt & *nigræ*. Pelusii corticem habent crassiorem & parum intus substantiæ, Alexandriæ & Cahiræ tenuiorem, & multum. Ideò præferuntur.

Alpin. l.c.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.55. De Laet Ind. Occid. l.5.c.20. Nieremb. H.N.p.327 Lobel.in pharm. Rondeletii.

II. Cassia fistula purgatrix Americana, Barbaris *Quauhajohuatli*, arbor est magna, *stipes* cinereus, *folia* penè laurina, *flores* lutei, stellati, racematim dependentes, è quibus *siliquæ* notissimæ. *Crescit* non tantum in Brasilia, sed & Nova Hispania, apud Hoaxtepecenses, &c. siliquæ recentes saccharo condiri solent, & trium unciarum pondere, bilem & pituitam deturbant. Lobelius unciam unam plus purgare scripsit, quam duas Ægyptiæ.

II. *Cassia fistula non purgans* est duplex 1. *Brasilienſis*. 2. *Insulæ Tabago*, cui adde 3. *Arborem ibidem affinem*.

1. *Cassia fistula non purgans Brasilienſis*, incolis *Tapyracoainana* arbor est alta & magna. *Rami* exterius ex cinereo albicant. *Folia* Cylindraceæ figuræ, duos digitos longa, subtiliter hirsuta, ad tactum mollia, surrectiora stant. *Flores* spicatim congesti sine ramulis, quinque folii, cum tribus semilunaribus corniculis, coloris incarnati elegantissimi, floris phaseoli magnitudine. Sequuntur hos, *Siliquæ* cilæ, duos pedes longæ, quinque digitos crassæ & ensis Polonici instar incurvatæ. Cortex exterior corticis arboris instar, interior lignosus & albus, nec possunt frangi, nisi malleo concutiantur. In siliqua multæ transversim *distinctiones*, quarum quælibet crassitiem pennæ anserinæ capit. In qualibet *nucleus* amygdalæ figura & magnitudine, ex albo flavescens lævis, durus, per longitudinem lineâ subruffa in uno latere divisus, cui nucleus corneæ substantiæ & albus. Ibidem *substantia* glabra, glutinosa, subnigra, subamari & adstringentis saporis. Piso addit, mensibus hybernis rosaceis floribus vestiri, æstivis innumeris fistulæ Cassiis inutilibus, duplo officinarum crassioribus & longioribus.

Marcgr. H. H.P. l.3. c.18.

2. *Cassia fistula non purgans insulæ Tabago*, arbor est procera. *Folia* Tamarisci instar; *fructus* similis veræ Cassiæ sed grossior, cellulis ad eundem modum divisus. Pulpa amara cum adstringendi facultate. Accedit aliquanto ad Mizquitl.

De Laet Ind Occid. l.17.c.18.

3. *Cassiæ fistulæ non purganti Brasiliensi affinis*, mediocris est altitudinis. *Lignum* flexuosum, *cortice* rugoso, molli, & cinerei coloris. *Folia* rotundula & ejusdem congestus. *Flores* comosi, aurei, mox plumarum instar se extendentes, qui in summitatibus ex rubro purpurascunt, brevique pereunt. *Siliquæ* dulces, tortuosæ, & deformes, primò virides,

Piso de facult. simpl. l.4.c.34.

mox

Camolxochotl, seu arbor floribus Cassia.

Chalalhuic seu arbor foliis Cassia.

Tamarindus Brasilienſis.

Tamarindus Arabica.

Tamarindi plantula.

Evonÿmus granis rubentibus vulgaris Spindelbaum.

Tamarindi seminis facie fructus Indicus.

Tamarindus Mexicana.



mox nigræ & putrescentes. *Radicis medulla*, quæ ex albo flavescit, à cortice liberata, in taleolas dissecta, per noctem sub dio macerata, & aliquoties pota, urinam cunctantem pellit, & renibus obstructis opitulatur, subamara quidem est, sed tenuium partium.

EXOTICA.

TAB. CIII. EX EXOTICIS huc refero 1. *Chatalhuic*, seu *arborem foliis Cassiæ*, 2. *Camolxochitl*, seu *Arborem floribus Cassiæ*, & 3. *Ceratium monococcum*.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 39. *I. Chatalhuic*, seu *Arbor foliis Cassiæ*, magna est, ramosa, & perpetuò virens. *Stipites* recti fulva lanugine. *Folia* Limoniæ aut Cassiæ fistularis similia, sed longiora & infernè candentia. *Flores* lutei. *Fructus*, nisi tenuior & asperior esset ac dulcis *Cortex*, par. *Vsus* corticis, qui calidus & siccus ordine quarto, pulloque & candido variat colore, in farinam reducti & duar. drach. pondere ex aqua sumpti, in detrahendis per inferna & superna bile & pituita, lumbricisque & vermibus pellendis: in dolore aurium, si permixtus Axin post aures applicetur. *Fructus* quoq; *cortex* dejectorius est & purgans. Tritus & in aqua infusus, capillos instaurat, si pecten ea tingatur. *Semen* ex aqua tritum placat febres.

Recchus R. M. N. H. p. 361. *II. Camolxochitl* seu *arbor floribus Cassiæ*, arbor est leguminosa, *folia* in alas componit. *Flos* Cassiæ similis ex rubro flavus, in octo partes divisus. Siliqua piso similis.

Bauhin. H. P. l. 12. c. 3. p. 421. *III. Ceratium monococcum* à Thoma Platero Bauhinus habuit. *Fructus* est quinque uncias longus, duas ferè latus, inquit Bauhinus, pediculo brevi, crasso, firmo, cortice continuo. *Cortex* crassus, extima facie spadicea, rugosa quadam sui parte pellucente, cum quibusdam verrucosis tuberculis: interna fusca, pulverulenta, digitorum contactum fusca quadam fuligine veluti ustilago inficiens. Ipsa cæterum corticis substantia, veluti ex arenosis quibusdam micis firmiter adeò compactilis, ut sine vi quadam rumpere, haud ita sit facile. Quod cavitatem replet intus, non faba est aut phaseolus, sed phalloides fungosus quidam fructus, internæ atque convexæ corticis cavitati exterius respondens magnitudine, ut integer fructus agitatus sonitum edat. Pulverulentus quoque est, teres, modicè recurvus, ex fungosa quadam materie compactus, colore fusco intus forisque, sapor fatuus, nec olfactus dignus.

Tamarindus.

ARTICULUS III.

De Tamarindo.

INdicta *Antiquis* Tamarindus, quia ignota. Primi Arabes prodidere, sed in eo decepti, quòd arborem palmam sylvestrem esse putarent. Nec minus illi errant, qui vel ὀξυφοινικα, vel *Palmam Plinii*, de qua libro secundo egimus, esse credunt. In duplici nobis est Differentia. Est enim 1. *Indica*. 2. *Americana*, quibus jungemus 3. *Fruticem Tamarindo similem*, 4. *Tamarindis simile semen spadiceum dentatum*, & 5. *Tamarindi seminis facie fructum Indicum*. Vid. TAB. CIII.

I. Tamarindus Arabica, Bauhino *Siliqua Arabica*, quod ejus fructus ex Arabia in Indiam aliasque regiones, vel potius ex Orientali India in Arabiam felicem, vel ex Æthiopia quæ olim India, in Ægyptum & vicinam Arabiam deferatur, Cordo *Acacia Indica* vocatur. Arbor est pruni magnitudine, Castaneæ, juglandis vel fraxini aliis. *Rami* multi: *Materies* firma, & admodum solida. *Folia* ramuli sui lateribus intervallis insident æqualibus, numero utrinque paria, nullum relinquentia ἄζυγον foliolum. Filici hæc fœminæ, pimpinellæ secundum alios similia, dilutè virentia, palmi magnitudine, gustu acido. Occidente sole ita claudunt, ut siliquas arctissimè involvant, oriente panduntur. *Flores* octonis foliis constant, quorum quatuor interiora

Bauh. Phytop. l. 11. c. 2. Bauhin. H. P. l. 12. c. 4. p. 422. Alpin. de Plant. Ægypt. c. 10.

Tamarindus.

riora alba & crassiora, velut Mali aureæ florum folia, quatuor verò exteriora tenuiora, & bina ex his eleganti nervo radiata. Quatuor è medio stamina (Alpinus fila vocat) enascuntur, corniculorum modo inflexa, candida & tenuia, ex quibus fructus seu *siliquæ*. In arcus aut digiti incurvi figuram efformantur istæ: Cortex immaturis viridis, siccatis cinereus & facilè avellitur: nuclei sativorum lupinorum magnitudine, rotundi quodammodo, (reperiuntur & quadrati) sed plani, fulvi & læves. *Pulpa* quæ in massas coacta ad nos adfertur, nigra & acidissima, cui aliquando siliquarum cortices, membranula tenuiores, quibus semina ab invicem separantur, & nervi cartilaginei duri immiscentur. *Adulteratur* sæpe carne prunorum, sed obscura nigredo, humiditas largior & sapor dolum detegunt. Quidam siccam vino humectant, ut recentior videatur. Dicuntur in Canariis *Chincha*, in Malabar *Puli*, in Guzarate *Ambili*, in Malaya Assa, &c. Habuit Bauhinus tenellam, quæ radicem egit singularem, tenuem, palmos duos longam, semè ex quo provenit transadigentem. Supra semen *stipitis* rudimentum, radice nihilo crassius, hirsutum, quod in duos utrinque ramulos oppositos abivit. *Folia* conjugatim ramulis adhærebant creberrima, oblonga, angusta, æqualia. *Provenit* in India, multis in locis, laudabilioremque & minus corruptioni obnoxium fructū fert, quæ in montosis & septentrionem versus nascitur. Visæ & Heidelbergæ aliquot annorum plantulæ, etsi Camerarius ex nucleo enatam nunquam alterum annum durare scripsit. In deserto Divi Maccarii propè Assyriorum monasterium, ubi nulla planta prodit, vivere, miraculi loco habetur. *Usus foliorum, fructus, & seminum.* Ex *foliis* parantur acetaria: imponuntur partibus erisipelatosis trita. Cum sale Armuziano phlegmonas, cum cineribus ex Cambaja pituitosos & melancholicos tumores resolvere, comesta, infusa, vel decocta vermes pellere, creduntur. *Tamarindis* ipsis seu fructui frigus & siccitas in tertio. Parvi ac virides condiuntur ab Arabibus saccaro, vel melle Carub. Infunduntur unciarum quatuor pondere per tres horas in liquore stillatitio, modicoque saccaro aspersi exhibentur, biliosos humores detrusuri. Mitigant calores febriles, & quia sitim extinguunt, vel ejus gratiâ plus quam ter millenæ libræ quotannis Cahiri venduntur. Sale condiri moris, ne temporis incommoda sentiant, præbent & aceti vicem. Pulpa apud nos in usu in evacuandis succis biliosis, daturque ad tres uncias. Castigantur ob frigiditatem cinnamomo & maci, ob tarditatem sero lactis caprini acuuntur. Hanc & per sitientia Africæ viatores sitis restinguendæ ergò ferunt. Cum aqua marina exhibere mos piratarum, quando deglutiisse mercatores gemmas suspicio est. In gonorrhæa biliosa fæliciter cum floribus Cassiæ exhibetur. In Java paratur ex Tamarindor. unc. ij. cum limonib. incisis duabus, saccari nigri Javani totidem libris, & aquæ triginta circiter amphoris potus, Hollandica cerevisiâ salubrior. *Semen* assatum & in pollinem redactum in alvi profluviis exhibetur. Idem & *Corticis* usus.

Garz. H.A. l.1.c.28. Acosta H. Arom.c.21. Nieremb. H.N.l.15. c.17. Bontius apud Pisonem H.N. l.6.c.4.

II. Tamarindus Americana est duplex 1. *Brasilienſis* nempe & *Mexicana*.

Marcgr. H. H.P.l.3.c.8.

1. Tamarindus Brasilienſis, arbor est in maximæ tiliæ magnitudinem excrescens, cortice exterius gryseo, ligno albo & satis lento. In multos, *inquit Marcgravius*, expanditur ramos, quorum quilibet in multos minores dividitur, qui ramulos gerunt hinc inde alternatim dispositos, tres aut quatuor digitos longos, in quibus ordinatim posita foliola parva, paulo plus semidigitum longa, minora quoque, angusta, æqualis undique latitudinis, figuræ cylindraceæ. Bina autē ubiq; sibi exactè opponūtur, & nullis ferè pediculis, innitūtur, ac arctè se mutuò attingunt,

gunt, infernè dilutè virent, supernè saturatius, egregiamque aciditatem sapore referunt. *Fructus* in extremitate ramulorum, in quolibet pediculo solitarius provenit, figurâ varians. Quidam enim figurâ & magnitudine ficus exsiccatæ compressus, quidam siliquæ fabæ majoris, quidam instar columellæ laccæ quâ literas obsignamus. Omnes cortice externo fragili, coloris mespilorum, tenui quando maturi sunt. *Pulpa* plenus cortex nigricante, filamentosa, acidi saporis gratissimi. In medio pulpæ in quolibet fructu seu siliqua duo aut tres lapides amygdalorum figurâ, aut orbiculares, & compressi inveniuntur coloris castaneæ splendentis. Nucleus Tamarindorum terræ commissus, annuo spacio in arbusculam quinque pedes altam excrescit.

Reccus R. M.N.H. p.83. *II. Tamarindus Mexicana* eodem ferè modo quo Indica describitur. Sed quia in icone aliqua conspicitur differentia, ideò eam adjicere placuit.

Ind. Orient p.4. *III. Tamarindo frutex similis*, dicitur *Queillos*. Fructus ei ut fabæ Romanæ subduplo longior, quo in cibo utuntur.

Clus. Exot. l.2.c.16. Bauhin. H. P. l.12.c.5. p.43. *IV. Tamarindis simile semen spadiceum dentatum*, album erat, durum, cortice spadiceo. Magis tamen planum, & oris compressioribus.

V. Tamarindi seminis facie fructum Indicum ex munificentia Ducis Wirtembergicæ habuit Bauhinus. Unciam, *inquit*, longus est, tertiam unciæ partem latus, ovatus, compressus, fuscus & paulò minus quàm niger, supernè quâ adhæsisse videtur leviter umbilicatus, infernè acutus: utrinque linea ovata ad fructus figuram impressa notatus.

Caput III.

Evonymus.

De Arboribus siliquatis Classis tertiæ.

Articulus I.

De Evonymo.

Vid. Tab. CIII.

AD tertiam Arborum siliquatarum partem pertinent *Evonymus* & *Nerion*.

I. *Evonymus* nota *Theophrasto* & ex hoc *Plinio* arbor. Magnitudo ei mali Punicæ. *Folium* ejusdem Chamædaphnæ majus & molle, nec benè Plinius, inter eam & laurum folii magnitudine, quasi φύλλον μεταξὺ ῥοὰς καὶ δάφνης extaret. *Flos* colore τῷ λευκῷ ἴῳ seu λευκοΐῳ Theophrasti bulboso non Dioscoridis similis, odore gravis ὥσπερ φόνη. veluti attractylidis, qui vere erumpit. *Fructus* cum putamine sesamæ siliquæ proximus, intus solidus: præter quam quòd in versus dividitur quaternos, (διῃρημένος κατὰ τὴν τετραστοιχίαν) Plinius ferre siliquas sesami similes, intus granũ quadrangula figura spissum, dixit. *Germinat* περὶ τὸν ποσειδεῶνα, i.e. mense Decembri seu sole existente in Capricorno. *Provenit* cum alibi, tum in Lesbo insula, in monte Ordyno. *Vires* si spectes. Enecat pecus *folium* si gustetur: capras inprimis interimit, nisi ἀνόχῳ seu præcipiti alvi inanitione purgentur. Idem & Fructus facit.

Theophr. H.P. l.3.c. ult. Plin. H.N. l.13.c.22.

Theophr. H.P. l.6.c.4

II. MODERNIS est triplex 1. *Granis rubentibus vulgaris*. 2. *Granis nigris*. 3. *Latifolius*, ad quos 4. *Ban Ægyptiorum*, seu Arbor fructu baccis lauri similis referenda est.

I. Evonymus granis rubentibus vulgaris, Crescentio *Fusanus*, Lon. *Carpinas Theophrasti*, Cæsalp. *Siler Plinii*, Lugd. *Tetragonia Theophrasti*, Bauhino Evonymus multis, aliis *Tetragonia* dicitur. Frutex est arboreus, quatuor aut quinque cubitorum altitudinis. *Lignum* satis solidum, fissile tamen & æquale, album aut flavescẽs. *Rami* propter excurrẽ-

Tabern. H. P. l.3.c.79. Bauhin. H. P. l.8.c.14. p.201. Lugd. H.P. l.2.c.70. Matthiol. in Dioscor. l.1 c.114.

Euonymus.

tem in quatuor angulos corticem, quadrangulares, ac ſi artifex dolabra perpoliviſſet. *Folia* acuta, oblonga, crenata. *Flores* qui poſt veris initium funduntur, Monſpelii Aprili, in Germania Majo, pallidi, τετραφύλλει, quibus totidem alternatim poſita calyculi foliola ſubjiciuntur, pari numero, apicibus luteis, umbilicum curvoſum viridantem cum ſtylo concolore occupantibus, ſingulis ſingulæ ſuccedunt *ſiliquæ* quadrangulæ rubentes aut puniceæ, albæ aliquando, intra quas diſtinctis loculis *ſemina* parva, ſolida, ex rotundo oblonga, quibus cuticula crocea, medulla alba, ſapor cum obſcura dulcedine amarus & nauſeabundus. Autumno appetente purpureo tinguntur colore donec omninò rubeſcant: poſtea decuſſatim ſua ſponte rumpuntur & hiantes in hyemem usque pendent. *Natale* ipſi ſolum regio calida & frigida. Juxta ſepes & margines, in montibus dumetis & ſylvis, inter ſpinoſas ſtirpes juxta vias non dedignatur naſci. *Uſus* fructus capris in cibo. Avidiſſimè voraſſe obſervavit in Pannonia Cluſius. Terni aut quaterni homini exhibiti, per ſuperna & inferna purgationem moliuntur. In lixivio cocti capillis flavedinem conciliant: & ejus gratia Unguentum Italicis mulieribus ex ipſo. Ex *ligno* vaſa & varia inſtrumenta tornantur; in Helvetia muſcaria vel lardaria. Triplex ex eodem color, flavus viridis & fulvus. Exſurgit ille, ſi viridem adhuc cum tantillo aluminis bullire permittas. Nihil obeſt quo minus *Tetragonia* Theophraſti dicatur, quam *Quadratoriam* Gaza vertit. Eſt ex ſero germinantibus.

Theophr. H.P.l.3.c.6.

Cluſ.H.P. l.1.c.37.

II. Evonymus granis nigris, Cluſio *Evonymus alter*, Tabern. *Pannonicus*, Bauhino *Evonymus flore phœniceo*, frutex eſt homine altior. *Caudex & rami* tuberculis aſperſi, punctis veluti notantur, pulverulentique ſunt. *Folia* ſerrata, pruno ſylveſtri ſimilia, guſtu primum exſiccante mox amariuſculo & calido. *Floſculi* aliquot ſimul ex longis pedunculis quadrifolii, cum umbilico quadrato, & ſtaminulis luteis quatuor angulos occupantibus, qui ſplendent & purpuraſcunt. *Fructus* in ſiliquis quadrangulis ſpongioſus, aurei coloris, in quo grana nigra, ſplendentia, loculis diſtincta, & pulpa comprehenſa. Siliquæ dehiſcentes tenui filo propendent. Copioſè *naſcitur* in ſylvoſis Pannoniæ montibus, qui Alpes non attingunt; nullibi abundantius quam in ſylva ad Greyzenſtein arcem. Floret ibi Majo, fructu Auguſto matureſcit. Viſa primum à Bauhino Stutgardii.

III. Evonymus latifolius virgas habet cubitales, rotundas, virides, fractu contumaces. *Radix* in bicubitalem longitudinem excurrit, ſummo capite ſingulis annis virgas proferens, quæ levi per hyemem incremento, folia ſub finem autumni abjicientes, oblongam gemmam extrema cuſpide, ſpem novæ in vere germinationis proferunt. *Folia* naſcuntur ex adverſo bina, leviter ſerrata, viridia, guſtu amaro. *Flores* τετραφύλλει albicantes & ad carneum quodammodo colorem tendentes. *Fructus* interdum quinque angulis conſtat, alatus quaſi & maturitate dehiſcens, in quo alba grana aureæ pulpæ immerſo, Auguſto vel Septembri viſuntur. Obſervatus à Cluſio ea parte Pannoniæ, quæ olim Interamnis vocabatur.

Cluſ. l.c. Bauh. l.c.

IV. Bon ſeu *Ban Ægyptiorum*, nonnullis *Elkarie*, Abenſinæ *Buncho*, Rhaſi *Bunca*, Evonymo ſimilis eſt, ſed *foliis* craſſioribus, durioribus, & perpetui viroris, fructu lauri baccis ſimili. Viſa in herbario Halybei Baſſæ. Ex ſeminibus paratur *Caova* potio, quæ Turcis loco vini, aſportanturque ex Arabia felice, ſaporis dulceſcentis cum pauco amarore. Utero creditur egregiè prodeſſe; ideò ejus decocto fluxus menſium promovere, mulieres Ægyptiæ ſolent. Nauſeam ſtomacho concitare & pituitam purgare Alpinus ex Abenſina prodidit.

Alpin. Plantar. Ægypt. c.16.

ARTI-

Ban vel Ben Ægiptiorum.

Nerion Americanum.

Evonijmus Latifolijs.

Nerion floribus albis.

Evonijmus grauis nigris.

Nerion floribus rubescentibus Oleanderbaum.

Fructus siliqua Nerij.

Arbor altera Nerio similis.

Arbor prima Nerio similis.

Articulus II.

De Nerio.

Tab. CIV.

Dioscor. M. M. l. 4. c. 82.

I. EX VETERIBUS descripsere *Nerion*, Dioscorides, Plinius & Galenus. Frutex est notitiæ vulgaris. *Folia* μακρότερα καὶ παχύτερα quam Amygdalo: *flos* ῥοδοειδὴς. *Fructus* ἐμφερὴς ἀμυγδάλῳ, veluti κεράτιον (malè ὡς κέρατι) quod dehiscens, πλήρη ἐριώδους φύσεως, pappis acanthinis simili (sic lege, non ὑακινθίνοις, nulli hyacintho pappi) plenum, reperitur. *Radix* acuminata, longa, lignosa & salsuginosa. Plinius sempiternum fronde, rosæ similitudine, caulibùs fruticosum dixit, similem amygdalo fructum vix dixeris, nisi vel de exigua adhuc siliqua & adolescente sumas, vel ob corticis viriditatem & crassitiem: vel locus corruptus sit & legi debeat, καρπὸν δὲ ὥσπερ κεράτιον ἀνεωγμένον, omissis ἐμφερῆ ἀμυγδάλῳ. Adulta sanè siliqua, angusta oblonga, nullo duro & lignoso nucleo subjecta, lanuginosis tantum villis turgens, Amygdalo comparari non potest. *Nascitur* ἐν παραδείσαις καὶ παραθαλασσίοις τόποις & ad flumina. *Vires* ad noxia. Flos enim & fructus, jumentis capris, ovibus & canibus venenum. De homine incertum. Homini contra serpentia remedio, si è vino bibantur, magisque ruta addita, Dioscorides prodidit. Galenus, extra illita διαφορετικῆς esse δυνάμεως, intra ὀλέδρια καὶ δελητήρια. In Bithynia obduntur foliis foramina ubi mures stabulantur: quæ si dentibus egressuræ attigerint, percunt.

Plin. H. N. l. 16. c. 20.

Pall. R. R. l. 1. c. 35.

II. RECENTIORIBUS triplex est Nerion. 1. *Floribus rubescentibus.* 2. *Floribus albis* 3. *Americanum* quibus adde. 3. *Arbores duas Nerio similes*, & 4. *Fructum Nerii siliquæ figura.*

Bauhin. H. P. l. 15. c. 19. p. 141. Tabern. H. P. l. 3. p. 751.

I. Nerion floribus rubescentibus, Angvil. *Oleander flore rubro*, Gesnero *Rhododaphne*, Rhauwolf. *Oleander*, *Defle* circa Tripolim, est planta arborea. *Caudex* rectus, rami recti & firmi, crocei seu ex viridi pallescentes. *Folia* multa oblonga rigida crassa, dura, exsucca, quæ superiore parte atrovirescunt, inferius maculis albidis hinc inde asperguntur. *Flores* supremis ramis insident multi, colore rosæ incarnatæ, divisurâ, *(verba sunt Bauhini)* quinque partita clematidis daphnoidis: singulisque divisionis partibus internè adnata quædam trisulca appendix, in medio apices quinque simul juncti, albi, pilosi: floris verò longi, veluti calycis imum, extrinsecus obvallant foliola intensè rubentia. *Siliquæ* marcidis floribus succedunt sursum spectantes. *Provenit* ad aquarum fluenta & loca maritima, in Ponto, Syria, Italia, Gallia, &c. Matthiolo ad Benaci ripas, & in Argentario monte primò visum. In tractu maritimo & montoso Liguriæ inter Genuam & Niceam crescit copiosissimum. In Creta ad trabes ædicularum apta materia. In insula montis Baldi Monachorum minorum ex saxis nudis propè aquam pullulat. Monspelii cum siliquis in autumno visa, & mense Majo ac Junio florens; Patavii cum siliquis vere, sub tecto mense Januario. De *Viribus* nihil apud Recentiores singulare occurrit.

Nerion.

II. Nerion floribus albis, nihil à priore differt, florum colorem si exceperis.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 33. Bauhin. H. P. l. 15. c. 19. p. 142. Reccus R. M. N. H. l. 3. c. 33.

III. Nerion Americanum, incolis *Quauhtlepatles*, aliis *Chupireni* seu *arbor ignea*, lauri est effigie. *Folia* oblonga, majora & latiora quàm Amygdali: *flores* in rosam conformati. *Nascitur* apud Mechuacanenses, & Huexotziacenses, propè humectantia & aquosa. Fundit lac adurens, quod in deturbandis in hydrope, & gallica lue usurpant: tutius purgat, si umbilico inunxeris. Potest tamen & eo modo præparari, quo esula, scammonium, & his similia.

III. Arbor Nerio similis est duplex. I. *Prima* habet *siliquas* de ramis & surculis Sambuci sylvestris, medullosis, pallidis, pullis, nodosis, sesquipalmum & pedem longis vaginis cutaceis; uno cohæsu septenis aut novenis, singulis lampetram graci-

Exotica quædã siliquata.

lem effigiantibus. Pelliculæ intus cepaceæ & tomentosæ, adeò exuvium serpentis mentientes, & quiddam cadaveruli angvini simile involventes, ut pueris horrori sit.

Lobel. Observ. p. 199. Terent. apud Recc. p. 445.

II. *Altera* Indis *Yccotli* dicitur. In ea venæ *foliorum* nigræ; *flos* Nerii luteus; *vasculum* bursæ pastoris simile, ejusque divisio in duo vascula apparet.

Clus. Exot. l. 3. c. 19.

IV. Fructus Nerii siliquæ figurâ Clusio *Kaye Balca* teres & infra minimi digiti crassitiem erat. Cortex densus, rugosus, striatus, & innumeris tuberculis onagri pellis instar obsitus: pars pediculo proxima rufa. Pulpa intus admodum dura, & quæ cultelli mucrone vix eximi posset, subacidi saporis. Similis à Paludano submissus, in quo lanugo quædam.

Caput IV.

Tab. CV. & CVI.

De Arboribus quibusdam siliquatis Exoticis.

ARbores siliquatæ Exoticæ quas huic Capiti inserere volumus sunt viginti. 1. *Comanda guira.* 2. *Atitara.* 3. *Caaeo.* 4. *Silva d' Agoa.* 5. *Quamochitl.* 6. *Cacaloxochitl.* 7. *Ecapatli.* 8. *Frutex innominatus primus Marcgravii.* 9. *Frutex innominatus secundus ejusdem.* 10. *Arbor siliquosa juglandis folio Brasiliana, lobo longissimo Acaciæ siliquæ instar distincto.* 11. *Arbor siliquosa Brasiliana lobo latissimo.* 12. *Arbor siliquosa ex Virginia lobo fusco scabro.* 13. *Arbor siliquosa ex qua gummi Animæ elicitur.* 14. *Arbor siliquosa lobo quadrangulo fusco.* 15. *Arbor siliquosa Africana foliis ferè pyri, semine fabaceo.* 16. *Arbor siliquosa Guineensis lobo spadiceo fusco.* 17. *Arbor siliquosa Guineensis fructu fabaceo lobo longissimo.* 18. *Arbor siliquosa in Sierra Liona.* 19. *Frutex innominatus tertius Marcgravii.* 20. *Arbor fabifera Iavanensis.*

Marcgr. H. P. l. 2. c. 4.

1. *Comanda guira* sic à Marcgravio describitur. Arbustum est seu frutex ferens phaseolos. *Cortex* illius viridis; *lignum* leve atque fragile. In *ramis* habet multos ramulos surrectos, sesquidigitum longos, directè sibi oppositos, sed paria alternatim posita, in quorum uno tria sunt *folia* oblonga, acuminata, foliis salviæ acutæ similia, infernè albicantia, supernè viridiora, & ad tactum instar serici lævia, conspicuis venis prædita; in altero *flores* sex, septem aut octo magnitudine nostratium pisorum, foliis duobus sursum versus cum suo involucro & uno deorsum, quod maximum. Sunt autem flores lutei coloris, & folium illud maximum deorsum versum, inferius venulis rubris per totum insignitur. Flores sequuntur *siliquæ* compressæ & quasi contortæ, quarum quælibet continet quatuor grana phaseoli, alba, nostris pisis paulò minora, quæ cocta benè sapiunt, & alvum laxant. Fert fructus toto anno.

II. *Atitara*, alias *Iatitara* Brasilien- Marcgr. H. P. l. 2. c. 5.
sibus, spina est foliis sigilli Salomonis. In novem pedum ad summum altitudinem assurgit. *Caudex* crassus acutissimis spinis ubique munitur. *Ramuli* fruticem per intervalla aduncis & deorsum versis spinis, viridibus, cum cuspidibus brunnis, splendentibus ambiunt. *Folia* sesquipedem longa, infernè, à tribus vel quatuor rectis & acutissimis spinis muniuntur. Nulla in extremitate ramorum, quæ spinosa, & in modum sagittæ tripliciter figurantur. Arctè in modum foliorum palmę complicantur, antequam se pandant. *Siliqua* hinc inde pedem aut quindecem digitos longa, duos aut tres digitos crassa, acuminata utrinque & paulatim incurvata, ubique per ambitum frequentissimis spinulis obseratur, primò viridis, post nigrescens. Ubi se spontè aperit, ramum ex se more & modo palmæ nuciferæ in multos ramulos distributum promit, coloris ex flavo albescentis, cui flosculi multi, hinc globuli copiosi fiunt, qui in fructus abeunt.

III. *Caaeo Brasilienſium*, vulgo *Her-* Marcgr. H. l. 2.
ba viva, caulem habet striatum, li-

gno-

Sylva de Agoa.

Caaco Braſilienſium.

Atitara Braſilienſium.

Lobus longiſſimus arboris ſiliquoſæ Juglandis folio Braſilianæ.

Frutex innominatus ſecundo margravij.

Ecapatli.

Arboris ſiliquoſæ Braſilianæ lobo latiſſimo lobus alter ſeu minor.

Arboris ſiliquoſæ Braſilianæ lobo latiſſimo lobus prior ſeu major.


Tab: CVI.
Arboris siliquosæ lobo quadrangulari fusco lobus.
Arboris siliquosæ ex Virginia lobi.
Arboris siliquosæ ex virginia lobo fusco ramulus.
Arboris siliquosæ Affricanæ folijs fere pyri, semine fabaceo siliqua
Lobi tres corticæ cartilagineo rugoso fusco, duplici crista sinuosa donate.
Arboris siliquosæ Guineensis fabaceo lobus cum phaseolo.
Lobus corticæ membranaceo atro tumido.
Lobus membranaceus atro spadiceus planus Guinensis.
Fructus flavescens lobo forte inclusus Bauhini.
Fructus oblongus cine raceus rugosus et gibbosus.
Fructus siliquosus Oruceria dictus.
Siliqua parva Indica seminæ oblonge nigro.
Fructus subrotundus durus eleganter rubens.

gnosum, aculeatum, fragilem & medullosum, qui partim terræ incumbit, partim assurgit & aliis se implicat. In varios punditur ramos & rami in ramulos, duos aut etiam quatuor digitos longos aculeatos, quilibet autem ramulus quinque, sex aut octo costas habet sibi semper oppositas, quamlibet unum aut sesquidigitum longam, quæ costæ continent foliola læte viridia ordine posita & sibi opposita, angusta, oblonga, ut lentium, sine pediculis, ad tactum tenera, in medio secundum longitudinem subtili nervulo, qui non potest videri nisi foliolum obvertatur. Ad caulem ubi ramuli prodeunt brevis provenit pediculus (raro plus quam unus in uno loco, sed in uno habens multos, & in summitate caulis quasi spicatim congesti sunt globuli) unum digitum longus, qui capitulum producit rotundum, magnitudine globulariæ Monspel. Car. Clusii Rar. Plant. lib. IV. cap. I. vel etiam majus, constans cæruleo purpureis (vel etiam incarnati coloris) floscu-lis egregiis, arcte junctis, ita ut capitulum hirsutum videatur. Post flores proveniunt siliquulæ tenues, striatæ, hispidæ, mollibus aculeis munitæ, tres circiter digitos longæ, in quibus semen nigerrimum, splendens, oblongum, figuram fere habens cordis, magnitudine grani siliginis. Radix hujus plantæ perennis est, & semper protrudit caules recentes. Est autem radix pedalis aut paulo majoris longitudinis, quatuor circiter digitos crassa superius, sed quæ paulatim attenuatur versus inferiora, est autem contorta instar funis, & multa habet filamenta ad latus è sui medio, unum aut duos pedes longa: extetius est coloris umbræ, interius alba, lignosa, medullosa, lenta, filamentosa. Tota radix fortem odorem habet plane similem vaporum nostratium, diu in cella tempore hiberno servatorum. Herba inodora, sed saporis subdulcis. Mirabilis autem, nam manu, pede aut baculo tacta, statim contrahit se & componit, brevi autem post iterum se explicat, quod ab astante videri potest. Etiam circa solis occasum tanquam tristitiâ affecta se componit. Exotica quædã siliquata.

IV. Sylva d' Agos, herba frutescens viva, est pyri sylvestris magnitudine. *Folia* prioris speciei foliis similia, sed angustiora in ramulis disposita, nimirum quilibet ramus quatuor, quinque aut sex digitos longus est, habetque octo aut novem paria ramulorum sibi in vicem opposita, quorum quilibet sesquidigitum longus, & in singulis multa paria foliorum sibi opposita. Flos convenit cum flore primæ speciei, paulo tamen major & cerasi magnitudine. Lignum subruffum habet corticem, estque lentum, multis spinis rufescentibus munitum. Fert semen in siliquis magnis, latis, instar siliquæ pisi, plane hispidis, brunni coloris, tres digitos longis, quando semen maturum est, siliquæ sponte in tot partes dissiliunt, quot seminis grana continent: & secundum longitudinem siliquæ ad utrumque latus, filum quoddam hispidum etiam se absolvit: quodlibet granum seminis habet magnitudinem farris, compressum, coloris olivacei, quadratæ seu parallelogrammæ cas-pulæ inclusum. Tertia species, itidem fruticescens, minor est præcedente, habetque foliola prorsus angusta & multo angustiora foliolis prioris, atque ad hunc modum disposita: ramuli sesquidigitum longi & non per paria sibi invicem oppositi, sed in orbem stantes, sex, septem aut octo numero, foliola tam in illis sibi invicem apposita ut in reliquis speciebus. Color ligni similis secundæ speciei, uti & flos, verum semen continetur in siliquulis parvulis teretibus, hispidis, fuscis, quarum multæ conjunguntur, figura Rosæ, quælibet autem siliquula habet tria grana & totidem tuberc-la, semen autem coloris est olivacei paulo obscurioris, rotundum & paulo compressum, instar lentium, sed minus. Siliquulæ etiam sponte dissi- Marcgr. H. P. l. 2. c. 12.

Exotica quædã siliquata.

diſſiliunt in tot partes quot ſemina continent.

V. Quamochitl, ſeu *Arbor fructus crepitantis*, ſpinifera eſt. *Folia* fert mali Punicæ, paulò tamen obtuſioris cuſpidis, & *captula* in poſtremis viticulis epythimo ſimilia, majora tamen, ac *ſiliquas* è purpureo rubeſcentes, nigricante ſemine refertas, quod licet edule ſit, halitum tamen inficit. *Naſcitur* in calidis regionibus, qualis eſt *Cuauhchinancenſis*, quibusque locis. *Vſus* radicis corticis in adſtringendo, dyſenteria, aliisque fluxibus. *Folia* cum ſiliquaſtro ſatietati medentur. Succus ſeminis egregium errhinum eſt, & humores aquoſos affatim à capite trahit.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.69.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.70.

VI. Cacaloxochitl arbor eſt mediocris magnitudinis. *Folia* mali Medicæ, ſed ampliora, & frequentioribus à dorſo in latera venis aſperſa. *Flores* magni & pulchri. *Fructus* ſiliquæ permagnæ & fulvæ. *Vſus florum* in torquibus & corollis; nec quenquam ſalutant Indi ſine his. *Lactis* quod fundit, in refrigeratione & conglutinatione: medullæ in ventriculi & inteſtinorum emundatione, ſi duarum drachmarum pondere ſumatur. *Generum* diverſitas ex floribus ſumitur. Ferunt quædam Coccineos, quæ *Tlapaltic Cacalaxochitl* dicuntur: quædam candentes, quibus *Ticaxochitl* nomen: nonnullæ coloris varii, quæ *Tlansqueluixochitl*, *Hoiloyxitl ayotectli* vocantur.

Recchus R. M.N.H. l.6.c.16.

VII. Acapatli, aliis *Tlaloaxin*, *Totoncaxihoitl* ſeu *calida medicina*; quibusdam, *Xomo tontli* ſeu *parva ſambucus*, & *Xiopatli*, frutex eſt hiſpidus, odore gravi, ſapore amaro, *ſtipitibus* lentis purpureis, tenuibus & teretibus; *floribus* luteis, mediocribus, in extremis ramorum flagellis; ex quibus *ſiliquæ* teretes, tenues, longæ, & majore ex parte purpureis granulis lenti ſimilibus, minoribus tamen refertæ. *Provenit* in campeſtribus calidarum aut temperatarum regionum. *Vſus* foliorum in vomitu infantium, qui lac ſugunt, ſi contuſa ventriculo imponantur: in capitis doloribus, ſi illinantur: in horroribus febrilibus, ſi aſſumantur.

Marcgr. H. P.l.2.c.8.

VIII. Frutex primus innominatus Marcgravii, herba eſt fruticeſcens in trium aut quatuor pedum altitudinem aſſurgit, multis caulibus juxta ſe poſitis, lignoſis, rectis, paulo incanis, qui hinc inde ramos habent. *Folia* fert in ramulis bina ſibi oppoſita, in quolibet plerumque ſex paria & in extremitate unum ſolitariè poſitum. Sunt autem folia vix digitum longa, inferius quaſi lanugine incana obducta, ſuperius paulo viridiora. Prope exortum illorum ramulorum etiam proveniunt *ramuli* ſingulares, qui ſinguli ferunt *ſpicam* parvam, conicam, conſtantem *floſculis* parvulis, coloris ex albo & incarnato mixti, inſtar floris Loti. Poſt flores ſequuntur *ſiliquulæ* multæ juxta ſe poſitæ, ſemidigitum ferè longæ & figura cornu caprini: quodlibet autem corniculum continet quinque, ſex aut ſeptem *granula ſeminis*, quod propriæ ſuæ cellulæ incumbit, parvum albicans, & figura inſtar panis ſacchari, verum ad latera paululum compreſſum, durum, ſaporis inſtar piſorum. Quando ſemen plenè maturuit, ſiliquula diſſilit & ſemen ſuum effundit.

Marcgr. H. P.l.2.c.15.

IX. Frutex innominatus ſecundus Marcgravii, ligno eſt ſaligno; medulla alba intus; cortex cinereus; *Folia* myrti æmula, ſed majora infernè ex viridi albicantia, quibus nervus ſecundum longitudinem poſtica parte prominulus, ſuperna vix conſpicuus. *Flores* non deſcripti. *Siliquæ* quatuor circiter digitos longæ, teretes & quaſi ex globulis compoſitæ, in quibus *ſemen* magnitudine piſorum, ex flavo obſcurum, una extremitate acuminatum, & rimula quadam inſignitum.

Cluſ. Exot. l.3.c.1.

X. Arbor ſiliquoſa juglandis folio Braſiliana lobo longiſſimo, Acaciæ ſiliquæ inſtar diſtincto. Lobus erat binos pedes Romanos cum triente longus, quatuor uncias latus, & planus, color

color cineraceus, tumor in medio. *Semina* contracta, & rugosa, orbiculari penè figura, nuci vomicæ non valdè dissimilia ex atro rufescentia.

Cluf. Exot. l.3.c.2. *XI. Arboris siliquosæ Brasiliana lobo latissimo*, duplex lobus est. *Primus* major ex fusco cineraceus, octo uncias longus, quatuor latus, cui intus lacunæ decem, semen quasi quadrangulare oblique situm. *Alter* minor ex fusco rubescens, cui octo intra lacunæ, semen imperfectum semini mali Citrii haud dissimile.

Cluf. Exot. l.3.c.3. *XII. Arbor siliquosa ex Virginia lobo fusco scabro*, talis Principi Wirtembergico ex osficulo terræ mandato prodiit, qualis hic depingitur. Bauh. H.P. l.12.p.436. Lobos *Bauhinus* & *Clusius* habebant. *Clusii* sunt duo. *Unus* ex Virginia fuscus quinque vel sex uncias longus, duas latus unam crassus: *Alter* ex insula Haythi sive Isabellæ vicina, spadicei coloris, septem uncias longus tres cum semisse latus. Utrique crassus, validus, durus & firmus cortex, cui bini à pediculo nervi foris fusci, intra cineracei utrobique scabri producebantur. Pulpa intus fungosa, cineracea, in qua quina vel sena osficula, nigra, dura, avellanæ magnitudine & sapore, uncialis longitudinis immersa. *Bauhini* lobo longitudo sex unciarum, latitudo trium. *Cortex* insignis crassitudinis, tuberculis minimis respersus, durissimus, Castanei ex una parte, fusci & nigricantis ex altera coloris. Tumor & sulcus in icone conspicitur per longitudinem. Pediculus ad lobum tenuior, rotundus asperiusculus, in extremitate teres. Cavitas intus uncialis plusquam fusca & nigricans, ad pediculi regionem arcta in opposita parte arcuata; crusta succingens tenuior est, cui splendens quędam alia subest.

XIII. De *Arbore siliquosa ex qua gummi Animæ elicitur*, nihil occurrit quod dicam, nisi fortè ex Gvinea advectam. Ovied. H. N. Ind.p.1. l.8.c.8. An sit *Guama Oviedi* dubitat Clusius.

Cluf. Exot. l.3.c.5. *XIV. Arbor siliquosa lobo quadrangulo fusco*, lobum habet septem uncias longum, duas latum, sulcis lateralibus alas superantibus, distinctum. In media spina aliquot semina, quibus niger & splendens cortex, pulpa viridis pistaciorum sapore sed fervidiore. In lobi alis, succus quidam dulcis, qualis Ceratiorum. Exotica quædã siliquata.

XV. Arbor siliquosa Africana foliis ferè pyri, semine fabaceo, siliquas fert candidas, phaseolis longiores & majores. Semina putamine albo ablato minii colorem habent, & siccatæ in binas partes sponte finduntur. Fructus, qui incolis *Coles* reficcatus durus valdè ac solidus evadit. Sumitur ab incolis in Africæ tractu juxta Promontorium viride jejuno ventriculo, toleraturi tribus vel quatuor assumptis per totam diem famem. Affirmant præmanso, quemvis potum sapidiorem evadere. Cluf. Exot. l.3.c.7. Bauhin. H. P.l.12.c.7. p.425.

XVI. Arbor siliquosa Gvineensis lobo spadiceo fusco, qualis sit non proditur. Lobi longitudo unciarum decem, latitudo trium, spissitas vix quadrantis. *Cortex* lentus cutaceus ex spadiceo fuscus, frequentissimis venis ab infima siliquæ parte, ex pediculo dependente, sursum & ad latera perfusus. *Medulla* intus pallescens, gravis & caput ferientis odoris, cui grana aliquot dura, ex spadiceo fusca, granis arboris Judæ non dissimilia. Perniciem creant intus sumpta: in pollinem redactorum ad vulnera curanda usus. Cluf. Exot. l.3.c.4.

XVII. Arbori siliquosæ Gvineensis fructu fabaceo, lobo longissimo, lobus erat nigricans, viginti unciarum longitudine, trium latitudine, cortice duro, crasso, rugoso, extra fuliginoso, intra spadiceo. Intus septem magni phaseoli, binas uncias cum semisse longi, coloris ex spadiceo nigricantis & splendentis. Cluf. Exot. l.3.c.6.

XVIII. Arboris siliquosæ in Sierra Liona tres sunt species. *Prima* eximiæ est altitudinis, cui siliqua fabacea quatuor aut quinq; obliquas fabas, semini Tamarindorum similes, duro cortici inclusas, quibus intra flavus nucleus, venenum præsentissimum quo suas sagittas Nigritæ inficiunt, Purchas. navig. T.1. p.425.

De Lobis & fructib. quibusdam siliquatis.

ciunt. Fructus incolis *Ogot*. *Altera* est paulò minor, cui siliqua curva, crasso cortice, septem vel octo unciarum in longitudine, quatuor in latitudine, quinque fabas magnas continens. *Tertia*, est etiam ampla, cui folia brevia, fructus in valido ligneo pediculo, crassus, ad latera depressus novem uncias longus, quinque latus, intra quem quinque fabæ majores præcedentibus, & venenati. Incolæ *Quenda* vocant.

Marcgr. H. N. l. 2. c. 12.

XIX. Frutex tertius innominatus Marcgravii, minor est frutice innominato secundo. *Ramuli* sex vel octo in orbem stantes sesquidigitum longi. *Foliola* prorsus angusta. *Siliquæ* parvulæ, teretes, hispidæ, fuscæ, quarum multæ conjunguntur figurâ Rosæ: cuilibet tria grana & totidem tubercula. Dissiliunt in tot partes sponte quot grana continent. *Semen* coloris est olivacei paulò obscurioris, rotundum, compressum, & minus quàm lentium.

Bontius apud Pison. l. 6. c. 44. H. N. & M.

XX. Arbori fabiferæ Java patria. *Flos* qui depictus, in prælta arbore crescit, cujus truncus spinosus, folium nostratis tiliæ. Apertus egregiè rubet: in siliquis rubræ fabæ, quibus turdi avidè vescuntur.

Caput V.

De Lobis & fructibus quibusdam siliquatis.

Vid. Tab. CVI.

TRedecem tales occurrunt, 1. Lobus orbicularis fuscus spinosis tuberculis obsitus, binos phaseolos nigros continens. 2. Lobus cortice cartilagineo rugoso, fusco, duplici crusta sinuosa donatus. 3. Lobus cortice membranaceo atro tumido. 4. Lobus membranaceus atrospadiceus planus Gvineensis. 5. Lobus quadrangularis. 6. Lobus aromaticus subfuscus Terebinthi corniculis similis. 7. Fructus oblongus cineraceus rugosus & gibbosus. 8. Fructus compressus quadrangulus venis candicantibus & nigricantibus, ut Coles fructus distinctus. 9. Fructus subrotundus, durus, eleganter rubens. 10. Fructus flavescens lobo forti incluso Bauhini. 11. Siliqua thymiamatis odore Cherleri. 12. Siliqua parva Indica semine oblongo, nigro. 13. Fructus siliquosus Orucoria dictus.

I. De Lobo orbiculari fusco, spinosis tuberculis obsito, binos phaseolos nigros continente, nihil habeo quod dicam, nisi ita à Bauhino nominari. Bauh. Phytop. l. 11. c. 2. p. 401.

II. Lobus cortice cartilagineo, rugoso, fusco, duplici crusta sinuosa donatus, ex insula Mauricii advectus est. In arbore crescret, an leguminis genus esset, cognoscere non potuit Clusius. Duo erant, quorum tres vel quatuor cum semisse uncias longi, binas lati: quorum unus tres, alter duos phaseolos orbiculatos ex puniceo nigros, veluti annulo cinctos, eosque duros continebat. Clus. Exot. l. 3. c. 9. & 10.

III. Lobus cortice membranaceo atro, tumido, Clusio *Lobus niger primus turgidus*, non multum à lobo ciceris abludebat forma, major tamen. Semina bina aut terna, nigra, circinatæ ferè rotunditatis, plana tamen, formâ articulis lobi Acaciæ non multum dissimili, quæ membranâ nigrâ & tenui teguntur. Clus. Exot. l. 3. c. 16.

IV. Lobus membranaceus atrospadiceus planus Gvineensis, Clusio *Lobus niger secundus planus*, formâ valdè superiori similis. Binarum unciarum longitudo, latitudo unius, extremitas paulò latior. Clus. l. c.

V. Lobus quadrangularis leguminis genus esse videbatur. Longitudo quadrãtis, crassities semunciæ, quatuor crassiores & eminentiores nervi. *Cortex* densus & obliquè striatus, coloris ex fusco fuliginosi. Septena intus grana quadrangula in duas partes dividua. Clus. Exot. l. 3. c. 17.

VI. Lobus aromaticus subfuscus Terebinthi corniculis similis, Clusio *Lobus oblongus aromaticus*, Bauhino *Lobus longus aromaticus, odore ferè Balzoini*, variæ est magnitudinis, sunt septem & octo uncias longi. Teretes omnes, rugosi, & subfusci coloris. Intus tenuis niger & splendès pollẽ, qui Clus. Exot. l. 3. c. 18. Bauh. H. P. l. 12. p. 432.

qui tenaciter parti interiori adhæret, odore Benzoino æmulus, & Cephalalgiæ, si diutius naribus admoveatur, author.

Clus. Exot. l.2.c.14. *VII. Fructus oblongus cinereus rugosus & gibbosus* Clusio fructus ex Bengala. Inde enim allatus. Plurimum ad fructum Coles accedit. Longitudo quinque penè unciarum, & totidem ambitus. *Cortex* crassus, durus lignosus, coloris ex fusco cineracei. *Nuclei* uncialis longitudinis, in quatuor partes dividui, duri, ex fusco subrufi, saporis adstringentis.

Clus. Exot. l.2.c.22. *VIII. Fructus compressus quadrangulus venis candicantibus & nigricantibus ut Coles fructus distinctus*, Clusio *Fructus VI. Parduyni*, habebat substantiam interiorem subfuscam, solidam saporis adstringentis.

Clus. Exot. l.2.c.30. *IX. Fructus subrotundus, durus, eleganter rubens*, Clusio *fructus peregrinus*. Mates *nomine*, Cassiæ solutivæ aut Ceratiorum semen magnitudine æquat, cui & formâ satis respondet: tumidior tamen aliquantulum & colore differēs. Durus est solidus, & aquæ fundum petens.

Bauh. H.P. l.12.p.439. *X. Fructus flavescens lobo forti inclusus Bauhini*, ita à Bauhino describitur. Sesquinciam circiter in longitudine sua adęquat, unciam verò in latitudine adimplet. Corticem habet ex una parte semirotundum, & undique ferè teretem, flavescentem, lævem: in medio tamen aliquatenus fastigiatum, unde ad utrumque latus costa quædam elatior decurrit, usque ad finem hujus dimidii fructus, parte etiam hujus superiore, gibbus quidam eminentior visitur, tandem fructus hic in segmēta quasi distinguitur, sulcis quibusdam obliquis ypsilon Græcorum penè imitantibus, secundum latera utraque ad finem penè corticis productis: ex alterâ fructus istius parte dimidia, cortice prior denudatus detectusve conspicitur, ita quidem ut alteri alicui rei adhæsisse priusquam avelleretur credibile sit. Nam in extremitate in orbem circumducta, cava quædam fossula, partem interiorem ambiens conspicua fit: nucleus verò in medio cortice contectus inæquali, multisque scrobiculis nunc profundioribus, nunc verò parte intermedia elatiore foveolæ minimæ occurrūt; in fossula verò extrema hinc inde lineæ nunc semirotundæ, nunc verò decussatim se intersecantes offeruntur. Spectandæ fossulæ denique ora extrema à corticis prius descripti extremitate inæquali fimbriâ donatur. Modò enim elatiori fine introrsùm curvata altius assurgit, modò retusior hebetiorque apparet.

De Lobis & fructib. quibusdam siccitūt; in fossula verò extrema hinc liquatis.

Bauh. H.P. l.12.p.438. *XI. Siliqua thymiamatis odore Cherleri*, coloris est Castaneæ dilutioris tamen, secundum longitudinem rugosa, tota sulcis constans, odorata, & post se aliquam acrimoniam relinquens. *Semina* intus minima, nigra, splendentia & sub dentibus stridentia.

Bauh. H.P. l.12.p.435. *XII. Siliqua parva Indica, semine oblongo, nigro*, externè rugosa & cinerea erat, & quinque interstitiis distinguebantur. *Semina* intus quinq; nigra, lucida, sublonga, inæqualia & utrinque extuberantia.

Bauh. H.P. l.12.p.435. *XIII. Fructus siliquosus Orucoria dictus*, siliquam refert majorem compressam subluteam partim, partim subfuscam, partim ad latera multis majoribus decurrentibus sulcis, partim ad siliquæ incurvæ ductum obliquè dispersis. A parte petioli superiore pergendo deorsùm, latiusculam, unciamque ferè longam impressionem obtinet, quæ in ascensu superioris partis gibberosæ rotundatur. *Siliqua* senæ similis, spissa, & duriuscula, in qua nucleus phaseolum æmulans, tenui, rugosâ, & colore violaceo quodammodo imbuta, tunica vestitus, cui pulpa duriuscula & albicans. Si eadem est cum Clusii *Orucoria*, quæ in Virginia in arbore Juruwa nascitur, vim consolidandi habet, si ex contuso succus in vulnera instilletur.

***

Rosa.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER VIII.

De Arboribus Rhodofloris.

Caput I.

De Rosis.

Tab. CVII. CVIII. CIX. CX. CXI. CXII.

I. ARBORES siliquatas Rhodofloræ excipiunt, *Rosa* nempe, *Cistus*, *Chamæcistus*, *Cistum ledum*, & *Ledum Alpinã*. De *Rosis* egregia apud *Antiquos* occurrunt, differentias inprimis & genera si attendas. Theophrastus modò inter frutices, modò inter suffrutices numerat: spinâ vetius quã frutice nasci scribit Plinius. *Rami* sunt aculeati, & perpetuus in cacumine vitor. *Germinat* omnis primò inclusa granoso cortice: quomox intumescẽte & in viridis alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit, in calicis medio sui stantes complexa luteos apices. *Flores*, qui calyce, cortice, anthera seu croceo, capillamento, folio, ungue & lana constant, de quibus in philologicis, Theophrasto bicolores, quod in his alterum florem insidentem medium gerit, suntque supra fructum. Poëtæ Deæ alicujus sanguine tinctam credidere. *Semen* in ipso cortice (calycem intellige) est, sub ipso flore opertum lanugine: seu ut Theophrastus, sub flore, μάλῳ inclusum, lanugine quâdam, cnici modo aut echini Carduorum (lege, κηκωδῶς ἢ ἀκανωδῶς, vel κηκωδὲς ἢ ἀκανώδη ἔχον τινὰ χνόην) obductum, omnia semina proximè ambiente. Palladius baccas nutrire scripsit, quas in brevissimi pyri similitudinem plenas seminibus post vindemiam reddunt maturas, quarum tamen maturitas ex colore fusco & mollitie poterit æstimari. De *Natali solo* hoc solum habeo, montibus deteriores emergere. De reliqua *Natura* hæc accipe. *Tardissimè* prodit semine, ob id potius caule conciso inseruntur. Et ocellis radicis, ut harundo, unum genus inseritur pallidæ spinosæ, longissimis virgis quinquefoliæ. Omnis *ustione* aut *recisione* proficit: *translatione* quoque ut vitis optimè ocyssimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata: dein per Favonium translata pedalibus intervallis, crebroque circumfossa. Plurimum *terra* refert, cælique temperies. Ideo Cyrene odoratissima, Carthagine præcox. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis nec riguis, contenta raris: proprieque ruderatum agrum amat. Quibusdam enim annis minus odorata provenit: præterea locis omnibus siccis quàm humidis odoratior, & si propè allium plantaveris. Trahit hoc ad se quicquid fætidi; purius rosæ alimentum: vel calefacta ab hoc terra, elaboratius & magis excoctum redditur. Viola & hyacintho serior, & novissima erumpit, & prima inter vernos flores

Theophr. H.P.l.1.c.15 Plin. H.N. l.21.c.4.

Theophr. H.P.l.6.c.2.

Theophr. H.P.l.1.c. 21.22.

Theophr. H.P.l.6.c.6.

Pallad.R.R. Tit.21.mense Febr.

Plin.H.N. l.c.

Theophr. H.P.l.c.

Rosa sativa purpurea.

Rosa sativa alba major flore pleno.

Rosa milesia rubro flore.

Rosa sativa major Prænestina.

Rosa rubra sativa Gemein Roth Ros.

Rosa sativa multiplex maxima.

Rosa moschata major flore simplici.

Rosa sativa flore pleno.

Rosa sativa moschata flore simplici.



Rosa sine spinis minima.

Rosa sine spinis flore majore.

Rosa moschata flore pleno.

Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato.

Rosa folio subrotundo et crispo.

Rosa sylvestris flore majore et rubente.

Rosa sylvestris flore pleno.

Rosa sylvestris flore rubro odoratissimo

Rosa sylvestris folijs odoratis.

Rosa odore Cinnamomi simplex.

Rosa sylvestris alba cum striato rubore folio hirsuto.

Rosa rubra præcox flore simplici.

Rosa odore Cinnamoi flore pleno.

Rosa lutea simplex.

Rosa majalis flore rubello.

Rosa campestris spinosissima flore albo.

Rosa multiplex.

Rosa pomo spinoso folio hirsuto Cherleri.



Tab: CXI.

Rosa Hierichuntina vulgo dicta Rose von Iericho.

Rosæ crvensis cændidæ cognata.

Rosa sylvestris pomifera minor non spinosa.

Rosa Hierichuntina vulgo dicta. Rose von Iericho.

Rosa Hierichuntina arida.

Rosæ Hierichuntinæ exsiccatæ similis.

Rosa sinensis foliosior.

Rosæ sinensis arbuscula.

Rosa sinensis quinq folia.

Rosa sinensis foliosa. Tab: CXII

Rosæ sinensis semen triplici ad micros copium aspectu ve presentatum.

Rosæ sinensis & integer

Rosæ sinensis dimidiculus seminis folliculus.





Cella patli Novæ Hispaniæ.

Izquixochitl Novæ Hispaniæ.

flores desinit: vitaque rosæ quinquennium ad vigorem scilicet non adustæ nec recisæ, flos in amurca si mergatur, ut humor extet, manet. *Vsta* recisave melius florem profert; *relicta* excrescit sylvescitque. *Recens* à lõginquo olet, *sicca* propius. *Omnis* verno tempore acrior & matutinis: quicquid ad meridianas diei horas vergit, hebetatur. *Novella* quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media, exquisitior cum serenis diebus leguntur, & omnia in calidis quam in frigidis. *Vsus* apud Veteres in *Medicina* & *aliis*. In *Medicina*. Ex triplici enim parte constat, *acerba* nempe, quæ terrea crassa & frigida; *amara* quæ tenuis & calida; & *aquea*, necessario quidem frigida, sed in tenuitatis & crassitiei oppositione quadantenus media, quod aquei admixtio qualitates omnes exsolvat: & hinc æstimandæ vires. Naturalem refrigerandi vim habet Plutarcho, aspectu igneum quid ostentare, quòd in superficie tenuis efflorescat calor, eo à frigore ἐξηθούμενος, quod de rubra sumendum est. *Foliorum* succus per se vel cum aceto in febribus ad somnos & nauseas usurpatur, in rosionibus ventris & intestinorum stomacho illinitur: in hypochondriorum inflammationibus utilis, nisi adstrictio obesset, in externis non respuendus. *Flos* somnum ciet, mulierum fluxiones sistit; stomachi dolores lenit. *Capita* sanguinem & ventrem comprimunt. *Vngues* epiphoris salubres. *Semen* optimum crocinum, nec aniculo vetustius, & in umbra siccatur, nigrum inutile. Dentium dolori illinitur & urinam ciet, naribus subditum caput purgat. Oleo etiam macerabatur, idque à Trojanis temporibus, Homero teste, & in unguenta transiit. Diapasmata quoque inde ad sudores coercendos, ut à balneis inarescant corpori, dein frigida abluantur. *In aliis*. Cibi foliis lapathi modo condiebantur. Dabatur rosea corona in conviviis: inspergebantur mensæ & ferculis, pulvinis triclinaribus accubitoriis infarctus exinde. Heliogabalus in recumbentes convivas per laquearia veluti per impluvium effundi jubebat. Mensæ citreæ succo inungebantur: tantusque flori huic honos, ut apud Anacreontem ὠφέριστον ἄνθος, ἔαρος μέλημα, θεοῖσι τερπνὰ, audiat. *Differentiæ* & *Genera* à *foliis*, *locis*, *colore*, & *odore*, præcipuè sumuntur. *Color* quadruplex est, rubeus, candidus, carnatus, & pallidus. A *Loco* & aliis est *Vrbana*, *Sylvestris*, *Prænestina*, *Campana*, *Milesia*, *Trachinia*, *Alabandica*, *Græca*, *Græcula*, *Cyrenaica*, *Carthaginensis*, *Mosceutos*, *Autumnalis*, *Centifolia*, *Sexagintafolia*, *Quinquefolia*, *Spineola*. 1. De *Vrbana* sumi debent quæ diximus. 2. *Sylvestri* asperiores virgæ & folia, flos minus coloratus, minus odoratus, & parvus. *Fructus* exsiccatus exemta interiore lanugine in vino fervefactus & potus alvum sistit. Diximus de eo sub *Cynosbathi* nomine in Rubo. Eadem cum hac *Cynorrhodos* Plinii, cujus radicem oraculo quodam ad morsum canis rabidi repertam scribit. Bibit quidam in prætorio militans, servatusque est ex insperato: & postea quisquis auxilium simile tentavit. Aliàs apud authores Cynorrhodi una medicina erat, spongiolæ, quæ in mediis ejus spinis nascitur, cinere cum melle alopecias expleri. Averso flatu colligi jubetur fructus, propter lanuginem. Aliàs noctu accipere jubent. 3. *Prænestina* novissimè desinit. 4. *Campana* præcox. 5. *Milesia* sera, colos ardentissimus, nec duodena folia excedit. 6. *Trachinia* minus rubet. 7. *Alabandica* vilior, albicantibus foliis. 8. *Græca*, Græcis *lychnis*, nonnisi humidis locis provenit, nec unquam quinquefolia excedit, violæ magnitudine, odore nullo. 9. *Græcula*, convolutis foliorum panniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. 10. *Cyrenaica* odoratissima, ideoque ibi unguentum pulcherrimum. 11. *Carthaginensis* Hispana hyeme tota præcox. 12. *Mosceutos* è caule malvaceo

Dioscor. M. M. l. 1. c. 131. Galen. de simpl. medicam. facult.

Plin. H. N. l. c.

Rosa.

Theophr. H. P. l. c. Plin. H. N. l. c.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 123. Plin. H. N. l. 8. c. 41.

Rosa. folia oleæ habente funditur. 13. *Autumnalis*, cui & Coroneolæ nomen, odorata, & magnitudine inter has media. 14. *Centifolia* in Campania Italiæ habebatur, Græciæ verò circa Philippos, sed ibi non suæ terræ proventu. Pangæus mons, *inquit Plinius*, in vicino fert, numerosis foliis ac parvis, unde incolæ transferentes conserunt, ipsaque plantatione proferunt. Non autem talis odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium: Cepio Tiberii Cæsaris principatu, negavit centifoliam in coronas addi, præterquam extremos velut ad cardines, ut pote nec odore, nec specie probabilem. 15. *Sexagintafolia*, seu ἑξακοντάφυλλος Herodoto memorata, in Midæ hortis sponte nascebatur, fragrantiori odore quàm cæteræ. 16. *Quinquefolia* vulgaris est; ut & duodecem, vicenorumque. 17. *Spinecola*, vilissima, (utilissimam alii legunt) foliis plurimis sed minutissimis. Sunt qui *Spermoniam* vel *Sycioniam* vocant. Adde his, *Odoratiorem* quæ spinosior, seu quòd modum naturæ magis assecuta est; ἀκανθώδης φύσις τὸ ῥόδον; seu quod expulso magis terreo, & quidem per corticem, quod remanet subtilius & elaboratius redditur.

Herodot. Hist. l. 8.

Aristot. Probl. s. 12. quæst. 8.

II. RECENTIORIBUS est Rosa triplex. 1. *Sativa*, 2. *Sylvestris*, & 3. *Exotica*.

1. Rosa sativæ novem dantur genera. Est 1. *Rubra*, 2. *Purpurea*, 3. *Versicolor*, 4. *Multiplex*, 5. *Alba*, 6. *Moschata*, 7. *Spinis carens*, 8. *Subviridis*, 9. *Folio subrotundo & crispo*.

1. *Rosa sativa rubra* est triplex. 1. *Intensè rubra*, 2. *Rubra pallidior*, 3. *Rubens saturatius*. I. *Rosa sativa intensè rubra*, est *Rubra Milesia Plinii*, Matth. *Rosa domestica punicea*, Lobel. *Rosa Damascena*, Cæl. *Rubens multifolia*, Dodon. *Rosa sativa tertia, quæ Provincialis Gallis*. Frutex brevis, vix cubitum aliquando excedens. *Virgæ* non ita crassæ, *spinæ* rariores non valdè mordaces, in quibusdam ramis nullæ; *folia* ex longiusculo pediculo, cui in principio veluti auriculæ terna vel quina utrinque glabra, supernè magis virentia, subrotunda: *flos* ruber intensè, magnus, odoratus, siccus inprimis, Calyx scaber sed exilis. *Prodit* in multis regionibus, Genevæ, Montbelgardi, Basileæ intensè rubet. *Usus* ejus in Medicamentis nobilis. Plus quidem terrestris & adstringentis facultatis habent, non tamen absque permixtione humidi, in virentibus inprimis. Reliccatæ validius stringunt, sed minus quàm virentes refrigerant. Laudantur ergò in superfluis fluxibus, ventriculi debilitate, sudorum repressione, cordis tremore & palpitatione, hepatis, renum & aliorum viscerum atonia, & aliis. Fit ex illis *tinctura* contra ardorem febrilem; *Rhodomeli*, ad vulnerum & ulcerum absterssionem: Julepus ad fallendam sitim, Aqua, Syrupus, Electuaria, Conservæ, Diarrhodon Abbatis, ad superius dicta. *Aromaticum rosatum*, calidiora etiam recipit, ventriculo à frigiditate debili dicatum. *Acetum* deliquiis animi succurrit si olfaciatur; ventriculo vomiturienti, si duplicato panno imponatur. *Oleum* & *Unguentum* eorundem ut superius dixi sunt virium. *Apices* & *stamina* validius adstringunt. Ideo pulverizata cum aqua Cydoniorum destillata, in nimio mensium fluxu exhibentur. *Aqua* è calycibus destillata cum æqua aceti scillitici portione gingivas roborat, & dentes à corruptione præservat. Conficitur & ex *Semine Unguentum*, quod cupulæ glandium, balaustia, myrrha, terra sigillata, succinum & alia ingrediuntur. Vehementer adstringit & consolidat. De *collectione, delectu, repositione* & aliis nota. Colligendas dum adhuc clausæ coni figuram imitantur. Siccandas loco sublimi meridiano, quo solis radii penetrent, sed rosas non tangant. Sæpius vertendas ne situm contrahant. Tardius collectas non diu servari & citò nigrescere; tempestivè, biennium durare. Si sol, quo die sunt lectæ non lucet, raras disponendas, ne corrumpantur densatæ. Melio-

Bauhin. H. P. l. 14. c. 1. p. 34. Lobel. Adverss. p. 446. Obs. p. 618. Dodon H. P. Pempt. 2. l. 1. c. 28. Gesner. in Hort. Germ.

res

res montanas Campestribus & minus siccando minui, cum ex harum libris decem siccatis libra unica supersit quibusdam. *Differentias* si attendas est *Simplex* & *Multiplex*, colore *magis minusque rubro*. Referri huc debet 1. *Rosa Milesia flore rubro pleno*, vulgò *Rosa fina* dicta, quæ in urbe Provins plenissimo flore nascitur, & exsiccata per varias Galliæ partes defertur. 2. *Rosa Milesia flore simplici rubro*, de qua nihil singulare occurrit. 3. *Rosa ex rubro nigricans flore pleno* quæ aliquid violacei diluti admixtum habet, & Germanis **Kohlrosen** dicitur. 4. *Rosa Heitzmanni* à Bauhino visa mensis Maii medio, cui densissimis farctus foliis *flos* multo minoribus quàm in vulgari, sed odoratior; *Calyx* spinulis horret; *folia* duum ordinum, duo semper sibi ex adverso opponuntur, quintum verò in summitate medium inter ordines locum occupat: Omnia in circuitu serrata, glabra, supernè virentia, infernè canescentia. 5. *Rosa rubicunda saccarina* forte Plinii Græcula, observavit in horto fontis & balnei admirabilis Bauhinus, spinis multis foliis utrinq; pilosis, ad pediculi originem latis, velut duæ auriculæ, crispioribus; capitulis hispidis, brevibus, crassis; *flore* rubro. Vix in totum idibus Junii explicatur, si hortulano credimus. II. *Rosa sativa rubra pallidior*, Gallis *Francha*, Lobel. *Holoserica*, Camer. *Rubicunda*, Lugd. *Damascena rubra*, aliis *Prænestina*, quibusdam *Trachinia*, *Græcula*, priore minus rubet, & *flore simplici* plærumque est, foliis latissimis, ramis plærumque spinis carentibus. III. *Rosa sativa saturatius rubens*, Clusio *Rosa prima Prænestinæ similis*, Camerario *in rubro nigricans*, quadragenis aut pluribus foliis amplioribus & saturatius rubentibus constat. Stamina multa flava umbilicum occupant. Alabastrum crassius & brevius: ideò *Tulpel rosa* vocatur. Odor minus suavis & albæ ferè proximus.

2. *Rosa sativa purpurea*, Plinio *Rosa Trachinia*, Gesn. *ex purpura albicans*, Matthiolo *Domestica carnis colorem referens*, Camer. *incarnata*, Tabern. *Provincialis major*, Eystet. *provincialis flore incarnato pleno*. Quidà *Alabandicæ similem, Prænestinam, Campanam Plinii* alii volunt. Bauhinus *Rosam rubello flore majore multiplicato pleno, incarnatam vulgò* vocat, Pharmacopæi *Zebedenas*. *Frutex* excedit quatuor cubitos. *Spinæ* ramorum copiosæ aduncæ & mordaces. *Folia* non virent ut in rubra, nec polita ut in alba, terna, quina, septena, penè rotunda. *Flores* ex pediculis hispidis, multi simul, magni, pleni rubelli odoratiores dum virent, & inter primos protruduntur. Calyx hispidus. Gesnerus *Damascenas* vocari scribit, & ante triginta tum annos innotuisse. Norinbergenses *Vlmenses* nominant. Visa Basileæ Majo & Junio; Monspelii Martio, Aprili & Junio; Genevæ Octobri, Novembri & Decembri copiosè floruisse: jucundissimique tum flos odoris, nec facilè flaccescit. Frigoris impatiens est, sed altero anno à radice repullulat. Paratur ex ea Syrupus ex multiplici infusione purgans, nec non Mel foliatum.

3. *Rosa sativa versicolor*, Clusio *Prænestina versicolor*, dicitur. *Flos* media ex parte candicantibus, alterâ purpurascentibus foliis, vel venis similis coloris aspersis constat. Vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter se commixta sunt.

4. *Rosa sativa multiplex* est triplex 1. *Maxima*. 2. *Media*. 3. *Major Prænestina*. I. *Rosa sativa multiplex maxima*, est Clusio *Centifolia Batavica rubra*, centum & viginti aliquando folia profert, extrinsecus majora, intrinsecus pusilla, staminum locum explentia, & in ipsum calycem reflexa. Color Prænestinæ non dissimilis. Nec odor multum abit. Ideò dubitari potest an sit veterum Centifolia. Est & *flore* albo, Clusio *alba major provincialis*, Eystettensi *provincialis flore albo*. II. *Rosa sativa multiplex media*, priore est aliquanto minor, formâ colore & odore convenit. III. *Rosam sativam majorem Prænesti-*

Bauhin.H. P.l.14.c.1. p.34.

Bauhin.H. P.l.14.c.1. p.47.

Lugd.H.P. l.2.c.2.

Clus.H.P. l.1.c.81.

Gesn. in Hort. Germ.

Tabern. H. P.l 3.c.100.

Joannius in tract. de plul. Aloës.

Bauhin.H. P.l.14.c.1. p.36.

Clus.H.P. l.c.

Bauh.Phytop.l.11.f.5. p.481.

Clus.H.P. l.c.

Bauhin. H. P.l.14.c.1. p.38.

Rosa. *nestinam*, Eystettensi *variegatam*, Johannes Restau Coloniæ aluit. Forma & magnitudine Prænestinæ similis. Dimidia ut plurimum ex parte folia candida, reliquâ rubra: vel tertiâ duntaxat ex parte alba; vel nunc integra alba, modò integrè rubra inter se commixta.

Tabernom. H.P.l.c. Dodon.H. P.l.c. Bauh. H.P. l.c. Lugd. H.P. l.c.

5. *Rosa sativa alba* est duplex *Major* & *Minor*. I. *Rosa sativa alba major*, Plinio *Campana*, aliis *Spineola*, nonnullis *Alabandica Plinii*, longis lignosis & fungosis *virgis* assurgit, quibus *spinæ* raræ acutæ aduncæ, *cortex* politus & levis. *Folia* quina vel septena, crenata glabra sublonga. *Calices* extremis ramis plures spinulis non minacibus inhærent, quibus apertis rosæ albæ, odoriferæ, multifoliæ apparent, & in medio luteos apices includunt. Succedunt *fructus* rotundi, rubri, ubi maturuere; in quibus grana dura lana involuta. *Floret* Majo, Junio, Octobri & Novembri. Amarior est & vim purgandi habet. Est floro simplici & pleno. Lugdunensis quasdam densissimis foliis esse scribit. II. *Rosa sativa alba minor*, Camerario & Bauhino *Lacteola* elegans est nec magna, foliis multis dense stipatis: quæ singula si evellantur candida sunt, cum calyci simul inhærent, diluto rubore blandiuntur. Colitur Vratislaviæ & alibi frequentissimè. Fortè Plinii *Centifolia* numerosis foliis & parvis. Parum quidem fragrantiâ aliis cedit: non est tamen odoratissima.

6. *Rosa sativa moschata* triplex est 1. *Flore simplici*. 2. *Flore pleno*. 3. *Semper virens*. 1. *Rosa sativa moschata flore simplici* est duplex *Major* & *Minor*. I. *Rosa moschata flore simplici major* est frutex robustus, rectus, spinosus. Rosæ in ramorum summitatibus ex pediculo paucis spinis aculeato prodeunt, quinque aut septifoliæ magnæ albæ cum aliquo rubore, qui demum in exsiccatis detegitur, odoris suavissimi. *Floret* Majo & Junio. Genevæ non facilè à frigore læditur. Montbelgardi quotannis gelu superiora absumebat. In Italia topiario opere colitur, caudice crassiore, ramis longissimis, aculeis rarioribus. II. *Rosa moschata flore simplici minor* Matth. *Damascena*, Angvil. *Nesrim* vel *Nefrim Serapionis*, Dodon. *Sativa quinta*, Lugdunensi *Coroncola quam Damascenam vocant*, Bauhino *Moschata minor flore simplici*, aliis *Alexandrina*, stolones habet longos, rectos, crassos. *Spinæ* raræ à trunco rubræ & robustæ. *Folia*, describente Bauhino, satis raræ, quæ non multum differunt à rosis albis & incarnatis, nisi quod minus rugosa, & magis acuta, glabra supernè cum viriditate, infernè albidiora cum pilis vix apparentibus, in circuitu serrata, quæ ut plurimum habent septem foliola, interdum novem majori ex parte sibi invicem opposita, in foliorum *pediculis* parte inferna spinæ valdè aduncæ. *Rami* extremi divisi in alios minores, qui quadam quasi lanugine obducuntur & rubent: pauca habent folia abundantque multis *floribus* simul cohærentibus, qui priusquam se expandant, longa apparent *capitula*, mollia & hirsuta. Apertæ rosæ vix diem durant, & mediocris sunt magnitudinis, albæ, habent nonnunquam *ungues* rubentes, qui lutei sunt priusquam expanduntur, constantes singulæ quinque foliolis. *Apices* lutei foliolis decidentibus nigrescunt, relicto in medio uno, magno, hirsuto, clavam aliquatenus exprimente. Odor moschum proximè refert: sapor amarus, cum levicula adstrictione, qui aliquam in faucibus acrimoniam relinquit. In Italia toto ferè *floret* anno, Monspelii autumno & mense Majo; Lugduni, ubi frequens Augusto, Septembri & Octobri; Genevæ etiam Novembri. Rarò in Hispania occurrit. *Vires* si respicias, tentat caput odore, & scammonii instar alvum subducit. Sex vel octo foliis totum acetarium purgans redditur: stomachum rodere, tauces & linguam excoriare in condito etiam assumptam Amatus experimento prodidit. *Nesrim Abensinæ & Serapionis* esse, dubitat Gesnerus. Calida enim hæc & sicca ordine tertio,

Matthiol. in Dioscor. l.1.c.113.

Amatus Lusit. apud Bauh. H.P. l.14.p.53.

Bauhin.H. P.l.14.c.1. p.45.

tertio, abstergit & attenuat; nervis frigidis prodest; aures vermium occidit, & dentium dolorem mitigat. At & has calidas esse acrimonia, odor & amarities ostendunt.

Bauh. H.P. l.14.p.47. 2. *Rosa moschata flore pleno*, Plinio *Coroncola*, Gesnero *Damascena Alexandrinave*, Tabern. *Moschata alba multiplex*, Cæsalp. *Muscatula multifolia*, Eystett. *alba Damascena flore pleno*, Lugd. *Coroncola altera*, aliis *Præneſtina Plinii*, posterioribus seculis demum Italiæ innotuit. Similis est simplici, habens in flore foliola exteriora majora, minora interius. Lobelius sylvestrem exuisse animum olitorum arte & mangonio, & hortensem duplam factam autumat. Condiuntur in Italia, Venetiis præsertim. Ciet alvum vehementer, stomachique dolores & animi deliquia accersit. 3. *Rosa moschata semper virens*, à *radice* luxuriat, *(Clusii sunt verba) sarmentis* flexibilibus & caducis, nisi quis palo sustineat aut ad parietem applicet. Nam non valdè crassa sunt, sed lenta, viridia, *spinis* rubescentibus, hami instar aduncis, & mucrone versus terram converso obsita. Ambiuntur alternatim à foliorum alis, septem interdum, sed quinque ut plurimum foliis præditis, ex adverso se spectantibus. Horum duo quæ latiori alæ sedi, quâ ramum amplectitur proxima, minora sunt; bina alia quæ succedunt duplo pænè majora, quintum extremam alam occupans, & imparem numerum faciens, omnium maximum. Singula à nervo medium folium occupante aliquot venas habent ad folii oras excurrentes, in ambitu serrata, & præ viriditate splendentia: perdurantque hyeme. Novo vere è flagellis è foliorum ramis multi oriuntur novelli rami, initio quidem cum foliis nonnihil purpurascentes, sed qui dein viriditatem contrahunt: quorum nonnulli summo fastigio ternos aut quaternos gerunt *flores*, uncialibus gracilibus petiolis subnixos, quinquefoliis pænè uncialibus constantes prorsus nivei candoris, è quorum medio plura *staminula* prodeunt candida, flavis *apicibus* insignita, & inter illa *capitellum* hirsutum albicans. *Floris* odor suavis est, & ad Rosam moschatam simplici folio odore valdè accedit: nec ipsius floris forma dissimilis. Rosa.

Lobel Advers. p.446.

Clus. H.P. append. alt. auct.

7. *Rosa spinis carens* est duplex, *Flore majore & Flore minore*. I. *Rosa spinis carens flore majore*, Clus. *sine spinis secunda*, Bauhino *Acanthus flore pleno coloris rubelli* vocatur. *Radix* repens lignosa dura. *Virgæ* humanæ altitudinis si fertili & umbroso loco pangatur, cubitales & sesquicubitales plærumque. Summi *surculi* propter floris calycem & folia horridiusculi, ex densissima apicularum nigrarum & asperiuscularum congerie. *Foliola*, quæ summa ramorum occupant communiter sena, aliquando terna, sena, lata, opposita, impari seriem claudente, supernè quidem atrovirentia, infernè subcinerea. Rosa speciosa, non minore foliorum stipatu quam incarnata, odoris suavis, coloris saturatè rubelli, quem varia vagaq; venularum purpurascentium delineatio ornat: subtus omnia ex incarnato candicant: succedit huic fructus orbicularis, majoris Avellanæ, obscurè rubens, & densissima lapillorum villosorum agmine farctus. Clusius *semen* inæquale, & κεχοιδὶς vocat. Floret Montbelgardi in Junio, Octobri cum fructu observata Argentinæ. Sunt qui *flore albo* videre. II. *Rosa spinis carens flore minore* Viennæ etiam olim in hortis culta. Rarior foliorum textura in floribus, qui fæcum vini rubri colorē præ se ferunt. III. *Rosa sine spinis minima* observata à Cherlero. Vix trium unciarum est, folia unciam circiter lōga, quinquepartita, glabra, flos magnus, quinquefolius, albus.

Cluſ. H.P. l.c. Bauh. H.P. l.c. p.35.

Bauh. H.P. l.14. p.41.

8. *Rosa sativa subviridis*, à manu artifice provenit. Fit talis si in tenellas Agrifolii arbusculas, ut produnt quidam, inseratur: vel frigidiore constitutione annus turbetur. Provenire tū & sine calyce prodidit

Stapel. in Theophr. H.P. l.6. p.646.

Rosa. Costæus de plant. l.2. c.12. Costæus, materiâ quasi ob nimiam humiditatem defluente in flores. Creduntur in Italia & Cæruleæ haberi.

9. *Rosa folio subrotundo & crispo*, Pfortzheimii in horto Greningeri à Bauh. H.P. l.14.p.37. Bauhino observata est, flore rubello seu incarnato. Montbelgardi feliciter provenit, sed absque flore.

II. *Rosa sylvestris multiplex* est 1. *Vulgaris flore odorato incarnato.* 2. *Flore majore & rubente.* 3. *Flore pleno.* 4. *Foliis odoratis.* 5. *Flore rubro odoratissimo.* 6. *Flore albo odorato.* 7. *Odore Cinnamomi.* 8. *Rubra præcox flore simplici.* 9. *Majalis flore rubello.* 10. *Lutea.* 11. *Campestris.* 12. *Pumila rubens.* 13. *Pomifera.* 14. *Arvensis candida.*

1. *Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato*, Dioscoridi *Cynosbatos*, Plin. *Cynorrhodos*, Brunfel. *Sentis canis*, Lugd. & Camer. *Sylvestris vulgaris*, Trago *Rosa sylvestris primum genus*, Bauh. Bauh.H.P. l.14.p.43. *Rosa sylvestris alba cum rubore, folio glabro*, excrescit in magnum fruticem. *Spinæ* magnæ. *folia* utrinque glabra: *flores* simplices, quinquefolii, albi cum aliquo rubore: *stamina* in medio lutea. *Capita* longa primum viridia, dein coralli modo rubra, cum maturuere mollia, sapidi cum aliqua aciditate gustus. *Semina* involvuntur pilis. Virgis pilula hirsuta, echino Castaneæ quasi similis at mollis adnascitur. *Spongiolam rosæ* nuncupant, alii *spongiolam Bedeguaris*, Officinæ *Bedeguar*. Lugdunensi folia sunt aspera & aculeata. *Provenit* passim circa scrobes & margines agrorum & pratorum locis humidis. *Floret* Junio, Julio, Augusto, Septembri, Octobri, Novembri, pro locorum diversitate. *Fructus* ipse exsiccatus & cum vino coctus moderatè stringit. Ex *acinis* fit magisterium contra calculos. *Vermiculi* in spongiis temporibus illiti, vigilias tollunt: triti contra vermes in vehiculo convenienti feliciter propinantur. Ex *glomis* seu Capitellis mense Majo & Junio collectis parat Arcanum seu Spiritum Hartmannus præsentissimum in calculo renum remedium, sigra- Hartman. Chymiatr. p.154. nor. XII. pondere in vehiculo conveniente propinetur.

2. De *Rosa sylvestri flore majore & rubente* nihil occurrit quod dicam præterquam colore & majoribus foliis à priore differre.

3. *Rosa sylvestris flore pleno*, fortè *Rosa Alabandica Plinii*, Camer. *Rosa canina duplicato flore* visa à Bauhino Vesuntii, foliis majoribus quàm in spontanea. *Rosam Eglentinam pleno flore* vocat. Similis huic illa, quam idem Bauhinus *Rosam sylvestrem, folio Eglantinæ virente albo flore & rubello nominat.* Magna est, foliis plærumque quinis ex virore nigricantibus, Eglantinæ rugis & colore similibus. *Rosæ* sunt albæ: *spinæ* hinc inde per ramos aduncæ. Habetur & *flore rubello* in Ducatu Wirtembergico, quę Majo floret. Bauh. H.P. l.14.p.43.

4. *Rosa sylvestris foliis odoratis*, Ruellio *Englanteria*, Dodon. *Rosa* 1. *Cynorrhodi species odorata*, Lacunæ *Cynosbatos*, Bauh. *Rosa sylvestris foliis odoratis Eglentina dicta*, proceritate sæpè omnes sylvestres superat. Virgæ duræ, crassæ, lignosæ, aculeatæ. *Foliola* subrotunda, rotundaquędam pænè, plærumq; septena. Dodonæo splendentia, virentia, Trago cineracea, Bauhino virentia, odore gratissimo, maximè vento flante. *Flores* exigui, quinquefolii albi, vel potius ex purpura saturatè candicantes (visi & rubentes) *Fructus* oblongus coloris subrubentis. *Spongiola* circa virgas tenues hirsutæ. Totus frutex ἄοσμος est. Lugdunensis Cynosbatum Dioscoridis, & Cynorrhodon Plinii esse putat. *Provenit* Montbelgardi, Genevæ, Basileæ, mense Junio, Augusto vel Septembri cum spongia. Nusquam in Gallia aut Belgio spontè vivit. Erumpere & in Anglia circa Bathæniam vidimus. Loco à Gesnero umbroso plantata, odorem amisit: aprico & in ipso muro à cive ibidem, procera & odorata evasit. Dodon. H. P. Pempt. 2. l.1.c.28. Gesner. in Hortis Germ. p. 276. Cord. in Dioscor. l.1.c.124.

5. *Rosa sylvestris flore rubro odoratissimo*, Trago *Rosa sylvestris tertium genus*, Bauhino, *Rosa sylvestris rubella parvo frutice*, cubitalis est ut plurimum. Bauh. H.P. l.14.p.35.

mum. *Spinæ* nonnunquam curvæ ſed raræ. *Folia* quinquepartita, rarius in ſeptem foliola diſtributa, ſerrata, glabra, ſupernâ parte obſcurius virentia. *Flos* quinquefolius, non parvus, rubellus, jucundiſſimi odoris; cui ſuccedit *Capitulum* cum pediculo hiſpido. Apud *Tragum* habet ſpinas minus præcedente minaces, frondem inodoram, roſam majorem, odoris ſuaviſſimi, tactu pinguiorem & lentam. Luxuriat in humectis, agris avenaceis, dumetis: & rarò ſupra trium cubitorum altitudinem ſe attollit. *Floret* Junio. Creſcit in Ducatu Wirtembergio, Genevæ circa Caſtellum l' Abatie & alibi.

Cluſ. H.P. l.c. 6. *Roſa ſylveſtris odorata flore albo* Cæſalp. *ſylveſtris humilior*, Cluſ. *quarta, an Græcula Plinii?* humilis eſt & fruticoſa, floribus albis, ſed nunquam planè ſeſe explicantibus, ejusdem cum alba vulgari odoris & coloris, qui tamen plus carnei admixtum habet. Paulò ſerius albâ floret. An ſit *Cynosbatos quarta Cordi*, dispiciendum relinquo. Lanuginoſa & incana huic folia, roſæ in candido ſuaviter rubeſcentes. Non abludit ab ea *Roſa ſylveſtris alba cum aliquo rubore folio hirſuto Bauhini.* Magna eſt, ramoſa, ſpinis hinc inde robuſtis aduncis circumſita. *Folia* quina vel ſeptena ſubrotunda, rugoſa, albicantia, hirſuta, nonnihil odorata. *Flores* quinquefolii albi, cum aliquo rubore, quorum pediculi ſpinulis aſperi. Frequens in ſepibus & dumetis circa Montbelgardum. *Species* hujus & *illa* quam menſe Septembri in monte Wirtemberg. ubi arx Teck, Bauhinus invenit, *ſpinis* rectis, foliis tenuioribus, minus rugoſis, anguſtioribus, ſeptenis: & in cujus pediculo raræ quædam ſpinæ.

Cord. in Dioſcor. l.1.c.124.

Bauh. H.P. l.14. p.44.

Dodon. H. P.l.c. Bauh. H.P. l.14.p.39. 7. *Roſa odore Cinnamomi* duplex eſt. *Simplex* & *flore pleno*. I. *Roſa odore Cinnamomi ſimplex*, Bauhin. *Roſa Cinnamomea floribus ſubrubentibus ſpinoſa*, Dodon. *Roſa Cinnamomina*, & 7. *vel ſylveſtris ſecunda*, *ramis* eſt tenuibus, ſpinoſis, ſubrubentibus; *foliis* minoribus; *floribus* parvis, ſimplicibus, Roſa. odoratis, rubellis. Præcox eſt. Franciæ, Belgio, Angliæ ruri ſponte crebra, ipſo odore notiſſima. Geſnerus pro Lychnide Plinii habet; & in Albio monte majorem & minorem naſci tradit, illam *fœminam* hanc marem faciens. *Illa*, prodente fortè ex chartis Geſneri Camerario, quaternas in coſtis ſingulis foliorum ἀνζυγίας habet. *Hæc* minores gerit ſpinas, *floris* pericarpium ſpinoſum modicè, ſuperioris læve. II. *Roſa odore Cinnamomi flore pleno* Bauhino, *Roſa minor rubello multiplicato flore aſperis ſpinis armata* dicitur. Camerarius vulgò Venetam, aliis Provincialem, *Spermoniam* (pro ſpineola) Plinii Barbaro, *Sycioniam* quibusdam vocari ſcribit. *Frutex* eſt rarò duorum cubitorum. *Radix* vivida & latè ſerpens. *Rami* purpuraſcentes, *ſpinis* raris, aſperis, duris & brevibus armati. *Foliorum* alæ ex quinis aut ſeptenis foliis æquali inter ſe ſpacio diſtantibus conſtant, uno hinc altero inde geniculatim ſemper adhærente, coloris ſupernè viridis, infernè candicantis. *Floribus* multiplex foliorum puſillorum glomeratio; odor qualis in alba vulgari plena. *Fructus* Cluſio nullus etſi diu aluerit. Primo vere floret. Viennam ex Tyrolenſi Comitatu allata. Viſa Caſtellis ſupra humanam altitudinem, quę & Autumno florebat, ſed flore minore, ramis & ſtolonibus minus rubentibus. Cluſ. H.P. l.c.

8. De *Roſa præcoce flore ſimplici*, nihil habeo quod dicam, præterquam quod exiguo ſit odore, & foliis à prę cedente latioribus. Eyſtett. hortus.

9. *Roſa Majalis flore rubello*, Camer. *Roſa Cinnamomea altera*, Tabern. *Roſa provincialis minor*, quod Johanni Bauhino non placet, qui eam *Roſam rubello flore, parvo, ſimplici, non ſpinoſam* appellat. Frutex hominis altitudine. Pediculus aſper eſt; *folia* glabra ſupernè virentia, infernè albicantia, glabra. *Flos* quinquefolius, odoratus, rubellus. *Fructus* parvo Meſpilo minor, per maturi- Bauh. H.P. l.14.p.39.

Rosa. tatem rubens, grana tomento involuta. Crescit sponte ad Albii montis radicem, odoratior & pretiosior Cynorrhodo. Visa in monte Thuiri & in Burgundia. Floret Majo, unde nomen: inque hortis facillimè durat.

Gesner. in Hort. Germ. l.c.

Lugd. H.P. l.c.

10. *Rosa lutea* duplex est: *Simplex* & *Multiplex*. I. *Rosa lutea simplex*, Gesn. *Rosa Citrina*, Dodon. *tertia* vel *octava* aliis aurea, est veteribus indicta, & nunc rarior. *Virgæ* spinosæ; *foliola* glabra quina vel septena vix tantillum horrida. Rotunda, obscuræ viriditatis, valdè infecta, crenis propemodum rigentibus, addit Lugdunensis. *Flos* luteus cum gravitate odoratus. *Poma* brevia, ventricosa, Sorbis simillima. Floret Majo & Junio. Habetur in Ægypto, Alexandriæ inprimis. Augustæ fruticè odorato visa, quam *Vulpinam* vocabant. In Anglia artifice manu in Genistæ scapum inseruntur, unde colorem viresque mutuantur novas. Cardanus *Croceam* malè olentem vocat, Gesnerus talium quæ moschum fragrent, meminit. II. *Rosa lutea multiplex* Clusio *flava plena* Eyst. *lutea maxima flore pleno*, & Pragæ in horto Cæsareo, & Viennæ, & in Germania colitur. Missus Clusio digitalis longitudinis ramulus, binis foliis, & flore flavo multiplici foliorum serie constans. Duplex est. *Altera* florem totum expandit: altero flore semiclauso permanet.

Lobel. Advers. p. 446.

11. *Rosa campestris* est triplex 1. *Spinosissima*. 2. *Repens alba*. 3. *Spinis carens, biflora*. I. *Rosa campestris spinosissima* est triplex, *Flore* nempe *albo*, & *rubro*, & *hirsuto*. 1. *Rosa campestris spinosissima flore albo* est Clus. *Campestris odora & quinta*, Dodon. & Stapel. *Dunensis*, Eystett. *præcox spinosa flore albo*, Bauhino, *Rosa pumila spinosissima foliis Pimpinellæ glabris flore luteo*, bicubitalibus ad summum, duris, lignosis, rubescentibus, & densissimo spinarum vallo munitis *virgis* assurgit. *Rami* multi inconditi, & virides. *Folia* conjugationum quatuor alata, glabra, subrotunda, & ut Clusius addit, inter eam quæ luteos simplices fert flores, & illam quæ in aggeribus sponte provenit, quæque à Pimpinellæ foliorum similitudine nomen apud Belgas accepit ferè media, nullius splendoris. *Flos* πιτταφόρος candidus, creber quem in Majo promit, medium lutea capillamenta possident. Alabastriculi parvuli. *Fructus* rotundus, brevis, initio viridis, maturitate in Augusto niger, cui crassa, angulosa, candida, & dura semina. Invenitur circa Viennam editioribus & montosis locis. In Morinorum finibus juxta Icium portum in arenosis juxta mare tumulis frequens est, & quia in siccis nascitur, odoratissima. In hortis non parum se multiplicat serendo, ideò in altum non attollitur. 2. *Rosa campestris spinosissima flore rubro*, Lugd. *Cynorrhodon polyacanthon*, Bauh. *Rosa spinosissima pumila flore rubro*, altitudinem pedis non excedit. Cauli, surculi, ramuli, folia, spinis rigent. *Flos* ruber exiguus. Colligitur in Gramontio nemore propè Monspelium. Cherlerus ramis spinosissimis cum minimis foliis *Rosam* passim provenire in rupetis & frutetis collium Narbonensis Galliæ ac ibi florere Majo observavit. 3. *Rosa spinosissima hirsuta*, ramum habuit Bauhinus; de qua hoc saltem memi- Bauh. H.P. nit, folia habuisse hirsuta, subtus ad l. 14. p. 38. tactum lævia, conjugationum triũ, postremo solo. II. *Rosa campestris repens alba*, est Cordi *Cynorrhodos seu* Cord. in *Cynosbatos tertia*. Omnium mini- Dioscor. mam facit, vix humo attolli; ideò l. 1. c. 124. Chamærrhodon dici posse. III. *Rosa campestris spinis carens biflora*, Lu- Lugd. H.P. gdunensi *Rosa Græca*, & *Cynorrhodon* l.c. lævе, valdè est humilis. *Spinis* carens, *flore* languidius rubro qui vere & Autumno prodit. Nascitur sponte in sepibus. Alia est *Odorata* quæ humi jacet, foliis exiguis, ut vix Rosa esse videatur, & in Cemeneorum montium jugo altissimo Lugduno propinquo, quod montem Pilati vocant, colligitur. Alia *Inodora*, quæ in Carthusianorum primario Cœnobio Gratianopoli vicino provenit,

nit, & nisi fallor à nobis ibidem conspecta est.

Clus. H. P. l. c. 12. *Rosa sylvestris pumila rubens*, Clus. *sexta & pumila*, cubitales aliquando, plærumque pedales profert virgas, easque virides, lentas, infernè paucis, supernè multis spinis rigentes. *Foliorum* alæ rubræ similimæ, quinque aut septem foliis supernè viridibus infernè candicantibus constant. *Calyces* in summis virgis magni, hirti, barbati, ex quibus mense Junio Rosæ magnæ quinquefoliæ, initio rubræ dein incarnatæ. *Fructus* ruber, rotundus, omnium maximus & Pyri in modum turbinatus, fulvescente pulpa, qui *semina* inæqualia alba continet, Augusto maturescit, & plærumque tota hyeme ipsi frutici adhæret. Nascitur passim in cæduis sylvis, sublimioribus & desertis agris per universam Pannoniam.

Bauh. Phytop. l. 12. c. 2. p. 481. 13. *Rosa sylvestris pomifera* est triplex, *Major* nempe *Minor* & *Hirsuta*. I. *Rosa sylvestris pomifera major*, sequente est altior, ramosior, pauciss imis aculeis, *foliis* majoribus pallidè virentibus, & Basileæ locis humidis & in alnetis proveniens. Affinis, si non eadem est, *Rosa pomo spinoso folio hirsuto Cherleri*, quâ ex monte Calceri & horti DEI declivibus attulit. *Folia* palmum ferè longa, quinquepartita, minus rotunda, subtus hirsutie quadam tactu lenia & penè cinerea. *Fructus* spinosi magnitudine avellanæ rotundæ, ex pediculis brevibus spinosis. *Spinæ* per ramulos rariores. II. *Rosa sylvestris pomifera minor*, Tabernom. *Rosa arvina*, Gerh. *Rosa pimpinella*, Thal. *Cynorrhodi species*, duplex est, *spinosa* & *sine spinis*. 1. *Rosa sylvestris pomifera minor spinosa* est forte illa quam Thalius in Broccenbergo nasci tradit, rariorem inventu, fructu nigro, rotundo, Cerasi magnitudine, continente semina pauciora quàm reliquæ species, duplo tamen grandiora, ac formâ quodammodo granorum vitis. 2. *Rosa sylvestris pomifera minor sine spinis*, fruticar pumila, bicubito non altior sed inodora: folio minore & pereleganti: *pomo* Mespili Aroniæ non dispari minore multo colore viridiore, rubello, subpunniceo, per Augustum maturo. *Flos* rosæ sylvestris est. III. *Rosa sylvestris pomifera hirsuta* in horto Sprengeri *Heidelbergæ* à Bauhino visa, foliis sylvestri pomiferæ majori affinis, albicantibus & hirsutis: Spinis in extremis ramis raris; foliis conjugationum trium. Vidit & Majo idem *Basileæ* genus, *foliis* similibus; spinis ramorum juxta folia aduncis firmis; flore rubello simplici; Capitulo spinoso.

Thalius in sylva Hercinia. Rosa. Lobel. Adversf. p. 446.

14. *Rosa arvensis candida*, Trago *Rosa sylvestris quarta species*, rosas profert candidas prorsus, odoris non adeo jucundi, & est sylvestrium omnium rosarum vilissima. Apparet in flore suo Junio & Julio mensibus, in siccaneis, agrorumque limitibus, juxta itinera. *Cognata* huic quam Bauhinus *Rosam sylvestrem folio glabro flore planè albo* vocat. Multum serpit, *ramis* quibusdam parum spinosis. *Calyces* eorumque pediculi rubent, *folia* septena, *flores* multi simul juncti, omninò albi odoratissimi. Visa à Bauhino in Burgundia inter Courchaton & Grange castellum. Provenit in sylvosis & frutetis. Circa itinera inter Montbelgardum & Borongne modo singulares modo plures flores, mense Junio & Julio protrudit. Visa & mense Septembri inter Wallenburg & Lichstal Basileensium.

III. *Rosa Exotica* est triplex 1. *Hierichuntina*, 2. *Sinensis* & 3. *Memphitica*, quibus adde 4. *Affines quatuor Exoticas*.

1. *Rosa Hierichuntina* est duplex 1. *Vulgò dicta*. 2. *Sylvestris*, quibus additur 3. *similis quadam*. I. *Rosa Hierichuntina vulgò dicta*, Cordo *Amomum*, Cæsalp. *Amomis Dioscorid. & Plinii*, aliis *Rosa Maria*, *Rosa Hierosolymitana*, Uva Dioscoridis Galeni & Ætii, vocatur. *Radicem* habet satis crassam lignosam, simplicem, sapore raphani. *Stolones* à radice palmares confertos, cinerei coloris in numerosam ramulorum sobolem cancel-

Bauh. H. P. l. 16. c. 32.

Rosa. latim divaricatos, superiore parte omnibus veluti in globum coeuntibus, gustui acres. *Folia* rara sescunciam plærumque longa, semunciam lata, laciniata, cinerea, hirsuta. *Flosculi* secundum ramos intrinsecus ubique racematim quodammodo nascuntur, candidi: quorum unumquemque sequitur *vasculum*, duobus loculis membranula discluſis, totidem *semina* orbicularia compressa, rufa, acria continens, binis supra loculos extrinsecus veluti auriculis prominentibus ex adverso positis, ex intergerino calycis pariete, surgente stylo longiusculo. Lobelius *semina* hærere complura, racematim una stipata, glumosa, sorgi minora; & intra fruticis cancellatim reticulatimque implexi glomum contineri, quod fortè de vasculis sumendum est. Haud difficulter ex semine recenti prodit. Montbelgardi sata Junii principio florebat. Radice in aqua mersâ expanditur. Hinc impostorum fabellæ vigilia Nativitatis Domini; imò eâ ipsâ qua natus est horâ, expandi & florere. Nulla circa Hierichuntem nascitur. In Arabia deserta, ad arenosum maris rubri littus nascentem vidit Bellonius. *Visus* apud mulierculas quasdam in deprehendenda partus hora. In aquam dimissa non prius fatiscere credunt, quam fœtus nasci incipiat: quod superstitiosum esse puto. Giraudetus enim, in aquam benedictam positam, statim pandi, & fœminam sine periculo parere scribit. *Duplicem* Cordus facit, *alteram* insipidam & inodoram, quæ Amomis: *alteram* aromaticam, odoratam quæ amomum sit. At nulla rosa Hierichuntea quæ odorata & infœcunda sit, ac folia Bryoniæ habeat, quod de Amomo scribitur, huc usque inventa est. II. *Rosa Hierichuntina sylvestris* Syriæ tectis & ruderibus innascentem invenit Rhauwolfius. III. *Rosa Hierichuntinæ exsiccatæ similis*, Hollandis *Blatterlos*, Bauhino *Aphyllon Indicum* dicitur, inventa in insula S. Laurentii, ubi copiosè crescit. Teneriores ramuli feliciter scorbutum curant.

Lobel. Observ. p. 616. Adversar. p. 445.

Bellon. Observ. l. 2.

Ind. Orient p. 4. figurâ 21.

2. *Rosa Sinensis* Barbaris Fuyo, aliis Malva Indica, quibusdam Japonica dicitur. Prodiit primum semine ex India Occidentali allato Romæ, curante Ferrario. *Radix* ei albida, lignosa, numerosis implexisque fibris ad summam usque tellurem capillata est. *Caudex* pallidus, simplex, lævis, frequentibus subinde distinctus oculis connivet. *Materies* ficulneæ instar candida, & carnosa modicè durescit. *Folia* magnitudine pampineis, asperitate ficulneis, figurâ utrisque aut hederaceis angulosis consimilia, crenata, qua superiore parte virent, inferiore candicant, utrinq; lanugine asperantur. Qualia per microscopium apparuerint, apud Ferrarium videre est. Ab æquinoctio verno in germina oculi turgent: convoluta foliola primum apparent, quibus paulatim sese tum explicantibus, tum amplificantibus virgei subeunt ramuli, assiduò è gemmis folia protrudentes: ita ut toto fermè anno, perpetuo ramorum & foliorum proventu ad hibernum usque solstitium sylvescat. Tertio à satione anno *florere* cæpit. Septembri mense è pusillis cum foliis tum floreis *alabastris* confusæ paniculæ existunt: mox *calyces* compluſculi, seni plærumque vel octoni modicis suffulti petiolis, è summis plerique ramis eminent. Forma nondum oscitantibus globosa, quinis eminulis commisluris compactilis & quasi cristata, quæ medios circa alabastros inchoatæ acutâ coitione fastigiantur in summo. Color *alabastris* qua pediculis insident viridis, inde ad summas ex viridi rubens. *Pediculi* in stellas foliaceas, octonis denisve virentibus, usque planis radiis rosarum calyces excepturas panduntur. Ubi ad nucis juglandis magnitudinem isti papillati corymbi extumuere, in lacteum florem, extimis foliis, intimorum oris subrubentibus dehiscunt. Mox totam sese pandit, repando calyci, sæpius quinquepartito & nonnihil

Ferrar. Flor. l. 4. c. 6. p. 479.

nihil in pateræ formam sinuoso insidens, variâ serie foliorum ramulosis rugis crispantium speciosa. Lactea nascitur, albo deinde rubroque coloratur, tandem purpureo, qui apud nos dilutior, moritur. In India unâ die, quam unicam vivit, matutino cum albore albicat; cum meridiano ardore flammeola est; cum noctescente luce purpurat. Ita etiam innata ei hæc colorũ mutatio, ut recisa, seu in vasculo aquæ pleno, seu inter manus si diutius habeatur, variet. De *folliculo & semine* sic *Ferrarius*. Floris caput sive globulus pediculo adhærescens inter quinque florei calycis jam aridas foliaceas lacinias, ad ejusdem adulti calycis magnitudinem extumidus, eminulis pulvinorum toris orbiculatim striatur, canaliculis in summa imaque parte stellatam in figuram coëuntibus: aridi præterea colore folii, qui ex viridi inclinat in flavum, decoloratur: brevique subalbido pilo hispidus inhorrescit. At verò totus interior folliculus candicat. Sex circiter carinata loculamenta intercursantibus membranulis discriminantur, quæ strias inter exortæ, in duriusculam mediam lanuginem coëunt. Interscpta membranis concava pars, lanugine densa, longiuscula, & candida pubescit. Pediculi alba cuspis ad medium usque folliculi pertinet, cui media cartilago adhærescit. *Semina* ipsa numerosissima, rufula, minutula, rotundè longula, modicè incurva, pilosa, petiolis albicatibus liratim annectuntur. In uno folliculo tria & sexaginta supra centum numerata. Totum corpus renib⁹ arietinis simile ex fulvo gilvum, & punctim pumicosum. Triplex ejus *Genus*. Est enim. I. *Folliosior*, cui flos densissimus, qui, cum totus hiascit, plærumque aliquâ ex parte rubet, quia velut ex pluribus coagmentatus floribus, particulatim panditur & coloratur, & paulò serius vernat. II. *Folliosa*, cui sparsim eminentibus inter crocos foliis minus comans est. III. *Quinquefolia* quæ florem totidem foliis profert, mediisque crocis turbinatam in figuram acervatis, quatuor tantum aut quinque pavoninum in apicem extantibus, progenerat. Rosa.

3. *Rosa Memphitica* ex Ægypto allata, foliis est Eglenteriæ non dissimilibus; *flore* albo pleno lilii positu, figurâ Provinciali non dissimili. Floret Augusto, Septembri & Octobri cadunt folia, quæ primo vere renascuntur. Muniri adversus hyemis injurias debet. Stapel. in Theophr. p. 651.

4. *Affines Exoticæ* sunt quatuor, 1. *Meutang Chinensium*. 2. *Izquixochitl Novæ Hispaniæ*. 3. *Chillapatli ejusdem* & 4. *Arbor roseo odore Brasilienſis*.

1. Meutang Sinensium, spinæ nulla flos Rosæ nostratis figuræ æmulus, sed major, cui folia magis expansa, color albicans, quasi ex purpureo & albo mistus, odor minor. Nascitur in virgulto sambuco nostrati haud absimili. Magna ejus ad urbem Chungking in provincia Suchuen, ut & in Xeusi ad Jengan urbem copia. Tanti æstimatur, ut Regem florum vocent, & in viridariis summa diligentia colant. Reperitur etiam ruber & flavus. Atlas Sinensis p. 141. Admiranda Europæ & Chinæ c. 32. p. 897.

II. Izquixochitl Novæ Hispaniæ arbor est excelsa, *folia* mali Medicæ; *flos* Cynorrhodi formâ albus, nostratisque rosæ sapore, odoratissimus, basi virente quinquefoliâ magnâ, exiguo umbilico flavicante, ex quo stamina plura virentia prodeunt, floret toto anno. *Fructus* in acutum desinit, distinctionem valvularum per medium ostendens, colore ex viridi purpureo, fusco luteis punctis inscriptus. *Nascitur* Quauhnahuensibus agris locis calidioribus & cultis. Frigida est & stringit. *Flos* dentium dolores sedat, & halitus gratiâ commendatur. Reccus R. M.N.H. l. 3. c. 37. Fabius Columna ad Reccum p. 869.

III. Chillapatli Novæ Hispaniæ frutex est *radici* insistens fibratæ, foliis roseis, *floribus* coccineis binisque juxta singulos foliorum exortus, universo caulis procursu. *Provenit* in calidus Hoaxtepecensibus & Yacapichtlensibus. Calida & sicca in ordine tertio. Dolorem ventris, si devoretur, sedat. Reccus R. M.N.H. l. 4 c. 2.

IV. De

Ciſtus. IV. De *Arbore roſeo odore Braſilienſi* hoc tantum dicere habeo, materiam ejus adeò ſuavem ſpirare odorem, ut fragrantiſſimas roſas æmuletur. Hiſce adde 1. *Flores arboris Xuchinacatzli*, ſeu *Hucinacatzli* Hiſpanis *Flor de la Oreia*, quod foliis interiore parte purpureis, exteriore virentibus & ita diſpoſitis ut aurem referant, conſtent. 2. *Flores arboris Yolloxochitl*, quorum umbilicus cor refert, & multis foliis albicantibus & interiore parte ſubrubentibus, grandibus, glutinoſis & benè olentibus conſtat. Creduntur affectibus uterinis vehementer opitulari. 3. *Flores arboris Cacaloxochitl*, qui ſunt grandes, pulchri & fragrantiſſimi, coccinei quidam, quidam candidiſſimi & plurium colorum. *Naſcuntur* ex illis fructus *ſiliquæ* grandes & rubicundæ, quarum pulpa ventriculum & inteſtina mundat. 4. *Arbuſcula floribus rubris* in Chiapa, cujus folia ſiccata & in pulverem trita, vulnera vetera & multum exulcerata ſanant.

De Laet Ind. Occid. l.15.c.9.

De Laet Ind. Occid. l.5.c.4.

De Laet Ind. Occid. l.7.c.4.

in iis color tantum oblectat, odor autem abeſt. Theophraſtus ἰλαρὸν καὶ κόσμιον dixit. *Vſum* ſi ſpectes uterque vim adſtringendi habet, adeò frigidus, ut aliquid de calore participet. *Folia* & parva germina trita, ulcera glutinant. *Florum* vis validior. In vino auſtero ternis digitis capti, & bis de die poti proſunt dyſentericis & ventris ſolutionibus. Illiti, nomas depaſcentes cohibent: Cum cerato verò ambuſta & vetera ulcera ſanant. Radicibus Ciſti adnaſcitur quoddam Mali punicæ Cytino ſimile, quod *Hypociſtis* dicitur. Eſt ex ipſo quoddam fulvum, quoddam viride, quoddam album, ex quo ſuccus velut ex Acacia exprimitur. Quidam reſiccatum & contuſum madefaciunt, ac coquũt. Magis eſt quàm flos adſtrictoria. Id. eò dyſentericis, ſanguinem ſpuentibus, & nimio menſium fluxu afflictis, commoda. Plinius dum Cyſſos erythranos appellari & ſimilem hederæ ſcribit, manifeſtè Ciſtum cum Ciſſo hedera confundit.

II. Apud RECENTIORES totidem ejus ſumma genera. Eſt enim unus *Mas* alter fœmina.

I. Ciſtus mas eſt quintuplex. 1. *Folio rotundo hirſutiſſimo.* 2. *Folio oblongo incano.* 3. *Anguſtifolius.* 4. *Folio breviore.* 5. *Foliis Chamædrys.*

1. *Ciſtus mas folio rotundo hirſutiſſimo*, in humanam altitudinem attollitur, *ramulis* aliquantum incanis. Folia reliquis majora, hirſutiſſima, & quaſi orbiculata. *Flos* reliquis forma ſimilis, major, & ſaturatius rubens, *Capitula* hirſuta, dura, pentagona; in quibus *ſemen* rufum. Qui ex Apuleia Zvingero allatus erat ramus minus nigra gerebat *folia*, pluresque longiores & albidiores *pilos*. Matthiolus rotunda habet. Color floris nunc ſaturatior eſt, nunc dilutior. *Provenit* in regno Valentino, Arragonia & Italia. Viſus & in hortis Belgicis ex ſemine inde transmiſſo.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 45.

Bauhin. H. P. l. 13. c. 1. p. 2. Matthiol. in Dioſcor. l. 2. p. 157.

2. *Ciſtus mas folio oblongo incano*, Cluſio *Ciſtus mas primus*, Tabern. *Ciſtus mas latifolius*, Hiſpanis *Eltapa*, Luſita-

Cluſ. H. P. l. c.

Tab. CXIII. & CXIV.

Caput II.

De Ciſto.

Theophr. H. P. l. 6. c. 2. Dioſcor. M. M. l. 1. c. 117. Plin. H. N. l. 24. c. 10. & l. 21. c. 9.

I. *Ciſtus* Veteribus frutex eſt πολύκλαδος, improcerus major thymo, φυλλώδης, vel potius ut Serapio legit ξυλώδης. *Folia* στρογγύλα, (Plinius Ocimi habet, quæ quodammodo tantum rotunda ſunt) δάσεια, μίλακι, aut, quod in antiquo & vulgato codice habetur τραχέα, acerba, quod guſtus comprobat, & Oribaſius ſequitur. Cum hedera à Plinio confundi, nec inter κισσὸν & κιττὸν ſemper diſtinguere, collatio oſtendet. *Naſcitur* πυξωίδης. Duo ejus apud Dioſcoridem, Theophraſtum & Plinium *genera*. Alius enim eſt *Mas* alius *Fœmina*. 1. *Mari* majus durius pinguiusque folium, flos mali punicæ, ὑπερφοίνικον Theophraſto. *Roſaceus* Plinio quod de colore intelligendum eſt. 2. *Fœmina* flos albus. Utrique roſis ſylveſtribus ſimilis; &

Cistus mas folio oblongo incano.

Cistus mas folio rotundiore Matthioli.

Cistus mas folio rotundo hirsutissimo. Cistenroßlein.

Cistus fœmina folio salviæ.

Cistus mas folio chamædryos.

Cistus mas angusti folio.

Cistus fœmina folio portulacæ marinæ latiore obtuso.

Cistus fœmina folio plantaginis.

Cistus Hispanicæ species flore albo.

Tab: CXIV.

Cistus fœmina folio rampsuchi.

Cistus fœmina folio spicæ.

Cistus fœmina folio portulacæ marinæ angustiore mucronato.

Cistus folio thymi.

Cistus annuus flore guttato Pontæ.

Cistus folio majoranæ.

Cistus minimus folio subrotundo.

Cistus annuus flore guttato.

Tuberaria minor myconi.



sitanis *Cergaces*, frutex est bicubitalis, hirsutus, fœminâ albidior. *Lignum* fragile candicante cortice tegitur. *Folia* in novello molliora & longiora, in adulto contractiora, duriora & aspera, incana semper & hirsuta. *Flos* magnus in folia quinq; divisus, rosæ incarnatæ colore, confertus & agminatim stipatus, apices luteos in medio contentos ambit, & in ramulorum extremis ex brevibus pediculis dependet. Decidenter Capitula hirsuta, trifariam secta, perennia, foliolis tribus mucronatis hirsutis obsepta, pentagona, in quibus *semen* ex rufo nigricans, exiguum, papaveris magnitudine. Frequens est in Hispania & Lusitania, in itinere versus Frontignanum inter saxa & monte Setho. *Floret* Aprili & Majo. Ad radices ejus quæ summis cespitibus diffunduntur, provenit copiosè, novo vere, cum Cistus jam ad explicandos flores se parat, *Hypocistis*, omnium quas unquam Clusius vidit, elegantissima. Cum primum è terra emergit purpureum seu Kermesinum sericum esse diceres: deinde paulatim assurgens & se explicans, multum de pristini coloris elegantia remittit, & Cytinos suos candicantes, turgidos & lento succo plenos profert, qui à Pharmacopæis densatur & in usum adservatur. Datur & lutea, & πολυπόδιον ut post dicemus. Succus qui ad nos adfertur excoctus, & in orbiculatos panes concretus, splendidi Asphalti nitore nigricat, consistentiâ cerea ductili & molli, sapore acidulo. Frisimelecain calidis fluxionibus fœminarum inprimis, ex vino exhibuit, in oriente natam: Cl. D' Avisonus basin sui Anodyni esse voluit: quod ex mumia Ægyptiaca, styrace calamita, epatibus ranarum, lacte ex vulneratis papaveris capitibus, succino &c. paratur. Quæ vulgò in Officinis prostat, ex Hirci barbula ab impostoribus paratur. Erroris causa Arabes, qui Cistum ita nominavere. Substitui ei succus prunorum sylvestrium, vel floris agrestis Punicæ poterit. Cistus.

3. *Cistus mas angustifolius*, Clus. *Cistus mas secundus*, Bauh. *Cistus mas secundus folio longiore*, eadem altitudine assurgit quâ superior, non minor fruticoso stipite, nec minore ramorum frequentia: minus tamen candicat. *Folia* eodem ordine disponuntur, molliora, longiora, & magis mucronata. *Flos* similis superiori, carnei coloris. *Capitula* & *semen* similia. *Ramuli* teneriores rorulentum quiddam, pingue & odorum sub Autumnum contrahunt. *Crescit* in Hispania, & diutius cæteris generibus floret. Nulla sub ea hypocistis observata. Bauhin. H. P. l. 13. c. 1. p. 2. Clus. H. P. l. c.

4. *Cistus mas folio breviore*, Clus. *Cistus mas tertius*, superioribus brevior, sed pariter fruticosus. *Rami* tenuiores. *Folia* dilutius viridia, rugosiora pinguia & odorata. *Flos* dilutius rubet, aliquantulumque odoris spirat. *Capitula* diutius suis involucris, quæ florum calyces, occultantur. *Semen* in iis æquale. *Nascitur* sponte in Lusitania, supra Ulyssiponem, & maritimis. Clus. H. P. l. c.

5. *Cistus mas folius Chamædrys*, Lobel. *Cistus mas supinus sinuatis & fimbricatis foliis*, Clus. *Cistus mas quintus*, Bauh. *Cistus mas quintus folius crispis & sinuosis*, Gerh. *Cistus mas dentatus*, Tabern. *Cistus mas tertius*, humilis est & supinus ut plurimum. *Rami* pedales multi ex eadem radice prodeunt. *Folia* crispa, sinuosa, candicantia, hirsuta, gustu acerbo & adstringente. *Flores* in ramulorum summitatibus, umbellatim mense Aprili, citius aliquando, aliquando & tardius prodeunt, colore eleganter ex rubro purpurascente. Conspiciuntur aliquando & Novembri. *Capitula* reliquis minora, suis involucris plærumque contecta, *semen* magis atrum, quod mensibus, Augusto, Septembri & Octobri matures cit continet. *Provenit* in Lusitania, solo admodum arenoso, nec usquam frequentior quàm circa monasterium Peralongas dictum. Lusitani Roselam vocant. Clus. H. P. l. 1. c. 45. Bauh. H. P. l. c. Lobel. Observ. p. 548.

Ciſtus. II. *Ciſtus fœmina* plures habet ſpecies. Eſt enim 1. *Folio ſalviæ*. 2. *folio plantaginis*. 3. *folio portulacæ marinæ*. 4. *folio ſpicæ*. 5. *folio ſampſuchi incano*. 6. *folio ſtœchadis Citrinæ*. 7. *folio Majoranæ*. 8. *folio Thymi*. 9. *folio ſalicis*. 10. *flore pallido punicante macula inſignito*. 11. *Ledi folio*, quibus 12. addo, *Ciſti folio arborem exoticam*.

Cluſ.H.P. l.1.c.46. 1. *Ciſtus fœmina folio ſalviæ*, in cubitum nonnunquam aſſurgit, aliquando humi ſternitur. *Rami* graciles & nigricant. *Folia* circinatæ rotunditatis, rudia, aſpera, viridia, & ſaporis adſtrictorii. *Flos* albus nonnunquam flavus, luteis fibris medium occupantibus. *Capitula* nigra, & ſuperius compreſſa, in quibus ſemen paulò nigrius & ſatis magnum. Obſervata à Bauhino *florens* Aprili & Majo in ſylva Ægremont propè Monſpelium, in monte Sethi, in Sabaudia penes Rhodanum, in montibus Euganeis inter Balneum Aponenſe & Arqua, ubi Hypociſtim naſci ajunt. Eſt & *Elatior*, virgis rectis, & *Supinus* humi ſparſus. *Albo* qui *flore* in Hiſpania, Luſitania & Aquitania occurrit: qui *luteo*, nonnullis duntaxat Hiſpaniæ locis, & extremâ Aquitaniâ circa Bayonam. Referri ad eam poteſt *Ciſti ſpecies quædam Hiſpanica flore albo*, à Barone quodam Germano Lugduni exhibita. *Foliola* illi multa, oblonga, hirſuta, adſtringentia. *Flores* ex ramulis plures ſimul, pediculis incanis & hirſutis inſident, albidi, quos nondum explicatos alabaſtriculi mucronati lanugine alba denſaque hirſuti ambiunt.

Bauhin. H. P. l.13.c.1. p.4.

Bauh.H.P. l.c.

Lugd.H.P. l.10c.1. 2. *Ciſtus fœmina folio plantaginis*, Lugd. *Tuberaria major Myconi* multos ſubhirſutos & rotundos caules fundit, in quibus *folia* multa, hirſuta plantagini ſimilia iis quæ ſe vix à terra attollunt minora. *Flores* in ſummitate caulium lutei: *ſemen* folliculo includitur. Tota herba aliquantum piloſa eſt, & adſtringens. Naſcitur in locis ſiccis. Referri ad eam debet *Tuberaria noſtras Bauhini*, cujus *caulis* pede altior, teres, glaber, ima parte candicante tomento obſitus. *folia* circa imum crebra, plantaginea, nervis tribus diſtincta, incanâ lanugine pubeſcentia; in ſuperioribus acutiora, longiora, glabra, nervoſa. Supremo faſtigio *pediculi*, quorum ſingulis *capitulum* turbinatum, ex plurimis foliorum voluminibus contextum, cujus baſin foliola acuminata, perpuſilla fulciunt. *Flores* interdum duodecem. *Collecta* in montibus D. Johannis propè Piſas, inter plantas ſtœchadis Arabicæ.

Bauh.H.P. l.13.p.12.

3. *Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio* duplex eſt. Una, *latiore obtuſo*; altera, *anguſtiore mucronato*. I. *Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio latiore obtuſo*, Cluſio *Ciſtus folio halimi primus*, Bauh. *Ciſtus folio halimi flore luteo*, habet *ramos* cubitales, fruticoſos. *Folia* prout dixi, ſubacidi ſaporis. *Flores* in ſummitatibus flavi quinquefolii, quibus fibræ in medio. *Capitula* longiuſcula & triangula, in quibus *ſemen* rufum. Ad radicem obſervavit Cluſius Hypociſtin luteam ſeu potius Ochræ colore, quam pueri & paſtores manducare dicuntur. Creſcit in Luſitania ſolo & aura marina afflato inter Ericas, non procul Ulyſſipone. II. *Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio anguſtiore mucronato*, Cluſ. *Ciſtus fœmina folio halimi ſecunda*, præcedente procerior, *ramis* minoribus, incanis. *Folia* halimi ſed paulo longiora & anguſtiora, mucronata, dorſo elatiore, incana & ſubacida. *Florem* qui deſcripſit non vidit.

Cluſ.H.P. l.1.c.46.

4. *Ciſtus folio ſpicæ*, Cluſ. *Ciſtus folio lavendulæ*, Bauhino fortè idem cum Helianthemo recto, cubitali plærumque eſt altitudine, ramis brevibus, ſed copioſis, foliis confertim naſcentibus, anguſtis, incanis, adſtringentibus. *Flores* albi & parvi. *Semen* non obſervatum. Solo odore & ſapore à ſpica diſcernitur. *Creſcit* in regno Valentino aridis & petroſis locis. Rhauwolfius *unicaulem* in Provinciæ montibus invenit, rectum, cubitalem, cui *flores* in cacumine helianthemi lutei formâ

Hiſt. Plant. Lugdun. l. 2. c. 54.

formâ similes, *folia* per caulem multa, & longa. Florebat Majo.

5. *Cistus folio sampsuchi incano*, habet multos graciles ramulos. *Folia* parva, circinata quasi, sampsucho similia, dorso eminente, pediculis contrariis, cum salsedine & aciditate adstringentia. *Flos* in summis ramis quinquefolius, albus, cujus meditullium macula ex purpura nigricans inficit; medium villi & stamina lutea occupant. *Capitula* ferè lini trigona, in quibus *semen* minutum hyosciami, ex nigro candicans, quo maturo totus ramulus qui florem & Capitula sustinet, arescit. *Crescit* copiosus in Castella nova, & toto agro Bætico inter Tagum & Anan flumina.

6. *Cistus folio stœchadis Citrinæ* de nomine duntaxat mihi ex Bauhino nota est. Subjicimus ei *Cistum minimum folio subrotundo* Johannis Bauhini, quem Sprengerus sub titulo *Cisti tenuifolii Candiæ* communicavit. Plantula erat semipalmaris, *radice* tenui, lignosa, reliquâ planta longiore; *foliis* parvis subrotundis, latiusculis, binis ex adverso respondentibus, cinereis, in coliculo singulari, tenui, tereti, cujus summum occupant Capsellæ Helianthemi cana lanugine pubescentes. Colebatur in fictili Junio mense. Perennen dictitabat.

Bauhin. H. P. l. 13. c. 1. p. 14.

7. *Cistus folio Majoranæ*, Lobel. in icone *Cistus folio majoranæ deflexis floribus*, alibi, *Helianthes species rara, figurâ leguminosâ floribus aureis*, Lugd. *Helianthes species Penæ*, dicitur. *Radix* lignosa validè fibrosa, foris buxea intus alba. *Rami* sex aut octo per terram sparguntur, spithamæi & teretes. *Folia* terræ vicina longiuscula; quæ per ramos visuntur, Majoranæ similia, glabra, ex viridi luteola, decurrente per longitudinem nervo unico. *Flores* in extremis ramulis conferti & Scorpioidis reflexi, quinquefolii albi, quibus apices luteoli, quinque viridantibus extrinsecus obvallati. Lobelius aureos facit, quod ex sicca planta descripserit. *Capitula* hos sequuntur triquetra, fusca, semine exiguo, papaverino pari atro, cui unâ parte cavitas, alterâ gibbus amarus. Missa Raymundo ex arduis montis D. Bonaventuræ jugis non procul Aquis Sextiis eruta. Provenit floruitque Junio & Julio mense Bauhino è semine. Visa Lutetiæ cum Capitulis Augusto. Duravit aliquot annis etiam non reposita. Quidam *Telephium Candiæ*, & *Helenium Cretevæ* dixere, alii *Telephium Dioscoridis*.

Bauh. H. P. l. 13. p. 10. Lugd. H. P. l. 7. c. 40. Lobel. Adver. p. 405.

Cistus.

8. *Cistus folio Thymi*, pedali frutice altitudine, ramulis ex purpura nigricantibus, duris, lignosis, qui magna ex parte sine *foliis* conspiciuntur, præterquam circa eorum summitates, in quibus confertim nascuntur, exilia admodum, viridia, Thymi æmula, gustu adstringente. *Florem* fert summis ramis, Cisto folio sampsuchi similem, minorem neque maculis insignitum. Semen non observatum à Clusio. Conspectus in extrema Bæticæ parte, quâ Castellam & Lusitaniam spectat.

Clus. H. P. l. 1. c. 47.

9. *Cistus folio salicis*, Clus. *Cistus annuus primus*, crescit ad cubiti altitudinem. *Radix* lignosa, nigra. *Virgulæ* longiusculæ, hirsutæ, rectæ & raræ. *Folia* inferius rotundiora, superius angustiora, veluti per genicula bina Majoranæ similia, circa medios caules longiora, pilosa. *Flores* in extremis ramis è pediculis hirsutis, uno folio longo & duobus parvis constant, pallidi aut albicantes succedunt. *Vasculæ* triquetra, brevia, magna, quæ matura in tres veluti cotylas latas, corticosas, ruffas, dehiscunt, quas foliola tria, hirsuta, costas habentia cingunt. Intus membrana tenuis, lucida, cui semina multa, minus ruffa adhærent, & Augusto maturescunt. *Nascitur* in vinetorum marginibus apud Salmanticenses, & Granatensi regno. Observatus & Genevæ semine in Augusto maturo, in Julio Argentinæ cum vasculis triquetris. *Usus* seminis in nephriticis doloribus. Est & *alia ejus Species* longioribus aliquantulum virgis, non ta-

Clus. H. P. l. 1. c. 49. Bauh. H. P. l. c. p. 13.

Ciſtus. men minus hirſutis, anguſtioribus etiam foliis, cujus flos minor, pallidus, valdè caducus: Capitula & ſemen ſimilia. Nec abludit *Tuberaria minor Myconi*, cujus *folia* plantaginis æmula, ſed minora & villoſa humi repunt; alia caules dodrantales, rotundos, inanes, hirſutos per intervalla ambiunt. *Flores* in caulium vertice lutei, in quorum medio purpureum quiddam in nigrum vergens. *Semen* in exiguo folliculo, dilapſo flore ſtatim conſpicitur. Planta tota hirſuta; ſapor cum ſiccitate adſtringens. Reperitur in pratis & locis pinguibus. Sanè Caſtellani & priorem & hunc Ciſtum *Terva Turmera* vocant, quod ubi creſcit tubera plærumque invenias. *Hydnophillum* fortè *Athenæi*. Nam & hujus eadem ratio.

Bauh. H.P. l.c. Lugd. H.P. l.10.c.2. Athen. Dipnoſ. l.11.

10. *Ciſtus flore pallido punicante macula inſignito*, Cluſ. *Ciſtus annuus ſecundus*, Columnæ *Helianthemum flore maculoſo*, pedali eſt altitudine. *Cauliculis* exiguis & rectis. *Folia* oblonga, anguſta, hirſuta, vireſcentia, per Caniculæ æſtus humore quodam pingui & lento oblinuntur. *Flos* quinquefolius, exiguus, pallido colore, macula punicante inſignitur. *Capitella* tenella admodum, triquetra, in quibus *ſemen* puſillum & cinereum. *Floret* in Majo. *Prodit* in ſylva Madritiana, ſecundo à Lutetia miliari. *Variat.* Eſt enim *flore maculoſo*, macula ex nigro rufeſcente, ſeu puniceo, & *non maculoſo*. Eundem quidem cum iſto *Ciſtum annuum flore guttato Ponæ* facit Caſpar Bauhinus; placet tamen cum Johanne deſcriptionem apponere. Aſſurgit, atteſtante Pona, recto ſurculo tripalmari, quadrato, hirſuto, vireſcenti; cui propè terram *folia* multa Oleæ effigie, deinde ad latera, oppoſita per intervalla alternato ſitu bina, ad medium usque, deinde per aliquot ordines terna ſpectantur, duobus tamen ex his anguſtioribus, è quibus *flores* multi colore & forma Helianthemi. Sed hoc amplius in ſingulis foliis *guttulam ſanguineam* ſortiti, ad inſtar Pyropi, auro ſummâ arte excepti, tum ſummitati, tum pediculo longiuſculo & capillari calycibus affixi hærent. Horum tamen aliqui ſine foliis unicum florem in ſuprema parte obtinentes plantam finiunt: quæ *radice* unica, exili, lignoſa, ac parum fibrata alitur. *Floret* initio Julii. Provenit in plano Agro altero, ſed frequentior in oppido Ciani. Addatur huic, *Ciſti ſpecies annua anguſtifolia*. Cubitalis eſt aliquando. *Radix* unica, tenuis recta. *Caulis* unicus, teres, quatuor vel quinque geniculis conſtat. *Folia* ex geniculis bina, anguſta, hirſuta, duabus unciis longiora, ad radicem breviora. *Flori* in medio circulus niger, interiora alba punctulis nigris aſperſa, aliquando etiam ſtriis intercurſantibus, folia flava. *Capitula* multa, parva, triquetra, quæ quaterna foliola hirſuta circumplectuntur, ex pediculis in unam partem jubæ inſtar vergentibus propendent. Caſpar Bauhinus *Monſpelii* in via Perou verſus, florentem invenit.

Cluſ. H.P. l.c. Pona in deſcript. montis Baldi. Bauh. H.P. l.13. p.15.

11. *Ciſtus ledi folio*, Lugd. *Alyſſum trigonum*, & *Ciſtus annuus alter Lobelii*, caulem habet aliquando ſesquipedalem; *folia* ledi anguſtifolii hirta; *ſemen* in pericarpio nitido triquetro, exile, anguloſum, rubrum, pulchellum, glandis Ilicis lævore. Fruticat viâ quæ ducit Monſpelio ad Rondeletii prædium vulgò Teral, inter Sfero-cavallo & Criſtas gallinaceas. Lugdunenſis tribuit ſuo Alyſſo *radicem* brevem lignoſam, parum fibratam; *Caules* quatuor palmos altum *folia* oblonga, anguſta, in ambitu minimè diviſa, per intervalla prodeuntia; *ſemen* rotundum minutum papaveri ſimile in conceptaculis triangularibus ſcuto ſimilibus; *florem* Aprili micantem; & aſpera lapidoſa, diuturnaque ſolis morâ æſtuantia *loca*.

Lugd. H.P. l.10.c.2.

12. *Ciſto folio arbori exotica*, extrema *virgulta* lignoſa ſunt, Ciſto concoloria & ſimilia. *Folia* rugoſa, oblonga, Salviæ aut Menthæ, ſed in ſummis ramulis villoſos, exactè ſphæricos floccos, ſive lano-

Lobel. Obſerv. p.559. Adverſ. 387

Alyssum trigonum.
Cistus folio Ledi.
Cisti species annua angusti folia.
Tab: CXV.
Panax Chironium Matthioli.
Chamæcistus flore vulgaris luteo
Cisti folio arbor exotica.
Chamæcistus vulgaris flore albo majore
Chamæcistus folijs minoribus & incanis.
Chamæcisto Nardi Celticæ Frisicus folys



Helianthemum folio Thymi incano Gerleri.

Chamæcistus angustifolius.

Helianthemum flore albo folio angusto hirsuto Bauhini.

Chamæcistus quadrifolij.

Chamæcistus folius Thymi incanis.

Helianthemum Germanicum tertium Tabernomontani.

Chamæcistus serpilliifolius repens luteus.

Chamæcistus serpilliifolius floribus carneis.

Chamædistus folijs myrtifolijs incanis.



Tab. CXVII.

Chamæcistus folio pilosello minoris Fuchsij.

Chamæcistus ericæ folio luteus.

Chamæcistus Hirsutus.

Helianthemum ad Numulariam accedens Bauhinj.

Chamæcistus folio sampsuchi capitulis valde hirsutis

Chamæcistus folio polymontanj.

Chamæcistus flore purpurascente Alpinj.

Cistus ladanifer Monspeliensium.

Chamæcistus pusillus folio candido flore luteo.

lanosa Platani capitula ostentant.

Caput III.

Tab. CXV. CXVI. CXVII.

De Chamæcisto.

Chamæcisti varia sunt genera, sub quibus suæ species continentur. 1. *Vulgaris.* 2. *Frisicus foliis Nardi Celticæ.* 3. *Foliis minoribus & incanis.* 4. *Foliis thymi incanis.* 5. *Quadrifolius.* 6. *Foliis myrti minoris incanis.* 7. *Angustifolius.* 8. *Serpillifolius.* 9. *Hirsutus.* 10. *Ericæ folio luteus.* 11. *Folio pilosellæ.* 12. *Folio polii montani.* 13. *Folio sampsuchi capitulis valdè hirsutis.* 14. *Pusillus folio candido, flore luteo.* 15. *Flore purpurascente Alpini.*

I. Chamæcistus vulgaris est duplex, 1. *Flore luteo.* 2. *Flore albo majore.*

Lugd. H.P. l.6.c.24. Matthiol. in Dioscor. l.3.c.50. Clus. H.P. l.1.c.48. Gesn. in Hort. Germ. Bauhin. H. P. l.13.c.1. p.15.

1. *Chamæcistus vulgaris flore luteo,* Trago *Hyssopus Campestris,* Matthiolo & Lugd. *Panax Chironium* sive *flos solis,* Gesn. *Gratia Dei,* & *Hyssopoides,* Cordo *Helianthemum,* Eyst. *Helianthemum flore luteo,* Cordi schol. *Consolida aurea Chirurgis,* Lon. *Hyssopus montanus* sive *sylvestris,* Clus. *Chamæcistus primus,* Tabern. *Helianthemum Germanicum secundum,* Cæsalp. *Chironia,* Bauh. *Helianthemum vulgare flore luteo,* dicitur. *Radice* nititur lignosa alba & lenta. *Ramuli* rubentes, lignosi, hirsuti. *Folia* opposita. Hyssopi latiora multò, modicè in acumen desinentia, sapore glutinoso, hirsuta. *Flores* longo thyrso dispositi, qui cum apicibus lutei, quinque foliis constant, Cisti positu, hirsutis, tripartitis *folliculis* circumsepti, quibus *pericarpia* succedunt lini longiora, trifida, in quibus semen. Viret Genevæ Februarii principio; Lugduni, Monspelii & alibi floret Majo; Basileæ Septembri & Octobri. *Habetur* inter vulnerarias. Recentium vulnerum labra constringit, si imponatur. Sanguinis sputo & alvi profluvio opitulatur, si cum plantagine & Symphito in vino rubro decocta propinetur. Ad oris & genitalium ulcera prodest, si in vino rubro cum modico aluminis decoctâ abluantur. Quidam *Helicanthen* Plinii esse putant, nonnulli *Panax Chironium Dioscoridis.* *Helicanthe* vocatur in Themiscyra regione & Ciliciæ montibus maritimis folio myrti. Hæc cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum Reges, ut fiat corpus aspectu jucundum, ideò Heliocallidem nominari. Vides quidem ethymologiam, descriptionē brevem & effectus non abludere. Et cum hic Cytisus viscosus sit, in fucos adhiberi posse: asserere tamen eam esse non ausim. *Panax Chironium Dioscoridis,* folia habet amaraco similia, ἀνθῇ χρυσοειδῇ, radicem tenuem, neque altam, gustu acri. Radix descripti Cytisi insipida est. Potest tamen hoc ex Oribasio de ποᾷ seu herba tota intelligi. An sit *Helenium Ægyptium Cratevæ,* difficile est dicere, cum nec ipsi Dioscoridi notum fuerit.

Chamęcistus. Plin. H.N. l.24.c.17. Dioscor. M. M. l.3.c.37.

2. *Chamæcistus vulgaris flore albo majore,* Eyst. *Helianthemum albis floribus,* Cæs. *Chironia flore candido,* Lugd. *Helenium minus Dioscoridis,* Bauhin. *Helianthemum foliis majoribus, flore albo,* habet folia unciis duabus longiora, satis lata. Fortè & culturâ ex angustifolia talis evadere potest. Bauhinus mense Octobri florentem Argentinæ vidit: vidit & Spiræ in Junio.

Eystett. hortus. Lugd. H.P. l.7.c.39. Bauhin. H. P l.13.c.1. p.16.

II. Chamæcistus Frisicus foliis Nardi Celticæ, Clus. *Hirculus Frisicus Dortmanni, qui Chamæcisti genus,* ejusdem est cum Nardo Celtica magnitudinis. Cauliculus gracilis se attollit. *Folia* Nardi Celticæ. *Flores* quini aut seni, speciosi, flavi, parvis tamen maculis alterius coloris, duplici serie circa umbilicum orbiculatim distinctis, Ranunculorum æmuli, sex foliis simplici serie dispositis constant. *Vascula* mucrone bifido prædita, paleaceo semine referta sunt. *Nascitur* in palustribus & siccis, gramini Parnassi permixto in Comitatu Drentiæ.

Clus. in Curis poster. p.5.

III. Chamæcistus foliis minoribus & incanis, Dodon. & Lobel. *Flos solis,* quoad

Lobel. Advers. p.185. Clus. H P. l.1.c.48.

Chamæcistus Bauh. H.P. l.13.p.16.

quoad iconem, *Chamæcistus quarta* Clusio, *Helianthemum primum sativum* Tabernomontano, *Helianthemum omninò candicans flore nunc albo nunc pallido* Bauh. exigua est planta. *Virgulæ* tenues & lignosæ humi spargunturs. *Folia* vulgari primo similia, gustus adstrictorii, omninò candicant. *Flores* extremis ramis insident, πιτταφύλλοι, coloris interdum albi, ut plurimum pallidi, staminibus mediis occupantibus. *Semen* in *Capitulis* triangularibus lino paribus, exiguum rufum. *Frequens* est in Salmanticensi agro, ubi *Perdiguera* ab incolis appellatur, quod perdices se circa eam frequentes volutent & pulverent. Visa Monspelii in montibus propè Gigan florere Martio & Aprili: inter Lugdunum & Montuel ad ripam Rhodani Majo.

Camer. in Epit. Clus. H.P. l.1.c.48.

IV. Chamæcistus foliis thymi incanis, Camer. *Panax Chironium minus*, Lobel. *Chrysanthemis Erica minima*, *Cistus humilis angustifolius*, Clusio *Chamæcistus quintus*, Tabern. *Helianthemum peregrinum angustifolium*, nec magnitudine, nec ramulorum tenuitate, à præcedente differt, floribus etiam & seminibus similis. *Folia* angusta & omninò tenuia, Cisto foliis Thymi respondentia, incana & ejusdem temperamenti. Radix dura & fibrosa. Flores Majo aperit. Provenit in agro Salmanticensi, eodemque cum superiore apud Hispanos nomine gaudet. *Vicinum* huic Bauhinus putat suum *Helianthemum flore albo, folio angusto, hirsuto*, quod Monspelii & Lugduni provenit. Ramos habet dodrantales partim repandos. *Folia* mediocriter magna, angusta, pilosa, incana, nonnihil viscosa, insipida. *Flores* ex longâ serie plures, albi, fibris luteis medium occupantibus. Calyces hirsuti. Vascula consimilia, in quibus *semen*. Quod Monspelii provenit, *radicem* habet crassiusculam, lignosam, & in frequentes propagines abit. At differt ab utroque *Helianthemum folio Thymi incano*, quod Cherlerus in vinetis & collibus Nemauso vicinis collegit. *Virgulæ* tenues, incanæ, plures, quæ in alios repandos mox abeunt ramulos. *Foliola* thymi durioris incana, brevia, hirsuta, cinerea, terna quaterna, interdum plura ex eodem geniculo enata. *Flos & Capsellæ* in tres carinas dehiscentes, cum involucris hirsutis. *Radix* crassiuscula contorta, lignosa, multifida, & multorum capitum. Monspelii observata mense Septembri adhuc florere: in montibus verò prope Castelneuf & juxta patibulum Majo. In monte Sethi Aprili. Referri etiam hic potest *Helianthemum Germanicum tertium Tabernomontani*, cui *radix* lignosa, *virgæ* flexiles & tenues, folia saturejæ: *flores* quinquefolii lutei, Capitula lini rotunda.

Bauhin. H. P.l.13.c.1. p.17.

Bauhin. H. P.l.13.c.1. p.19.

Tabern. H. P.l.3.c.76. p.790.

V. Chamæcistus quadrifolia, Tabernom. *Helianthemum Sabaudicum*, quia in Sabaudia provenit. Quia ignotum sibi esse dicit, non describit. *Folia & flores* sine dubio ab aliis generibus non longè abibunt. Quatuor ut plurimum foliis constat, si icon non decipit.

Tabern. H. P.l.c.

VI. Chamæcistus angustifolia, Clus. *Chamæcistus sextus*, *radice* est lignosa & vivace. *Rami* dodrantes humi funduntur. *Folia* oblonga, angusta, saporis initio velut gummosi post amaricantis, nullo ut plurimum ordine disponuntur. *Flores* lutei bini aut terni, quinquefolii, cum suis staminulis extremos ramulos occupant. *Capitula* trigona satis magna, in quibus *semen* majusculum & inæquale. *Rarior* est, nec nisi in monte thermis Badensibus imminente, & circa Posonium visus mense Junio florens, quo tempore & semen perficit.

Clus. H P. l.1 c.48.

VII. Chamæcistus foliis myrti minoris incanis, Clus. *Chamæcistus tertia*, Tabern. *Cistus humilis latifolius*, vocatur. Dodrantalibus ramulis humi diffunditur. *Folia* bina, contrario inter se situ, Myrti Tarentinæ foliis inter se æqualia, quibus supernè cinerea lanugo, infernè canities, gustus adstringens & amaricans. *Flores* quini aut seni Chamæcisto serpillifolio similes, lutei coloris, pedicellis mense Majo insident.

Clus. H.P. l.c.

Capi-

Capitula his succedunt parva, trigona, *semine* inæquali, minuto, ruffo plena, quo deciduo (fit hoc in Junio) rami exsiccantur. *Radix* lignosa, dura, vivax. *Nascitur* maxima copia in illis montibus, qui à Calenbergk Danubio imminenti ad Alpes Austriacas continuâ serie procurrunt: nec non aliis locis sublimioribus præsertim, & gramine tectis agris.

VIII. Chamæcistus serpillifolia est duplex. 1. *Floribus carneis.* 2. *Repens lutea.*

1. *Chamæcistus serpillifolia floribus carneis*, Clus. *Chamæcistus septimus*, Lobel. *Alpina altera*, oblongis, quandoque dodrantalibus serpit ramis, humi diffusis, nigricantibus, in multos alios breves ramulos divisis. *Folia* frequentia & conferta, exigua, serpillo minora, crassa, superna parte viridia, infernè candicantia, saporis amaricantis. *Flosculi* extremis ramulis innascuntur perpusilli, bini aut quaterni simul juncti, quinquefolii carnei quasi caloris. Hos excipiunt *Capitula* maturitate in quinque crenas sese aperientia, in quibus *semen* exile. Exsiccata planta non injucundum fundit odorem. *Nascitur* tenui solo inter saxa in summis Sneberg, Snealben, & aliis Austriacarum & Styriacarum Alpium superciliis. *Floret* Junio, interdum maturius. Clus. H. P. l. c.

2. *Chamæcistus serpillifolius repens luteus*, Clus. *Chamæcistus secundus*, Bauhin. *Chamæcistus serpillifolio nigricante & hirsuto, flore aureo odorato*, multos promit ex *radice* multifida & fibris late sparsis capillata, ramulos tenues subrubentes. *Folia* in his serpilli exigua, nigricantia, hirsuta & crassa duplici serie disponuntur: sub florum partim in novellis longiora & candidiora. *Flores* in extremis ramulis terni quaterni πενταφύλλοι, aurei coloris & odorati pedicellis hirsutis inhærent. *Semen* observare scriptori non licuit. *Provenit* in summis Alpium montibus. *Floret* ibidem Augusto, in hortum translatus Majo: sed flores cum pedicellis nimis caduci. Affinis huic *Cistus helianthemos flore parvo luteo*, qui palmo longiores fundit virgulas molli lanugine incanas, foliis per geniculà binis molicellis, pilosis, ex quorum alis ramuli propagantur. *Flores* virgularum extremis multi, saturatè crocei, triplo minores quam alterius Helianthemi. *Calyces* hirsuti. Cherlerus Nemausi collegit. Bauh. H. P. l. 13. p. 17. Bauh. H. P. l. 13. p. 17.

IX. Chamæcistus hirsutus, Clus. *Octavus*, Tabern. *Chamæcistus humilis Austriacus*; palmaris est aut paulò amplior. *Ramuli* multi, recti, nigricantes. *Folia* numerosa & adeò conferta, ut quaternis versibus digesta videantur, Myrti minoris foliis non dissimilia, minora tamen & hirsuta, licet atra viriditate supernè splendeant. *Flos* unicus interdum & alter extremis ramulis exit, unico quidem constans folio, sed quinque profundis crenis velut circinatis diviso, ut quinque folia habere videatur, ex albo purpurascens & quasi dilutè carneus. Decem stamina extremâ parte nigra & stylus oblongus purpurascens medium occupant. *Capitula* floribus excussis pentagona obtusè mucronata, quibus *semen* exiguum & flavi coloris. Rarissimus est frutex, in Snealben jugi scopulis duntaxat à Clusio observatus, & quidem Junio florens, & semine maturo in Augusto turgidus. Non potuit ulla ratione cicurari. Idem fortè cum eo vel affinis *Cistus pumilis montis Baldi*, compluscul is hic fescuncialibus & quadrantalibus lignosis adolescit *virgulis* tenuibus & hirsutis. *Folia* crebra, virentia, Myrto Tarentino similia, ortu & positu diversissimo, quippe bina, incondita tamen, fortuitis pilis, supra subtusque donata per margines copiosioribus, ut in Nerio Alpino. *Flores* extremis ramulis unici, satis magni, cum multis staminibus. Delata est è monte Baldo. Tabern. H. P. l. 3. c. 76. Clus. H. P. l. c. Bauh. H. P. l. 13. p. 19.

X. Chamæcistus erica folio luteus, Cæsalp. Cori simillimus frutex in maritimis, Lugd. *Erica Chrysanthemos*, Bauh. *Helianthemum tennifolium glabrum* Lugd. H. P. l. 2. c. 31. Bauhin. H. P. l. 13. c. 1. p. 18.

Chamæcistus. *glabrum flore luteo*, frutex est humilis. *Radix* crassa, nigra, lignosa, surculosa. *Ramuli* plures lignosi, interdum erecti, interdum per humum sparsi. *Folia* valdè tenuia & angusta, viridantia, subrubentia, glabra, alternatim ramos conscendunt. *Flores* violæ aurei, caduci, quos excipiunt *vascula* majuscula, lucida; quæ *semine* maturo, in tres veluti scutellas triquetras dehiscunt, & tribus tunicis vestiuntur. *Semen* est copiosum, ferrugineum, triquetrum. Lugdunensi est durum, milio simile, in folliculis turbinatis & striatis, per maturitatem flavescentibus. Prodit in sabulosis editorum collium locis apricis & perflatis, observavitque Dalechampius florere Julio. Cherlerus Nemausi *collegit*. Visa & Basileæ in hortis, semine Septembri maturo. Nullius ferè saporis est. Duo ejus species. Altera *humilior* brevioribus foliis: Altera *Elatior*, foliis quadruplo longioribus.

XI. Chamæcistus folio pilosellæ minoris Fuchsii, Bauh. *Helianthemum Alpinum folio pilosellæ minoris Fuchsii*, fruticosa est herba, foliis oblongis, inferiore parte magis candicantibus, superiore viridibus & pilosis, flore luteo, Helianthemi vulgaris. Collectus in siccis montium circa Genevam locis, & translatus in hortum floruit Junio.

Bauh. H.P. l.c.

XII. Chamæcistus folio polii montani, Bauh. *Cistus helianthemos folio polii montani*, similis est superiori. *Caulículi* albicantes, unciarum quatuor aut quinque ramosi. *Folia* albicantia polii montani. *Flores* in tenuibus pediculis tres vel quatuor parvi lutei. Non dissimilem in rupetis Agdes Galliæ Narbonensis, sed folio candidiore collegit Cherlerus.

Bauh. H.P. l.c.

XIII. Chamæcistus folio sampsuchi capitulis valdè hirsutis, Bauh. *Helianthemum sive Cistus humilis folio sampsuchi* &c. *radicem* habet crassiusculam, lignosam, longiusculam, *caules* rigidos, dodrantales, perquam hirsutos; per quos veluti ad nodos *folia* adversa Majoranæ foliis paria, alia oblonga & latiuscula, alia angustiora. *Flores* multi lutei, calyce folioso, striato, villoso obsepti, de hirsutissimis pediculis dependent. Cherlerus Monspelio detulit. Subjicio ei *Helianthemum ad Nummulariam accedens* Bauhini, cujus rami magnis pilis hirsuti; folia ad Nummulariam accedentia, sed minora, bina in ordine disposita, cum pediculis longiusculis, minus pilosa.

Bauh. H.P. l.13.p.19.

XIV. Chamæcistus pusillus folio candido flore luteo, est *radice* palmari, lignosa, intus alba extus rubente, quæ in numerosa capita dividitur. *Rami* hirsuti. *Folia* numerosa, acuminata, culmis multis onusta, infernâ parte candicant, densa lanugine obsita, superna virident. *Flores* perpusilli lutei bini singulis suis pedicellis insident, capillamento luteo donati; quorum exteriore parte folia extima, pilis obsita canescunt, interiore parte lutea. Nota verò non multum istos à se abire, & facilè inter Naturæ lusus ob soli varietatem reponi posse: nec fortè à Chamæcisto serpillifolio distare. Addere tamen volui, ne quid omitteretur.

Alpin. Exotic. l.1.c.41.

XV. Chamæcistus flore purpurascente Alpini, exiguè fruticat. *Radix* maxima, in tres divisa, longa, crassa, nigricans. *Caules* mu..., breves, qui in alios non dividuntur. *Folia* cisti ledi crispa bina vel quaterna ab eodem exortu. *Flores* in cacumine purpurascentes, à quibus *siliquæ* parvæ, oblongè nigrescentes, quæ minuta *semina* fulvescentia continent. *Pulvis foliorum* tritus ex vino austero contra omnes fluxus commendatur.

CAPUT

Cistus ledum folio populi nigræ Major.

Cistus Marinus Lugdunensis.

Cistus ladanifer Hispanicus incanus.

Tab: CXVIII

Cistus ledum latifolium Creticum.

Cistus ledum Cretense Alpinj.

Cistus ledum folio populi nigræ minus.

Cistus ledum folijs oleæ sed angustioribus.

Cistus ledum virgatum.

Cistus ledum folio myrtj.

Tab: CXIX.

Cistus ledum angustis foliis.

Ledum monspelienſe angusto folio Bauhini.

Cistus ledum folijs rorismarini subtus incanis.

Cistus ledum folijs roris marini bifpidis

Cistus ledum folijs roris marini ferrugineis.

Cistus ledum folijs roris marini ſed non incanis.



Tab: CXX.

Myrtocistus Pennæ.

Cistus ledum foliis falcis angusti foliæ.

Pseudocistus ledum Alpini primum.

Ledum Alpinum hirsutum.

Pseudocistus ledum Alpini secundum.



Caput IV.

Tab. CXVIII CXIX. CXX.

De Cisto Ledo.

I. Duplex *Antiquis* Cistus, *Non ladanifer*, de quo hactenus actum, & *Ladanifer*, de quo nunc agemus. Genus hoc à nonnullis λῆδον (non lada) appellatur, & eodem quo Cistus modo nascitur (malè herba Plinio) sed longioribus *foliis* & nigrioribus, quæ λιπαρίας τινὰς vere contrahunt, quod in cisto, sub quo hypocistis nascitur non accidit. *Ladanum* hoc, si loca & colligendi modos spectes, varium. Est namque I. *Cyprium*, Plinio verum, Dioscoridi optimum. Odoratum enim, subviride, εὐμάλακτον, pingue, ψάμμου ἢ ψαφαρίας expers & resinosum. II. *Arabicum*, quod in Nabatæis, qui sunt ex Arabia contermini Syriæ, (Rufus apud Galenum Erembos vocat) colligitur. Gloriabatur enim & tum ladano, fortè casuque hoc, & injuriâ fieri odoris (sic lege) plures tradidere: & fortè ideò ab Herodoto scriptum, in δυσοδμοτάτῳ loco nasci, & εὐωδέστατον esse. Vilius hoc si Dioscoridem sequimur, nobilius si Plinium, sed falsò. III. *Syrum* quod idem cum Arabico esse puto. IV. *Lybicum*, seu *Africum*, quod ibidem habetur, ejusdem cum superiore notæ. V. *Facticium*, quod ex hircorum villis carpitur. Capras maleficum alias frondibus animal, *scribit Plinius*, odoratorum verò fruticum appetentius, tanquam intelligant pretia, carpere (non *germinum caules*) sed germina caulium prædulci liquore turgentia, destillantemque ab his (dele, *casus mistura*) succum, improbo barbarum villo (i. e. grandi & promisso. *Improbè natus* apud Svetonium homo enormis improbitatis) abstergere. Hunc glomerari in pulverem, incoqui sole; & ideò in ladano caprarum pilos esse. Recentiores, *addit idem*, ex auctoribus *stabalon* hoc vocant, (sic lege. *Strobon* enim eodem capite alia arbor est, quam Arabes ad suffitus accendebant, vino palmeo perfusam, στάβαλον est οὖλον Æoles στόβολον dicebant) traduntque sylvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita succum villis inhærescere. Idem & in Cypro fieri tradunt, & esse œsypum hircorum barbis genibusque villosis, (Dioscorides addit femora) inhærens, sed hederæ flore deroso (confundit κισθὸν cum κίττῳ, cistum cum hederâ) pastibus matutinis cum est rorulenta Cyprus. Deinde nebulâ sola discussâ, pulverem madentibus villis adhærescere, atque in ladanum depecti. Dioscorides addit ὑλίζεσθαι & in μαγίδας formari. VI. *Terrenum*, quod fruticibus insidens, attractis per eos funiculis convolvitur, (seu deraditur) & in offas cogitur. Plinius alibi, nervos in arcum circumdatos lanis trahere dixit, adhærescente roscidâ lanugine, idque *Toxicon* (à colligendi nempe modo, τόξον arcum significat) vocari. In segetibus (arva intellige) idem nasci dicit, contundi & cribrari, utpote friabile; gravissimũ odore, durissimumque tactu. Plurimum enim terræ colligit. *Vsum* & *vires* si attendas, calidum est in primo, siccum in secund, ocumpauxilla adstringendi facultate, & substantia tenui malactica, & sympeptica. Utero & ventriculo egregiè opitulatur. Defluentes capillos retinet, dum omnem qui ad radicem defluxit humorem absumit, & meatus quibus infixi sunt, contrahit. Suffitu secundas ejicit, & dolori vulvarum exulceratisque imponitur. Alvum cum veteri vino potum sistit, & cicatrices cum elegantia ad colorem reducit. Sortiri digerentem à calidiore regione caliditatem, quod Galenus & Ætius prodidere, ne credas. Nobiliorem enim in Cypro insula frigidiore quam Arabia vel Lybia diximus.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 128.

Plin. H. N. l. 12. c. 17.

Galen. κατὰ τόπους l. 1. c. 1.

Herodot. Hist. l. 3.

Plin. H. N. l. 26. c. 8.

Cistus Ledum.

Plin. H. N. l. 26. c. 8.

Galen. Simpl. l. 7.

II. Apud MODERNOS multa Cisti ledi occurrũt genera, Est enim 1. *Monspeliensium*. 2. *Hispanicum incanum*. 3. *Foliis laurinis*. 4. *Foliis populi nigræ*. 5. *Cretense*. 6. *Folio myrti*. 7. *Hirsutum*. 8. *Angustis foliis*. 9. *Foliis rorismarini*. 10. *Foliis thymi*. 11. *Foliis*

Ciſtus Ledum.

liis ſalicis anguſtifoliæ, quibus adde, 12. *Myrtociſtum Pennæi.* 13. *Pſeudociſtum ledon Alpini* & 14. *Ladanum Alpinum.*

Lobel Adverſ. p. 418. Lugd. H.P. l. 2. c. 55. p. 229. Matthiol. in Dioſcor. l. 1. c. 110. Bauh. H.P. l. 13. p. 41.

I. Ciſtus ladanifer Monſpelienſium, Lobel. *Ciſtus ledon latifolium*, Geſn. *Ledon alterum Ciſti genus*, aliis *Ledon*, *Ladanum Ciſtus ledun*, Cordo, *Lada* & *Ladon Ciſto ſimilis frutex*, Camer. *Ledum latiore folio Italicum*, eſt ſine dubio illud ipſum quod Johannes Bauhinus vidit, ſuo Monſpelienſi anguſtifolio ſimile, folio longiore & triplo latiore, cujus & Amatus figuram habet. Lobelius rariorem ſpeciem facit, virgis, ſurculis, foliis multò craſſioribus, longioribus, latioribus, Rhois modo truticantem, *ſemine* tricocco. Caudici ad radicem adnaſcitur *Hypociſtis* ſobole fungoſa, ex luteo in puniceum, granati bicoloris gemmante, cætero Hypoſparti & Orobanche æmula. *Laſcivit* in monte quodam agri ſterilis Savenæ, cui nomen S. Columbo. Alioqui guſtu Ciſti Ledi & fragrantia graviuſcula. Habuit in horto florentem & Coldenbergius.

Cluſ. H.P. l. 1. c. 50. Bauh. H P. l. 13. p. 8. Lugd. H.P. l. c.

II. Ciſtus ladanifer Hiſpanicus incanus, Dod. *Ciſtus ledon*, Cluſ. *Ciſtus ledum primum anguſtifolium*, Bauh. *Ciſtus ledum flore macula nigricante notato*, Lugd. *Ciſtus ledum primum*, ſuperat aliquando altitudinem hominis. *Rami* frequentes, lignoſi, duri, nigri. Folia oblonga, transverſum aliquando digitum lata, aliquando latiora, ſupernè ex viridi nigricantia, infernè candicantia, cum ramis tenellis, pingui quodam odorato calido & transparente adeoque copioſo liquore ita aſperſa ſunt, ut procul ex ſplendore agnoſci poſſint, & odor ad octavam miliaris Germanici partem diffundatur. *Flos* roſæ, magnæ inſtar, ſimplici foliorum textura conſtat, omninò interdum albus, ſed cujus ſingula folia circa unguem ex purpura nigricante macula, rhomboide nunc majore nunc minore & angu.tiore ut plurimum infecta ſunt, floris umbilico multis fibris croceis pleno. *Capitula* in longis pediculis foliis ſuis denudata omnium maxima, rotunda ferè & plura, decagona, dura, internè flaveſcentia; quibus dehiſcentibus *ſemen* decidit copioſum ſubrufum, omnium minutiſſimum. Sicca candorem quendam contrahit. *Creſcit* in Hiſpania & Luſitania; copioſiſſimè in collibus declivis inter Tagum & Anam flumina, & toto ferè monte Sierra morena dicta. Hiſpani *Xara*, Luſitani *Eſtepa* vocant.

III. Ciſtus ledon foliis laurinis, Cluſ. *Ciſti ledi I. altera ſpecies*, fortè Lugdunenſi *Ciſtus maritimus*, latiore eſt folio, quod ad lauri anguſtifoliæ formam accedit. Abundat & pingui illo lentoque ſucco. Provenit in littore marino, quâ ſuperata Calpe Malacam iter eſt. *Ciſtus marinus Lugdunenſis* frutex eſt in maritimis proveniens cubitalis, nonnunquam altior, denſis, numeroſisque radicibus, *caulibus* multis ſurculoſis, *cortice* ex rufo rubente, *foliis* longis, in ambitu laciniatis, acuminatis, ſupernè obſcurè virentibus, infernè candicantibus & parum lanuginoſis, flore Ciſti roſæve ſylveſtris albo vel ex albo purpuraſcente. Cluſ. H.P. l. c. Lugd. H.P. l. 12. c. 3.

IV. Ciſtus ledon foliis populi nigræ eſt duplex *Major* & *Minor*.

1. *Ciſtus ledon foliis populi nigræ major*, Cluſ. *Ledon latifolium ſecundum majus*, ſtolonibus aſſurgit ramoſis & bicubitalibus, ubi ſponte naſcitur. *Rami* fragiles. *Folia* inter Ciſti genera maxima, ſupernè viridia infernè nonnihil candicantia, rudia, carnoſa, ſubacidi ſaporis, quæ rubedinem aliquam hyeme contrahunt. *Flos* candidus. *Capitula* pentagona, acuminata, in quibus *ſemen* exile & nigricans. Tenellus nec eſt odoratus nec pinguis; annotinus & vetuſtior ſcatet ſuo ſucco in Autumno, craſſiore & tenaci. *Invenitur* in monte Mariano, qui Hiſpalim Ulyſſipone iter facientibus, ſuperandus eſt.

2. *Ciſtus ledon foliis populi nigræ minor*, Cluſ. *Ledon ſecundum latifolium* Cluſ. H.P. l. 1. c. 50.

lium minus, per omnia præcedenti simile est, sed humilius, nec cubitum excedens, folia quoque sunt minora.

Clus. H.P. c. Ipin. Ex. l.1.c.40. *V. Cistus ledon Cretense*, Clus. *Ledon tertium Cyprium*, Alpino *Ladanum Creticum*, diversimodè à *Clusio*, *Alpino*, *Bellonio*, & *Bauhino*, describitur. I. *Clusio* ex semine natũ est cubitali & majore altitudine. *Rami* nigricant. *Folia* carnosa, & præ saturata viriditate nigricantia, inter primi & secundi generis folia magnitudinis, brevioris tamen & rhomboidis quodammodo figuræ, quæ cum novellis ramis, lento, roscido, sed nec adeò denso & odorato humore inundantur. *Flos* albus. *Capitula* rotunda, in quibus semen exile, nigricans. II. *Alpinus* cubitalem etiam & ultra facit, *ramis* à *radice* una multis lignosis duris. *Folia* cisti maris, sed longiora salviæ proxima, odorata, ramis æqualibus spaciis adhærent, per æstatem ex quodam lento humore manibus. *Flores* in cauliculorum cacumine purpurei, cisti floribus majores. *Siliquæ* parvæ rotundæ, oblongæ, involucro rotundo contentæ, nigrescentes, quibus minuta nigra semina. Tota planta odorata est, adstringens, & viscida. Simillimam propè Clodiam civitatem juxta Brundulum vidit, hoc unico excepto, quod nulla in foliis humiditate aspergeretur. III. Apud

Bellon. Obser. l.1.c.7. *Bellonium*, ea est hujus fruticis natura, ut deflorentibus floribus vernis, abjectisque hybernis foliis, novis frondibus amiciatur, quasi lanugine pubescentibus in proximam ætatem, quæ per solis æstus uliginoso quodam rore pinguescunt, quoque ardentiores sunt calores tantò abundantior ille ros foliis innascitur. Huic omnibus notis respondens incultis Oise locis in Ducatu Cenomano spontè nascitur, sed qui minor est nec pingui rore oneratur. IV. Multum ab his abit

Bauh. H.P. l.13.p.9. *Cisti ledi latifolii Cretici* apud *Bauhinum* descriptio. *Folium* habet mucronatum, infernè candicans, decurrentibus tribus secundum longitudinem plantagineis nervis, superius nigrius, & in extremis ramis longum angustum, & ledi Monspelliensis latius. *Flores* ex longis pediculis tres dependent, quibus calyces hirsuti cum brevibus pilis. *Vascula* ceteris magnitudine, oblonga, hirsuta, quinquangularia, membranis distincta, in quibus *semina* minuta, papaverina, fusca, angulosa. *Prodit* in Creta insula ubique ferè locorum. Imò tanta ejus est abundantia, ut montes eo vestiantur. Colligendo verò *ladano* peculiare instrumentum parant Græci. Rastro est simile cui nulli dentes, sed ligulæ seu Zonæ è corio rudi. Affricatur hoc ardentissimo caniculæ æstu fruticibus, adhærensque viscus deraditur cultris, hæcque Calojerorum seu Monachorum Græcorum opera. Nusquam majore copiâ, quàm ad montis Idæ radices, pago Cingalus nuncupato & apud Milopotamo *colligitur*. Quod in officinis habemus, viscidus est succus in magnas ostas, easque graves, ex purpura fuscas coactus, odore valido, sed suavi, præsertim si calorem senserit. Paratur ex eo cum mastiche, Cinnamomo Caryophillis, nuce moschata & oleo nardino Cerotum stomachale; vel cum balsamo Hispanico, balsamo macis oleo anisi absynthii, & cera emplastrum. Cistus Ledum.

Tabern. H. P.l.3.c.90. p.796. *VI. Cistus ledon folio myrti*, Lugd. *Cistus ledum aliud myrtifolium Penæ* quoadiconem, Tabern. *Cistus ledum myrtifolium*, nititur *radice* lignosa, ex qua virgulæ robustæ in satis magnam altitudinem surgunt. *Folia* myrto similia, brevia, lata, acuminata. *Flores* cisti, capitula rotunda & acuminata.

VII. Cistus ledon hirsutum, Clus. *Ledum quartum*, Camer. *Ledon alterum angustiore folio*, multis, cubito longioribus lentis, flexibilibus, hirsutis, & albicantibus *ramis* fruticat. *Folia* reliquis Ledi generibus molliora, Cisti fœminæ paulo longiora, angustiora, nigriora, hirsuta,

Cistus Ledum. per totam æstatem lentâ pinguedine consperguntur. *Flos* albus, nec Cisti feminæ flore minor. *Capitula* exigua membranaceis & laxis involucris contecta, in quibus *semen* omnium Cisti generum maximum, nigrum. *Reperitur* in Castella veteri, vicinis pago S. Martini del Castannal locis, ubi frequentissimum, & Ardiveja dicitur. Apud Belgas satum feliciter provenit.

Clus. H.P. l.1.c.50. *VIII. Cistus ledon foliis oleæ sed angustioribus*, Clus. *Ledon quintum*, Eystett. *Cistus flore albo*, pari altitudine assurgit. *Rami* duri, oblongi, nigricantes. *Folia* oleæ oblonga, angustiora, fusca, pinguia & lento humore conspersa. *Flos* albus omnium ferè minimus. *Capitula* ex longo angulosa. *Semen* exiguũ, ex rufo, nigricans. *Vulgatissimum* in toto Valentino regno, & Narbonensi Gallia. Ad radices ejus invenit genus illud ἀτμοδώρου Cynomorii, cui Hypocistidos nomen Clusius, ex multis squammis compactum, pallescens, quibusdam tamen lineis purpurascentibus & nonnihil virescentibus distinctum, quod Cytinos suos summâ parte proferebat, lento glutinosoque succo prægnans. Idem cum hoc putat esse *Ledum Monspelii angusto folio nigricans* Bauhinus. Bicubitale hoc, odoratum, in ramos plures brachiatum, qui *cortice* obducuntur. *Folia* sesquiunciam longa, angusta, nigra, rugosa. *Flores* albi, parvis rosis sylvestribus assimiles, in quorum medio apices lutei. *Pericarpia* hispida, in quibus *semen* exiguum. Observavit ad radicem Hypocistida, seu potius Hypoledon mense Majo copiosè provenire. Multa uni fungi instar adhærent, palmari longitudine, ex squammis multis imbricatim compacta, quibus sui sunt in summo Cytini luteoli; sub quibus *Capitula* rotunda, mediocriter magna, succo viscido & lento plena. Dourez Pharmacopæus ex aqua ad spissitudinem decoctâ, in qua hoc eluerat, Monspelii verno tempore, optimum Ladanum se confecisse notat. Ita in sylva Ægremont circa Monspelium abundat, ut satam diceres. Aprili & Majo floret. In Provincia & Apulia in monte S. Juliani fert quidem hypocistin, sed quæ parum liquoris continet.

Bauh. H.P. l.13.p.10.

IX. Cistus ledon angustis foliis, Clus. *Ledon sextum*, præcedenti simile est, brevius paulò, minoribus, angustioribusque foliis, lento humore aspersis, *Flos* major est, albus item, & quinque foliis constans, *semen* respondet. Observatum in Valentino regno, circa Xativa. Clus. H.P. l.1.c.50.

X. Cistus ledon foliis rorismarini est quadruplex. 1. *Foliis hispidis*. 2. *subtus incanis*. 3. *non incanis*. 4 *ferrugineis*.

1. *Cistus ledon foliis rorismarini hispidis*, Clus. *Ledon septimum*, cubitale est. *Rami* multi frequentes cineracei coloris; quos *folia* copiosissima, Rorismarini coronariæ foliorum æmula, canescentia, hispida, pinguia, & lento succo cum tenellis ramulis perfusa sepiunt. *Flos* summis ramis copiosus candidus, superiori similis, nec *semen* differt.

2. *Cistus ledon foliis rorismarini subtus incanis*, Clus. *octavum*, Rauwolf. *Ladani species foliis rorismarini*, paris cum superiore magnitudinis. Rami magis expansi; folia tenuiora, superna parte ex fusco viridia, infernâ candicantia, lento humore cum tenellis ramis perfusa, gustus adstringentis. *Flores* numerosi, exigui, πεντάφυλλοι, lutei, secundum ramorum longitudinem nascuntur. *Semen* in pusillis *Capitellis* ex cinereo nigricans. *Invenitur* incultis circa Tagum supra Ulyssiponem locis, incolis *Romero*. Clus. H.P. l.c.

3. *Cistus ledon foliis rorismarini sed non incanis*, Clus. *Ledum nonum*, minus est superiore. *Folia* majora, rariora, & magis glutinosa. *Ramulos* quibus *flos* inhæsit, tenues, exsuccos, planeque retorridos, aliquot inania *Capitula* & omninò hiantia jam excusso semine sustinere deprehendebat Clusius. *Nascitur* in extrema Bætica parte, qua Castellam novam spectat.

4. *Cistus ledon foliis rorismarini ferrugi-*

Cluſ.H.P. l.1.c.52. Bauhin. H. P.l.13.c.11. p.23.

rugineis, Matthiolo *Rosmarinum ſylveſtre*, Cordo *Chamæpeuce*, Cluſ. *Ledum Sileſiacum*, Lugdun. *Rorismarinum ſylveſtre ſeu Bohemicum* Matthioli, Bauh. *Rosmarinus ſylveſtris quibusdam*, cubitalibus aliquando eſt virgis firmis & lignoſis. *Cortice* cinereo, quæ in alias purpuraſcentes & rubiginei coloris tomento obſitas diſpeſcuntur. *Folia* libanotidis coronariæ, confuſa, ſupernâ parte viridia, & ita in pronam inflexa & convoluta, ut nihil præter nervum per longitudinem excurrentem, qui ſimili cum pediculo tomento pubeſcit appareat, grati odoris. Summis ramis inſident *Capita*, ex multis brevibus quaſi ſquammis ferrugineis compacta, ex quibus ſe explicat corymbacea quædam multorum *florum* qui lanuginoſis pedicellis inhærent, & grato odore nares feriunt, coma, πενταφύλλοι hi, albi, mediosque decem candida ſtaminula cum ſtylo occupant. His ſuccedunt *Capitula* oblonga, pentagona, ſæpè oſſiculorum Corni magnitudine, quæ viridia, argenteis punctis diſtinguuntur; matura, rubiginei ſunt coloris. *Semen* in his oblongum, flaveſcens, & adeò exile, ut ſcobem è ligno à verme eroſo referat. *Capitula* matura deorſum inflectuntur ne ſemen effluat, à pediculo enim aperiri ſolet. *Semine* maturo terni aut quaterni alii *ramuli*, rubigineo tomento obducti cum ſuis foliis in comæ lateribus naſcuntur, ſpem florum in ſequentem annum pollicentes. Tota planta aromaticum quid ſpirat. *Naſcitur* plærisque Sileſiæ locis. *Floret* ſub finem Junii & Julii; ſemen Auguſto & Septembri maturum: inhærentque interdum in ſequentem usque annum Capitula, ſic ut recẽti flore & fructu ſuperioris anni vacuo, nonnunquam & tertii anni fructus, pedicellis onuſti rami conſpici poſſint. *Vires* ejus egregie. Calefacit, attenuat, digerit & concoquit. Prodeſt articulorum contracturis vehementer, ſi ejus decoctum ſolio infundatur; menſium obſtructioni, ſi in inſeſſibus adhibeatur: ſcabiei, ſi cum ſcrofularia balneo incoquatur. Aquoſis tumoribus ſi ritè cum floribus applicetur. Elicitur ex eo & oleum, majoris ſine dubio efficaciæ. Ruſtici jumentis & porcis ad avertendam ſcabiem & grandinem ſubſternunt. Apiarii foliis alvearia ob gratum odorem perfricant. Cymæ cereviſiæ ad inebriandum incoquuntur. Cromerus ad montium radices invenit, cujus flores ſex foliis & duodecem ſtaminibus conſtabant: Venator quidam in ſummis jugis, quæ digitalem longitudinem non excederet. Heydniſch Binkraut nomen.

Ciſtus Ledum.

Camer. in Epit. Lobel. Adverſ. p.155.

XI. Ciſtus ledon foliis ſalicis anguſtifoliæ, Camer. *Rosmarinum ſylveſtre minus*, Lobel. *Chamærhodendros montana Allobrogum lentiſcifolia*, icone, Cluſ. *Rosmarinus ſylveſtris* ἄοσμος, & *Ciſti Sileſiaci genus*, frutex eſt pedalis altitudinis. *Virgæ* tenues ſubrubentes, quæ in tenuiores candicantes ramulos abeunt. *Folia* confuſo ordine poſita, ſalicis pumilę ſimilia, ſupernè virentia, infernè caneſcentia, nullius grati odoris, ſaporis peradſtringentis. Summis ramis inſident *Capitula* ex multis brevibus ſqammis compacta Cachryos modo; è quibus ſe *floſculi* quinquefolii coloris quodammodo carnei explicant: quibus excuſſis pentagona brevia, obtuſo mucrone *Capitula* conſpiciuntur, exili & palleſcente *ſemine* turgida. Iisdem *naſcitur* locis. Sed & inter Brabantinæ Campaniæ ericeta eruitur, cultumque à Cluſio Mechliniæ.

Cluſ.H.P. l.1.c.44. Bauhin.H. P.l.13.c.9. p.21.

XII. Myrtociſtus Pennæi, tricubitalis interdum frutex eſt, *cortice* admodum ſcabro & tuberculis obſito, qui in vetuſtis ramulis ſpontè decidit. *Folia* myrti, ſupernè lævia, conjugatim circa ramulos naſcuntur. *Flores* in ſummis virgis, quinquefolii, lutei, cum multis longiuſculis ſtaminulis. *Capitulum* oblongum pentagonum, *ſemine* plenum. Tota planta odorata eſt, & gummi quoddam, ſeu potius pinguedinẽ effundere videtur. Londini in Anglia oſtendit ſiccã Cluſio Pennæus, quam ex Majorica, Balearium inſularum majore acceperat.

Ciſtus Ledum. Alpinus Exot. l. 1. c. 42.

XIII. Pſeudociſtus ledum Alpini duplex eſt, *primum & ſecundum.*

1. *Pſeudociſtus ledum Alpini primum*, habet *radicem* longam & craſſam; *ſurculos* rectos rotundos, graciles. *Folia* liguſtri minora, pauciſſima. *Flores* in ſummitatibus ciſti floribus minores. *Siliquæ* rotundæ, oblongæ, in acutum deſinentes, nigræ, in quibus *ſemen* minutum. Tota planta inodora & inſipida eſt.

2. *Pſeudociſtus ledum Alpini ſecundum*, herba eſt fruticoſa. *Radix* una, parva: *Cauliculi* plures, molles. *Folia* myrti ſed minora, quaterna, mollia, in nigrum albicantia, caulem ambiunt. *Flores* ab his parvi, albicantes, ex petiolis deſcendunt. Succedunt *folliculi* parvi, rotundi, in acutum deſinentes, flaveſcentes, ciceris magnitudine, qui *ſemen* minutum ejusdem coloris continent. Quid ſi Chamæciſtus quadrifolia?

XIV. Ledum Alpinum, eſt duplex 1. *Hirſutum.* 2. *Foliis ferreâ rubigine nigricantibus.*

Cluſ. H. P. l. 1. c. 51.

1. *Ledum Alpinum hirſutum*, Camer. *Balſamum Alpinum Geſneri*, frutex eſt elegans & odoratus. *Rami* multi, cubitales, lignoſi, duri, cortice cinereo, humi diffunduntur, & aliquando fibras agunt. *Folia* extremis ramulis, confuſa Chamæleæ Italicæ foliorum æmula, dura, ſupernè viridia & ſplendentia, infernè dilutioris coloris, in ambitu villoſa & hirſuta, inſident. In germinum extremis *florum* coma, qui deorſum inflexi & propendentes, campanulæ modo cõcavi, ſumma labra quinque diviſuris ſecta oſtentant, foris intenſius rubentes & argenteis veluti guttis conſperſi, interius dilutius rubri, cum ſtaminulis aliquot, gratiuſculi odoris. *Capitula* exigua, quinquefoliis conſtant, in quibus *ſemen* fulvum & ſcobis inſtar minutiſſimum. *Naſcitur* in ſummis *Sneberg*, *Snealben*, *Wechſeln*, Durrenſtein & vicinarum Alpium jugis inter ſaxa, ad devexa plærumque latera: nec non ſupra Gamingam Carthuſianorum Cœnobium. Viridia *Capitula* trita odore ſuo capitis gravedinem inducunt.

2. *Ledum Alpinum foliis ferreâ rubigine nigricantibus*, Geſn. frutex in Alpibus roſeo flore, & Nerium Alpinum, Lobel. *Chamærhodendros Alpigena odora*, Cluſ. *Ledi Alpini genus alterum*, Lugd. *Evonymus Theophraſti tertius*, *foliis* eſt rarioribus, majoribus, durioribus, admodum venoſis, magis mucronatis, nec in ambitu hirſutis, quæ pronâ parte plærumq; flaveſcunt, aut ferrea rubigine nigricant. *Flores* ſuperiore paulo dilutiores. *Capitula* & *ſemen* ſimilia. Floret Junio & Julio. Foliis & ramis adnaſcuntur quandoq; tubercula, nunc nucis ponticæ, modò piſi magnitudine, inæqualia, intus fungoſa & alba pulpa plena, quæ foris rutilant, & nonnunquam palleſcunt. Præſtare gallarum vicem poſſunt. *Reperitur* in *Snealben* ſupra Neuburg. Eſt communiter flore dilutius rubente; in Pyrenæis albo.

Cluſ. H. P. l. c. Geſner. de lunaria.

HI-

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER IX.

De Arboribus miſcellis tam Indigenis quàm Exoticis.

CAPUT I.

De Arboribus miſcellis Claſſis primæ.

ARTICULUS I.

De Ebeno.

HIc de Arboribus & Fruticibus in ſuas *Claſſes* digeſtis egimus. Claudunt agmen Miſcellæ, tam *Indigenæ* quam *Exoticæ*, ſiliquatæ nempe, veliciferæ, juliferæ, bacciferæ, Scopariæ, pulchrifloræ, cum aliquot lignis, maximè aromaticis. Sex illarum Claſſes, in quarum prima *Ebenus* & *Guajacum* habentur.

Theophr. H.P.l.4.c.5. Plin. H.N l.12.c.4. Theophr. H.P.l.1.c.8. 19.l.5.c.5. Virgil. Georg.2. Lucan.l.10. Dioſcor.M. M.l.1.c.129. Galen. Simpl.l.6.

I. *Ebenus* Theophraſto fruticoſa arbor eſt Cytiſi modo; rara & è palmarum genere Plinio. Natura ejus perpetua, lignum grave, arefactum etiam, ideò petit fundum & nigrum. *Medulla* lignum potius & benè Plinio tota oſſea. Unam è peculiaribus Indiæ arboribus Virgilius celebravit Ebenum, nusquam alibi naſci profeſſus. Sed quia & Meroëtica Lucano, Herodotusq; eam Æthiopiæ intelligi maluit, India ita accipienda erit, ut omnem Æthiopiæ plagam comprehendat. Oneſicriti ſententia ἡ Ἰνδικὴ τὸ τρίτον τῆς οἰκουμένης μέρος εſſe putabatur. In Arabia quoque & variis locis naſci tradidit Pomponius Mela. *Vſum* & in Medicina invenit. Ex iis enim lignis eſt, quæ trita cum aqua facilè in ſuccum reſolvuntur. Vis ei excalefaciendi, extergendi, penetrandi, quia tenuium partium. Ad oculorum medicamenta redditur efficax, ſi ramenta in vino Chio per noctem macerata, diligenter contrita, in Collyrio digerantur. Efficaciora evadent, ſi quis facta ex eo coticula utatur. Uritur & in fictili, ἵνα ἀνθρακωθῇ, lavaturque plumbi uſti modo, & ita præparatum aridis ſcabrisque lippitudinibus conducit. *Genera* ejus duo. Eſt I. *Æthiopica*, ideò Plinius, raram arborem, Meroën usque à Syene fine imperii per nongentena millia paſſuum. Optima hæc, μέλαινα, nigra, venarum pectinumque expers, cornu elaborato lævore ſimilis, quæque fracta denſa apparet, δικτικὴ ἐστὶ τῇ ὀδμῇ καὶ ἐκπυρωσαι: prunis impoſita, odore jucundo, καὶ δίχα καπνοῦ uritur. Recens igni admota ob pinguitudinem accenditur, & ad cotem trita ſubfulva redditur. Bonum quem habet colorem aſſervando θησαυριζόμενη (id eſt *temporis tractu*) non acquirit, ſed eum ſtatim quando cæſa eſt, à natura habet, ut verè protinus ſine arte jucundi dicatur. Romæ eam Pompejus M. in triumpho Mithridatico oſtendit: Herodotus verò in tributi vicem regi-

Ebenus. regibus Persidis è materie ejus centenas phalangas tertio quoq; anno pensitasse, Æthiopas cum auro & ebore prodit. Ideo in tributis auctoritate rem tertiam fuisse ebenum apud Plinium habemus. Allatas & ἀπὸ Βαρυγάζων εἰς ἀμφότερα ταῦτα τῆς περσίδος ἐμπόρια, Arrianus author est. II. *Indica* est intercurrentibus λιμφύσεσι candidis & fulvis, itemque maculis frequentibus, priori bonitate cedens. Cytisi modo fruticosam & tota India dispersam dixit *Plinius*. Nonnulli sesamini aut acanthi ligna quod consimilia (ἐμφερῆ) essent vendebant. Fraus deprehenditur, quòd fungosa sint, & in assulas, (σχίδακας ἐμπορφύρους) ad purpuram vergentes resolventis, nec quicquam mordacitatis in gustu, vel suavitatis in odore præ se ferant. Apud Plinium lego esse ibi & spinam similem, sed deprehensam vel lucernis igni protinus transiliente. *Spinæ Ægyptiæ* materiam esse vix dixeris. Robusta enim hæc & incorrupta. Συκάμινα pro secamina legere non ausim. Nam nec mori lignum fungosum. Sesamo verò cici arboreo seu ricino caudex ramique concavi; nisi fortè in Creta, ubi adeò arborescit, ut ad carpendos fructus scalis sit opus. Quæ de Ebeno Pausanias scribit, fossili potius quam vegetabili conveniunt. Nulla ei folia, nullus fructus, stirps nulla; radices tantum terrâ occultantur, quas eruunt Æthiopes.

Arrianus in periplo maris rubri.

II. Recentiores *Ebeni*, *Ligni pice nigrioris*, *Gviraparibæ*, & *lignorum quorundam durissimorum*, meminere.

1. De *Ebeno* non constat inter authores. Angvillaræ ignota arbor est. Curtius fingit ut plurimum esse tenuem, vimine raro, & in crassitudinem caudicis extuberato, cortice hiulco & admodum reticulato, adeò venis dehiscentibus, ut per sinus ipsos intima pars tenui libro contegatur. In rubro mari nasci, foliis fructuque olivæ. Lobelius Officinarum Ebenum speciem Gvajaci facit. Thevetus in Indiæ insula Palmobotere, præstantissimam & nigram tradit. Bauhino lignum duorum est generum. *Verum* unum, *Sylstre* alterum. I. *Verum* sylvestri ponderosius est, nigrum, alicubi colore ligni nucis juglandis aut etiam pallidius, minutis quibusdam quasi segmentis scarificatum, & longè frequentibus aliis splendicantibus nec impressis refertum. Adolescentis flamma non injucundum spirat odorem, nec tamen sine gravitate quadam. Visi & hominis crassitudine trunci, sed suberis instar fungosi, & quibus aliqua putredinis labes. II. *Sylvestre* nigredine ac pondere superiori cedit, sed vix splendore & elegantiâ. Scarificatur per vestigia, sed non tam profundè, splendidè tamen. Utrumque aquis injectum protinus sidit: sed sylvestri major oleositas. *Nascitur* & in Calecut, si Theveto fides. Artificiosa apud magnates & artifices Augustæ, Venetiis, Amstelodami & alibi opera ex ea; thecæ nempe, pectines, arculæ, abaci, capsellæ, sellæ plicatiles, pocula, signa crucis & alia ejusmodi. Albertus Cunis adalligatam turbulenta somnia prohibere prodidit. An vulgare Ebenum veterum ebenum sit, ex collatione habebis.

Bauhin. H. P. l. 3. c. 196. p. 394.

2. De *ligno pice nigriore* nihil habeo quod scribam, præter quàm quòd idem polito ebore sit lævius. Arbor crasso cortice vestitur, in cujus sinu deciditur Ebenus. Ejusdem generis ligna rubentia, & alia Ceræ instar flaventia reperiuntur in insula Mauritania. Appellatur alibi *Ebenum picis modo nigrum*.

Ind. Orient. p. 4. & 5.

3. *Guiraparibа*, Ebeni species est. Arbor magna & ampla. *Cortex* similis arbori Gvajabæ. *Lignum* interius coloris est obscurè olivacei ad nigrum vergentis, saporis, si viride masticetur, amari; exterius ex parte pallidum. *Folia* parva in quolibet ramulo æqualia, paria, Cylindracea aut similia, saturatè viridia, nervo secundum longitudinem, & venulis transversis vix conspicuis prædita.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 9.

4. *Ligna*

Tab: CXXI.

Guajacum foljs lentiſci.

Jasminum humilius luteum.

Guajacum prope medum ſine matrice.

Iasminum vulgatius flore albo. Veielroben.

Iasminum luteum vulgo dictum baccifernm.

Nucleus fructus ligni Guajaci.

Guajacum Orientale.

Iasminum humilius magno flore

De Laet Ind.Occid. l.15.c.13.

4. *Ligna duriſſima* ſunt aliquot I. *Lignum Mangles*, quod ferrum duritie æquat. Arbor quæ Braſilienſibus *Mangua* refert foliis noſtras ſalices ſemper virentes. *Naſcitur* juxta littora & Oceani receſſus magno numero in Braſilia. Reperitur ſub ea culicum quoddam genus, exiguum quidem ſed acriter pungens. Unicum remedium fumo abigere, aut fimo oblinere corpus, quod barbaris ſuetum. Fiunt ex ligno mali & antennæ navium. II. *Lignum de Cochi*, ejusdem cum ferro ponderis, ex qua ancoras conficiunt. Luſitanis *Pao di ferro*. III. *Maga* lignum duriſſimum in inſula S. Johannis de portu ricco, ex quo fabrilia opera parantur. Eſt cariei minimè obnoxium. IV. *Ibera puteruna* arbor quæ lignum habet tam durum, ut aciem cultri obtundat. Magna eſt & ramoſa. *Folia* figurâ cordis, in extremitate acuminata, tenuia, ſuperius dilutè viridia, inferius pallida. V. *Lignum Teixo*, quod ferrum duritie æquat, & interius coccinum undulatum expreſſiſſimè refert. Habetur in inſula Pico. Pretioſum eſt, fiuntque ex eo inſtrumenta. Simile huic in Macao, Luſitanis *ferrum ligneum*, quod colore pondere & duritie duriſſimum æquet, & in aquis ſubſidet. Arbores ingentes in Chaoking monte Caoleang viſuntur. VI. *Angeliana* arbor, apud Cochinum, cujus trunco continuo naves Tonas vocatas exſtruunt tam grandes, ut unâ XX. vel XXX. dolia aquatica vehi poſſint. Lignum adeò durum, ut ferrum atterat. Fortè Arbor in Guineæ inſula Formoſa, cujus pars ima craſſitie eſt viginti quatuor orgyarum. Apud Acoſtam ſolum nomen extat. VII. Arboris μυγοκτόνου in Java lignum, cujus medulla ſit ferrea, ſed exilis, fabuloſum eſſe credo.

Ind. Occid. P.9.l.4.c.30

Ind.Orient. P.7.c.44.

Maregr.H. P.B.l.3.c.13.

Linſchot. Ind.Or. p.3. c.6.

Admir.Sinenſium p.968.

Linſchot. Ind.Or.p.4. c.14. & p.7. c.17.

***

ARTICULUS II.

Lignum Gvajacum.

De ligno Gvajaco.

TAB. CXXI.

LIgnum Gvajacum ignotum *Veteribus* erat. Ab Ebeno nigredine differt: nec ſcio quomodo buxi ſpecies dici poſſit. Nova ergò arbor eſt, quam nobis Occidentalis India dedit. Quintuplex verò hoc I. *Magna matrice*. 2. *Propemodum ſine matrice*. 3. *Foliis lentiſci*. 4. *Orientale*. 5. *Foliis Ceraſi acidæ*, ad quæ *Jacaranda* reduci poteſt.

Hiſt.Lugd. plant.l.18. c.1.

I. Guajacum magna matrice, aliis *Gayco*, *Gayacan*, & *Guayacan*, arbor eſt juglandis vel Ilicis magnitudine. *Lignum* in extremis colore qui in buxo internè nigreſcente conſpicitur, ponderoſum ut minima ejus pars in aqua ſubſidat, pingue & reſinaceum quid ſpirans, demittensque gummi accenſum, prædurum ubi refrixerit. Amarum idem ſtatim, poſt acrimonia miti palatum ac fauces compungens. Medulla maxima. *Cortex* extrinſecus cineritius permixtis multis viridibus maculis, intus ſubruber, immodicè durus, qui ligno recenter cæſo firmiter adhæret, progreſſu temporis facilè ſejungitur. *Folium* craſſum, parvum, durum viride, multis venis diſtinctum, quod in ramo ſitum habet, ex oppoſito alterius quaterna vel ſena folia. *Flores* multi, pallidi lutei, ἐκφύσεσι in umbellam vel corymbum componuntur, in quorum medio rudimentum fructus burſæ paſtoris effigie. *Fructus* à quibusdam Caſtaneis, ab aliis prunis ſimilis refertur, geminis loculamentis conſtans, Aceris quodammodo inſtar, ſed ſine alis, qui cordis figuram eleganter exprimit. Longitudo, *inquit Reccus*, eſt transverſi digiti, latitudo paulò minor, color totius corii aliquantulum corrugatus Pruni inſtar, in conjunctione cum altero fructu membrana eſt denſitate, colore duritie perſimilis ei quæ juglandis ſemen bifariam dividit. *Corium*

Monard. Med.ſimpl. c.20. Reccus R. M.N.H. l.3.c.19.

Lignum Gvajacum.

externum corrugatum mollius est, internum verò nucis interno putamini duritie & colore respondet ejus densitas. Nucleus intus conclusus, colore & variis venarum ductibus Nuci myristicæ vel buxi radici admodum similis. Hunc si diu in ore volvas, quasi pulpam quandam abradis, quæ acrimoniam manifestam linguæ imprimit, & nucleus in recenti fructu manet coloris Castanei quasi transparentis, in aliis verò omninò niger. Nucleum si secundum longitudinem findas, duritiem dactylorum offendes totumque osseum flavum in recente, cinereum in obsoleto: albæ autem lineæ transversim parallelos totum pertranseunt, ut Lyncurium radius splendore referat. In medio ejus cavitas est longa à summo ad imum pertingens, sed sine ulla ferè latitudine, qualis in Evonymo etiam conspicitur, ubi seminis duo ovalia sed plana viridia quasi foliola sejuncta in summo uniuntur, corque extrorsum versus componunt. Et hic est ille fructus quem Clusius à Syvertzio & Pona accepit, Bauhinus verò ex Italia nomine fructus Gvajacini, quem Johannes Bauhinus describit. *Crescit* in Hispaniola, & in continentis regione Nagrando dicta, tantâ copiâ ut Hispaniæ pinus superet. Frequens & in insula S. Dominici. *Vsus* in *Medicina* celebris *ligni & Corticis*, quamvis etiam sint, qui folia & fructus in conservas & electuaria redigant. *Lignum* calidum est in secundo & siccum, tenuiumq; partium, & propriè virulentię venereæ per sudores & insensibilem transpirationem subvenit. Parantur ex eo decocta, ita ut pro ratione indicantium permittentium & coindicantium ad aquę libras XII. tres aliquando sex & plures ligni unciæ sumantur. Fuere qui acido Citri maceratum in conservam redigere volebant. Optimum secundū quosdam interiore parte nigricans, ponderosum, resinosum, & quod acrimoniâ linguam vellicat. Reducitur in resinam & spiritum, magnæ apud Sennertum dotis. *Cortex* amarior & acrior. Ideò validius siccat attenuat & digerit. Balsamica substantia minor quàm in ligno.

Bauhin. H. P. l. 4. c. 53. p. 499.

Sennert. Medic. Pract. l. 6. p. 4. c. 13.

II. Gvajacum propemodum sine matrice, quibusdam *lignum sanctum*, Indis *Hoaxacan*, & *Matlalquauhitl*, arbor est similis admodum Gvajaco mediocris magnitudinis, strigosis & inconditis stipitibus, ac veluti spinosis. *Cortex* enim magis quam Gvajaci pustulosus, cinereus, maculisque conspersus, qui etiam intrinsecus rubet, & in recenti ligno facilè separatur. *Lignum* albicat & ad luteum quendam colorem vergit: imò Cyaneum est. *Meditullium* in ligno parvum, in ramis nullum, pondus idem cum Gvajaco. *Folia* exigua rutaceis, paulò majora Lentisci, modò bina ex adverso posita. *Flos* vincæ pervincæ colore & figurâ similis, cui foliola quasi duplicata, sibi quasi superponuntur. *Fructus* descriptio ab authoribus non ponitur. *Nascitur* copiosè in insula S. Johannis de portu divite. Cortex est amarus, & calidus ordine secundo. Ejusdem temperiei folia, cum manifesta siccitate. Magni in lue venerea, & aliis diuturnis affectibus, qui à frigiditate procedunt, effectus. Pulvis *ligni*, quod piperis instar fauces pungit, naribus insufflatus sternumenta ciet. Decoctum amarius est, magis odorum, magisque flavescens. In plura *genera* à quibusdam dividitur. Quoddam enim nigricat. Aliud *spadiceo colore flavescit*. Est & quod colores istos omnes discretos habet. Probatur maximè, quod ruffum, spadiceum, flavum, lividumque colores simul mixtos habet.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 29.

III. Gvajacum foliis lentisci, describitur à Clusio in ramo, pedalis longitudinis, valdè contorto & frequentibus nodis distincto. *Materies* erat dura & pallescens. *Cortex* rugosus, cineracei coloris. *Superiorum* ramulorum nonnulli folia adhuc retinebant, alii etiam flores & fructus rudimenta. *Folia* seu potius

Monard. Med. simp. c. 10.

tius foliorum alæ nata erant in tenellis ramis, *(verba sunt Clusii)* contrario inter se situ, singulis alis quaterna, aut sena foliola lentisci modo, ex adverso semper nascentia, obtinentibus, crassiuscula, orbiculata, & multis venis distincta, quæ siccitate facilè defluerent, manentibus nudis alis, & foliorum ubi sita fuerant vestigia duntaxat retinentibus. In superiorum ramulorum nodis tubercula veluti erant, è quibus conjunctim exorti, seni octoni, deni, interdum plures tenues petioli, sustinentes singuli *florem* sex foliis constantem, è quorum umbilico multa prodibant staminula, & in nonnullis floribus fructus rudimentum medium emergere incipiebat, binis lateribus præditum, & instar loculorum bursæ pastoris formatum.

Lobel. Advers. p. 440. Bauhin. H. P. l. 4. c. 52. p. 493.

IV. Guajacum Orientale, Lobel. *Palma* aut *Palum sanctum*, Bauhino *palmæ sanctæ similis arbor*, arbor est Fraxino minor, cortice concolore. *Folia* plantaginis, sed crassiora, minora, pinguiora, breviora. *Fructus* juglandis magnitudine, alvo subducendæ idonei, ut Fragosus habet. Lobelius *corticem* arboris Judæ habere scribit; *folium* Citri carnosum, nudum, lauro latius, brevius, nervosum. In summis hærent folliculi pallidi, coriacei, circinatæ rotunditatis, admodum compressi, coronæ Gallicæ pares, quorum medio *semina* lentis effigie & colore compressiora, gustu amaricante insunt. Ramus ex India Orientali in Angliam delatus erat.

Marcgr. H. P. B. l. 3. c. 5.

V. Guajacum foliis Cerasi acidæ, arbor est cortice gryseo, glabro. *Folia* inordinatè dispositа, lætè viridia, Cerasi similia sed non serrata.

VI. Jacarandæ duæ sunt species Prima *ligno nigro* benè olente, duro quæ in Capitania omnium sanctorum reperitur. Altera, *Ligno albo.* Fert hæc *folia* in ramulis alternatim sibi oppositis directè quoque sibi opposita, tres digitos longa, non serrata, supernè splendentia, obscurè viridia, inferius ex viridi quasi albicantia. *Floret* hoc modo. In quolibet, *(inquit Maregravius)* ramo versus exteriora, multi proveniunt ramuli, qui quasi racematim per multos dies habent globulos, nuclei Cerasini magnitudine, coloris exterius ex olivaceo sublutescentis, qui se aperientes in quinque scinduntur folia, quæ deorsum inclinantur, & interius tactu & visu referunt holosericum olivaceum splendens. His insidet *flos* unico folio luteo subrotundo ad latus explicato constans, è cujus regione sursum incurvata sunt quatuor stamina alba ellypticæ figuræ, apicibus luteis, & in horum adhuc medio corniculum ex albo viride: in medio autè floris eriguntur multa stamina, alba, apicibus luteis satis magnis, in scoparum setaceorum modum. *Flos* dulcis odoris, fructus haud edulis. Jasminum.

Caput II.

De Arboribus miscellis Classis secundæ.

Articulus I.

De Jasmino.

Vid. Tab. CXXI.

IN Classe secunda sunt *Jasminum* & *Syringa*. Jasminum ignotum Dioscoridi & aliis Græcis esse videtur. Jasme certe non est, cujus floribus oleum apud Persas imbuebatur, quia gravius spirat. Et violæ latior multo est significatio, quam ut certam quandam plantam designare possit. Arabibus sub nomine *Sambach* & *Jambach* describitur, triaque ejus genera Serapio tradit. Flos uni albus, luteus alteri, quod Babylone habetur cæruleus tertio. Apud Bauhinum plura *genera* invenies. Est 1. *Vulgatius flore albo.* 2. *Humilius.* 3. *Cæruleum Serapioni.* 4. *Luteum vulgò dictum bacciferum.* 5. *Millefolii folio*, cui nos 6. *Brasilianum* addimus.

Jaſminum. Dodon. Pempt. 3. l. 3. c. 22. Bauhin. H. P. l. 15. c. 3. p. 103.

I. Jaſminum vulgatius flore albo, habet ſecundum Bauhinum & alios longiſſima, lenta & tenuia *vimina*, quibus *cortex* viridans. *Folia* ſeptem ad nervum alligata, acuminata, alarum inſtar expanſa viciæ ferè, paria glabra atrovirentia eminente in cacumine reliquis majore. *Flores* veluti in umbella ſuaviſſimi odoris, ex oblongo, gracili tubulo in calathum quinquepartitum explicantur, colore candido. Matthiolo è ſemine rariſſimè *ſemen* oritur, in aliquibus tamen locis edit Lupino ſimile. Craſſeſcit vetuſtate ſpecie arboreâ coëuntibus inſtar caudicis viticulis. *Floret* poſt roſam diutius è ſingulis foliorum alis. *Fructum* in frigidis vix perficit, hyeme emittit folia. Sunt qui *Pothon* Theophraſti eſſe credunt, qui Plinio maximè ſpectabilis, & *duorum* eſt *generum*, *flore* nempe *hyacinthi*, & *flore candido*, qui ferè in tumulis naſcitur, vel potius circa ſepulchra ſerebatur, ut ejus vaga fronde & deciduis floribus contegerentur. *Vbivis* in hortorum angulis apricis, & pro prædiorum cavædiis ſurculo pangitur, adq; pergularum ornamenta pedamentis erigitur ad fornices. Nobilis in morbis *ſlorum* uſus. Oleum quod ex illis crudos diſcutit humores; doloribus colicis, uteri morbis, contractis induratisque artubus articulis & tendinibus, ſi competenter adhibeatur commodiſſimum. Sed caveant ſibi temperamento calidiores. Dolores his capitis, & ſi diutius olfaciant, ſanguinis ex naribus profluvium.

Theophr. H. P. l. 6. c. 7.

II. Jaſminum humilius eſt duplex. 1. *Luteum*. 2. *Flore magno*.

Bauhin. H. P. l. 15. c. 3. p. 102.

1. *Jaſminum humilius luteum*, ſuperioris ritu fruticat, virgultis viridantibus angulosis ſtriatis. *Folia* ei terna Polemonii Monſpelienſium de quo mox, ritu, ſed acutiora & firmiora quàm in albo, interdum duodecuplo majora, aliàs verò pinnata, ex una duabusve conjugationibus coſtæ annexis, impari ſemper uno alam claudente. *Flores*, ejus qui in vulgato ordinis, foliis obtuſis, luteis. *Fructus* mediocris magnitudinis, niger, oblongus: in quo bina *ſemina* magna, nigra, oblonga, alterâparte plana, altera modicè gibboſa. Argentinæ *floret* Julio, maturat fructum Octobri. Pforrzheimiæ Novembri viret.

2. *Jaſminum humilius magno flore*, Lobel. *Chamægelſiminum grandiflorum*, Camer. *Gelſeminum Cataloni-cum*, Lugd. *Jaſminum puniceum Dalechampii*, Bauh. *Jaſminum Hiſpanicum flore majore externè rubeſcente*, vulgari concinnius eſt. Tres quatuorve foliorum conjugationes cum extremo impari alam complent: at ſingularia ex oblongo rotundantur; propius plærumque ſe mutuò contingunt, extremumque folium impar contractius ac brevius quàm in vulgato. *Flores* longè ſunt majores, ſpecioſiores, ac fragrantiores, foliis obtuſis, intus lacteo candore, foris punicantibus. E *Chio* inſula Genuam primò advectum, inde Lugdunum. *Floret* autumno & per totam hyemem Patavii, Lugdunii, Baſileæ & alibi in urceis penſilibus culta. A Turcis & Græcis ſtudioſiſſimè colitur.

Lobel. Obſerv. p. 543. Camer. in Epitome. Lugd. Hiſt. plant. l. 13. c. 14. p. 1411. Bauhin. H. P. l. 15. c. 3. p. 101.

III. Jaſminum cæruleum Serapionis, nondum, inquit Bauhinus, vidimus. An Arabes *Liguſtrum Orientale*, quod alias Syringa cærulea dicitur intellexerint, Cæſalpinus dubitat. Alii *Clematidem cæruleam* eſſe volunt.

IV. Jaſminum luteum vulgò dictum bacciferum, Lobel. & aliis *Polemonium Monſpelienſium*, Geſn. *Ruta capraria Gallorum*, Dodon. *Trifolium fruticans*, Tabern. *Ruta baccifera*, Bauh. *Trifolium fruticans quibusdam Polemonium flore luteo*, *radice* eſt alba; *ramis* tricubitalibus angulosis, viridibus, in quibus alternatim ſurculi ſurgunt. *Folia* terna ferè læto virore ſplendentia: ſingulæ portiones ad Rutæ vulgaris portiones accedunt, Sapore ingrato & fervido. *Flores* in ramulorum extremis Jaſmini facie, quinque partiti, lutei: quibus *Baccæ* ſatis magnæ, rotundæ, rubræ, in quibus *ſemen*. Piſo vulgari ſimile, intus album, ingrati ſaporis. *Ferrarius folia* ei

Geſner. in Hortis Germ. Lobel. Adverſ. p. 389. Bauh. H. P. Lii. p. 374.

Ferrar. Flora l. 3. p. 389

Syringa Arabica folio mali Aranty.

Syringa Cærulea.

Jas minum mille foly folio.

Tab. CXXII.

Syringa lutea Americum.

Syringa flore alba simplici

Syringa alba flore pleno.

Ulmi utriculi folio laciniato

Ulmus Campestris.

Ulmus montana.



ei aſſignat, oblonga, Punicæ mali foliorum inſtar duriuſcula, non inciſa, non decidua, quinis ternisve in ſingulos ramulos coëuntibus, alarum aſpectu per virgularum latera explicatis. *Flores* omninò aurei, per ſumma ramorum in umbellam diffuſi, diutius vernantes. *Baccæ* minuſculæ oleæ magnitudine, primoque virore exæquantes, à maturitate liventes, maturæ inſtar uvæ translucidæ &c. Viſum menſe Martio, Aprili, Majo & Junio floruiſſe. Baccæ in Auguſto prodeunt durantque per hyemem. *Provenit* Monſpelii in ſepibus, nec non inter Monſpelium & Nemauſum. Lugduni, Montbelgardi, Romæ, Bononiæ, Patavii, Genevæ in hortis.

Cluſ. in Curis poſtetior. p. 5.

V. Jaſminum millefolii folio, Camer. *Quamoclit*, Clus. *Quamoclit* ſive *Jaſminum Americanum*, Ponæ *Gelſeminum Indianum pennatum flore ſanguineo*, Col. *Convolvulus pennatus exoticus, cauliculos* habet rubentes ſed qui magis ad nigredinem vergunt. *Folia* viticulis purpuraſcentibus alternatim hærent, pinnata, tenui admodum diviſurâ, obſcurè virentia. *Flores* oblongi, tubuloſi, in ſummo quinquepartiti, roſei, lineis ſive plicis ſtriati. *Lobi* pauci primum, dein utrinque plures, usque ad ter denos & unico in ſummo: priores bifurcantur. *Semen* intus oblongum, durum & fuſcum, quod aquâ maceratum plærumque rumpitur. Primo vere ſatum Junio emicat: & prima folia Aceris fructus referunt, effigia alata, vel Ari bifurcata modo. Sapor plantæ ſubdulcis & modicè nitroſus; *Capſulæ & ſemen* piper guſtu referunt. Lacte turget dilutiore.

Marcgr. H. P. B. l. 1. c. 22.

VI. Jaſminum Braſilianum, ex deſcriptione Marcgravii, ex tenui *radicula* unum atque alterum filamentum ſuperius habente, unicum *caulem* emittit, teretem, glabrum, viridem, geniculatum, intus medulloſum. Ad ſingula genicula bina ſibi opponuntur *folia* ſine pediculis, tres vel quatuor digitos longa, lætè viridia, lævia, nervo ſecundum longitudinem & coſtis transverſis obliquè diſcurrentibus. *Flores* ad internodia copioſi, papilonacei, uno quaſi folio conſtantes, quod in tres partes ſectum eſt, ſplendidiſſimè rubri. E medio flore duo ſtamina flaveſcentia, apicibus flavis prodeunt, & è medio aliud ſtaminulum absque apice.

Syringa

Articulus II.

De Syringa.

Tab. CXXII.

SYringa Arabibus duntaxat nota, & Africum vocabulum eſt. Genera ejus quatuor invenio. Eſt 1. *Cærulea.* 2. *Arabica foliis mali Arantiæ.* 3. *Alba ſive Philadelphus Athenæi.* 4. *Lutea*, quibus accedit 5. *Syringa albæ affinis.*

Bellon. Obſerv. l. 3. c. 59. Cluſ. H. P. l. 1. c. 36.

I. Syringa cærulea, aliis *Lilac, Lillach*, Bellon. *Cauda vulpina Turcarum*, Lobel. & Eyſtett. *Syringa cærulea Luſitanica*, Cæſalp. *Liguſtrum Orientale*, fortè *Jaſminum cæruleum Mauritanorum*, arboris aliquando magnitudinem acquirit. *Radix* pullulans. *Lignum* ſolidum & firmum; *Cortex* exterior ex cinereo vireſcens. *Virgæ* rectæ & nodoſæ tenellis fraxini æmuli. In extremitate ramulorum craſſæ & turgentes gemmæ. *Folia* hederæ æmula, ſubrotunda in acumen tamen deſinentia, mollia primum duriora poſt, in pediculis longioribus ſubamara & acria, ſerie quâdam cruciformi disponuntur. *Flores* ex privato ſurculo imbricato foliorum ſtipatu obvallato, ſuaveolentes, in jubæ formam diſpoſiti, numeroſi, ſine foliis, oblongi, rubentes, aut ex rubeo cærulei, quinque partiti, quinque croceis altè reconditis apicibus farciuntur. Excipiunt eos *ſiliquæ* duabus veluti membranaceis valvulis conſtantes, in quibus *ſemina* oblonga, foliacea, ex atro ruffeſcentia. Attulit primum Conſtantinopoli Augerius Busbequius. Nunc in plærisque Belgii, Germaniæ, Galliæ & Italiæ hortis conſpicitur. Bellonius perpetuò virentem facit; fortè quia ibi talis. Apud nos

Syringa decidunt folia. *Oſtryam* ſeu *Oſtryn* Theophraſti non eſſe, ex deſcriptione videbis. Unica hæc ſpecies Oxyæ, tum ſatu tum cortice ſimilis *folio* pyri, multum oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & craſſis, à medio dorſi in modum coſtarum ſecundum rectam ac magnam fibram porrectis, in fibris ipſis rugato & ambitu leviter ſerrato: *materie* dura, decolore, exalbidâ: *fructu* parvo, oblongo, hordeo ſimili, flavo; *radice* ſummo ceſpite ſerpente. Aquas colleſque *amat*. Nullum hic folium ſecundum fibras rugatum, omnique in ambitu inciſura carens. Quando in arborem abit, mediocris illa, nec inſtar fagi comoſa.

Theophr. H.P.l.3.c.10

II. Syringa Arabica foliis mali arantii, Alpino *Sambac Arabum*, Cluſio *Jaſminum Arabicum*. Sarmentoſus frutex eſt, qui ſarmentis ſerpendo altius ſe extollit, *folius* mali Arantii proximis. *Flores* albi ὑγδοφύλλοι, vulgaribus foliis ſimiles, magnitudine & odore validiore. Veslingius adoleſcere ſtipite robuſto ſcribit, quæ ternis quaternisque cubitis in altum porrigitur; animadverſumque in flore duplicem ordinem, & ſæpe decem aut duodecim folia roſea ſerie breviore tubulo digeſta. Ferrarius obſoletâ altitudine pallidulos facit. *Rami* flores omnes facili obſequio admittunt. *Naſcitur* Cayri in Ægypto. Paratur ex floribus *oleum*, cujus mulieribus Ægyptiis contra ſcirrhoſos uteri tumores intra & extra uſus. Sed & contra aſthma, tuſſim, & pleuritim, in qua difficilis expectoratio. Unguentum hoc ex dulcibus amygdalis & ſeſami ſeminibus florum jaſmini odore imbutis parant. Valdè odoratum eſt, poſtquam expreſſeris.

Cluſ. in Curis poſter. Alpin. de Plant. Ægypt. Ferrar. Floræ l.2.c.12. Vesling. obſerv. ad Alpini plant. Ægypt. c.19.

III. Syringa alba, Lobel. & Eyſtett. *Syringa Italica*, Cluſ. *Frutex coronarius*, valdè elegans frutex eſt. *Virgæ* à radice longæ, brachiales aliquando, nodoſæ & geniculatæ. *Cortex* cinereus. *Folia* ex intervallis bina, laurinis majora, oblonga, per extremum mucronata, rugoſa, viridia, in ambitu crenata, amariuſculi primùm ſaporis, poſt acris. *Flores* bini, quini, ſepteni, plures aliquando πτερόφυλλοι albi, odore florum malì arantii extremis ramulorum inſident, occupantque mediam cavitatem & umbilicum fibræ numeroſæ pallidæ. *Capitula* quæ ſuccedunt è numeroſis quaſi valvulis compinguntur, ſupernè obtuſa, primum viridia, poſt nigricantia, quibus dehiſcentibus oblongiuſculum & tenue *ſemen* excidit, quod plærumque novellas plantas ſequente anno procreat. *Floret* Junio, ſemen Auguſto maturatur. Nullibi ſponte *naſcens* à Cluſio viſa; in Belgicis & Hiſpanicis hortis ſæpius. Facilè ſurculis propagatur. Ex floribus odoram habebis aquam. Matronæ Auſtriacæ chirothecas floribus immergunt ut benè oleant. Eſt vel *pleno flore* vel *ſimplici*. Ignotam quidam Veteribus volunt; alii ſub Oſtrys nomine à Theophraſto & Plinio deſcriptam; nonnulli *Philadelphum A-thenæi* eſſe credunt. Aptum is naturæ nomen accepit. Nam cum ex intercapedine ſponte rami coiverint, animato complexu cohæreſcunt, & procurrentes rivos ſurculos pariunt. Ideò in retis morem compoſiti, circa hortos, tutelæ ergo plantantur. Difficilis enim inter junctos tranſitus.

Athen. Dipnoſ. l. 15. c. 12.

IV. Syringa lutea Americana incolis *Toton Capatli*, frutex eſt ſtipites & ramos cavos & purpureos ex radicibus ſurculoſis proferens. *Flores* lutei verſus centrum rubeſcentes, cordis initio figuram oſtendunt, mox in quinquefolias ſtellulas concinnantur. Ex his erumpunt *vaſcula* in quibus *ſemen* exile & nigrum clauditur. *Folia* quia primò guſtu acida, poſt planè amara ſentiuntur, calida, ſicca & adſtringenti facultate eſſe judicari debent. Illita corpori frigoribus rigoribusque acceſſionum mederi dicuntur. Fluxus ventris admota compeſcere nullum dubium.

Reccus R. M.N.H. l.4.c.19.

V. Syringæ albæ affinis, ramulus erat, cui capitella octo ſtriis exilibus notata,

Cluſ. Exot. l.2.c.25.

tata, quæ in binas partes rostelli aviculæ modo dividebantur.

Caput III.

De Arboribus miscellis Classis tertiæ.

Articulus I.

De Ulmo.

Vid. Tab. CXXII

AD tertiam miscellarum Classem refero, *Vlmum, Betulam, Alnum* & *Populum*. I. De Ulmo non ita multa apud *Veteres*. Mature germinat sterilis lucosaque. *Lignum* εἶνον, εὔχρων, subflavũ, buxei coloris cui siccior est lẽtitia, totũ cor, diuturniusq; in aëre manet. *Folium* περικεχαραγμένον ἡρυχῆ, oblongius quam pyro, scabrum non læve. *Gummi* ἐν κωρύκοις in folliculis gignit, & animalcula κωνωποειδῆ, nec non Cachryn peculiarem, autumno multam, minutam, nigram. Præcisis ramis, dum castratur arbor, prodit lachrymæ in modum humor, fluitque è medulla. Facilis auctu quæ ad aquas, provenit tamen & in montanis. Prostratam, spontè restitutam proditum. *Vsus ligni, corticis, radicum, foliorum, humoris* & *lachrymæ*. *Ligni* in navibus ad χίλισμα seu statumina & auriculas, ad θυρώματα πολυτελῆ, forium assamenta vel cardines τοὺς στρόφιγγας, quia validum & fortissimè rigorem servat. *Cortex* si fasciæ loco circumvolvatur glutinat vulnera: crassior in vino vel aqua unciæ unius pondere, pituitam educit. *Radicum* decocto quosdam fracturas perfundere, quę callo inducto opus habent, Galenus author est. *Folia* ad obsonia, si recentia, olerum more usurpantur. *Humor* seu *Gummi* cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem pręstat. Recipitur & in emplastrum melinum. *Lachryma* imponitur collectionibus, vulneribus & ambustis quæ decocto fovere prodest. Capillos eadem reddit capiti illitu, defluentesque continet. Ex *ramulis* virgæ servorum tergoribus parabantur. *Genera* apud Theophrastum duo, Est πτελέα quæ campestris & fruticosior, & ὀρειπτελέα Ulmontia, quæ auctior Totidem & Columellæ, *Gallica* nempe quæ & *Atinia* longè lætior & procerior, & quæ frondem jucundiorem bubus præbet; & *Nostras*, quæ Campestris. *Plinio* quatuor placent. Græci, *inquit*, duo ejus genera novere. *Montosam* quæ sit amplior, & *Campestrem*, quæ fruticosa, (i. e. *ramis pluribus, sed exiguis & brevibus opaca*) Italia *Atinias* vocat excelsissimas, & ex iis *Siccaneas* præfert, quæ non sunt riguæ. Alterum genus *Gallicas*. Tertium *Nostrates* densiore folio, & ab eodem pediculo numerosiore. Quartum *Sylvestre*. Sed nota separare homogenea Plinium, Gallica & Atinia una eademque ulmus est, ut vernacula & nostras. Et quod Atiniam *lamaram* ferre negat, fallitur. Rariorem creare, & idcircò plærisque sterilem videri, seminibus inter frondem quam primâ germinatione edit latentibus, apud Columellam proditum.

Theophr. H.P.l.3.c.6. & 14. Plin.H.N. l.16.c.17. Theophr. H.P.l.9.c.1. Plin. H.N l.16.c.40. Dioscor.M. M.l.1.c.3. Ulmus. Theophr. H.P.l.3.c.4. Columella R.R.l.5.c.5. Plin.H.N. l.16.c.17.

II. Nobis *Vlmus* est duplex, *Campestris* nempe & *Montana*.

I. Vlmus Campestris, Plinio *Italica*, Columellæ *vernacula*, aliis *Vlmus* arbor est aliquando procera, aliquando infra justam altitudinem subsistens, & *ramis* brachiata. *Cortex* nunc lævis, nunc profundissimis sulcis & eminentissimis porcis secundum longitudinem exaratus, interiori albo flexibili. *Materies* alba & firma. *Flores* ante omnia promit, ex ramulorum extremorum tuberculis, in muscarium congestos, ex staminulis plurimis atro purpureis, quorum terna vel quaterna includuntur receptaculo oblongiusculo in viridi purpurante. *Floribus* foliacei utriculi compressi succedunt, seminibus Atriplicis similes, multi, ex oblongo rotundati, magni, tenues, in extremo parum fissi: in quorum medio *semen* parvum, tenerum, planum, candidum, sapore dulci; quod, prout & cortex, masticatum glutinosum

Bauhin.H. P.l.8.c.2. p.139.

Ulmus. nosum reddit succum. Tandem post semina ex ramulorum fastigiis *folia* se proterunt, lætius primum virentia, oblonga, crispa, aspera, ex rotundo fastigiata. Per mediam longitudinem decurrit *nervus* rectus & à tergo magis conspicuus, à quo alii minores costarum instar exeunt; in uno tamen latere plures, ita ut altera foliorum pars alteram longitudine vincat, quod Cordus observavit. Cord. observ. l. 3. c. 1. Foliis quotannis ferè adnascuntur *folliculi* cavi, tuberosi, subrotundi, ac diversarum figurarum, in quibus glutinosus quidam liquor, ex quo exigui vermicelli, qui in culicellos minutos abeunt, gignuntur. *Provenit* passim in sylvis earumque marginibus, pinguibus lutosisque campis. Sed & ad aquas facilius succrescit. *Usum* in *Medicina* nobilem *folliculorũ* liquor præstat. Vix quicquam in glutinando laudabilius. Perforata brachia & femora hoc solo cum melle misto spacio viginti quatuor horarum restituit circumforaneus. Heer in observationibus. Et vide quid Henricus ab Heer de oculi vulnere scribat. Fallopius in podagricis doloribus cum fluxiones fierent, adhibebat. Colligi mense Majo debet antequam nascuntur vermiculi. Imponuntur vitro angustioris folliculi, quod alteri paulò minori aptatur inversum, sic liquor commodè exstillat. Alii ad solis radios destillant; vel quia liquor ipse diu non durat oleum parant; sed quod in vulnere simplici minus profuisse Fallopius expertus est. Sordescit inde vulnus, & impeditur quæ intenditur glutinatio. Ex cortice conficiuntur lagenæ. In *Alsatia* propè Polvillam arcem in sepibus observavit *singularem* ejus *speciem* Bauhinus. *Folia* erant valdè crebra, parva, nec articulo pollicis postremò multa majora, plurima etiam minora, rugosa minus, superiore parte nonnihil lucida, non aspera nervis exquisito ordine dispositis. Collectus & *Monspelii* talis ramus, sed foliis majoribus minus lucidis, nec tam argute dispositis nervis. Septembri gerebat folliculos. In Hispania, observãte Clusio, Ulmorum juxta Thormim amnem radices, in tenuissima stamina abeunt, quæ à præterlabentibus aquis perlutæ, rubescentem colorem contrahunt. Exigua in his animalcula, locustis exiguis similia, quæ in escam piscibus capiendis colliguntur. Quæ adolescunt, avolant, & certo tempore post in aquas ad suum genus conservandum remeant. Ad *Wormatiam* in pratis & ad ripas fluminum procera evadit, nullo fructu prægnans, sed ad ædificia expetita. Huc & *illam* refer, cujus foliis aversa parte folliculi adnascuntur, Tilia mas quibusdam, *Carpinus nigra* Castori. Clus. H. P. l. 1. c. 8. p. 13.

II. Ulmus montana, aliis *latifolia*, Dodonæo *secunda*, Trago *tertia*, latius se diffundit: quanquam & in altitudinem ingentem exsurgere Cæsalpinus prodiderit. Cortice est eidem lævi, ruffo vel maculoso. *Folia* ampla, aliquando palmum longa, uncias quatuor vel quinque lata aspera, in quibus præter serraturas laciniæ quædam. *Julos profert*, si Matthiolum sequimur. *Dodonæus* ei adscribit *Materiem* lignosam & multo duriorem; ideo ad cochleas & molendinorum rotas expetitam; *folia* aversâ parte læviora, & dilutius virentia, quæ reliccata gratum olent: *folliculos* ex foliis nullos, *semen*, prioris satis simile. Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 95. Dodon H. P. Pempt. 6. l. 4. c. 15.

III. Ex Exoticis huc spectant 1. *Arbor foliis ulmeis*. 2. *Cortex arboris ulmo similis ad Catarrhos*. 3. *Pacal Indorum*.

I. Arbor foliis ulmi Mexicanis *Ayaquicueramo, Tlacuilolquahuitl* seu *arbor picta*, & *Ocelolquahuitl* seu *arbor tigridis*, arbor est magna & comata, *materie* discolora; *foliis* ulmeis sed gracilioribus. Materies in aquas conjecta statim mergitur; operibus tamen intestinis & torno interpellandis aptissima, longeque grato odore & aspectu. *Oleum* inde stillat styracem olens, ad omnia remediorum genera, quibus styrax congruit, perquam accommodum. Nieremb. H. N. l. 15. c. 54.

II. Cor-

Monard. Hiſt. ſimpl. medic. c. 43.

II. Cortex arboris ulmo ſimilis ad Catarrhos, craſſus eſt, & ex arbore ulmo tum amplitudine tum formâ ſimili detractus. *Provenit* hæc ad ripas fluminis viginti quinque leucis à Lima diſtantis: nec alibi in America facilè reperitur. *Cortex* in capitis defluxionibus in tenuiſſimum pulverem comminutus, naribus inditur. Sic educuntur humores. Calidus eſt in ſecundo.

III. Pacal arbor Peruana, præcedente multò minor, quæ ad cujusdam fluminis ripas naſcitur. Ligni uſti cineres cum ſapore mixti, fæ-

Monard. Hiſt. ſimpl. medic. c. 58.

diſſimos lichenes in capite & aliis corporis partibus tollunt: & veteſtas cicatrices emaculare dicuntur.

Articulus II.

De Betula.

Theophr. H. P. l. 5. c. 14

I. DE *Betula* nihil apud Dioſcoridem occurrit: Theophraſto, cui σημίδα, folium habet τῇ καλυμένῃ καρύᾳ ſimile, ſed paulò anguſtius, corticem ποικίλον, & lignum ἐλαφρὸν. Per τὴν καρύαν quidam corylum intelligunt. At notis rebus non ſolent addi voces τὴν καλυμένην, & pyro magis ſimilia videntur. Fortè ergò transpoſitio facta, ut quod alno cui coryli folium tribui debebat, betulæ adſcriptum ſit. Legendum potius, ἡ δὲ σημίδα καλυμένη, φύλλον ἔχουσιν ἀπίῳ.

Plin. H. N. l. 16. c. 18. & 40.

Plinius de ea breviter. Betula Gallica arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium ſportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt. In eorum alibi genere ponit, quæ frigidis & aquoſis gaudent. Lentiſſimæ & ideò ſcutis faciendis aptiſſimæ, quarum plaga contrahit ſe protinus, cluditque ſuum vulnus, & ob id contumacius tranſmittit ferrum. Columella ad vinculorum uſum commendat.

II. *Nunc* arbor eſt ſatis procera, ſæpè etiam fruticans; *Rami* flexiles tenues, multiplici libro veſtiuntur, & deorſum magna ex parte pendent. *Cortex* in tenera ætate ruffus aut fuſcus, qui adoleſcente arbore ſubinde candidior apparet, in tenues philyras ductilis ſatis craſſus; in adulta, candidus, rimoſus: qui huic ſubeſt interior, tenuis admodum, lævis, ac inſtar membranæ pellucidus. Minimorum ramulorum puniceus aut ſpadiceus eſt. *Folia* primo exortu plicata ſunt & criſpa, viridique & herbaceo colore tinguntur; ubi excrevere, ſaturatius virent, pinguia, odorata, ſapore amaro. Cæſalpinus inferne ſubhirſuta facit, punctis albis diſtincta. *Radicibus* minora quædam fila craſſitudinis culmi triticei adnaſcuntur, quæ ſub arenis ad quadraginta & amplius pedes prorepunt. Fert *Julos* ſeu nucamenta longa Alni julis ſimilia ineunte vere, quæ ſeminis loco ſunt. Siccati certè in ſeminium quoddam parvum compreſſum ac leve fatiſcunt: exque illis novæ progignuntur betulæ. Non decidunt ante autumnum. Schwenckfeldius ſemē paleaceum in illis Julio à vento dispergi ſcripſit. Ex trunci medii ſubſtantia fungi flavi, Rhabarbaro ſimiles aliquando naſcuntur. Ex *caudice* initiis veris, antequam folia prodiere, ſi vulneretur, limpidiſſimus & copioſus liquor effluit, qui menſe Majo collectus, & ſoli expoſitus muſti inſtar effervеſcit. *Provenit* feliciter aquoſis arenoſis, & umbroſis locis. In Brabantia adeò ſterilibus locis, ut ne herbam quidem producant, viget egregiè. Circa Baſileam magna eſt: in ſylva Hercinia pumila, Montbelgardi in horto in maximam altitudinem excrevit. Sonii ſaltus accolæ fago cæſa ſubnaſci ex eodem trunco betulam conſtanter affirmant. Duas aut tres fagos ita cum betula connexas, ut ex eodem trunco viderentur pullulaſſe, ſcribit Goropius. *Uſus ligni, corticis, virgarum, foliorum, ſuccī* pinguis *liquoris* & *fungorum* egregius tam in Medicina quàm in aliis. *Lignum* ad quaſillos plectendos, & circu-

Betula.

Goropius Becanus in Niloſcopio

Schwenckf. in H. P. Sileſiæ.

Betula. culos doliarios expetitur. Cremati liquorem albugines & cicatrices oculorum delere scribit Lobelius : sed vide ne ejus usu pecces. Exusti carbones diu vivacem ignem retinent, ideò ab Ananiis ad liquanda metalla expetuntur. Ex crassiore axes & absides fiunt. *Cortex* quia bituminosus, excalefacit, emollit, resolvit, Delibratus contortusque faces ad nocturna lumina suppeditat : oris ulcera & maculas abstergit, si ex usto lixivium paretur : idem caseos à vermibus innoxios præstat. Piscatores Northumbri delibratum, fisso bacillo interpositum accensumque, ad piscationes nocturnas adhibent. Relinquitur & balistariis. Ex philyris balneum contra scabiem paratur. *Virgis* nihil ad scoparum usum frequentius ; nihil in scholis trivialibus magis tritum. Sed & in foro adhibentur, pellendis ex urbe facinorosis. Et tales urinæ incontinentiam tollunt, si ægrum semel duntaxat ferieris. Impotentiam à maleficio solvunt, Helmontio prodente, tenelli & subnigricantes ramuli, qui gemmas tumẽtes habent, si conquassati, cum cerevisia fermentati, propinentur, liquore ex ramis superioribus admisto. Ventriculi pecorum quibus coagulum lactis nostri parant succo macerati, caseos à vermibus asserunt. Elegantissimum de illis Generosi *Matthiæ Gloskovii Camerarii Calissiensis* in majore Polonia, amici nostri sub nomine *Betulæ* carmen habet. *Folia* quia amara, excalefaciunt, abstergunt, & attenuant. Sanant oris maculas & papulas, si aqua ex iis destillata fuerit. Ex decoctis in aqua cum alumine, quidam luteum colorem parari tradunt pro pictoribus. *Succus pinguis*, quem vel virentes ramuli mittunt, vel scopæ aridæ super pelvim accensæ stillant, oculorum rubores, canthis immissus discutit : & lumbrices enecat, si linteolum immersum umbilico imponatur. *Liquor*, qui crescente luna colligi debet, soli tam diu ut effervescat expositus, per totum ferè annum servari potest, calculos & morbum regium pellit ; faciei maculas, & oris papulas collutu tollit ; hydropicis levamentum, si sæpius cum aqua sambuci bibatur. In abstergendis vulneribus laudabile remedium. *Fungis* sanguinis fluxus compescere suetum.

Helmont. de Lithiasi c.8.

Articulus III.

De Alno.

Tab. CXXIII.

I. *Alnus* Theophrasto & Plinio μονογενὲς quid, & facillimè augescens. *Radix* ei summa nec major quàm lauri rectum, *lignum* molle, *medulla* itidem, ὥστε δι' ὅλου κοιλκίνεσθαι τὰς λεπτὰς ῥάβδους. *Cortex* scaber ruffusque intus. *Folium* crassissimum, ὅμοιον ἀπίῳ, vel potius καρύᾳ ἠρακλεωτικῇ (cum pyro non magnam habet similitudinem) sed amplius & nervosius. Germinat post favonium. *Fructus* Plinio nullus aut semen ; Theophrasto semen autumno reddit : ἄκαρπος tamen, non tam quod inconspicuum ferat, quàm quòd inutilem esui. Malim tamen ἔγκαρπον scribere, ut experientia ostendit, falsusq; est Aristoteles, qui quod in Creta fructum ferat inter miracula posuit. *Natale* solum si spectes, inter ἀμφίβια reponit. Provenit in ἐφύδροις & planis : ita ut dubiè scripserit Plinius, nonnisi in aquosis provenire. Radicis & caudicis tantum aliquid in aqua, reliquum totum corpus extra patescit. *Vsus ligni* in ædificiis. Habet in se, *inquit Vitruvius*, egregias rationes. Etenim aëre est & igni plurimũ temperata, nõ multum terreno, humore paulo. Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrò fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structuræ, & sine vitiis conservat. Ita quæ non potest extra terram paulum temporis

Theophr. H.P.l.3.c.7. & 14.

Plin.H.N. l.16 c.14. Theophr. H.P.l.3.c.6.

Plin. H.N l.16.c.18. Theophr. H.P.l.9.c.9

Vitruv. in Archit.

Alnus altera Cluſij
Erlnbaum.

Alnus Iulifera folio incano.

Alnus Iulifera rotundi folio glutinoſa viridis.

Tab: CXXIII.

Populus alba folio majore
Weis Pappelbaum.

Populus alba folio minore
Weis Pappelbaum.

Alnus Baccifera nigra
vulgaris.

Populus nigra.

Salix vulgaris alba
Weidett.

Populus tremula ſeu Lybica.



ris durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem. Contra erumpentium amnium impetus, riparum muro in tutela ruris excubare, in aqua fatas, cæſasque denſius innumero hærede prodeſſe, Plinius dixit. Cur extra aquas putreſcat, ſub aquis immortalis permaneat, diſquirit alicubi Theophraſtus.

Plin. H.N. L.16.c.37.

II. Nobis duplex Alnus erit, *Julifera* nempe & *Baccifera*.

I. Alnus julifera, quadruplex eſt, 1. *Rotundifolia glutinoſa viridis*. 2. *Folio oblongo viridi*. 3. *Folio incano*. 4. *Alpina minor*.

1. *Alnus julifera rotundifolia glutinoſa viridis*, Creſcentio *Amedanus*, Cretenſibus *Schlitro*, aliis *Alnus vulgaris*, arbor eſt juſtæ magnitudinis, ramoſa, *cortice* ſcabro, fuſco, *ligno* molli ruffeſcente. *Rami* fragiles valdè, quibus cortex ex fuſco ſubcinereus maculatus, internè luteolus ſaporis amari & ingrati; *lignum* intus album & medulloſum. *Folia* lata, Avellanæ vulgaris, rotundiora, nervoſa, ſplendentia, lento & viſcido humore obſita. *Oculi* triangulares, ruffi ex cinereo, interdum & virides, in purpuram aliquando quodammodo vergunt. In ramulorum faſtigiis *nucamenta* ſeu *Juli*, virentes vel rubentes, unciam circiter longi, & fragiles antequam commiſſuræ conferruminatarum particularum dehiſcant: quæ ubi ſe explicuerint, duas etiam uncias longitudine ſuperant, ſapore adſtringente cum aliqua amaritudine. Menſe Septembri minimorum rudimenta apparent, quo etiam veteres *coni*, bini, terni aut quaterni pulchre hiantes & aperte de privatis ramulis pendent. Eo tempore vel paulò ante videas novos, parvæ avellanæ magnitudine, primò virentes, ubi matureſcunt rubentes, mox, hiantes, qui ex imbricata ſquammarum compage congeruntur; è quibus & ante *ſeminis* maturitatem ſtamina purpurea prominula quædam obſervata, quæ fortaſſe florum loco haberi poſſent. In iis & *ſemina* parva admodum; compreſſa inæqualia rubentia, quibus *medulla* alba, pauca, inſipida. Habetur in conis & pulvis arenoſus. Obſervata ad radices & *excreſcentia* ramoſa, Uvæ quercinæ ſimilis. *Occurrit* paſſim, humectis & uliginoſis locis, & opacis vallibus. Rarior eſt in Gallia & Italia. Baſileæ Majo viret cum fructu, Auguſto coni & nucamenta viſuntur. In Sundgovia menſe Martio cum conis veteribus, novorum rudimentis & julis ſimul obſervavit Bauhinus. Communiter tamen fructus Septembri *matureſcit*. *Seritur* ex ſemine, in ſepibus pratorum commodiſſimè, quia felix gramini ſub ejus umbra proventus, foliaque decidua impinguant ſolum. Tonſa denſior fit & ramoſior. *Uſum* ſuum habent *materies*, *Cortex* & *folium*. *Materies* difficulter ardet, commendatur à multis ad navalia, inſervit & uſibus culinariis ſutorumque formis. Abit artificio in lapidem. Immergitur aquæ in qua lupulus ad cereviſiam coquitur; exemtus arenâ vel glareâ obruitur ad triennium. Cotes ex tali fiunt, quo menſarii ad ferramenta acuenda utuntur. *Cortex* cum ſiccitate quadam refrigerat & adſtringit. Imponitur incipientibus inflammationibus, & oris tonſillarumque tumores ſedat. Maceratus cum veteri ferro in aqua, nigrum & atramenti ſimilem præbet colorem. Ex eodem cum fructu viridi, gummi & chalcanto atramentum ſcriptorium conficitur. Interior qui nonnihil rubeus, cum momento aluminis in vino coctus gingivas corroborat, doloresque dentium lenit. *Folia* viridia tumores diſcutiunt; rore madentia cubiculis inſperſa, pulices fugant, ſi poſt horæ ſpacium amoveantur. Mos tabellariis calceis imponere, caloris & laſſitudinis levamen. Curtius vulnera ad cicatricem perducere ſcribit, ſi imponantur.

Bauhin. H. P. l. 8. c. 6. p. 151. Stapel. Bodæus ad Theophr. l. 3. c. 14. p. 221.

Alnus.

2. De *Alno julifera folio oblongo viridi* nihil occurrit, præter foliorum diverſitatem. Obſervata eſt lo-

Caſp. Bauh. ad Matthiol. p. 133.

Alnus. cis aquosis inter Mutetam & Münchensteinium ditionis Basileensis à Bauhino.

Bauhin. l.c. 3. *Alnus julifera folio incano*, in Matthiolo *hirsuta*, arbor est vulgari minor, foliis longioribus acuminatioribus, & majoribus per ambitum incisuris subnigris. Mollia sunt supernè ob exiguam vixque conspicuam lanuginem, quæ aversâ parte copiosior, *Juli* vulgari breviores. *fructus* oblongus. *Reperitur* in Helvetia juxta pagum Hüningen ad Rhenum: inter Brisacum & Burckenheimium, Genevæ, circa Montbelgardum humidis præcipuè locis, in Burgundia ultra pontem rigidum cum julis & nuculis quos Septembri habet. Simile huic si non idem *genus* illud, quod in Austriæ & Styriæ montanis, circa flumina, & in Danubii insulis provenit, & à Clusio sub *Alni alterius* nomine describitur. *Cortex* candidior est; *folia* minora & candicant infernè, juli & strobili minores. Rustici albam alnum appellant.

Joh. Bauh. H.P.l.8.c.6. p.154.

Bauh. Phytop. l.11.s.5. p.428. 4. *Alnus Alpina minor*, cum prima quidem convenit, sed per omnia minor est & humilior, nec folia ita humore lento aspersa sunt.

II. Alnus baccifera est triplex. 1. *Nigra vulgaris*. 2. *Pumila*. 3. *Polycarpos*.

Dodon. pempt. 6. l.2.c.25. Lugd. H.P. l.2.c.39. Matthiol. in Dioscor. p.875. 1. *Alnus baccifera nigra vulgaris*, Crescentio *Avornus*, Dodon. & aliis *Frangula*, Bellon. *Jovis barbæ species*, Lonicero, *Arbor fœtida*, quibusdam *Siler* Plinii, arbor est mediocris proceritatis. *Virgæ* plurimæ X. aut XII. pedes altæ, pollicaris crassitudinis, in alias virgulas dividuntur. *Cortex* exterior tenuis, niger, glaucis maculis aspersus; interior, luteus. *Lignum* candidum & fragile; *medulla* ex rubro nigricans. *Folia* alni vel cerasi nigriora tamen & paulo rotundiora, oblonga & magna in tenera, & si solo pingui conseritur, prodeunt primo vere. *Flosculi* inalbicant, & Aprili funduntur. *Baccæ* sunt rotundæ magnitudine piperis, in quibus fissuræ quædam quasi ex duabus in unum coaluissent, primò virides, dein rubræ, tandem nigræ. Maturescunt Augusto. *Nascitur* frequens in sylvosis udis & humidioribus locis, Angliæ, Belgii, Germaniæ, Poloniæ &c. *Vsus* interioris corticis apud rusticos loco rhabarbari in purgando. Dejicit cum magna ventris perturbatione per alvum & vomitum crassos, lentos pituitosos & biliosos humores.

2. *Alnus nigræ pumilæ* mentionem in sua sylva facit Thalius, descriptione non addita. Thalius in sylva Hercynia.

3. *Alnus nigra polycarpos*, Lonicero **Kreutzbeer**. Copiosos fert fructus.

Articulus IV.

De Populo.

Vid. Tab. CXXIII.

I. P*Opuli* nulla apud Dioscoridem descriptio; vires duntaxat exponit. Apud Theophrastum & Plinium, hinc & inde nonnulla invenies. Facilis est auctu, *Cortice* carnoso, *ligno* dum uritur fumido. *Folia* ἑτεροσχήμονα. Orbiculantur nova, vetera γωνοειδῆ evadunt. *Amat* plana, lucos, aquosa, καθύγρα, & ἑλώδη: ideò malè Plinius in montibus posuit. *Triplex* iisdem est, *Alba* nempe, *Nigra*, & *Lybica*, seu *Alpina*. I. *Populus alba*, ὀρθοφυὴς est, minus celsa quàm nigra, & lævior. Lignum cum cæditur τῇ λευκότητι nigræ persimile; nec foliorũ σχῆμα abscedit, erumpentium nimirum. Neutra florem habere videtur. Addit *Plinius*, *folio* bicolorem, supernè candicantem, inferiore parte viridem: Numerosius idem, grandissimâ lanugine, quæ evolat ut julus; quod multum à veritate abludit. Nec constat Theophrastus sibi, cum modo albam λειοφλοιότερον καὶ τὸ ὅλον εὐτροφώτερον scribit; modò nigram, μακρότερον καὶ λειότερον. Dioscorides σφαιρίων prima foliorum germinatione meminit. Adnascitur & muscus. Surrexit Stagiris in Museo procidua. Similis nigræ in senecta evadere dicitur, quod ἐξαιγειρῶσθαι Theophrasto, καὶ φύλλοις καὶ τῇ ὅλῃ προσόψει, aspectu videlicet, non tota, specie, ut à Gaza versum. Circumagun-

Theophr. H.P.l.1.c.8 16.l.3.c.4. 6.7.l.5.c.10 Plin. l.16. c.18.

Plin. H.N. l.16.c.23.

Theophr. de Caus. plant. l.5.c.8

Theophr. H.P.l.4.c.19

Theophr. de Caus. plant. l.2.c. 21.l.3.c.6.

aguntur etiam ei folia, post solstitium: nec alio argumento certius intelligitur sydus confectum. Aquarum est præavida; nec modò avulsione, sed & summis ramis facillimè pullulat. Si quis grandem cum arbore se exæquantem transtulerit, optimè perdurat. *Vsus ligni, corticis, & foliorum* aliquis. Temperaturæ ex aqueo tepore & terrena extenuata constitutione, mistæ facit Galenus. *Lignum* vitibus placet; & quia lentissimum scutis faciendis aptissimum erit. *Cortex* potus ischiadicis & stranguriæ prodest; & conceptum impedit. Nec defuere qui memoriæ proderent, in tenuia frusta concisum, ac stercoratis areolis sparsum, quavis anni tempestate edules fungos proferre. *Foliorum* succus calidus aurium dolori confert. Corona ex frondibus sola athletis utilis. II. *Populus nigra*, Græcis αἴγειρος, (interpretes Herodoti & Strabonis malè *alnum* vertunt) μάκρα Homero arbor, & alba celsior. Fert foliis guttam, ex qua apes propolin faciunt. Et σπέρμα & κόκκον ei Ægineta adscribit, quod de primo resinoso germine fortè sumendum est. Dioscorides resinam vocat. Unde Plinius incogitanter exiguam resinam fundere dixit. Colligi hæc non θέρει sed ἦρι debet. Arcades sterilem putavere, in montibus: sed fructificat in Creta, ubi laudatissima, cujus & Hippocrates meminit. Una apud aditum speluncæ Ideæ, in qua τὰ ἀναθέματα Deo consecrata servantur: altera parva quæ ab ea proxima stat; ad fontem quendam Sauri dictum plæræque, in monte Cedrio, & circa Tiresiam ἐν τοῖς ὄρεσιν, sterilescere exinde allatam prodidit Theophrastus. *Vsus* foliorum, seminis, & resinæ in Medicina. *Folia* quæ in primo recessu calida, ita tamen ut ad siccitatem deflectant cum partium subtilitate, ex aceto imposita podagricis doloribus opitulantur. Ex *resina* verno tempore *unguentum ægirinum* paratur. Foliis & floribus calidior, acopis & malagmatibus miscetur, quæ fætus pellendo adhibentur. *Semen* quod subtilissimarum partium est, nec tamen admodum calefacit, ex aceto potum Comitialibus utile est. Adde his humorem è cavis arboris effluentem, qui verrucas papulasque & attrita corporis tollit. Emittit eundem dum accensa uritur, vel dum castratur. III. *Populus Lybica*, ut Plinius vocat, *Alpina* ut Gaza vertit, κέρκις seu κέκρις est Theophrasti, populo albæ non est absimilis, cum magnitudine, tum quòd ramis albicantibus spargitur. *Cortex* asperior, καὶ μᾶλλον ὑπέλιπρος, ut pyro sylvestri. *Folia* sunt hederæ, sed partim angulosa, partim oblonga & in acutum fastigiata; colore parte supina pronaque ferè simili, (folii utraque pars ejusdem est coloris, sed superior intensioris) pediculo longo & gracili pendentia, ideoque non recto, ἀλλ' ἐγκεκλιμένῳ. Plinius addit, minimam folio ac nigerrimam, fungisque enascentibus laudatissimam. Nigerrimam ad albam licentiosius dixit: fungi, si Dioscoridem sequimur ad istam pertinent; sed si legerimus, *nigerrimam evanescentibus fungis*, salvabitur Plinius. Nam autumni fine, non amplius erumpentibus fungis, arbores totas, priusquam folia decidant, penè nigrâ fronte vestitas videas. Sunt qui *Cratægum Theophrasti* de qua alibi, eandem cum ista faciunt.

Plin. H.N. l.24.c.8. Dioscor. M. M.l.1.c.109

Artemid. l.2.c.25.

Homer. Odyssea.

Hippocr. l. 1. de morb. mulier.

Theophr. H.P.l.3.c.5.

Dioscor. M. M.l.1.c.13.

Populus.

Theophr. H.P.l.3.c.14 Plin. H.N. l.16.c.23.

II. RECENTIORIBUS est Populus quadruplex. 1. *Alba*. 2. *Nigra*. 3. *Tremula*. 4. *Rotundifolia Americana*.

I. Populus alba est duplex, *Majoribus* nempe & *Minoribus foliis*.

1. *Populus alba majoribus foliis*, Cordo *Farfarus antiquorum*, Arabibus *Haur*, arbor est facilis auctu, & citò in altitudinem assurgit, ramosaque evadit. *Caudex* crassus, *cortex* albicans ac lævis. *lignum* candidum, quodque haud difficulter finditur. Fert in primo foliorum germinatu gemmas. *Folia* omnium maxima, in acuminatas circum rosas lacinias divisa, supernè cum atro virore lanuginosa, inferiore parte denso to-

Bodeus ad Theophr. H.P.l.3.c.14 p.219. Bauhin. H. P.l.8.c.8. p.160.

Populus.

mento incano pubescunt, quo etiam cum pediculis longis ramuli obseruntur. Ante horum exortum fert catulos, & salicis modo edit, obseruante Lobelio; qui Tabernomontano villosi & ex purpureo fusci. *Nascitur* in locis uliginosis, humectis, & flumina. Provenit & in monte Baldo Calceolario prodente. Turnerus nunquam se in Anglia vidisse meminit. *Folia* decocta torminibus medentur, & ambusta sanant. Lanugo ad fluxum sanguinis commendatur, sed molliter evellenda vel abradenda. Quia annosa crispum *lignum* habet; fluviorumque fluxus ac cursus mentitur, commodissima est ædificiis. Mensæ & spondæ ex ea ditioribus.

Lobel. Observ. p. 441. Tabernom. H. P. l. 3. c. 37 p. 707.

Goddin. in Chirurgia militari.

Bauhin. H. P. l. 8. c. 8. p. 160.

2. *Populus alba minoribus foliis*, solis his à prædicta differt. Frequentissima in Brabantia & circa Basileam quâ itur ad novam domum.

II. Populus nigra in altum quoque se attollit, estque procerior. *Ramuli* potissimum albicant; *Cortex* lævis exalbidus ac incanus. *Materies* dura, pallescens, minus quam in alba fessilis, flavior, nervosior, ac difficilius diffinditur, levissima est, cum aruit. Prima *germina* futurorum foliorum rudimenta oblonga, hordeaceo grano majora, pingue oleosum & resinosum quiddam continent, digitis adhærescens, colore flavo, ad luteum accedens, odore suavi, quod majoribus factis & in folia jam abeuntibus perit. Oculos alii vocant. *Folia* hederaceis similia, ex rotundo mucronata, serrata, atro virore splendentia longis pediculis appenduntur. Producit & *julos* in longo racemo coacervatos, lanugine ubi dehiscunt albâ plenos. Quædam, obseruante Bauhino ante exortum foliorum floret, at fructum non fert. Flos instar amenti colore rubente aut candicante. Quædam fructum fert seu julos racematim compactos, multis rotundis & viridibus granis constantes (*uva Populi* aliquibus) in quibus *lanugo* candida in pappos avolans, cui pauca semina valdè minuta adpensa sunt. *Nascitur* passim locis aquaticis, in Italia ad Padi ripas, & Baldo monte; in Helvetia circa Basileam ad elices aquarum, quibus prata & pomaria irrigantur. In Anglia minus frequens est. Visa circa Bining am pagum cum suis racematis seminibus. *Vsum* si spectes, calidam omnes in primo faciunt: solus Amatus Lusitanus frigidam voluit, quem Bauhinus egregiè refutat. *Oculi* unguentum populeum ingrediuntur. Illinitur podagris calidis felicissimè; conciliatque somnum, si naribus temporibus & arteriis illinatur. Inveteratum perdit vires. Ex iisdem odoratis unguentum paratur ad capillorum polituram. Impostores incoctas atramento populneas assulas ad capsulas speculorum pro Ebeno vendunt. Vernice undulato tinctum lignum longè elegantius crispitudinem undulatam ostendit.

Bauhin. H. P. l. 8 c. 8. p. 158.

Bauh. Phytop. l. 11. c. 5. p. 429.

III. Populus tremula, Plinio *Lybica*, Gazæ *Alpina*, Clus. *Cercis Theophrasti* est ἴυμωξις. *Radices* reptando late se propagant. *Cortex* partim nigricat partim albicat. *Folium* brevius quàm nigræ, per ambitum crenatum, supernè parte virens, inferna ex cinereo candicans ac propè modum glaucum. Matthiolus albis punctis aspersum notat. In extremo ramo magis est angulosum, subtus incanum. Tremit continuò, sudo etiam cælo. Fert & *nucamenta* uncias circiter quinque longa, lanuginosa, cinerei & fusci coloris, arundinaceæ jubæ portiunculis similia: quibus subsunt verticillatim quodammodo apices perpusilli, albidi. *Oculi* acuti, nitidi, spadicei. E semine suo reviviscere Tragus prodidit. *Familiarus* est toti Germaniæ, Bohemiæ & Poloniæ. In Sundgovia propè Basileam cũ plurimo visco obseruata, protulitque julos ante folia Martii fine. *Vsus ligni corticis & nucamẽtorum. Lignũ* quia candidissimum & levissimum expetitur à tornatoribus; præbetque commodissimum ad tormentarium pulverem carbonem. *Cortex* junior, quia facillimè ardet, facium Passavantii materia.

Nuca-

Tab: CXXIV.

Salix folio Amygdalino utrinq; virento aurito.
Salix sativa lutea folio cronato.
Salix rubra minime fragilis folio longo angusto.
Salix tenvior folio minore utrinq; glabro fragilis.
Salix humilis angusti folia.
Salix folio angustissimo utrinq; albido.
Salix platiphillos seu cophleos. Dalechampij.
Salix lati folia rotunda.
Salicis nucamenta rosæ et capitula squamata.

Salix folio angustissimo utrinq aludo ex Lugduensi.
Salix maritima osterarum testis in ascens.
Salix folio ex rotunditate mucronato.
Salix pumila lini folia incana.
Salix pumilia folio rotundo Bauhini.
Salix pumila lati folia repens.
Salix syriaca folio oleag= ineo argenteo.
Salix pumila folio utrinj glabro.
Salix brevi angustiori folio incana

Salix Brasiliensis folliculi fera.

Salix Ægyptiæ floribus globosis.

Salix Arabica foliis Atriplicis

Tab: CXXVI

Tamarix fruticosa folio crassiore seu Germanica Tamarischen.

Frutex spicatus foliis salignis serratis.

Salix Brasiliensis capituli fera.

Erica foliis myricæ vulgaris glabra. Heide.

Tamarix arbor Ægyptiæ.

Tamarix fruticosa folio teneriore seu Gallica.

Nucamenta Aprili collecta, aceto macerata, contra hæmorrhagiam naribus induntur.

Lobel. Advers. p. 441. *IV. Populus rotundifolia Americana*, Bauhino *Populus novi Orbis* ab Anglis allata est. *Virgulta* sunt aliquantum flexuosa, & per semipalmum palmumque crebra, geniculata, velut insertione commissuraq; partium nodosa: Unde exeunt è singulo pediculo singula *folia*, ora exquisitè rotunda, nec uspiam nisi quâ pediculis hæret intercisa, crassa, rigida, latiora Arboris Judæ: cui Populi alternatim exeunt prælongi loruli, stipati acinulis multis exiguis, planè Populi ritu, gustus adstringens, aliquantum calefaciens, subsalsus.

Caput IV.

De Arboribus miscellis Classis quartæ.

Articulus I.

Tab. CXXIV. CXXV. CXXVI.

De Salice.

I. Arbores Classis quartæ sunt *Salix* & *Spiræa*. *Salix* arbor auctu facilis, *caudice* brevi & σκολιωτέρῳ. Germinat maturè, prout τὰ ἄκαρπα καὶ ἀλσώδη faciunt. *Folia* an amittat varia olim sententia. *Fructum* ocyssimè amittit, & quidem πρὸ τοῦ τελείως ἀδρύναι καὶ πέψαι, antequam omninò maturitatem sentiat, ob id dicta Homero *frugiperda*; secutaque ætas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. Sed in hoc quoque provida natura facilè nascenti & depacto surculo, incuriosius semen dedit. Una tamen proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Jovis speluncæ, torvum ligneumque magnitudine Ciceris. Abit ante maturitatem in *araneam*, quæ nihil aliud quàm spuma albicans. *Succus* ei secundum Plinium in *cortice* trium generum. *Vnum* arbor ipsa exudat gummi modo. *Alterum* manat in plaga cum floret exciso cortice trium digitorum magnitudine. *Tertius* succus est detruncatione ramorum à falce destillans. *Locum* si spectes, ancipitis vitæ censetur. Provenit ἐν γῇ θελματώδει, aquosis & palustribus, & in lacu Orchomenio; provenit & in planis. In Theneo Arcadiæ, ὥσπερ ἐξεῤῥάγη τὸ συναθροισθὲν ὕδωρ ἐν τῷ πεδίῳ φραχθέντων τῶν βερέθρων, ubi propè à loco inundato salices steterant, ibi secundo anno sole resiccato iterum prodiere. *Vsus ligni, corticis, foliorum, succi, florum* & *fructus*. Ex *ligno* quia lentum, leve, & rarum, ideoq; ictum contrahit plagam, scuta parantur. *Corticis* cinis illitus cum aceto verrucas exstirpat & clavos. Siccioris temperaturæ quàm alia. *Folia* quia adstrictoria cruenta vulnera glutinant; cum aqua sumta conceptum impediunt, & libidinis intemperantiam coërcent, atque in totum auferunt usu sæpius sumta. Iisdem in vino cum cortice decoctis foveri artus utilissimum. *Succus* cum rosaceo in calyce Punici calefactus, infunditur auribus. *Floribus* ea desiccatio ut mordacitate careat, & egregia adstrictio. Tritus cum foliis furfures purgat in facie. *Fructus* epotus sanguinem exspuentibus prodest. Pabulo pecudum admixti pinguefaciunt idem. Et paucis dicam. Nullius tutior est reditus minorisque impendii, aut tempestatum securior. Tertium ei locum in æstimatione ruris Cato attribuit, prioremque quàm olivetis, quamq; frumento aut pratis. Nec quia desint vincula, sed quia salici pręcipua dos. Cædua verò ei fertilitas, densior tonsura ex brevi pugno (cuneo alii legunt) quam ramo, non ut remur, in novissimis curanda arbore. Diversa ejus apud *Theophrastum*, *Plinium* & *Columellam genera*. I. *Theophrasto*, cui πολυειδὴς est triplex 1. *Nigra*, quæ cortice nigro aut puniceo tegitur, virgasque pulchriores καὶ χρησιμωτέρους εἰς τὸ πλέκειν gerit. 2. *Candida*,

Theophr. H.P. l. 1. c. 8. & l. 3. c. 4. 6. 7.

Plin. H.N. l. 24. c. 9.

Salix.

Theophr. H.P. l. 1. c. 7. l. 3. c. 1. 4. l. 4. c. 11.

Theophr. H.P. l. 5. c. 4.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 136.

Plin. H.N. l. 24. c. 9.

Theophr. H.P. l. 3. c. 13

Salix. *dida*, cui candidus cortex & ſpiſſiores virgæ. 3. *Parva* nigræ & albæ communis, cui nulla εἰς ὕψ & αὔξησις; quod & in cæteris arboribus occurrit. Arcades ἰλικλὼ vocant, exiſtimantque fructum fœcundum eam parere. II. *Plinius*, ita de ſuis. Salicis ſtatim plura *genera*. Namque & in *proceritatem* magnam emittunt jugis vinearum perticas pariuntque baltheo corticis vincula: & *aliæ* virgas ſequacis ad vincula lætitiæ: aliæ *prætenues* viminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus *aliæ* firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum ſupellectili candidiores ablato cortice, levique tractatu, vilioribus vaſis quam ut è corio fiant, atque etiam ſupinarum in delicias Cathedrarum aptiſſima. (Tales ſunt in quibus ignavæ ſedent totos dies mulierculæ, & cum iis molles ac effæminati viri) Finditur *Græca* rubens, (quæ flava ſunt ad rubedinem dilutam vergunt) *Gallica* ut & *amerina*, haud paulò flexibilior, (ita lege, non, *haud paulo fragilior*) ideò ſolido ligat nexu. (Hujus *folia*, teſte Hippocrate, cum nigro vino pota ad uteri purgamenta faciunt. Trita & in aceto cocta ægilopas perſanant: In aqua decocta donec colorem mutaverint, Trallianus in anginis ad gargarizandum dabat.) In *Aſia* tria genera obſervant, *Nigram* utiliorem viminibus: *Candidam* agricolarum uſibus: tertia quæ breviſſima eſt *Helicen* vocant. Apud nos quoque, addit, multi totidem generibus nomina imponunt. *Vimineam* vocant eandem purpuream. (Græci purpureum non rarò μίλαν & nomine exprimunt) alteram *Nitelinam* à colore (nitelinus color, ruffus rutilus, qualis nitelæ ſive ſciuri): tertiam *Gallicam* quæ tenuiſſima. III. *Columella* ex aliorum ſententia tria quoque genera ponit. 1. *Sabinam* quam plurimi vocant amerinam. Gracilem & rutilam virgam gerit. 2. *Græcam*, quæ flavi coloris eſt. 3. *Gallicam*, obſoleti purpurei & tenuiſſimi viminis.

Plin. H. N. l. 16. c. 37.

Columella R. R. l. 4. c. 30.

II. Apud MODERNOS viginti & quinque ſi non plura obveniunt genera, quæ ad aliquot ſumma reducemus. Eſt 1. *Vulgaris*. 2. *Sativa lutea folio crenato*. 3. *Folio amygdalino utrinque virente aurito*. 4. *Folio longiſſimo anguſtiſſimo utrinque albido*. 5. *Folio oblongo, incano, acuto*. 6. *Folio glauco & per ambitum ſerrato*. 7. *Humilis*. 8. *Fragilis*. 9. *Latifolia*. 10. *Pumila*. 11. *Exotica*, quo 12. & *Arbor Americana folio ſalicis* pertinet.

1. Salix vulgaris eſt triplex 1. *Alba arboreſcens*. 2. *Nigricans folio non ſerrato*. 3. *Rubens*.

1. *Salix alba arboreſcens* Theophr. & Plin. *alba*, Cordo *perticalis*, Lugd. *alba perticalis*, Bauhino *maxima fragilis alba hirſuta*, in magnam excreſcit arborem. *Cortex* cineraceus aut rubeſcens, *vimen* fragile. *Folia* ſemunciam plus minus lata, duas uncias cum dimidia longa, utrinque hirſuta & incana, in extremitatibus ſupremarum virgarum imprimis, alternatim pendent. Aliquando ſuperior pars prope pilis deſtituitur modum: ſerrata eadem aliquando, nonnunquam vix crenæ apparent. *Lugdunenſis* oleæ ſimilia facit, oblonga, anguſta, ſuperne virentia, inferne candicantia. Virgis adnaſcuntur multæ *florum* ſpicæ molles & incanæ, quæ maturitate in pappum abeunt. Gerit aliquando fortè & viſcum. Sed & *ſpuma albicans*, delapſis ſtatim floribus, è ramuſculis uvæ modo pendet, donec à ventis arrepta, hinc & inde plumæ modo impellatur. *Creſcit* in locis madidis, circa prata rigua maximè. Fiunt ex ea pali ad vitium pedamenta, & ſtipites ad ſepes firmandas. Cortex *radicis* cum oleo diſſolutus nigram barbam facit. Ex *ligno* bacilli parantur, quibus in Cauſo raditur lingua. *Folia* pediluvio in febribus adhibentur, & cubiculis inſtrata aërem infrigidant.

Lugd. H. P. l. 2. c. 72. Bauhin. H. P. l. 8. c. 10. p. 212. Lobel. Obſerv. p. 567. Adverſ. p. 422. Matthiol. in Dioſcor. l. 1. c. 117.

2. *Salix vulgaris nigricans folio non ſerrato*, Cordo *Gallica*, Lugd. *Phanicophlæos ſive phanicea*, aliis *nigra*, vulgò *capillaris*, hominis eſt altitudine & ultra: *Cortex* palmularum colorem refert: *folium* venoſum, minus ſerratum.

Lugd. H. P. l. c. p. 277. Cord. in Dioſc. l. c. 137.

tum, *Vimina* omnium tenuiſſima. *Colitur* in pratorum & hortorum marginibus, Bauhinus *ſalicem ſuam rubram minimè fragilem folio longo anguſto* pro eadem cum Lugdunenſis ponit. Differunt tamen. Hujus enim *cortex* intensè rubet. *folia* ſunt oblonga, acuta, utrinque glabra, ſubtus nonnihil candicantia, argutis denticulis undique crenata. Vimen lentum & obſequioſum. Datur & cortice minus rubente foliisque latioribus.

Bauh. H.P. l.8.p.215.

Dodon. pempt.6. l.4.c.10.

3. *Salix vulgaris rubens*, Plinio *Amerina nigra & rubens*, Dodon. *Salix minor viminalis & Gallica*, Thal. *Sabina ſive Amerina*, à capite paululum eminente tenues progignit *virgas*. Cortex nonnihil rubet aut viret Aprili vel ſi ſerius Majo, cum foliis prodeunt juli, in quibus ſemẽ citius cum pappis abripitur, quàm ad perfectionem veniat. Seritur taleis aut virgis in terram depoſitis, quarum ubi incrementum accepere, ſuperior pars præſcinditur, & caput ſubnaſcitur. *Prodit* in paluſtribus riguis. Vincula ex ea quibus in aqua maceratis vites & doliorum circuli vinciuntur: & alteri Cortex magis rubet, alteri nigricat.

Bauh. H P. l.8.p.214.

II. Salix ſativa lutea folio crenato, Tabern. *anguſtifolio ſylveſtris*, Bauh. *lutea tenuior, ſativa viminea*, in pulchram adoleſcit arborem. *Virgarum* lenta & ruptura ſecura flexilitas, *Cortex* vitellini coloris, amarus. *Folia* rara, acuta, ſupernè cum virore ſplendentia, incana, glabra; infernè nonnihil piloſa, exiguis per ambitum denticulis crenata, adſtrictoriæ facultatis ſed levis. *Colitur* ad vites & hortorum ſepta nectenda. Procera circa Ruffacum & Baſileã. Ramos, *inquit Bauhinus*, craſſiores præſectos contorquent & connectunt, ut deinceps veluti ſcalas oſtentent, plaresq; ejusmodi, annuatim ſibi invicem incumbentibus, mirabili figurâ.

III. Salix folio amygdalino utrinque virente aurito, Theophr. μελαν-

Lugd. H.P. l.c.p.177.

φλοιος, Plin. *purpurea*, Lugd. purpurea nigra viminalis, hominis eſt altitudine, virgis tenuibus, cortice nigro; *foliis* venoſis obſcurè virentibus in ambitu ſerratis. Singulis auriculis binæ crenatæ aures appoſitæ ſunt. In fluviorum ſabuloſis ripis, qui præcipiti curſu vorticoſi ruunt, *provenit*. Obſervata & in valle fontium acidorum Griesbacenſium, & Baſileæ in dumetis. Jam olim virgas tenues præbuit viminibus texendis, quibus corbes, ſportas, qualos, caniſtra, fiſcinas & id genus alia utenſilia vaſaque conficiebant, ſpectabili ſubtilitate. Bauhini *Salix ſpontanea fragilis amygdalino folio auriculata*, *Cortice* eſt rarius albo, validæ adſtrictionis: *folia* longa, mediocriter lata, mucronata, lenticulata tam ſupra quam infra virentia & glabra. *Virgulas* tenuiores flexum vix ferre, niſi torqueantur, majores rumpi, ſcribit. Caret & auriculis aliquando. In icone paucæ foliorum crenæ ritè expreſſæ, melior apud Lugdunenſem.

Salix.

Bauh. H.P. l.8.p.214.

IV. Salix folio longiſſimo anguſtiſſimo utrinque albido, Lugd. *Salicis genus ſextum*, ſeu *Eleagnus*, Patavinis *Zenigole*. Bauhino *Salix anguſtis & longiſſimis foliis criſpis ſubtus albicantibus*, *Cortice* eſt luteo. *foliis* inter omnia ſalicis genera longiſſimis, anguſtiſſimis, minimè venoſis, nervo medio diſcriminatis, in ambitu minimè ſerratis, utrobique albicantibus, averſa parte lanuginoſis, ex Lugdunenſis deſcriptione. Bauhino, virgæ ſunt longiſſimæ ſimplices nullis adnatis virgultis, obſequioſæ. *Cortex* viteſcens aut cineraceus. *Folia*, crebro agmine ramos ſtipant, ſuperius viteſcunt, inferius cum nitore ad objectum luminis vario caneſcunt, nervo medio ſecantur, in ambitu magna ex parte criſpa. Variare ergò vides. Obſervavit in ea excrementum gallæ ſimile foliis adnatum. *Creſcit* in riguis & ſabuloſis. In Gallia ad Rhodani ripas, quæ hujus ſunt feraciſſimæ, cum in Araris propinqui amnis marginibus nusquam reperiatur. Putatur eſſe *Eleagnus*

Lugd. H.P. l.c.

Salix. Theophr. H.P.l.4.c.11

Theophrasti, ἐλέαγνος, seu agnus palustris, non ἐλαίαγνος, quasi ex olea & vitice constaret. Est stirps frutici propior, καὶ παρόμοιος τοῖς ἄγνοις (malè ἄλλοις) *Folium* iisdem simile figurâ, sed mali instar molle, μαλακὸν ὥσπερ τῆς μηλέας (sic lege, non ὥσπερ αἱ μηλέαι) χνοῶδες τὸ ἄνθος τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον. *Flos* lanuginosus similis populi albæ, sed minor. *Fructum* fert nullum. *Nascitur* plurima ἐπὶ τῶν πλοάδων νήσων, super insulas fluitantes & in lacu Orchomenio. Non abludit sanè descriptio: & verius hæc erit, quàm vel Zyziphus alba seu olea Bohemica; vel Myrtus Brabantica quæ Belgis *Gagel*, ut ex comparatione patebit.

Bodæus ad Theophr. l.c.

Nec multum & illud *salicis genus* quod apud Batavos in insulis fluitantibus quas *Veenen* vocant, nascitur, & à Bodæo Stapelio descriptum est. Non excedit magnitudine agnum, *ramulis* & *virgis* non dissimilibus; *foliis* optima folia agni referentibus sed mollioribus. *Julum* fert salicum reliquarum modo, minorem, lanuginosum, qui ante seminis maturitatem à vento abripitur, ita ut semen non ferre rectè statui possit. Icon Lugdunensis à Bauhini differt. Folia ibi rara.

Bauh. Prodro. Theatri Botan. l.11.c.8.

V. Salix folio incano, oblongo, acuto, caules habet *cortice* atro rubente vestitos, in breves & plures ramulos divisos: *folia* oblonga, supernâ parte obscurè virentia, pronâ cinerea & incana: *flores* copiosos aliarum salicum modo. *semen* parvum, nigrum quod cum albissimâ lanugine abit. Frequens Basileæ, in primis in minore urbe, ad molendinum ærarium, in sepibus ad aquas.

Bauh. Phytop. l.12.c.3.

VI. Salix folio glauco & per ambitum hirsuto, nihil fortè ab aliis diversum habebit, præter foliorum constitutionem.

VII. Salix humilis est duplex. 1. *Angustifolia*. 2. *Capitulo squammoso*.

Lugd. H.P. l.2.c.72. p.278. Lobel. Observ. p.568.

1. *Salis humilis angustifolia*, Lobel. *Salix humilis repens angustifolia*, in ericetis Antverpiani agri, palmaribus & sesquipalmaribus cauliculis repit, *folio* Rhamni primi, *floribus* muscosis salicis, gustu amaro.

Clus. H.P. l.1.c.54.

2. *Salix humilis capitulo squammoso*, Lugd. *Salix helice Theophrasti*, Clus. *Salix angustifolia Pannonica*, Bauh. *Salix tenuior*, *folio minore utrinque glabro*, *fragilis* dicitur: differunt tamen in descriptionibus. *Lugdunensis* ei tribuit virgas tenuissimas maximèque exiles, quibus *cortex* subluteus: *folia* paribus semper intervallis gemina, brevissima, conferta, candicantia, non lanuginosa, in ambitu minimè crenata, protuberante semper ad foliorum radicem velut novo aliorum conceptu, quod huic proprium est. Foliis insident *vesicæ*. ramorum vertici *foliosa Capitula*, quæ delapsis jam foliis in arbore manent. *Clusius* suæ adscribit, *caudicem* crassum, *ramos* frequentes & tenues: *folia* in ramis frequentiora, angustiora, quæ subtus canescunt, supernè licet viridia alba lanugine pubescunt; & in longiorem mucronem desinunt. *Flores* sunt pallidi; *semen* minutissimum, nigrum, quod candidâ molliq; lanugine exceptum levis auræ arbitrio huc illuc fertur. Foliis plærumque innascuntur *subrubentia tubercula* baphico cocco ferè similia. *Nascitur* juxta torrentes & udis locis. Vienna torrens, sub urbe ejusdem nominis Danubio se miscens, eâ maximè abundat. In *Bauhini* salice tenuiore, utraque parte glabra sunt folia, tres aliquando uncias longa, per ambitum ut plurimum crenata, ex adverso ferè posita. Icon paulò à descriptione abberrat. Quatuor in ea singularia occurrunt. *Nucamentum* nempe, *Excrementum bombycinum*, *Insectum*, & *Excrementum rosæ amulum*. 1. *Nucamentum* est longum, racemosum, è plurimis vasculis ceu acinulis qui in duas carinulas dehiscẽtes lanuginem ostentant, pręcedentibus muscosis flosculis. 2. *Excrementum bombycinũ*, flosculis jam jam defluere incipientib. ad nucamenti fastigiũ adnascitur, unciâ longius, candidum, lanam substantia fungosa & colore per omnia referẽs, teres atq; oblon-

oblongum. In exteriore parte floſculorum lutei apices toto ſe proferunt ambitu, exertique ſuis finibus conſpiciuntur, ſuis tamen longioribus petiolis excrementitiæ ſubſtantiæ toti involvuntur & obteguntur. 3. *Inſectum* in excrementi aperti meditullio invenitur, minimum, albicans, pediculum capitis æquans, teres, oblongiuſculum, depes, nec progredi vim habens. 4. *Excrementum roſæ amulum*, in ramulorum prodit faſtigio, foliis confertim ſtipatis compactile, partim hirſutis, partim glabris. Videre ea paſſim in Polonia & Sileſia licet. Adde his *pillulas ſcabras* quæ ſurculis inſidere ſolent.

Bauh. Prodrom. Theatri Botan. l.11.c.8.

VIII. Salix fragilis, mediocris eſt altitudinis, *caulibus* ramoſis, rotundis, rubente *cortice* veſtitis. *Folia* longa, anguſta, pronâ parte incana, ſuperius atrovirentia, & tandem penè nigra. *Juli* quàm in cæteris breviores. Vitri modò frangi Cæſalpinus prodidit, unde *Vitricis* nomen. *Folia* ei tribuit lata ſubrotunda & hirſuta. *Frequens* ad Birſam & S. Jacobum.

IX. Salix latifolia, eſt ſextuplex. 1. *Rotunda.* 2. *Folio ex rotunditate acuminato.* 3. *Minor.* 4. *Subrotundo argenteo folio.* 5. *Non hirſuta cum gallis.* 6. *Maritima oſtrearum teſtis innaſcens.*

Lugd. H.P. l.2.c.72.

1. *Salix latifolia rotunda*, Angvill. *Siler arbor*, Geſn. *Chaleb Syrorum*, Tabern. *Salix caprea rotundifolia*, Lugd. *platyphyllos* ſeu *leucophlæos. Cortice* eſt candido ſed in cinereum vergente; interiore rubro, quod huic generi proprium eſt, ligno fragiliore, *folio* latiore, adverſa parte incano, adverſa pallidius virente, in ambitu ſerrato. Quidam pro Elæagno depinxerunt. *Gignitur* in ſolo macro, lapidoſo, arenoſo ſed udo, ad torrentium margines & in ſylvis umbroſis, præſertim quâ collectis in lacunas aquis terra humeſcit, aut quâ fontium ſcaturigines proſiliunt. Carbo ejus citriſſimè ignem concipit, ideò ad pulverem tormentarium adhibetur. Cortice externo Allobroges ruſtici faſces lignorum vinciunt. Cluſius eam ſub nomine *ſalicis latifoliæ* deſcribit. Folia ampliora candidiora, quam cæteris, quæque ad malifolia quàm proximè accedunt. Lignum reliquis ſalicibus lentius. *Flos* ſeu *julus* mollis, villoſus, candicans antequam ſe expandat, populi albæ julo ſimilis. Naſcitur ſecundum aquas. An ſit Siler arbor, difficile eſt dictu. Plinius ei folia non decidere, ſcribit, nec niſi in aquoſis naſci. Lignum ſerpentes fugat, folia illita capitis dolores ſedant; ſemen tritum phtiriaſes coërcet. Quid inde concludas?

Salix. Cluſ. H.P. l.1.c.21. Plin. H.N. l.16.c.18.& 21.l.24.c.10

2. *Salix folio ex rotunditate acuminato*, Tabern. *Salix caprea latifolia*, Bauh. *Salix latifolia infernè hirſuta*, habet *vimina* craſſiuſcula fragilia, quibus *cortex* incanus amareſcens, aliquando veluti fuligine obductus, tuberculis quandoque ex dulcedine leviter adſtringentibus nodoſus. *Folia* ſesquipalmum interdum longa, quadrantem & ultra lata, nervoſa, pronâ parte incana & hirſuta, ſupinâ viridantia, ſaporis adſtringentis, pediculo ſæpè auriculæ caulem amplectentes adnaſcuntur. *Catuli* ſunt in ſtaminulis crocantibus pleniquibus in receptaculis racematim cohærentibus capillitium quoddam candidum adnaſcitur. *Naſcitur* Baſileæ in montibus vicinis Genevæ in colle Abbatiæ, in valle Griesbachiana propè fontes acidos, in Alſatia multis locis, ubi Juli Julio conſpiciuntur.

Tabern. H.P.l.3.p.762. Bauh. H.P. l.2.p.225.

3. *Salix latifolio minor*, Thalio eſt Salicis platyphyllæ ſpecies alia. Deſcriptionem apud authorem vide. Nec enim ad manum liber eſt.

Thalius in ſylva Hercyniæ.

4. *Salix obrotundo argenteo folio*, eſt *caulibus* cubito altioribus, rotundis, incanis, ramoſis. *Folia* ſubrotunda, ſupernè nigricantia, parte prona incana, argentei coloris, ſplendentia, tactu mollia, & veluti tenui lanugine pubeſcentia, per ambitum raris crenis exaſperata.

Bauh. Prodro. Theatri Botan. l.11.c.8.

Salix.

Bauh.H.P. l.8.p.216. 5. *Salix latifolia non hirsuta cum gallis*, ita à *Bauhino* describitur. Est & aliud salicis latifoliæ genus, cujus folia non ad maximam prioris latifoliæ (i. e. infernè hirsutæ) latitudinem accedunt, mediocribus tamen ejus generis paria & serrata, verum nec subtus nec supra hirsuta, neque etiam candicantia, sed lævi glabritie viridantia, *cortice* vimen obtegente nigro: quæ ob id, nisi folia essent lata ad nigram Theophrasti referri posset. Lugduni, addit, collegimus cum pilulis in foliis.

Lugd.H.P. l.2.p.279. 6. *Salix maritima ostrearum testis innascens*, Lugd. *Salix marina*, dicitur. *Rami* multi ex glauco nonnihil rubentes in aqua natant, *foliis* comantibus longis, salici similibus, maximâ ex parte per oras non incisis, quibusdam veluti incisuras nonnullas ostendentibus, gustu salsis. Inter ramos *virgæ* subriguntur, *florem* salicis sustinente surculo haud absimiles, apicibus plurimis veluti squammatim compactis, non aliâ formâ quam quæ spectatur in salice, dum herbaceo julo florem parturit. Et ostrearum testis & saxis quæ sub aquis, ita adhæret, ut iis agglutinata, non radice defixa videatur.

X. Salix pumila est duplex, *Latifolia* & *Angustifolia*.

1. *Salix pumila latifolia* est quintuplex 1. *Erecta*. 2. *Repens*. 3. *Alpina rotundifolia repens infernè subcinerea*. 4. *Foliis utrinq; candicantibus & lanuginosis*. 5. *Saxatilis minima*.

Bauh.Prodrom.l.11. c.8. 1. *Salix pumila latifolia erecta*, latifoliæ aquaticæ acuto folio similis est, sed humilior, cum hujus *virgæ* striate, vix cubitum superent, *folia* minora sunt ex rotunditate oblongata, in acumen desinentia, rugosa, parte pronâ lanuginosa, mollia. *juli* rotundi, parvi, flavi. *Colligitur* Michelfeldæ in humidis.

Clus.H.P. l.1.c.55. 2. *Salix pumila latifolia repens* Clus. *Salicis pumilæ genus secundum* Lugd. *leucophlæos palmum alta*, vocatur. *Virgæ* minimi digiti crassitudine, quæ secundum radicis caput interdum fibras agunt; *Cortex* scaber. *folia* mucronata, supernè viridia, infernè splendentia, licet tenui lanugine pubescant, julus crassiusculus, & illi penè similis qui in salice latifolia nascuntur. Fortè *Salicula repens* Camerarii, quæ copiosè in Sabaudia & circa Lugdunum reperitur.

3. *Salix alpina pumila rotundifolia repens infernè subcinerea*, Clus. *Salix latifolia prior*, virgas habet minimi digiti crassitudine, humi fusas, pedales, cui frequentes *rami*, qui sursum attolluntur, & inter gramina emergunt. *Folia* uncialia, supernè viridia & splendentia, infernè subcinerea & quodam modo canescentia. In tenellis ramulis molles *florum* spicæ, quibus succedunt capitula, quę matura Augusto aperiuntur, mollemq; lanuginem fundunt, in qua pusilla nigra grana latent. Clus.H.P. l.c.

4. *Salix pumila foliis utrinque candicantibus & lanuginosis*, Lugd. *Salix abortiva*, non est palmo altior. *Folia* tam exigua, ut teruncium vix æquent, rotunda, utrinque ut dixi candicantia & lanuginosa. *Nascitur* in montium Segusiani tractus convallibus, ad fontium scaturigines & stagnantes in pratis rivulorum aquas. Lugd.H.P. l.c.p.278.

5. *Salix saxatilis minima*, duas uncias vix superat. *Caudex* crassiusculus vix semiuncialis. *folia* parva, oblonga, subrotunda atrovirentia, venosa; quorum medio *capitulum* parvum, subrotundum, veluti ex multis baccis compositum, insidet. Ex apertis veluti ex triangulari calyculo mollis, candida & brevis lanugo effertur. Reperitur in Alpium Helvetiorum jugis saxis insidens. Respondet ei, *Salix pumila folio rotundo Iohannis Bauhini*, quæ se humo vix attollit. *Ramuli* rubentes magnam partem nudi. *folia* in fastigiis circinatæ rotunditatis, crassiuscula, rigidula, rugosa, venosa, glabra utrinque sed inferiore parte canescentia, superiore atrovirentia. Ad horum imum fortuita *capitula* lanugine saligna plena. Privato surculo insidet tomento similis *julus*. Collecta in Rhæticis montibus. Bauh.Prodrom.l.11. c.8. Bauh.H.P. l.8.p.217.

2. *Salix*

2. *Salix pumila anguſtifolia* eſt quadruplex 1. *Linifolia incana*, 2. *Brevi anguſtoq; folio incano*, 3. *Alpina*, 4. *folio utrinq; glabro.*

Cluſ. H.P. l.1.c.55. 1. *Salix pumila linifolia incana*, Cluſ. *anguſtifolia prior.* Virgas habet pedales, rectas, lentas, ſubflavo cortice veſtitas. *Folia* uncialia, ſateri lini foliorum modo anguſta, ſupinâ parte viridia, pronâ cinerea, & novella adhuc, omninò incana. *Flos* flaveſcens, exigua, brevi molliq; ſpica ante folia naſcitur, ac in candidam lanuginem reſolvitur. *Creſcit* etiam in udis & cæduis circa Francofurtum ad Mœnum ſylvis.

Cluſ. H.P. l.1.c.55. 2. *Salix brevi anguſtoq; folio incano*, Cluſ. *anguſtifolia altera*, cubitalibus aſſurgit *virgis* lentis; quæ à medio ad ſummum ramulorum multas ferunt exiguas *florum* ſpicas, molles & incanas, quæ maturitate in pappum & lanuginem abeunt. *Folia* ſuperiore breviora, anguſtiora, ſupernè viridia; quæ infernè cana lanugine puberſcunt. *Naſcitur* in cæduis & depreſſis Pannoniæ & Auſtriæ ſylvis, nec non pratis uliginoſis. Quæ paſſim in ſabuloſis Hollandiæ aggeribus Oceano objectis inter gramina & ſpartum prodit, *latioribus* eſt *foliis.*

Bauh. Prodrom. l.11. c.8. 3. *Salix Alpina* eſt duplex, 1. *Pyrenaica.* 2. *Anguſtifolia repens non incana.* I. *Salix Alpina Pyrenaica*, ad ſemicubitalem altitudinem vix aſſurgit, *virgis* tenuibus ramoſis *foliis* oblongis, parvis, per circumferentiam piloſis, tactu holoſerici inſtar, ob minutiſſimos pilos mollibus. Spicæ *florum* unciales, anguſtæ, molles. In ſummitatibus Pyrenæi D. Burſerus *legit.* II. *Salix Alpina anguſtifolia repens non incana*, habet *radicem* atrorubente cortice tectam. *Cauliculi* palmares humi profuſi, capillaceis radicibus terræ affiguntur, ramulis tamen paucis ſurſum elatis. *Folia* oblonga, latiuſcula, brevia. *Flores* ut in cæteris, quibus abſentibus nullus ſalicem eſſe crederet. *Frequens* in Helvetiorum Alpibus, & monte Fracto.

Bauh. H P. l.8.p.217. 4. *Salix pumila folio utrinque glabro Bauhini*, virgulas habet palmares aut ſeſquipalmares, cortice rubente veſtitas, quæ fibris tenuibus radicantur. *Folia* per ſemunciam aut unciam longa, parū ſupra unciæ trientem lata, utrinque glabra, leviter in mucronem deſinunt. Capitula pro plantulæ proportione magna; racematim cohærentia, in duas retortas veluti corniculatas carinas dehiſcentia, lanuginem candidam exhibent. Eandem cum *ſalice humili repente Lobelii* eſſe putat. Humilis hæc, ſerpens humi, pedem & ſeſquipalmum alta; *foliis* parvulis Myrti minoribus. *Flores* amento muſcoſo in pubem avolante cani. Montibus Sabaudiæ, Lugdunenſibus & Veganis *multa*, aſpectu decora. Icones conveniunt, deſcriptio non item. Lobel. Adverſ. p. 425. Salix.

XI. Salix Exotica eſt quadruplex 1. *Syriaca folio oleagineo argenteo.* 2. *Arabica foliis Atriplicis.* 3. *Ægyptia floribus globuloſis*, & 4. *Braſilienſis.*

1. *Salix Syriaca folio oleagineo argenteo*, Rhau wolf. *Saſſaf Syrorum*, & ſecundum eundem Rhaſi *Zarneb* vel *Zarnabum*, Serapioni *Zurumbeth*, Theophraſto *Elæagnus*, Æginetæ *Arnabo* vocatur. An ſe res ita habeat, deſcriptiones oſtendent. *Saſſaf* magnitudine variat, betulę trunco ramis frondibusque ſimilis. *Virgæ* longæ, graciles, molles, ex pallido flaveſcunt. *Folia* viticis ſurculis mollicellis hærent. E ramis *germina* ſpithamea hinc inde prodeunt, haud ſecus ferè ac in ficu Cyprioticā: è quibus primo vere *floſculi* mollicelli, pallidi, lanuginoſi, populneorum æmuli pendent, jucundi odoris. *Provenit* Halepi; ubi etiam ex floſculis aqua Cardiaca pretioſiſſima elicitur. *Zurumbeth* Ibenſinæ lignum eſt ſimile Cypero, ſed majus & minus odoratum: calidum & ſiccum ordine tertio; quod flatus diſſolvit, vomitum compeſcit, muliebria adſtringit, & uteri ventoſitates diſſipat. *Iſaaco* arbor eſt magna in montibus Orientis naſcens, foliis longis, colore inter viridem & Citrinum, ſalicis ſimilibus, odore Cypri. Calida & ſicca. Sternutamen- Rauvolf. in itiner. Rhaſis c. 353. Bauh. H.P. l.8.p.219.

Salix.

tum ex ea & oleo violaceo dolori capitis à frigido & humido prodeſt.

Ægineta l.7.c.3. *Arnabo* apud Æginetam, ex aromaticis eſt, unde maximè in Unguenta miſcetur, ut qui calidæ & ſiccæ ſit facultatis in ordine tertio, Caſſiæ & Carpeſio ſimilis.

Bauh. H.P. l.8.p.221. Rhauvolf. itiner. 2. *Salix Arabica foliis Atriplicis*, Ibenſinæ *Garb Arabum*, Rhauwolf *Salix Exotica Garb incolis*, Lugd. *Garab Maurorum*, Perſis *Fer*, patula eſt arbor, ſed non nimis aſſurgens. *Surculi* extremi teneri & fragiles. *Cortex* ex pallido flaveſcit. *Folia* palmum circiter oblonga, duos digitos lata, Atriplicis modo per ambitum ſinuata, flaveſcunt quoque. Nec fructum nec florem vidit Rhauwolfius. Paratur ex ea Aphronitrum, optimum pro igniario pulvere conficiendo. Surculi extremi cum foliis in cinerem combuſti affuſa aqua macerati, ſeparati, multa ebullitione coagulantur. Non æquivalet noſtro. Fundit & gummi inciſa. Ibenſinæ *cortices* radicis tingunt capillos; & cum foliis contuſi vulneribus recentibus imponuntur. *Florum* ſuccus ſine mordicatione exſiccat, cum adſtrictione quadam. *Gummi* obſcuritatem viſus tollit.

Alpin. de plant. Ægypti c.15. Veſling. ad Alpin. c.15. 3. *Salix Ægyptia floribus globuloſis*, Alpino *Calaf* ſeu *Ban* & *Caleb* creſcit ad viticis magnitudinem, ſtoloniibus multis rectis. *Folia* longitudine indicem digitum, latitudine verò eundem etiam geminatum adæquant, cum adulta jam ætate robur ſuum collegit. Nulla eam inſidet lanugo; nec à medio nervo productæ fibræ, ambitum foliorum diviſuris interſtinguunt. Ad foliorum exortus *folliculi* emergunt ſinguli, rubro leviter colorati, cordisque diaſtole ſeſe ſtringentis figuram exprimunt, unde nominis ratio. Dehiſcens tandem folliculus floreum dicam an laneum partum excludit, interfuſa candori flavedine pictum, quem in rectum exiens ſemineus ſcapus fulcit. Provenit in locis humidis. Deſtillatur ex floribus aqua *Macahalaf* dicta, quam in febribus peſtilentialibus inter ſecreta habẽt: & in variolis cum Bezoaris aliquot granis utiliſſimè exhibetur. In Syria contractioribus eſt foliis.

Marcgr. H. P.B. l.2.c.15 4. *Salix Braſilienſis* duplex eſt 1. *Folliculifera*. 2. *Capitulifera*. I. *Salix Braſilienſis folliculifera*, ſalicis pumilæ inſtar eſt. *Lignum* & *folia* ſalicis, ſed paulò lætiora, egregiè viridia, nervo ſecundum longitudinem prominente. *Floſculi* umbellatim congeruntur, albi, parvi, ſambuci inſtar: quibus ſuccedunt *folliculi* planè compreſſi, figuræ elegantis, in quibus *ſemen* rotundum nigrum, & quod maculâ albâ notatur. II. *Salix Braſilienſis capitulifera*, folio, ligno iisdem eſt. *Capitula* habet rotunda, viridia, in longis pediculis, qui & juxta folia & ſeparatim è caule enaſcuntur, & in iis congeſtos floſculos luteos. Succedunt his *capitula* ut in lupulo minoris olivæ magnitudine, ſed dura, & quibus *ſemen* triangulare.

Reccus R. M N.H. l.4.c.7. *XII. Arbor Americana foliis ſalicis*, incolis *Xonequilpatlis*, frutex eſt, cui *radices* ſurculoſæ, *caules* fulvi; *folia* ſalicis ſed minora & anguſtiora. *flores* palleſcentes, parvi, calyculorum figurâ. Calida eſt in tertio & urens guttur, quanquam initio dulcis appareat glycyrrhizæ inſtar. *Folia* tuſa & cum aqua ſoluta ſudores eliciunt, & articulorum dolores à cauſa frigida ortos mitigant.

Articulus II.

De Spiræa.

Vid. Tab. CXXVI.

DE *Spiræa* pauca occurrũt. Theophraſtus ex illis eſſe quæ fructum cacumine fundunt, & inter coronamenta veniunt ſcripſit; nec plus de ea tam apud ipſum quàm apud alios invenies. Cluſius ſub ejus nomine deſcripſit fruticem Bregæ Sileſiorum à Doctore Sebizio ad ſe miſſum, cui Bauhinus nomen *Fruticis ſpicati foliis ſalignis ſerratis* indidit. Duorum cubitorum altitudine aſſurgit. *Virgis* puniceus *cortex*, per quos ſine ordine frequentia longiuſcula

Theophr. H.P. l.1.c.15 & l.6.c.1.

Cluſ. H.P. l.1.c.53. p.81.

scula & angusta *folia*, salignis proxima per ambitum serrata, supernè dilutius virentia, infernè veluti ærugine aspersa, gustus cum quadam amaritudine exsiccantis sparguntur. Extremi ramuli, *inquit Clusius*, digitalis ferè longitudinis, satis crassam *spicam* ferunt exiguorum *florum*, uvæ in modum congestorum, quinis foliis constantium, è quorum umbilico multa staminula prodeunt, coloris cum suo flore ex albo rubescentes sive carnei, nullo peculiari odore præditorum, nisi qualis ferè in florente oleâ est. In his enascentibus succedunt pusilla pentagona *Capitula*, quæ ad plenam maturitatem pervenientia, tenuissimum & pulvereum quoddam *semen* flavescens effundunt. Spiræam *Viburnum* non esse vel inde colligas, quod quamvis fructum in cacumine gerat, inter coronamenta tamen non numeretur.

Caput V.

De Arboribus miscellis Classis quintæ.

Articulus I.

De Myrica seu Tamarisco.

Vid. Tab. CXXVI.

AD *Classem quintam* spectant, 1. *Myrica* seu *Tamariscus*. 2. *Erica*, & 3. *Camphorata*, Scopariæ ferè omnes.

Dioscor. M. M. l. 1. c. 116. Theophr. H. P. l. 1. c. 16. l. 5. c. 6.

1. *Myrice* seu *Tamariscus* breviter ab *Antiquis* describitur. Arbor est nota inter frutices relata, similis Scopis Amerinis, cui *folia* carnosa cupressi, nec decidua, quod cum veritate non congruit; fructus ὥσπερ ἄνθος βρυῶδες κατὰ τὴν σύστασιν. Plinius ne *semen* quidē ferre scripsit, ideo inter infelices referri: sed alibi sui quasi immemor, seminis peculiarem usum ponit. *Nascitur* περὶ λίμναις καὶ τοῖς στασίμοις ὕδασι, sed & in desertis, vitæ dubiæ. In Tylo Arabiæ insula fert lignum, non ut apud nos imbecillum, sed validum sicuti iligneum. *Usum* si spectes, solis scopis nascitur apud Plinium: apud alios non item, quibus & ipse accedit. Abstergentis & incidentis est facultatis Galeno absque desiccatione perspicua, & cum adstrictione nonnulla. Parantur è *caudice* calices, ex quibus lienosi potare solebant: & pro suibus canales è trunco (non rusco) contra splenis incrementum, quo sues dulcedinem pabuli consectantes, æstate supra modum laborant: adeò mirabilem antipathiam contra solum hoc viscerum faciunt. *Folia* lienem liquant, si in vino decocta assumantur; dentiumque dolores tollunt, διακλυζόμενα. Ex floribus mella conficiunt apes; probatissimaque huic bono apud Columellam rutila atque alba Ziziphus, nec minus tamarica vel tamarix. (malè scribitur, *nec minus amaranthus*; vel *nec minus amaricus*) Gravis author in medicina, *inquit Plinius*, virgam ex ea defractam, ut neque terram neque ferrum attingeret, sedare ventris dolores, asseveravit impositam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimeretur. *Duplex* verò ea Antiquis I. *Sylvestris*, quæ πανακαρπὴς Nicandro, quamvis fructum ferat sed cibo inutilem, quæ in Italia & Achaja circa Corinthum venit, & βρύα, propter florem muscosum vocatur. II. *Sativa* & *mitior*, quæ in Ægypto & Syria copiosa, sylvestri similis, fructum fert lignosum, majorem Gallâ, ei tamen proximum, quo Medici vice gallæ utuntur. Datur contra cruentam excreationem in potu, & contra fœminarum profluvia.

Plin. H. N. l. 13. c. 21. l. 16. c. 21. 24. l. 24. c. 9.

Tamariscus.

Columella R. R. l. 7. c. 10.

Pallad. in Nov. tit. 8.

Plin. H. N. l. 24. c. 9.

Plin. H. N. l. c.

II. RECENTIORIBUS duplex est 1. *Fruticosa*. 2. *Arborescens*, seu Arbor.

1. *Tamarix fruticosa* est iterum duplex 1. *Folio crassiore* sive *Germanica*. 2. *Folio tenuiore* sive *Gallica*.

1. *Tamarix fruticosa folio crassiore* sive *Germanica*, aliis *Tamariscus*, *Myrica humilis* &c. est *radice* crassâ & crus æquante, cortice crassiusculo insigniter amaro vestita. *Virgulta* plurima, fragilia, in plures ramos divisa, purpura-

Clus. H. P. l. 1. c. 27. Stapel. Bodæus ad Theophr. H. P. l. 4. c. 7. p. 410. Bauhin. H. P. l. 10. c. 1.

Tamariſcus.

puraſcente cortice obducuntur. *Folia* parva oblonga, teretia & tenuia, lineolis quaſi transverſis ac obliquis ſine inciſuris ſuperficietenus exaſperantur, indiviſa tamen, duplici aſcendunt verſu. *Flores* ſpicatim in extremis ramulis digeſti, foliolis externis vireſcentibus, aliis purpuraſcentibus conſtant, apicibus in medio luteis. Sequuntur *calyculi* ſive pericarpia mucronata, triquetra: quibus dehiſcentibus, *pappus* evolat candidiſſimus, appenſo ſemine minutiſſimo, coloris rari. Ex majuſculorum foliorum ſurculos ambientium alis, enaſcuntur alii ramuli exiguis foliolis onuſti. *Floret* Majo & Junio, totaque ferè æſtate ſemen ferre non deſinit. *Naſcitur* ad amnes & fluenta, inque locis quæ ab iis inundantur, ad Rhenum propè Briſacum & Neoburgum; juxta Danubium ad Viennam arenoſis locis quæ pontibus longis adjacent, in Tyrolenſi Comitatu, in Italia etiam, & Sileſia. Turnerus in Anglia non creſcere tradit: & Lobelius bruma plærumque ibidem perire. Radicum decoctum cum uvis paſſis, elephantiaſin ex liene obortam ſanaſſe ſcribit Matthiolus. Ligno contra luem Gallicam quidam tanquam Gvajaco utuntur. *Duplex* ejus *genus* in Germania reperiri Cordus prodidit. Unum *Rhenanum* ſolidiore ligno, medulla admodum exili, & foliis tenuioribus, quod copioſè circa Argentinam ad Rhenum provenit. Alterum, *Danubianum*, ligno non adeò ſolido, medulla ampliore, foliis latiuſculis, quod in Danubii & Uvertachii ripis in Vindelicia, propè Auguſtam inprimis naſcitur.

Cord. in Dioſcor. l. 1. c. 117.

Geſner. in Hortis Germ. Cluſ. H. P. l. c.

2. *Tamarix fruticoſa folio tenuiore* ſeu *Gallica* Geſn. *Myrica circa Monſpelium*, alii *Tamarix Narbonenſis*, Cluſ. *Myrica ſylveſtris prima*, Bauhino *Major* ſive *Arborea Narbonenſis*, magna ex parte tantummodo fruticat, ſed aliquando in vaſtam arborem adoleſcit; in Hiſpania in tantam, ut hominis ulna vix amplecti poſſit. *Cortex* caudicis ſcaber ramorum punicans. *Folia* cupreſſi ex viridi ad cinereum tendentia. *Flores* in extremis ramis conferti & racematim compacti, exigui, πιτταφύλλοι, foris purpuraſcentes, cum expanſi ſunt, candidi: qui deinde in exiguum ſemen tomento involutum efformantur, exiguis veluti valvulis incluſum, quibus dehiſcentibus per maturitatem effluit. Ter plærumque in anno floret, Vere nempe, Æſtate & Autumno; recentibus floribus ſemen jam evaneſcens ſemper ſubſequentibus. *Luxuriat* in Hiſpania, Italia, & Gallia Narbonenſi; juxta flumina plærumque, aliquando ſat procul ab illis. Oblectabat ſe ejus umbra Romæ ad Tiberis ripas Matthiolus. Inſignis erat proceritatis, ſed eorundem cum ſylveſtri florum & fructus. Sub Compluto ad fluvium Henares viſa ea, cujus magnitudinem ſuperius tetigimus à Cluſio. Nemo perpetua comâ virentem obſervavit, ſemper nova foliorum germina Vere profert. Ex ligno fiunt pocula.

II. Tamarix arbor, Ægyptia, Alpino *Atle*, Arabibus *Chermaſel*, Bauh. *Tamariſcus Ægyptia gallifera*, ad Olivæ magnæ magnitudinem, imò ſupra Ægyptum in loco Sahit ad magnæ quercus excreſcit. *Folia* ſunt ſylveſtris Tamaricis foliis proxima, ſed longiora & graciliora; apparentque multa viridia capillamenta, qualia in aliquibus equiſetis viſuntur, ramo appenſa ſemper virentia. *Fructus* pauci, rari, virides, Nucum magnitudine, duri, lignoſi, ſine nucleo, & ejusdem ferè cum gallis ſubſtantiæ. Variant figurâ. Sunt oblongi, breves, rotundi, lati, craſſi, graciles: ſed omnes aſperi. Adeò aliquando copioſi, ut onere eorum arbores gravatæ fatiſcant. *Creſcit* & in humidis propè flumina, & in aridis ac ſabuloſis, ubi nulla alia naſcitur arbor, in Ægypto & Syria. Ex *ligno* fiunt Carbones, quibus Ægyptus & Arabia utuntur: ſed & vaſa, ex quibus lienoſi potant. Paratur & ex eo pro lue venerea ſcabieque laborantibus, ſummâ cum felicitate potus. *Cortex* pro ſiſtendo nimio menſium fluxu mulieribus in eſu:

Bellon. Obſerv. l. 1. c. 26. Alpin. de plant. Ægypti. c. 9.

omni-

Erica fruticescens peregrina.

Erica folio coridis maxima purpurescens folijs longioribus.

Erica folio coridis maxima alba.

Tab
CXXVII

Erica tertia Dodonæi.

Erica major scopearia folijs deciduis.

Erica floribus Coridis major floribus ex herbaceo purpureis.

Erica Coridis hirsuta folio Anglicana.

Erica Coridis cinereo folio humilis cortice arbuti flore.

Erica ex rubro nigricans scoparia.

Tab: CXXVIII

Erica procumbens ternis foliolis carnea.

Erica folio coridis ternis per intervalla ramulis.

Erica Anglicana parva capitulis hirsutis Bauhinf.

Erica Baccifera candida baccis erectis.

Erica procumbens dilute purpurea.

Erica procumbens herbacea.

Camphorata hirsuta.

Erica baccifera procumbens nigra.

omnibus, in hæmorrhoidibus immodicis, ſputo ſanguinis, lienteria &c.

Articulus II.

De Erica.

Tab. CXXVII. CXXIIX.

Dioſcor.M. M.l.1.c.117. Plin.l.11. c.16.l.24. c.9.

I. HAud multa de *Erica* apud *Veteres* invenies. Arbor eſt frutiçoſa Dioſcoridi, ſimilis Myricæ, ſed multò minor: colore Rorismarini & penè folio Plinio; qui alibi memoriæ prodidit, poſt primos autumni imbres ſolam florere in ſylvis, ac ad æquinoctium quidem plurimam eſſe; Athenienſes *Tetralicem* appellare, Eubœam verò *Siſaram*, quam putent apibus gratiſſimam; fortaſſis quia tunc nulla ſit alia (florum) copia. Sed non bonum inde mel; etſi id Baptiſtæ in deſerto in uſu fuiſſe videatur quibusdam. Ut ut ſit, alia Tetralix planta eſſe videtur Theophraſto, ſpinoſa & aculeatis foliis pungens: Ericæ verò coma & flos impoſita, ſerpentum morſus Dioſcoridi ſanant. Per habitum digerere dixit Galenus; discutere citra roſionem Ægineta. Folio huic affinis eſt *Coris*; ſed pinguius eſt & minus, de eaque alibi.

Theophr. H.P.l.1.c.23

Theophr. H.P.l.6.c.4.

II. MODERNI *quatuor* ejus *ſummi genera* conſtituunt. Eſt enim Erica 1. *Folio Myricæ.* 2. *Folio Coridis.* 3. *Procumbens.* 4. *Baccifera.*

Cluſ.H.P. l.1 c.27. Bauhin.H. P.l.13.c.2. p.354.

1. Erica folio Myricæ, eſt triplex 1. *Vulgaris glabra.* 2. *Folio hirſuto.* 3. Græcis *Phana* dicta.

Lugd.H.P. l.2.c.31. Matthiol. in Dioſcor. p.141.

1. *Erica folio Myricæ vulgaris glabra*, Matthiol. & Lugd. *Erica prima*, Cluſ. & Lobel. *Erica Myricæ folio*, Bauh. *Erica vulgaris humilis ſemper virens flore purpureo & albo*, frutex eſt humilis. *Radices* longiſſimæ tractu contumaces, ſpadiceæ. *Virgulta* numeroſa, lignoſa, dodrantalia, ſpadicea, aut in nigro rubeſcentia. *Folia* quatuor verſiculis ſquammatim incumbentium foliorum minimorum conſtant, ut ſupernè deorſum inſpicienti cruces continuæ videantur, & temporis ſucceſſu in ramulos abeunt. *Floſculi* ſpicam veluti exprimentes & quodammodo bullati, ſecundum ramulos à medio ad ſummum usque propendent, τετραφύλλοις in quorum medio apices rufi. Bis floret, ſed majore ex parte autumno. *Naſcitur* frequentiſſima in regionibus ſeptentrionalibus, locis incultis, rarius in calidioribus. Circa Montbelgardum, Baſileam, & Genevam frequentiſſima. In Scotia ex ea lecti parantur. *Vſus* in *Medicina, pecoris paſtu & aliis.* In *Medicina.* Nam aqua è floribus elicita, colica præſente calore & ſiti laborantibus feliciter adhibetur; & ruborem oculorum tollit. Fomentis & balneis ex iisdem adornatis, recentibus inprimis, podagrici & paralytici levantur. Decoctum unciarum quinque pondere, ſingulis diebus ſumptum per triginta dies, veſicam à calculis liberat. *In pecoris paſtu, & aliis.* Ericeta enim Scotiæ præterquam quòd in vaſtis ſolitudinibus ovium gregibus pabulum præbent, ſupplent in ignibus fovendis ſæpè lignorum vicem. Materiarii è terra pulla inculcato ſtramine ex aqua ſubacta leviter, & alternis Ericæ ſtratis, extrorſum utrinque ſpectantibus comis, concurrentibus in medio lignoſis radicibus, parietes tum caſarum ruſticarum, tum hortorum artificioſè exſtruunt, qui vinculo ſtraminis & Ericæ nec pluvias metuentes, nec atterentium jumentorum affrictibus, concuſſi in multos annos durãt. Eſt flore aliquando *dilutioris purpuræ*, aliquando *albo.* Erica.

Plin.H.N. l.24.c.11. Cluſ.H.P. l.c.

2. *Erica Myricæ folio hirſuta*, Cluſ. *Ericæ Myricæ folio ſimilis*, quibusdam *Selago Plinii*, eſt ſuperiore paulò elatior; *foliis* tomentoſis & incanis; *flore* paulò dilutiore. Cluſius locis incultis ſupra Windeſoram Regum Angliæ regiam invenit.

3. *Ericæ Græcis Phana dictæ* meminit Bellonius, ſed ſine deſcriptione.

II. Erica folio Coridis, eſt multiplex 1. *Maxima.* 2. *Fruticeſcens peregrina.* 3. *Major.* 4. *Ex rubro nigricans*

Erica. *Scoparia.* 5. *Humilis cortice cinereo arbuti flore.* 6. *Hirsuta Anglica.* 7. *Ternis per intervalla ramulis*, cui adde 8. *Erica folio Coridis affinem.*

1. *Erica folio Coridis maxima* est duplex 1. *Maxima alba.* 2. *Maxima purpurascens longioribus foliis.* I. *Erica folio Coridis maxima alba*, Cluſ. prima, humanam altitudinem aliquando ſuperat, fruticoſa admodum, *ligno* duro ex rubro nigricante; *floribus* exilibus & brevibus, quaterno ordine ramos obſidentibus, guſtu admodum adſtringente: *flore* copioſo, qui concavus veluti exiguum cymbalum, oblongus, odoratus, albus. *Naſcitur* in Luſitaniæ ſolitudinibus inter Ulyſſiponem & Conimbricam. *Floret* Novembri, Decembri & Januario. II. *Erica folio Coridis maxima purpurascens longioribus foliis*, Cluſ. *Erica Coridis folio altera*, Lobel. *juniperifolia denſè fruticans Narbonenſis*, ejusdem eſt altitudinis, tenuioribus tamen *ramis*, exilibus ſimiliter *foliis* quaternis ramulos ſimul amplectentibus; quorum extremis oblongiuſculi *flores* inſident ſuperioribus ſimiles, colore purpuraſcentes. Provenit iisdem locis, & quidem frequentior.

Cluſ. H.P. l.c.

Lobel. Obſerv. p. 623.

2. *Erica fruticeſcens peregrina* in hortis Brancionis penſilibus & urceis viſa, aliorum ritu fruticeſcit. *Foliola* longiuſcula; juxta ramos *floſculi* purpuraſcentes quaternis foliolis conſtantes.

3. *Erica floribus Coridis major* duplex eſt, 1. *Floribus ex herbaceo purpureis.* 2. *Scoparia foliis deciduis.* I. *Erica major floribus ex herbaceo purpureis*, Cluſ. *Erica Coris folio tertia*, Gerh. *Cruciata*, aliquanto maximis humilior. *Folia* latiuſcula majora, nigrioraque, quaternis ordinibus circa ramulos naſcuntur. *Flores* plurimi herbacei primum coloris, deinde ex albo purpuraſcentes. *Floret* Decembri & Januario. Supra Ulyſſiponem & circa Tagum frequens. Eſt ejus & *altera ſpecies*, cujus floſculi herbacei racematim & ſpicatim cohærent. II. *Erica major ſcoparia foliis deciduis*, Lugd. *Erica quarta Monſpelienſium*, Cluſ. *Coris folio quarta*, Gerh. *Pyramidalis*, Gvilandino *Pyraa Theophraſti*, Bauh. *Erica arboreſcens floribus luteolis vel herbaceis minimis*, duorum cubitorum eſt altitudine, *ligno* fragili; *foliis* tenuibus & minutis, viridibus, quæ in deſiccatis ramis facilè defluunt. *Flos* minor, cavus & herbacei coloris. Extremis ramulis Capitula è multis foliis compacta, his quæ in vulgari & duriore Thymo conſpiciuntur, non abſimilia, nonnunquam gignit. *Vulgaris* eſt toti Hiſpaniæ & Luſitaniæ. In Aquitaniæ ſaltibus propè Burdegalam, ubi frequentiſſima ad hominis proceritatem aſſurgit, niſi amputetur, aut à pecore arrodatur. Eſt & in Apennino circa Florentiam & Bononiam in monte Rua, Nemauſi, & alibi. Ex *Radice* Carbones fiunt, expetiti fabris ferrariis, quod nonniſi flatu accendantur, flatuque ceſſante protinus extinguantur, fabris ſic ſæpius recoquentibus. *Biflora* eſt, & ex hac ſcopæ apud Monſpelienſes.

Bauh. H.P. l.10. p.356.

4. *Erica ex rubro nigricans ſcoparia*, Lobel. *Erica pumila altera Belgarum*, Cluſ. *folio Coris decima tertia*, Bauhin. *Erica Brabantica folio Coris hirſuto quaterno*, fruticat virgis pedalibus, ex rubro nigricantibus, frequentibus eas cingentibus *foliis*, quaterno ordine diſpoſitis, ſuperiore ordine anguſtioribus, & Thymi vulgaris minoribus, hirſutis tamen & piloſis. In ſummis ramulis dependent quini aut ſeni flores ſimul juncti, floribus lilii convallium ſimiles, paulò tamen oblongiores, albi interdum, ut plurimum ex rubro dilutius purpuraſcentes. *Floret* vere & Autumno. Fiunt ex ea ſcopæ ad veſtes purgandas. Eadem ſine dubio cum hac Erica quam ſub Dodonæi *Ericæ tertiæ* ex Gallico herbario deſcribit Lugdunenſis. *Flores* parte extrema ſunt aperti dolioli inſtar. Gaudet locis fabuloſis, muſcoſis & rivulorum fontiumque uligine madentibus: in Avernorum inprimis pago,

Lobel. Obſerv. l.c.

Lugd. H.P. l.c.

go, quem Divum Anthemium vocant. Rothomagenſes & Lugdunenſes ſcoparii inde virgulta mercantur. Affinis & priori & huic *Erica tertia Dodonæi*, in Latina editione deſcripta quæ humilis, & lignoſis virgulis luxurians. *Foliola* habet exigua, anguſta, & oblongiores formæ. Ad faſtigia virgularum, unico tamen tantum latere, ſpicato ordine, exeunt floſculi eleganter rubentes, nigris prominentibus apicibus. *Naſcitur* in illo Germaniæ tractu qui ex Bohemia Norinbergam ducit, locis aridis, incultis & juxta ſylvas. Menſe Aprili cum elegantibus floſculis reperta.

Dodon. pempt. 6. l. 2. c. 6.

5. *Erica Coridis folio humilis cortice cinereo arbuti flore*, Cluſ. *Coris folio ſexta*, humilis eſt nec fruticoſa: ſed omnes ferè virgas à radice ſingulares profert, quibus *cortex* cinereus. Has ſerie quadam ambiunt ramulorum rudimenta ſeu *germina* è multis foliis confertim naſcentibus conſtantia nigrioris coloris: *flores* concavi, coloris ſaturatioris purpuræ, è longiſſimis pedicellis, verticillato ambitu, per intervalla & è ſummis ramis dependent. Vidit *naſcentem* in Caſtella veteri, ſupra Lutetiam in Gallia, & ſupra Windeſoram in Anglia menſe Septembri florentem.

6. *Erica Coridis folio hirſuta Anglica*, Lobel. *juniperifolia altera*, Cluſio *Coris folio duodecima*, Cæſalp. *Scopa*, cubitali ferè eſt altitudine, fruticoſa. *Virgulæ* tenues ternæ ſemper circa majores ex intervallis. *Folia* ſimiliter terna, exigua, nonnihil candicantia, hirſuta, guſtus adſtringentis, ramulis innaſcuntur. *Flores* numero ſex, novem, duodecem, quindecem, concavi, ventre turgido ex rubro purpuraſcentes, in ſummis ramulis ad foliorum exortus, verticillatim per intervalla terni perpetuò, æquali inter ſe ſpacio naſcuntur. *Semen*, poſtquam in Octobre floruit, profert exiguum, nigricans. *Provenit* in Luſitaniæ arenoſis locis.

Cluſ. H. P. l. 1. c. 28. p. 46. Lobel. Obſerv. p. 620.

7. *Erica Coridis folio ternis per intervalla ramulis*, Cluſ. *Coris folio quinta*, cubitalis eſt, *ramis* gracilibus fruticoſa, quos terni per intervalla ambiunt, ternis *foliis* admodum exilibus circa illos diſpoſito quodam ordine & ſerie naſcentibus. *Flores* plurimi, purpuræ obſoletioris. Incultis Luſitaniæ locis circa Ulyſſiponem floret Decembri. Erica.

8. *Erica folio Coridis affinis*, ex Hiſpania à Barone quodam Germano allata eſt. *Folia* erant, parva, crebra, terna, ſenſim latiuſcula, ſupernè viridantia, pilis paucis ac minimis pubeſcentia, infernè incana, nonnihil adſtringentia, cum aliquâ acredine. Bauh. H. P. l. 10. p. 359.

III. Erica procumbens eſt triplex 1. *Ternis foliolis carnea.* 2. *Herbacea.* 3. *Dilutè purpurea.* 4. *Anglicana hirſuto capitello.*

1. *Erica procumbens ternis foliolis carnea*, Cluſ. *Coris folio nona*, virgulis eſt humi diffuſis. *Folia* in ordines digeruntur & verſus, tenuia admodum, terna ſemper, æquali inter ſe ſitu. *Floſculi* in extremis ramulis concavi oblongi, extrema parte in quatuor angulos ſecti, coloris cum quatuor illis unde enaſcuntur foliolis carnei, octonis ſtaminulis nigricantibus, ſtyloque purpuraſcente è medio floſculo emergentibus. *Semen* maturitate nigricans exiguum. Ramulis adnaſcuntur aliquando viridia, ex latioribus foliolis, compacta, Capitulorum Thymi modo, *Capitula*. *Floret* ut plurimum Aprili & Majo, quo tempore venuſtiſſima eſt. *Naſcitur* apud arcem *Stichſtein* in ſylva illi imminente, quâ ad Sneeberg ex arce iter eſt: nec non quibusdam montanis Pannoniæ ſylvis. Cluſ. H. P. l. c.

2. *Erica procumbens herbacea*, Cluſ. *Coris folio octava*, vix pedalem altitudinem ſuperat. *Folia* quaterna ramulos contrario exortu ſemper ambiunt. *Flores* ſecundum ramulorum longitudinem inter folia dependent cavi, puſilli, in quatuor angulos deſinentes, herbacei coloris, Cluſ. H. P. b. l. c.

Erica. loris, in quibus semen. *Radix* lignosa. *Profert* Augusto foliacea capitula. *Crescit* maximâ copiâ in ascensu montis illius, qui superandus est illis, qui Gamingâ ad Seehoff vicinaque loca proficisci cupiunt.

Clus. H. P. l. c. 3. *Erica procumbens dilutè purpurea*, Clus. *Erica Coris folio septima*, habet *ramos* teretes, pedales, cubitales aliquando, qui ex atro purpurascunt, & tenelli capillares fibras agunt. *Foliola* quaternis & quinis versibus ordine disposita, gracilia, gustu adstringente, ambiunt ramulos. *Flosculi* in summis oblongi, concavi, dilutè purpurei, ex quatuor ejusdem coloris foliis prodeunt, & maturi nigricans & minutum *semen* continent. *Crescit* copiosè in Alpium Austriacarum præaltis jugis, inter saxa & scopulos, ubi Junio & serius floret. Invenitur & inter Pragam & Noribergam.

Bauh. H. P. l. 10. p. 358. 4. *Erica procumbens Anglicana hirsuto capitello Bauhini*, tota pulchella vix dodrantalis. *ramuli* tenues multi. *folia* admodum brevia, crebra in ambitu hirsuta, ex modicis intervallis ceu geniculis terna vel quaterna, in summitate Capitula hirsuta. Ex Anglia miserat Turnerus.

IV. Erica baccifera est duplex 1. *Erecta baccis candidis.* 2. *Procumbens nigra.*

Clus. H. P. l. c. Bauhin. H. P. l. 5. c. 14. p. 528. 1. *Erica baccifera erecta baccis candidis*, Amato *Acacalis Dioscoridis*, Clus. Coris folio decima, Tabern. *baccifera tenuifolia*, Bauh. *baccifera Lusitanica*, cubitalibus assurgit ramulis, illisque fragilibus & nigriore cortice tectis. *Folia* reliquis similia, sed crassiora & nigriora, gustu cum adstrictione calidiusculo, trino ordine circa ramulos disponuntur. *Fructus* in summis ramulis prodit Septembre & Octobre mensibus, succulentus, sapore acido, uniones obscuriores tum forma tum colore referens, qui exsiccatus per se decidit, tria intus granula. An floreat nondum constat. Incolæ negabant; & fructum donec maturuisset intumescere. *Nascitur* solo arenoso in Lusitania, non procul Ulyssipone non procul inter Riofrio & Aldea Calega; nec putant quidam in Europa universa reperiri. Lusitani *Camarigham* vocant. *Fructus* edulis est, & febricitantibus ad sitim extinguendam exhibetur. De *Acacalide* habet Dioscorides fructum esse nascentis in Ægypto fruticis myricæ fructu quadantenus similem; cujus dilutum ad collyria quæ visus claritati conveniunt, additur. Myricæ fructus qualis sit superius dictum. Dioscor. M. M. l. 1. c. 118.

2. *Erica baccifera procumbens nigra*, Cluſ. *Coris folio undecima*, Bauh. *Erica baccifera Matthioli*, diffusa est humi, & latas occupat areas. *Rami* multi, lignosi, flexiles, ex atro rufescente *cortice* tecti, qui interdum fibras agunt. *Foliola* ad ramos, crassa, carnosa, sapore primò exsiccante post acri, ternis interdum quaternis versibus disponuntur. *Flosculi* ad foliorum exortus pusilli, πυρρόλευκοι, coloris ex herbaceo subalbicantis, quibus staminula purpurascentia interne. Succedunt his rotundæ *baccæ* juniperinis haud minores, maturitate nigræ, succo turgidæ, quibus multa & velut triangula grana. *Radix* lignosa. *Invenitur* florens & viridibus baccis onusta, in præcelsi montis vulgò **Wechſel** appellati, scopulis, mense Junio: Augusto, in Sneberg & Snealben. Matthiolus in montibus qui Bohemiam à Silesia disjungunt, *collegit*, immaturis fortè baccis, quia subvirescenti pulpa, quæ matura purpureo succo manus inficit. Habetur & in arenosis Hollandiæ tumulis. Differt ab *Oxycocco* seu *Vaccinijs palustribus Dodonæi*, ut Clusius ostendit: sed parum ab ea abludere videtur, *Coris Cordi*, quæ à gravi & cimicibus simili odore nomen invenit. Fruticulus dodrantalis est, foliis Ericæ similibus, baccis Juniperi minoribus, quæ attritę medium inter Juniperum, Pinum, & Cimices odorem remittunt; qui tamen minimè ingratus. Matthiol. in Dioscor. M. M. l. 1. c. 100. Clus. H. P. l. 1. c. 28. p. 45. Cord. in Dioscor. l. 3. c. 173.

ARTI-

Tab: CXXIX.

Camphorata glabra.

Camphoratæ Congener.

Aspalathus Corticæ cinereo, ligno purpureo.

Aspalathus rubeus.

Lignum rosæ odoræ.

Santalum Citrinum.

Santalum album.

Camphorata Vid.

ARTICULUS III.

De Camphorata.

TAB. CXXVIII. CXXIX.

Plin. H.N. l.24.c.11.15.

I. DE *Camphorata* nihil planè apud *Veteres*, quidam *Selaginem* Plinii eſſe volunt, quam Sabinæ ſimilem dicit: alii ejusdem *Chamæpeucen*. Sunt qui Cneorum nigrum eſſe volunt.

II. MODERNIS eſt duplex 1. *Hirſuta*. 2. *Glabra*, quibus 3. *Congener* accedit.

Bauh. H.P. l.29.p.379.

I. Camphora hirſuta Angvill. *Chamæpeuce*, aliis *Camphorata Monſpelienſium*, Lugd. *Selago Plinii*, habet *radicem* pollicaris ferè craſſitudinis multorum capitum; *Caules* lignoſos, craſſiuſculos, cubitales, ramoſos, ſubhirſutos, albicantes. Enodis *foliola* trientem uncię non excedentia, tenuia, piloſa, mediocriter rigida, odore aromatico, ſapore aliquantum acri prodeunt. *Gignitur* in ſqualidis & arenoſis viâ Frontignana, & Montbelgardi in horto Ducis Wirtembergici. Admittitur in Martiati compoſitionem à Myrepſo. *Selaginem* contra omnem perniciem adhibendam prodidere Druidæ Gallorum; & contra omnia oculorum vitia fumum ejus prodeſſe.

Lugd. H.P. l.10.c.69.

Lugd. H.P. l.30.c.53.

II. Camphorata glabra, Lugd. *Chamæpeuce & Camphorata minor*, eſt *radice* ſubnigrâ, longa, craſſa, ſurculoſa: *ramis* multis humi circa radicem jacentibus; foliis numeroſiſſimis per cauliculos ex intervallis confertim prodeuntibus, larici ſimilibus, nullo *flore*, nullo *fructu*. Suam *Chamæpeucen* laricis foliis ſimilem, lumborum & ſpinæ doloribus propriam vult eſſe Plinius. Adhibetur, ut prior ad emplaſtra vulneraria.

Lugd. H.P. l.10.c.53.

III. Camphorata congener, Lobel. & Lugd. *Anthillis altera Italorum*, Tabern. *Camphorata altera*, ſurculis, foliis, ortu & facie Camphoratam adumbrat: ſed exilior tota, & ſummis virgultis, tomentoſis, muſcoſis floſculis, luteo pallentibus, guſtatu præſiccis.

CAPUT VI.

Aſpalathus.

De Arboribus miſcellis Claſſis ſextæ.

ARTICULUS I.

De Aſpalatho.

TAB. CXXIX.

CLaſſi hæc ſexta, *Aſpalathum*, *Santalum* & *Agallochum* exhibebimus.

I. *Aſpalathi* deſcriptionem ex *Dioſcoride* & *Plinio* dabimus. *Dioſcoridi* frutex lignoſus eſt, ἀκάνθαις πολλαῖς κεκτημένος (aliis ἀκάνθαις πολλαῖς κεχρημένος; imò κεκρυμμένος) multis ſpinis præditus ſeu tectus. Probatur ponderoſus, χρῶμα τὸ φλεγμαῖνον (malè apud Ætium, μετὰ τὸ φλογωθῆναι. poſt incenſionem) rubens, aut in purpuram vergens, denſus, odoratus, & guſtu amareſcens. *Naſcitur* in Iſtro, Syria & Rhodo. Vim διερμαντικὴν μετὰ ψύξεως obtinet: quo fit ut ad tetra oris ulcera in vino decoctus, ad ozænas, & genitalium nomas adhibeatur. Peſſo additus fœtus detrahit: ejus verò decoctum alvum ſiſtit, &c. Utuntur eo & Unguentarii πρὸς τὰς τῶν μύρων σύψεις. Theocriti ſcholiaſtes percuſſos eo cervos mori ſcribit, indeque nomen. Eſt & *alterum genus* candidum, lignoſum, inodorum, quod etiam deterius habetur. *Plinio* eſt ſpina candida, magnitudine arboris modica, flore roſæ, naſciturque in Ægypto. Radix unguentis expetitur: traduntque in quocunque frutice curvetur arcus cæleſtis, eandem quæ ſit aſpalatho, ſuavitatem odoris exiſtere, ſed in aſpalatho inenarrabilem quandam. *Probatio* ejus in colore ruſſo vel igneo, tactuque ſpiſſo, & odore caſtorei. *Optimus* qui minimè ferulaceus, rubeus, & in purpuram vergens, detracto cortice. Naſcitur pluribus locis, ſed non ubique odoratus. *Duplicem* videtur facere, *Orientalem* nempe, candidum, magnitudine arboris juſtæ. *Alterum* fruticem humiliorem

Dioſcor. M.M.l.1.c.19.

Plin. H.N. l.12.c.24. l.24.c.13.

Aſpalathus.

rem æquè ſpinoſum, in Niſyro & Rhodiorum inſulis. Sed non adeò veteres ad arboris & fruticis definitionem reſpiciunt. Per Hiſpanias multi & inter odores & unguenta utuntur. Addo his *Galenum*, qui guſtu quidem acrem, ſed & adſtringentem ſimul facit. Utriusque ratione deſiccare & ad putredines & fluxiones inutilem. Cortex *radicis* in magmate hedychroo adhibetur; apud Aetium in ſuffumigio quodam.

Galen. l. de Theriaca ad Piſonẽ. & de Theriac. ad Pamphyl.

II. MODERNIS *quadruplex* eſt Aſpalathus 1. *Cortice cinereo, ligno purpureo.* 2. *Colore buxi.* 3. *Albicans torulo citreo.* 4. *Rubeus*, quibus adde *Ligna Americana* quædam.

Bauh. H.P. l. 4. c. 28.

I. Aſpalathus cortice cinereo, ligno purpureo, Ponæ *Aſpalathi prima ſpecies Dioſcoridis*, ſubſtantiam quidem compactam ſatis & gravem habet, ſed in aqua non ſubſidit. *Cortex* ſuperior ex cinereo nigricat, & cum quadam acrimoniâ adſtringit. Huic *membrana* fibroſa, colore rubro ignem imitante, longè priore ſi deguſtetur efficacior, ſubeſt. Hac demta ex parte inherente lignum in ſuperficie ad purpuram vergens detegitur, intus palleſcens; pars verò interna ad nigrum vergens. Odoratum eſt, & tam citò ut Caſtoreum nares ferit, ſarmentoſum, ſpinis quibusdam oppletum, & quod cum aliqua acrimonia adſtringit. In defectu ejus ſubſtituitur à plærisq; Agallochum.

Lugd. H.P. l. 12. c. 41.

II. Aſpalathus colore buxi, Lugd. *Aſpalathi genus primum*, viſus eſt Veronæ apud Calceolarium & Belicoccum Pharmacopæos. Fruſtum quod Pona habuit, erat denſum, ſolidum & compactum, quaſi ex cujusdam fruticis imâ parte reſectum, radiatis fibris, grave, colore buxeo, ſed ſaturatiore, ſuaviſſimo odore & pertinace, ſapore non ita amaro, nec guſtu inſuavi. Neſcio an huc lignum aureum & flavum in inſula Tercera pertineat.

Ind. Orient p. 3. c. 6.

III. Aſpalathus albicans torulo citreo, Lugd. *Aſpalathi tertium genus*, Cordo, *Agallochum fortè*, i. e. *Xyloaloë ſolida*, quibusdam *Lignum Rhodium*, *rhadiſium*, *Oleaſtrum lignum*, foris eſt albidus, intus thorulo ſubflavo aut Citreo, Santali albi & Citrini ſimillimus. Redolet roſam, tantillumque calidus, ut vix guſtu diſcerni calor poſſit. Accedit ad eum *Lignum roſæ odore*, quod Johannes Bauhinus à Coudembergio Antverpiano, ex Palma Canarianarum unâ allatum, acceperat. Durum & ſolidum hoc, Gvajaci ferè texturâ, *pectinibus* utcunque rectis ſecundum quos finditur, ponderoſum, bicolor, in medio fulvum in ambitu album. *Cortex* qui alicubi adhuc adhærebat, ſatis craſſus, ſcaber, coloris ex fuſco cinerei, ſapore paulò acriore, nonnihil amaricante. Ligno odor Roſæ, ſapor aromaticus, amaricans primò, mox acris, & qui ad Schænanthum accederet. Prunis impoſitum flammam celeriter concipiebat ſed ἄκαυτον, nec quicquam reſinoſi fundebat. Videtur ejus & Ruellius meminiſſe. Deſcribit enim *delatum ex novo Orbe lignum*, ex arboreſcente frutice in nodos inflexo & ſcabioſo, cortice facieque lacunoſa; materia dura criſpaque, colore intus buxeo, candido cingente orbiculo, quod prorſus olet roſas. Bauh. H.P. l. 4. c. 27.

Bauhin. H. P. l. 4. c. 27. p. 475.

IV. Aſpalathus rubeus, Ruellio *Lignum Rhodium rubeſcens & purpuraſcens*, Lugd. *Aſpalathi ſecundum genus*, eſt cortice exutus rubens. Taxo concolor, adeò fragrans, ut totum cubiculum odore ſuo impleret. Ruellius addit, aquis injectum protinus ſidere; ſubrubere & in purpuram cortice exutum quodam modo tendere. Aſportatur ex Rhodiorum inſulis. Referri huc debent, tam *Lignum Americanum* rubrum, diverſi à Braſilio generis, è quibus claves ſuas Barbari conficiunt; quam *Lignum Sanguinho* dictum totum rubrum & cruentulum, quod in Tercera habetur.

Ind. Orient. l. 3. c. 6. Linſch.

V. Ligna Americana quinque, I. *Lignum Braſilianum ut charta candidum*, ſed nullius apud incolas pretii. Linſchottanus Cretæ & nivi, non Candore eſſe ait. II. *Lignum Braſilianum viola-*

Lerius in Hist. Brasil.

violaceum, ex quo factæ regulæ. Thevetus *Ligni purpurei* meminit, ex quo tincturæ fieri possunt. Simile ex suprema Africa, teste Plutarcho, delatum erat, in quo Cajus Marius Rutilius, primus Ordinis popularis inter Romanos dictator, bellum curavit sculpi, personarum imagines trecentas sexaginta novem, digitis minores. III. *Lignum Foxo*, quod ut & alia varii generis ligna præstantissima, insula Pico promit. IV. *Lignum Caoba* quibusdam *saccarinum*, quòd cistæ in quibus impurum saccarum ad nos defertur, ex eo plærumque conficiantur; odoratum, colore ad purpureum vergens, porosum, grave tamen, fibris varie discurrentibus, Quercinum referens. Magna ejus in Indiis copia. V. *Lignum Aspalathi nomine ex Belgio Wormio transmissum*, quod est colore ex luteo nigricante, gummosum, fibris rectis constans, odoratum, levi acrimoniâ præditum. Abit ab hoc *Lignum Lobelii* apud Pharmacopæum Delfensem visum, quod corticem etiamnum adhærentem habebat, rugosum tortuosumque admodum, colore & textura Ilicis, inodorum; & in cujus rimis nonnihil suavis odoris gummi hærebat.

Worm. in Musæo l. 1. c. 15.

Articulus II.

Vid. Tab. CXXIX. & CXXX.

De Santalo.

I. Santalum *Veteribus Græcis* incognitum videtur. *Santalum* enim apud Plinium frumentacea herba est; nec ulla ratio, cur ejusdem *Sericatum* dicas: & quod in libro secretorum Galeno adscripto extat, suppositititium omninò est, & alicui ex Arabibus debetur: fecisseteque sæpius ejus Galenus mentionem, si habuisset exploratum. Prima ejus apud Arabes mentio; inter Græcos verò recentiores Actuarius in Diaromaton suum Basilicum inter alia tria Santali genera recipit. Cæpit magis innotescere, ex quo Orientalis India & novus orbis, nostræ Europæ patere cæperunt. Quinque verò sunt Santali genera 1. *Album.* 2. *Pallidum.* 3. *Rubrum.* 4. *Cinericium.* 5. *Chilense*: quibus subjungam 6. *Arbores materie nobiles* & 7. *Ligna aliquot.* Santalum.

I. Santalum album, in Nucis magnitudinem attollitur; *foliis* admodum virentibus, lentisci æmulis. *flos* ex cæruleo nigricat. *fructus* Cerasi magnitudine primò viridis, deinde niger, insipidus & admodum caduceus. Inodora arbor est, nisi Cortice detracto exsiccetur: sed & tum vix perceptibilem spirat. *Lignum* citrino magnitudine & materia omnino simile, nisi quod magis pallescat, piri ligno æmulum; odore & sapore imbecillius. *Nascitur* in Timor quæ undique portuosa est plurimum, nec non in Verbali portu Javæ. In exteras regiones delata arbor crescit. Vidit enim Garzias in Andenager regni Decan metropoli in hortis regiis crescentem; sed planè inodoram. Exportatur Lusitanorum onerariis ex Malacca, in Cochin & Goa, inde in Malavar, Bengala, Canara, Decan & Guzarate. Frigidum esse credunt Arabes & Joubertus, & quidem ex illis Serapio in tertio gradu. Si ita est, vix hoc quod nunc habemus Arabum erit. Dici tamen frigidum potest, si evanidum est. Cum albumine ovi subactum, benè temporibus contra fervores capitis, & humorum ad oculos defluxum imponitur.

Garz. H. A. tom. 1. l. c. 17 Acosta H. Arom. c. 9. Bontius in Medic. Indor. ad Garz. caput 17. Linschott. p. 4. Ind. Orient. c. 36.

II. Santalum pallidum, quibusdam *Citrinum*, & *flavum*, tantæ cum superiore quoad arborem est affinitatis, ut unam ab altera nonnisi incolæ dignoscant. *Lignum* est solidum, ponderosum, & fundum si aquæ injiciatur petens, pectinibus rectis, pingue, colore ex pallido ruffuscente & nonnihil in Citrinum vergente; sapore aromatico suavi, amaricante: odore fragranti moschum nonnihil redolente, qui facilè caput tentet & repleat. *Fructus* masticatus purpureo & morino colore inficit. *Provenit* ibidem in locis apricis, sed minore copiâ. Vix enim quinquagesimus quis-

Santalum.

quisque truncus pallidus est. Quia fructus à specie quadam Turdorum comeduntur, quos per alvum excernunt, fit, ut consitis ita per arva & montes novis arboribus, sylvæ nunquam deficiant, quamvis multa millia à Lusitanis & Hollandis cædantur. *Vsum* si spectes, primum hoc locum obtinet, magnusque ejus per universam Indiam usus; ideò tantum legitimi ibi pretium, ut multo pluris ematur, quàm in Lusitaniam delatum vendi possit. Unde meritò dubites, an legitimum habeamus. Ex contuso & tenuissimè molito, cum floribus Champac & Mogori, radicibus Curcumæ, Camphora & oleo nucis Indicæ recenti conficiunt unguentum pultis consistentia, quo tam viri quam mulieres in Malacca corpus contra solis & febrium æstus inungunt. Egregiè vigilias arcet, ventriculoque impositum choleram sistit. *Cortex* viridis cæsarum arborum, nescio quid exspirat virosi, & cerebro inimici. Unde ardentium febrium genus quoddam, in quo durante exacerbatione, quæ quatuor plærumque est horarum, ridiculas actiones ægri edunt, id muneris & opificii imitati, quod sani exercuêre. Laborant & bulimo, caninaque fame, vorantque quicquid ipsis etiam fœdissimum obtuleris. In ligno *varietas* aliqua. 1. Ad portum Matomea quod crescit, multum ligni parum cordis habet: in quo tota odoris gratia. 2. Ad portum Camanasse, improbum est, quia plurimum ligni, nihil cordis obtinet. 3. In portu Verbali, vehementer quidem odoratum, sed quod brevi senescit: nec aliter odorem post annum revocaveris, nisi multo ligno adempto.

Bont. Medic. Indor. p. 22 edit. Leyd.

III. Santalum rubrum, Cæs. *lignum odoratum rubrum*, Cord. *Lotus veterum, sandalus rubea Officinarum*, arbor à nemine quod sciam descripta est. *Lignum* quod adfertur, lapideæ ferè est duritiei & ponderis, pectinibus rectis densissimis, crispis interdum & tuber aut nodositatum vestigia imitantibus; colore intensius rubente quam Bresilium, ut ad nigredinem accedat. Odor evidens nullus; sapor cum levi adstrictione ferè fatuus. Commansum vix modicum salivam tingit; linteum, si affricetur, magis; aquam si in pulverem redactum diu maceraveris, aut si veris ebullire. *Nascitur* in India intra Gangem, in Tanasarim, & maritimis quibusdam Coromandel. Magnâ copiâ ad nos adfertur. *Vsus* ligni in refrigerando major quàm albi & pallidi, ideò santalum in tali indicatione absolutè positum, pro rubro sumendum est. Inungitur temporibus fronti & arteriis in febribus. Notus in Officinis pulvis diatrion santalon. Infusum aut decoctum in ardoribus febrium delirantibus cum pauxillo granatorum succo loco vini exhiberi potest. Indi ex eodem idola & delubra sua fabricant. Santali rubri quod in Officinis *Lignum aquilinum* dicitur, & quo in regno Congo febres curentur, Pigafetta meminit.

Pigafetta descript. Congæ c. 7.

IV. Santalum Cinericium idem Pigafetta proponit. Sanant eo Gallicam scabiem, & tanti apud incolas est pretii, ut parva ejus particula servo robusto commutetur.

V. Santalum Chilense copiosè in Chile provenit, sed ab illo quod in Timor insula crescit, plurimum superatur.

De Laet Ind. Occid. l. 12. c. 9.

VI. Arbores materie nobiles sunt 1. *Araboutan* seu *Pseudosantalum rubrum Brasilienſe*. 2. *Araboutan affinis*. 3. *Abelicea*, seu *Pseudosantalum Creticum*. 4. *Arbores pigmentiferæ*. 5. *Curaqua*, seu *Brasilium Hispanorum*. 6. *Arbor insulæ Tabago materie ligno Brasiliano simili*. 7. *Pira Timinere* seu *arbor Guajanensis* & 8. *Pavana Moluccensis*.

Vid. TAB. CXXX.

1. *Araboutan* seu *Pseudosantalum rubrum Brasilienſe* arbor est quæ in quercuum altitudinem excrescit, *caudice* aliquando adeò crasso, ut vix tres homines amplecti possint. *Folia* sunt buxi, parva, densa, & spissa. *Fructus* nullus. *Ligni* maxima ratio. *Cortice* tegitur cinericio, ipsum delibratum

bratum ad nos defertur, estque durum, ponderosum, pectinibus satis rectis, coloris foris & qua parte imbres solemque passum est, sanguinei, intrinsecus dilutius ruffescens. Sapor est dulcis, salivamque commansum aut liquorem infusum tingit. Eligito ruberrimum. Decorticatum inquit Cordus ad nos adfertur, ut pluvias vel alias ex industria affusas aquas facilius imbibere possit. Hoc enim pacto id quod pallidius est, floridiorem colorem acquirit, quidam lixivio humectant. Facilè deprehenditur. Purpurascit enim in superficie, intus remanente pallore. *Frequens* in Brasilia, & regione S. Crucis nomine vocata. Allatum Salomoni à Regina Sabæ, sub nomine Almugim, somnium est Theveti. Munsterus in Calecut etiam & regno Pegu nasci scribit. *Vsus* in *Medicina* hucusque nullus; in tingendo maximus. Nam & *Cinis* lintea inficit ut nullo sapone elui possint. Ruellius observavit in tenuissima segmenta vel taleolas findi & aliquot diebus macerari lanas, clutriatasque cortinis incoqui ut succum liberaliter ebibant. Color tanto dilucidior, quanto saturitate fraudata, minus saniei hujus epotarunt. Sed si plus titiunt vellera, ut largius succo inebrientur, subnigricante colore refulgebunt. Certaret is infestivus color cum purpura, si pannis tam pertinaciter hæreret, ut primam gratiam gestatu, attritu aut usu non exueret. Sed vellus hujus succi non semper tenax, in rubrum colorem degenerat. Lixivio ferventi vitro derasum injectum cum modico aluminis liquorem ad scripturam elegantem suppeditat. Usus ejus & apud scriniarios aliosque opifices. Liquore in quo lignum ita decoctum est, ut penè nigrescat, dignosces an alumen in aquis medicatis contineatur. Nam si ille supra sedimentum destillationis hujus affundatur, color ad nigredinem vergens, dilutior clariorque evadet, si alumen præsens sit. *Differunt* bonitate hæc ligna si Theveto fides. *Vilius* est quod versus Canibales, & totam regionem Marignan provenit. *Melius* quod circa Capo de Frie & alibi. Santalum.

2. *Araboutan* seu *Pseudosantalo rubro Brasilienſi affinis* est illa in regno Gvineæ in insula Cotisco arbor, quæ ligna Brasilienſia rubedine superat, & cujus lignum politissimi speculi instar niter, tantæ duritiei ut vix ingenti labore inflecti possit. Fortè lignum Brasilianum flammei coloris Acostæ. Ind. Orient. p. 6. c. 56. Acosta Hist. Novi orbis l. 4. c. 29.

3. *Abelicea* ἀπιλικία seu *Pseudosantalum Creticum*, Johanni Bauhino *Santalus adulterina Cretica*, arbor est aspectu pulchra, magna, recta, ramosa; cui *materies* dura & paululum odorata; pulvis quippe santala imitatur; *folia* Alaterni sed rotundiora, profundè serrata. *Flos* ignotus. *Fructus* magnitudine quasi Piperis, rotundus quasi, colore inter viridem & nigrum medio. In solis montibus Leucis, altissimisque eorum jugis provenit, trabesque ex ea fiunt. Ignota veteribus, ni sit ulmus montana Theophrasti, sed folia neque leviter serrata sunt, neque magna ut Piri, sed longè minora. Bauhin. H. P. l. 4. c. 37. p. 490. Bellus epist. 1. ad Clus.

4. *Arbores pigmentiferæ* in insula Madagascar seu S. Laurentii habentur; ex quibus nigrum, flavum & purpureum colorem incolæ extrahunt. Ind. Orient. p. 4.

5. *Curaqua* seu *Brasilium Hiſpanorum*, Laetio *Cahuraqua*, Mexicanis *Quamochitl*, & *Vitzquahuitl* vocatur. Frutex est spinosus, cui *radices* surculosi & candidi, *stipites* extra fulvescentes intra rubei, contorti. *Folia* cordis ferè figurâ, frequentibus interveniis, è dorso obliquè in latera procedentia, mucrone appenduntur. *Fructus* luteus Ericæ similis. *Nascitur* in frigidis, campestribus & montosis apud Mechuacanenses locis. *Temperies* ei frigida & sicca, sapor adstringens. Tingit fila coccineo colore. Jus decocti primò fulvum, postea rubescit, si amplius decoxeris, cogitur in purpureum pigmen- Recchus R. M. N. H. l. 4. c. 28. De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 23.

Santalum. pigmentum ; ſed alumen ſi admiſceas, in rubeum & Cinnabari decentius. *Duæ* ipſius ſpecies, quarum altera *Pinguica*, altera *Uxuqua* nuncupatur.

De Laet Ind Occid. l.17.c.28. 6. *Arbor inſulæ Tabago materie ligno Braſiliano ſimili*, naſcitur in dicta inſula juxta littora. *Materies* eſt ligni Braſiliani inſtar rubra. *folia* penè orbicularia. *Fructus* racemoſus uvis haud diſſimilis, ſaporis admodum grati.

7. *Pira Timinere*, ſeu *arbor Gvajanenſis*, procera eſt & recta, glabro *Cortice*. *Frondes* in faſtigio trunci tantummodo fert, quæ ad pyri folia quàm proximè accedunt. *Lignum* fert ſolidum, durum, & grave, colore roſſo elegantibus notis ſubnigris, gratâ varietate diſtinctum, magni ad fabrilia opera uſus; Barbari *Pira Timinere* vocant, Hollandi Letter-hout.

Lugd. H.P. l.18.c.100. p.1864. 8. *Pavana Moluccenſis*, Acoſtæ & Lugd. *Lignum Moluccenſe*, Tabern. *Lignum Pavanum*, arbor eſt domeſtica, Mali Coroneæ magnitudine, cujus *folia* Malvæ vulgaris foliis ſimilia *fructus* Avellanis ſed minor, molliore cortice & nigricante. *Seritur* coliturque in hortis, nec alibi facilè invenias : tantique ab incolis æſtimatur, ut peregrinos ne ad ejus quidem aſpectum admittant. *Vſus* ligni inſignis, in evacuando, contra venenatorum morſus, morbos alios & avium captura. *In evacuando.* Pulvis enim, (teritur limâ è pelle caniculæ marinæ, vel tenui ferrea) ſcrupuli dimidii pondere, robuſtiſſimo etiam, ex aqua tepida, roſacea, vel juſculo gallinæ, manè exhibitus craſſos, lentos, & melancholicos humores, ſine nauſea, vomitu & dolore, niſi fortè in biliofis, evacuat. Cibus nonniſi peracta evacuatione ſumendus : poſt eum abſtinendum à potu : hypercatharſis verò decocti Oryzæ Cyatho vel aviculæ ſubitò ſiſtitur. In nonnullis tamen ani pruritum & excoriationem, quibusdam hæmorrhoides excitat. *Venenatorum morſus*, in eadem doſi ſeu ſumptus in aqua roſacea vel juſculo galli pulvis ſeu admotus retundit. *Morbos alios.* Experimento namque cognitum, febribus diuturnis, & continuis, iliacis colicisque doloribus, flatibus, hydropi, atenulis, calculo, urinæ difficultatibus, Cholericæ paſſioni, & articulorum doloribus prodeſſe. *Avium captura.* Illico enim concidunt, ſi de oryza cui pulvis immiſtus eſt deguſtarint; ſi nimium aſſumſerint, moriuntur, graculi inprimis.

VII. Ligna ſunt aliquot. 1. *E Siam.* 2. *Cocogola.* 3. *Sapou.* 4. *Sambarane.* 5. *Lignum ex freto Magellanico medullâ flaveſcente.* 6. *Lignum Breſilio ſimile cæruleo tingens.* 7. *Ligna pretioſiſſima ex Havana.* 8. *Ligna, fructus & gummata tingentia Gvajanæ.*

1. *Lignum è Siam*, rubicundum eſt, flavedine eleganti miſtum & odoratum; & valdè leve. De Laet ad Pernabucenſe accedere ait. Worm. Muſæi l.2. c.19.

2. *Lignum Cocogola*, coloris eſt purpurei obſcuri, & fragile admodum. Maſticatum rubro colore ſputum tingit. Worm. Muſæi l.2. c.15.

3. De *Ligno Sapou* hoc duntaxat ſcimus, lanis tingendis percommodum eſſe. Linſchott. Ind.Or.p.2. c.24.

4. *Lignum Sambarane*, odoratum eſt, & Santalo albo perſimile, quo ſe in febribus Malaccenſes inungunt. Putatur eſſe Santali ſpecies, commendaturque ad Eryſipelata & inflammationes. Garz. H.Aromat.l.1.c.17

5. *Lignum ex freto Magellanico medulla flaveſcente*, arboris eſt cujusdam, quæ fructum nigrum Myrtillo ſimilem profert. Solidum hoc, grave, meditullio medulaceum, à quo velut à centro venæ rectâ terè lineâ ad circumferentiâ excurrunt. *Cortex* geminus; Externus ſcaber & inæqualis, ex parte fuſcus, ex parte cineraceus; internus mollior, flaveſcens ſeu pallidus. Ejusdem ſubſtantiæ coloris, falſum quid naturâ an caſu recipiens. Cluſ. Exot. l.1.c.7.

6. *Lignum Breſilio ſimile cæruleo tingens*, à Pharmacopæo Porentrutenſi Bauhinus acceperat. Colore & pectinibus Breſilii vulgaris, odore Bauhin.H P.l.4.c.41. p.492.

Araboutan seu pseudo = santalum Brasilianum.

Santalum rubrum.



Arboris Insulæ Tabago materie ligno Brasiliano simili foliũm et fructus.

Curaqua seu Brasilium Hispanorum.

Agallochum Officinarum.

odore grato, sapore cum dulcedine nonnihil acri. Leniter masticatum cæruleo tingit colore, melior tinctura si alumen admiscueris. Montbelgardenses ex Trecensi urbe & Argentinâ accersunt.

Acosta Hist. Novi orbis l. 4. c. 30.

7. *Ligna pretiosissima ex Havana* & insula Cuba sunt plurima; ex quibus Ebanos, Caovana, Granadillos & similia in Hispaniam invehuntur.

De Laet Ind. Occid. l. 17. c. 14.

8. *Ligna fructus & gummata tingentia Gvajana* sunt varia. Ex *lignis unum* elegantem colorem purpureũ fundit; *alterum* croceum; *tertii* liquor excoctus fervens purpureo tingit; frigidus coccineo. Ex *fructibus* eo qui dicitur *Annoto*, aliis *Orellana*, lanæ & præsertim byssus colore aurantio inficiuntur: *Acinus* verò quidam cæruleum reddit. *Gummi* quod à certa arbore funditur, pannos pertinaci flavedine tingit. Adde denique arboris cujusdam *frondes*, quæ benè præparatæ colorem obscurè rubentem emittunt.

Articulus III.

De Agallocho.

Tab. CXXX. Dios. or. M. M. l. 1. c. 21.

I. De *Agallocho* pauca Dioscorides, pauciora si sub *Taril* nomine Plinius, plura Arabes, Serapio inprimis & Iben Sina prodidere. Dioscorides Thyiæ ligno simile facit, forma sine dubio & colore, non soliditate ac gravitate, ἐστιγμένον, id est punctis maculisque distinctum (in optimo cinereæ discurrunt venę) odoratum, accensum inprimis. *Cortex* cutis instar mollis: hinc Plinius cute magis quam cortice vestiri ait; & versicolor. *Fructum* rotundum Piperis modo & rubentem an bene ipsi adscribat Serapio, vix scitur; cum nec reliqui Arabes ejus unquam meminerint; & ipse Serapio sibi contradicere videatur, dum solum lignum in Arabia ex eo nasci scribit. Ex India & Arabia deportatur; ex confinio Casiæ Cinnamique per Nabatæos Troglodytas Plinio. Sethi in diversis Orientis partibus, meridionalibus inprimis nasci reliquit. Ramos à fluminum inundationibus raptos, per circumstantes regiones deferri; ab arbore sectos integro anno sepeliri scribit, ut ita obruti ligni cortex marcescat, lignumque purum remaneat, nihil tamen ex illo erodatur, eorundem fide traditur. Chamæleâ adulterari, quod Pandectarius prodidit omninò falsum. Mirum nihil de eo Galenum prodidisse, periere fortè in quibus egit libri. *Vsum* & *vires* si respicias calidum est in secundo & siccum *lignum*, subtiliumque partium, cerebro, cordi, & ventriculo infirmo convenientissimum. Facit πρὸς εὐωδίαν στόματος: toti corpori est διάπασμα: (siccis odoribus constant quæ διαπάσματα vocantur) θυμιᾶται ἀντὶ λιβανωτοῦ, seu quod thus eo vilius tum temporis fuerit; seu quod non secus ac thus in suffumigio locum habeat. Si crebro suffiatur, pediculos creditur gignere. Radix drachm. j. pondere stomachi πλάδον καὶ ἀτονίαν mitigat. *Genera* diversa Sepio prodidit. 1. *Arabicum* quod nihil præter lignum fert. 2. *Indum* propriè inter alia quę ibi proveniunt genera ita dictum, quod præfertur, inprimis si nigrum, ad varium colorem inclinans, multâ humiditate refertum, grave, durum, densum, omni albedine carens, & diu supra ignem durans. Quia acre, prohibet pediculorum generationem suffitum. Provenit in insula Fimua, quam me ignorare fateor. 3. *Monduni* ab Indiæ loco Mondel (Melinda fortè) dictum, quod illi proximum. 4. *Seifi*, quod aquæ immersum sidit ob pondus, melius quo crassius, bonitatisque nota, si aliquid luti adhæreat. 5. *Alkumeri* quod prædicto bonitate cedit. Præfertur nigrum, mundum aut etiam ad albedinem vergens, grave, diu permanens in igne. Duæ ejus species, Una *Kachile*, quæ melior est: altera *Sufori*, vilior. 6. *Seni*, in quo tumiditas superflua. 7. *Albel* quod defertur

Plin. H. N. l. 12. c. 20.

Agallochum.

Plin. H. N. l. 13. c. 11.

Agallochum. ex terris Sufellæ (Sofalæ fertur) ſimile cæteris, Seni ſi excipias. 8. *Alhabeli* omnium maximum & craſſiſſimum, ex quo pectines & tabulæ. 9. *Nenig* quod in Arabia provenit, & ad ſpecies ejus accedit. 10. *Samphium* quæ in Samphi civitate naſcitur; nec proprie eſt Xyloaloë. 11. *Humida*, cujus Sethi mentionem facit, & cujus quatuor ſunt differentiæ. Egregiarum eſt poſt Indicam virium, ventremque ſiſtit.

II. NOBIS Agallochum eſt triplex 1. *Præſtantiſſimum.* 2. *Officinarum.* 3. *Sylveſtre.*

Linſchott. p.2. Ind.Orient.c.24. 32. Garz. ab Horta H. Arom. l.1. c.16. Bontius Medic.Indor.p.19.

I. Agallochum præſtantiſſimum, Romano *Calampart*, Linſchott. *Lignum Calamba, Colamba, Calambes* ſive *Aloës*, Arabibus *Agalugem*, & *Haud*, Guzarati & Decan incolis *Vd*, arbor eſt Oleæ inſtar, interdum major; materie quæ Cortice craſſo tegitur guſtus aromatici & ſubamari, nec tam ſuavis, dum viridis, odoris, hunc ſiccata acquirit, & in ipſa matrice fortè quod putreſcente Cortice & ligno, oleoſus humor ipſi ſeſe inſinuat, colligitur. *Folia* non deſcribit Garzias etſi ex Malacca allata; nec flos vel fructus additus, quod ob Tigrium illis locis frequentiam haberi non poſſit. *Naſcitur* in Sumatra, Cambaja, Siana & alibi. Optimum in Champas, vicina regno Chinæ regione, & in Cochin China. In Arabia non provenit. *Cortice* nudatum adfertur, quod uno ſæpè trunco diverſæ ſtirpium ſpecies coaleſcant. Ut ſeparentur, trunci in ripis fluviorum deponuntur in cæno. Carie, diverſi generis lignum, cum ligni aloës Cortice ſecedit; materia, quæ quia denſa minus putredini obnoxia eſt, (per L. annos nulla putredine tactam obſervavit Bodæus) relictâ. *Vſus* ejus apud Chinenſes in ſuffumigiis. Adeò quippe odoratum eſt, ut ſola tractatione ſine ullo ſubjecto igni, ſpiret admodum validè ſed jucundè. Pro thure ſubſtitui non credibile, ſi verum majorem hujus ibi copiam, thurisque ſelecti centum pondo aureo emi; Agallochi etiam in India nati, tribus aureis libram, tempore Ludovici Romani decem. Ejus nempe ſyncerum pretii eſt, ut cum argento & auro deponderetur, & inter ſolos Indiæ Reges diſtribuatur. Minus ergò bonum ad nos adfertur. Falſum, Ibenſinam, ut odor eliciatur, elixari ſcribere: nec ulla apud eum recentiores vel alios veteres hujus mentio, aliud fortè exemplar Garzias habuit. Pulvis ſcrupuli unius pondere choleræ & ventriculi affectibus medetur, & tineas cum aſcaridibus efficaciter necat. *Præfertur* multum nigricans, cinereis diſcurrentibus venis, ponderoſum, plurimo humore pingui prægnans. Igni accenſum, multum humoris exſudare debet; nec obeſt, etſi non ſubſidat in aquis; accidit id ſæpè ſelectiſſimo. Guzarate & Decan incolæ magna fruſta requirunt. Cordus exigit odoratiſſimum etiam per ſe ut eſt integrum; guſtu valdè aromaticum, modicè amarefcens, leviter adſtringens, pingue & reſinoſum, cujus ſuffitus latiſſimè ſpargat odorem, & guſtatum ac palatum commendet. De *Differentiis* nihil occurrit. Cordus maculoſum & criſpum ſe ſæpe vidiſſe ſcribit. Radici proximum fluctuantibus venis in criſpum habitum vibratur. Veneti unum genus norunt, quod Alexandriâ habent, ex Arabia delatū. Paludanus aliquot ſe ſpecies habere notat, amænas odore omnes, variatas & maculoſas, pinguedine plenas, denſas & craſſas: ſed quas non deſcripſit.

Bodæus ad Theophr. l.9.c.7. Scalig.in Exercit.

Paludan.ad Linſchott. hiſtor.

II. Agallochum Officinarum, aliis *lignum aloës*, *lignum Paradyſi*, *lignum ſanctæ Crucis*, *Palo d' Agula*, ſeu *d' Aguilla*, lignum eſt pectinibus plerumque denſis & rectis, quodque transverſim ſectum quernei ligni pectines æmulatur, partim albicans, durum, grave, pingve, & cum quadam aromaticâ acrimoniâ amaricans, ſuaviſſimumque ſpirans odorem. Prunis injectum bullas agit, totumque ſenſim colliqueſcit; flammeſcit tandem ſi ſufflando pergas. Fruſtulum

Linſchott. Ind.Or.p.2. c.24 p.4. c.32. Bauhin. H. P.l.4. c.30. p.477.

Lo-

Lobelii è trunco avulſum ponderoſum erat, venis multis, fuſcis, amaris, & pingvioribus, quæ manducatæ ceræ modo lenteſcebant. Reliqua ligni materia & ſuperficies alba, fragilis, minus aromatica. *Provenit* in iisdem cum ſuperiore locis.

Lugd. H.P. l.18.c.11.

III. Agallochum ſylveſtre, Hiſpanis *Aquila brava*, Lugd. *Xyloaloë ſylveſtris*, Garzias H. A.l.c. in Zeilan, Comoria & tractu Coromandel provenit. Mirum in modum æmulatur Agallochum, inodorum tamen eſt. Concinnantur ex eo ſphærulæ precatoriæ; ſatrapisque & ſacerdotibus ſtruuntur rogi in India. *Adulteratur*, ſi Plateario credimus, ligno quodam in montibus Almaſiæ nato, quod pondere, nodoſo habitu, & quadam aromaticâ vi notas ejus refert. Bauhin. H. P. l.4.c.19. p.481.

Agallochum.

Arbores Novæ Hiſpaniæ.

HISTORIÆ NATURALIS DE ARBORIBUS

LIBER X.

De Arboribus miſcellis Exoticis.

Caput I.

De aliquot arboribus Novæ Hiſpaniæ.

Tab. CXXXI. CXXXII. CXXXIII CXXXIV

Laudant tandem agmen *Arbores miſcellæ Exoticæ*, recenſebimusque inter eos primò *Arbores quasdam Novæ Hiſpaniæ*, mox *Braſilienſes*, tum *Venenatas*, tandem *Admirandas*. Arbores Novæ Hiſpaniæ occurrunt ſeptendecem. 1. *Quauhxilotl.* 2. *Tlapalezpatli.* 3. *Chichictlapalezquahuitl.* 4. *Ahuapatli Tilacenſis.* 5. *Bitoncus.* 6. *Yoloxochitl.* 7. *Ytzlehuayopatli.* 8. *Cocoquahuitl.* 9. *Soconam.* 10. *Tepeyzquixochitl.* 11. *Ihuxochitl.* 12. *Acopatli.* 13. *Tzopelic quahuitl.* 14. *Tzitzin.* 15. *Tliltzapotl.* 16. *Totocapollin.* 17. *Tlacotezquipatli*, quibus adde *fructus duos* in Perſia, & aliquot Americanas arbores.

Recchus R. M. N. H. l. 3. c. 61.

I. Quauhxilotl ſeu *arbor Cucumeris moſchati*, magna eſt, *foliis* ternis ocyminis proximis ſed majoribus & latioribus, ſpinulis undique horrentibus; *floribus* candicantibus cymbalorum figura; fructu Cucumeris falcati formâ, viridi ſed in luteum vergente ſtriato, eduli prædulci, & qui Galliam moſchatam redolet, ſed odore evanido. *Provenit* in calidis Jauhtepecenſibus juxta aquarum decurſus. *Folia* decocta & auribus infuſa ſurditatem à frigiditate exortam tollunt, calida & ſicca in primo. Datur & *altera ſpecies*, ſed ſpinis carens, foliis ſerratis, pennatisque ramulis.

II. Tlapalezpatli, ſeu *arbor ſanguinem ſiſtens*, aliis *Etzpatlis* mediocris eſt, *foliis* Origani, *flore* parvo & candido, qui racematim dependet; & in Septembre prodit. *Fructu* ut ferunt, nullo. *Gaudet* gelidis montoſisque, aut aliquanto calidioribus. *Cortices* decocti urinam evocant, ſanguinemque per colem fluentem cohibent: ipſe cortex alvum coercet. Recchus l. c. c. 63.

III. Chichictlapalezquahuitl, ſeu *arbor ſanguiflua*, *fert folia* oblonga obtuſa & circa pediculum ſenſim attenuata; lacque primò candens tandem rubeſcens fundit. *Flore* & *fructu* carere ajunt. *Naſcitur* apud Quauhnacenſes temperatis plagis, aut paulò frigidioribus. Calida eſt, glutinoſa, reſinoſa, odora, & adſtringens. *Cortex* ſtipitis tuſus & ex aqua potus ſiſtit hæmoptyſin. Recchus l. c. c. 64.

IV. Ahuapatlis Tilacenſis, arbor eſt magna, cui *ſtipes* intrinſecus pallidus, *folia* ſpinoſa, Ilicis ſimilia, ſed paulò longiora: *flos* parvus luteus, orbicularis: *fructus* nigreſcens. *Provenit* in collibus planisque Miſtecæ ſuperioris locis. Ramenta *ſtipitis* decocta ictericis magnoperè conferunt. Recchus l. c. c. 65.

V. Bitoncus arbuſcula eſt ulnam unicam longa, *radice* alba, ſtipite circa exteriora ſubfuſco; *foliis* ternis, quorum medium haſtarum mucroni-

Tepeÿx quixochitl.

Tzitzin.

Yoloxochitl.

Tlopelicquahuitl.

Tlapoletzpatli.

Acapatli.

Tlilzapotl.

Toto- zapolin.

Tlaolez quipatli.

Guira pariba.

Zemouna.

Iecuiba.

Iaborandi.

Tremate.

Cabui Iba.

Frutex secundus in nomi[nato] Brasiliensis.

Arbor prima in nominata Brasiliensis.

Fructicis primi in nomin: alt Flos.

Webehasou Theveti.

Tab: CXXXIII

Tangaraca.

Frutex quintus in nominatus Brasiliensis.

Arbor aquam fundens.

Arbor pudica.

Teoamatl.

Agnus Scythicus.

Arbor Anatifera
Entenbaum.

Arbor in summo cacumine
tantum frondes gerens.

Arbores supra quas
domicilia Indorum.

cronibus simile, bina minora & orbiculatiora. *Nascitur* in Philippinis insulis. *Radix* calida & sicca ordine tertio, amara, odora & acris. Vacuat moderatè & citra anxietatem.

Recchus l.2.c.10. *VI. Toloxochitl*, arbor est magna, foliis Mali Medicæ sed duplo longioribus; umbilico ac *flore* cordis figura, multis foliis candidis, interius rubescentibus, pinguibus, levibus, tenacibus, glutinosis, & suaviter odoratis stipatus. *Crescit* in Mexicanæ campestribus humilibusque locis. *Flores* calidi sunt in secundo & sicci, roborantque ventriculum. Infunduntur utero contra sterilitatem.

De Laet Ind. Occid. l.5.c.4.

Recchus l.2.c.26. *VII. Ytztlehuayopatli*, seu *radix Caryophillæa*, arbor est mediocris, *foliis* Limoniæ mali sed infernè candidis hirsutisque, supernè nigricantibus; Flores candicant, fructus orbicularis & parvus. *Nascitur* in calidis Tilanci collibus. *Radix* quæ in tertio calida & sicca, Caryophillos sapit, eorum benè suppletura locum. *Folia* stæchadem odore imitantur. *Cortices* tusi & assumti dysenteriam tollunt.

Recchus R. M.N.H. l.3.c.73. *VIII. Cocoquahuitl Vexacensis* seu *arbor Cardiaca*, leguminis fert *folia*, & circa eorum exortum exiles *floscules*, ac rubescentem succum. Hic semunciæ pondere Syncopi & lassitudini confert, si singulis diebus sumatur.

Recchus l.3.c.74. *IX. Soconam* arbor est *stipite* fusco candidis punctis distincto; *foliis* Sennæ minoribus; *floribus* in muscarii modum albis, & ex albo rubescentibus. *Nascitur* in jugis Ytztoluce. Planta authori insignis propter duo morborum genera ferè insanabilia, quorum tamen non meminit. *Folia* quæ amara & adstringentia, tusa & cum resina permixta, tineæ ac lichenibus medentur.

Recchus l.3.c.76. *X. Tepeyzquixochitl* arbor est magna, *foliis* Yzquixochitl sed majoribus; *floribus* candidis, calycibus hirsutis contentis, ac in magna muscaria compositis inodoris. *Proveniz* Cocolani & Chiatlæ calidis regionibus. Frigida natura siccaque est, sapore paulatim dulci. *Cortex* tritus ardorem gingivarum tollit, & dentes firmat, duar. drach. pondere sistit alvum. Arbores Novæ Hispaniæ.

Recchus l.3.c.77. *XI. Thuixochitl*, seu *flos pennas avium referens*, est arbor magna, *foliis* quinis per intervalla prodeuntibus, oblongis, incurvis; *flore* rubeo pennis avium simili, qui vere primo funditur. Rami amabilem ferentem facere dicuntur, quod nugæ. folia, quia frigida, extinguunt febres. *Provenit* calidis & humidis locis. Duæ ejus *species*. *altera* fert flores candentes; *altera* ex viridi albescentes.

Recchus l.3.c.83. *XII. Acapatlis* arbuscula est hominis altitudine; radice surculosa, stipes est lævis, cavus & quadratus: *folia* raphani per ambitum crenata serræ in modum, *flos* albus, *fructus* nullus. *Nascitur* apud Panucenses. *Folia* tusa & applicata absumunt lienem, & dolorem ejus sedant.

Terent. apud Recchum p.437 *XIII. Tlopelicquahuitl* arbor videtur. *Folia* atrovirent, & multum inflectuntur. Rami flavi ex viridi.

Terent. ibid. p.436. *XIV. Tzitzin* videtur ramus arboris. *Folia* bina Castaneæ similia, saturati coloris valdè, duos digitos transversos lata, longa quatuor.

Terent. ibid. p.416. *XV. Tlacotequitzpatli*, est ramus arboris, folia oleam quodammodo repræsentant.

Terent. ibid. p.430 *XVI. Totocapollin* videtur arbor. Rami virides punctis albis conspersi; in quavis ala videtur latitare quasi bacca viridis.

Terent. p.439. *XVII. Tlilzapotl* fortè arbor; pomum adnascitur brevi pediculo Cydonio simile sulcis aliquot conspicuum, colore ferè Castaneæ.

De Laet Reip. Pers. p.162. *XVIII. Fructus duo in Persia* sunt *Denis & Carbuse* circa Castellum Sellizure; quorum *ille* magnæ molis & succi plenus, quam incolæ post cibum loco potus usurpant; *hic* mole est Cucumeris, flavo colore & suavi sapore.

De Laet Ind. Occid. l.1.c.2. IX. *Arbores & frutices Americani* sunt sequentes. 1. *Higillo pintado* in insula S. Johannis de portu divite, frutex cujus foliorum succus vulnera potenter conglutinat. 2. *Frutex*

S. Ma-

Arbores Brasilienses. De Laet l. c. c. 17.

S. Mariæ, superiore in medendo haud inferior. 3. *Arbor cortice Zingiberis instar acri*, cujus cortex lævis, *materies* dura, interius subnigra; folia rotunda, obscurè virentia; *flores* in umbellam collecti exterius purpurei, intus aurei. Amat ripas & uliginosa loca. 4. *Arbor fructu variegato*, qui est pyro haud absimilis, eleganti colorum varietate distinctus, & veluti maculis sparsus. 5. *Annedan* arbor Canadensis, cujus frondium decoctum scorbuticis vehementer opitulatur. 6. *Esquine* arbor Floridana, decantati contra luem veneream usus.

De Laet Ind. Occid. l. 4. c. 14.

Caput II.

De aliquot arboribus Brasilienſibus, & aliis.

Arbores Brasilienses sunt, 1. *Zamouna*. 2. *Cuipouna*. 3. *Iperoba*. 4. *Arariba*. 5. *Saiimbe Iba*. 6. *Gvapareiba*. 7. *Gviraparіba*. 8. *Atzpan*. 9. Jecouiba. 10. *Cabui Iba*. 11. *Tremate*. 12. *Atlyna*. 13. Jaborandi. 14. *Canambaja*. 15. *Arbores duæ innominatæ*. 16. *Frutices quinque innominatæ*. 17. *Tipi*.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 35.

I. Zamouna est arbor excelsa & in medio duplo plus obesa, mulierisque uterum ferentis instar tumida. *Materies* trunci intus alba, medullosa & suberosa; exterius cinerea, validis & horridis spinis à pede ad verticem usque obsessa. Rami quinque foliis acuminatis & oblongis vestiuntur. Elicitur ex spinis rasis & contusis succus, qui inflammatis & lachrymantibus oculis medetur.

Piso l. c. c. 39.

II. Cuipouna flores flavi. Succus è cortice raso expressus, & cum aqua limpida permistus, ulcera inveterata & purulenta mundificat.

Marcgr. H. N. l. 3. c. 3.

III. Iperoba arbor *cortice* cinereo punctulis albis variegato. *Folia* crassiuscula cinerei ex viridi coloris, tria more phaselorum apponuntur. *Lignum* album instar betulæ ad varia utile.

Marcgr. l. c. c. 8.

IV. Arariba cortice est cinereæ instar fraxini interius albo, qui in aqua coctus fit ruber, & cum illo tingitur.

V. Saiimbe Iba, Lusitanis *Caiveira brava*, arbor Acajuibæ similis. *Folia* illius æmula, verum ad tactum duriora, rugosa, & hispida. *Flores* in umbellam congesti, multi, parvi, inodori, mense Martio visuntur. *Fructus* nullus. Marcgr. l. c. c. 10. p. 111.

VI. Gvapereiba Lusitanis *Mangue vereadeiro*, habet *lignum* grave solidum, *cortice* brunno tectum; *folia* crassa, nervosa, lætè viridia; *flores* in calycibus longiusculis multos ex viridi subluteos. *Fructus* decidens cancrorum terrestrium, qui sub his arboribus degunt, fit pabulum. Marcgr. l. c. p. 118.

VII. Gviraparіba, vel *Uruparіba*, Lusitanis *Pao d'arco*, est arbor alta, lætæ & mediocris crassitiei; folia in frondes congesta ferens. Quælibet enim frons quatuor aut quinque habet, inæqualis magnitudinis, oblonga, saturatè virentia, splendentia, ad tactum membranacea, nervo secundum longitudinem excurrente. Mense Decembri ☌ ☉ ♑, flores protrudit. Copiosissimos, magnos, flavos, tres aut amplius digitos longos, superius in quinque quasi folia sectos, sine staminibus, inodoros; quibus decidentibus folia iterum erumpunt. Florens tota flava apparet, & ad tria vel quatuor milliaria dignoscitur. Marcgr. l. c. c. 11.

VIII. Atzpan frutex est duorum cubitorum altitudine, *radicibus* fibrarum in modum, *foliis* amygdali serratis & paulò minoribus, *caulibus* tenuibus, è quorum postremis flagellis *flores* albi erumpunt, qui priusquam hient, similes semini Coriandri videntur, ac demum senescentes in pappos abeunt, à quibus flagellis flore onustis *vexilli* nomen invenit. Temperatum *solum* amat quale est Mexicanum. Sapor est acris, vehemens odor, ac calefaciens & exsiccans ordine ferè quarto naturæ. Quamobrem confricatam foliis faciem mirè dicitur extergere, leprasque, tineas, lichenas & varos cum aliis sordidis cutis Nieremb. H. N. l. 15. c. 59.

cutis vitiis curare. Eadem & succus operatio.

Marcgr. H. N. l. 3. c. 16. *IX. Jecuiba* est arbor satis alta, Cortice subcano, *foliis* sibi alternatim oppositis, tres digitos circiter longis, acuminatis, nervo secundum longitudinem & venis transversis. *Flos* est cæruleus. *Lignum* ex ruffo brunnum & nigro undulatum, ad sculpturas egregium.

Marcgr. l. c. c. 20. *X.* De *Cabui Iba* hoc tantum extat, Lusitanis *Pan amorello* dici, arboremque esse magnam & altam, cui rami & folia arbori Tamarindiferæ similia.

Marcgr. l. 2. c. 1. *XI. Tremate* frutex est arborescens, Mali Punicæ figurâ similis, *Cortice* sambucino, *ligno* albo & medullam continente. *Folia* obscurè viridia, aspera, multis venis conspicua. In ramorum extremis umbellæ magnæ, *floribus* lutescentibus onustæ, quibus aliquid purpurei admiscetur, & in quorum medio multa staminula flavescentia. Faceſunt in pappos & exactè odorem styracis referunt. In papposis Capitulis est *semen* minimum, rotundum, nigrum, papaverino minus. Brasilienses foliis contusis in oculorum tubedine utuntur.

De Laet Ind. Occid. l. 7. c. 2. *XII. Atlyna* arbor est quæ juxta Cacaoferas plantari solet, ut eas inumbret, & à ferventibus solis radiis defendat. Nam ad nihil præterea utilis est, quod sciam.

Marcgr. H. N. l. 2. c. 8. *XIII. Jaborandi*, planta est fruticescens. *Radix* lignosa, tenuis fusca. *Caules* minimum digitum crassi, per longa intervalla nodosi, teretes & saturatè virentes, quibus ad nodos rami itidem nodosi & virentes. *Folia* à sex ad decem digitos longa, saturatè viridia, splendentia, membranaceæ chartæ instar; in extremitate incurvata, nervo secundum longitudinem & venis obliquis conspicua. *Radicis*, quæ si masticetur linguam adurit, in liberando à Catarrhis capite, usus. In gonorrhœa præsentissimum est remedium, si contusæ in aqua maceratæ decoctū adhibeas. Prodest & contra venena, urinęque suppressionem.

XIV. Canambaja frutex est *ligno* exterius cinereo, *foliis* crassis, substantiâ Aloës similibus, semipedem & amplius longis, in ambitu exsectis. Per medium folium interius transit ligneus nervus, secundum longitudinem. Arbores Brasilienses. Marcgr. H. N. l. 2. c. 14.

XV. Arbores duæ innominatæ Brasilienses apud Marcgravium habentur. Marcgr. H. N. l. 3. c. 18.

1. *Prima* est *caudice* recto, & mediocris altitudinis, *Cortice* cinereo, *ligno* frāgili & medulloso. Abit superius in multos ramos foliis nudos. *Folia* in extremitatibus in frondes congesta, quinque sex aut septem, supernè dilutè viridia, infernè albicantia, quædam oblonga, quædam penè rotunda, nervo secundum longitudinem & venis transversis ordine sibi oppositis. *Flosculos* oblongos in umbellam congestos, longi pediculi qui inter frondes proveniunt sustinent, albos, ἐξαφύλλους, & suavis odoris. *Fructus* non meminit author. In icone malè folia venulis reticulata ponuntur.

2. *Arbor secunda innominata*, est *ligno* lento, *Cortice* cinereo albicante; *foliis* oblongis, solidis, lævibus, superius viriditate splendentibus, inferius olivaceis & ad tactum holoserici instar glabris. *Flosculi* in extremitate ramorum multi, spicatim congesti, lutei coloris; quos *baccæ* ribium magnitudine excipiunt. Poterat ad bacciferas referri. Marcgr. H. N. l. 3. c. 18.

XVI. Frutices innominati quinque Brasilienses quoque sunt.

1. *Frutex innominatus primus*, *Cortice* est gryseo, foliis carinatis scaphæ figura, dentatis, lætè viridibus. *Flores* in extremitate ramorum spicatim proveniunt, suavis odoris. Spica floribus adhuc clausis coloris est sanguinei; hinc fit flava, prout & flores pandente, qui sunt quinquefolii. Marcgr. H. N. l. 2. c. 3.

2. *Frutex innominatus secundus*, in albæ spinæ altitudinem excrescit. *Rami* rari, ligni *cortex* viridans. *Folia* tres circiter digitos longa, superiore parte dilute viridia, & Marcgr. H. N. l. 2. c. 14.

Arbores Brasilienses.

siccata nigra, inferiore lanuginosa & alba. *Flosculi* copiosi, minimi, lutei, racematim in ramorum extremitatibus pendent, qui aperti stellulas referunt quinque aut sex foliolis constantes. *Fructus* non describitur.

Marcgr. l. 2. c. 15.

3. *Frutex innominatus tertius, ligno* est albo, medulloso; *foliis* acuminatis, latis, serratis, planè hirsutis, infernè viridioribus, supernè nigricantibus. *Fert* echinos seu globulos aculeatos, fuscos, magnitudine pisorum, qui verticillatim ramis adhærent, duodecem & quindecem sæpè. Tacti, vel centum numero simul vestimentis & capitibus, jubisque eorum adhærent.

4. *Frutex innominatus quartus*, aculeatus est. In quolibet aculeo tria foliorum, buxi foliis similium paria. *Flosculi* τετραφυλλοι, longi, dilutè ex albo purpurascentes, staminulis albis instructi. *Baccæ* in proprio pediculo ovales, Sambuci baccarum magnitudine, obscurè purpureæ, nigricante brunno tingentes: in quibus lapis parvus, albus, compressus.

5. *Frutex innominatus quintus*, multis *virgultis* rectis colore Cerasi ex una *radice* ascendit. *Folia* in ramulis, læte viridia & splendentia, quæ cum strepitu franguntur. *Flosculi* candicantes, cavi, figuræ pilei Brasiliensis, in quinque crenas superius divisi, in quorum medio staminulum album, filo haud crassius, quod interius alia minutula staminula flavescentia ambiunt.

Piso de facult. simpl. l. 4. c. 91.

XVII. Tipi est frutex arborescens, qui in sylvis Brasiliæ, & Olindæ promontorio reperitur. Fit ex Cortice in aqua contuso mucus viscidus, quo adultorum à vagis articulorum doloribus infestata membra, cum felici successu fricantur.

Caput III.

De Arboribus venenatis.

Arbores venenatæ sunt plures 1. *Penoabsou*. 2. *Gucho*. 3. *Uhebehasou*. 4. *Macanillo*. 5. *Baxana*. 6. *Aguapa*. 7. *Madiopera*. 8. *Anda*. 9. *Tangaraca*. 10. *Arbores aliquot innominatæ* quibus 11. *Herbas duas* adjicio.

Thevet. c. 58. Siegul.

I. Penoabsou arbor est Americana, cui *cortex* odoris planè admirandi, *folia* portulacæ spissa, & perpetuò virentia. *Fructus* fert grandioris pomi magnitudine, venenatos. Singulis senæ nuces insunt, Amygdalis nostris similes, nisi quod latiusculæ & compressæ, in quibus singuli nuclei conduntur. Ex contusis oleum exprimitur ruffum, quo vulnera ad miraculum glutinantur.

Nieremb. H. N. l. 14. c. 105.

II. Guchon pestilentissima est planta. Ros ejus virus. Quisquis contingat, perinde ac veneno contaminatur. Qui fixo inspexerit obtutu, duos morbos contrahit: obcæcatur & turget ut hydropicus.

Thevet. l. Siegul. c. 51.

III. Uhebehasou inter venenatas Bauhinus recenset. Arbor est altitudinis miræ, *foliis* brassicæ, fructu pedem longo, nõ eduli, sed solarum apum pabulo. Fert *gummi* rubrum, & mellis tantam copiam, ut pertuso cortice quinque vel sex mensuræ limpidissimi & optimi prodeant. A longè visa artificio potius quam natura efficta videtur. Appetitur & ab animali quodam *Heyrat* dicto.

De Laet Ind. Occid. l. 1. c. 1.

IV. Macanillo est arbor modica, & *ramos* humi spargens. *Folia* nostratis ferè pyri; *flores* plurimi; quibus succedunt *poma* exigua, rotunda, & producta, pauxilla rubedine distincta, odore tam suavi, ut vix quisquam comparari possit, sed præsentissimi veneni. Arboris *umbra* adeò *noxia*, ut qui sub ea obdormiscunt, horrendum in modum inflentur: & gutta roris è ramis decidens, cutem erodentis aquæ instar exoriet. Ex fructu venenum immedicabile con-

conficiunt Barbari. *Naſcitur* in inſula S. Johannis de portu Ricco.

Thevet.T. 1.Coſmog. l.10.c.3. *V. Baxana* provenit in inſula quadam ab Armuzio decem milliaribus diſtante, nunc deſerta. *Fructus* vel minimum deguſtatus, ſuffocat; ut & umbra, ſi quis vel per quadrantem horæ ſub ea moretur: cum tamē in aliis regionibus radix ejus omniū venenorum ſit antidotus, ut & fructus qui *Rabaxit* vocatur.

De Laet Ind.Occid. l.9.c.4. *VI. Aguapam* fert novum regnum Granatenſe, ejusque ita noxia umbra eſt, ut ſi quis Hiſpanus ſub illa ſomnum capiat, ſupra modum inflet: ſi nudus, barbarus etiam, diſrumpatur.

De Laet Ind. Occid. l.15.c.4. *VII. Madiopera* arbor in Braſilia, cujusque fructus pruno perſimilis, colore aureo, nuce intus Amygdalæ inſtar dulci, adeò venenatæ eſt qualitatis, ut ſi quis paulò largius eo veſcatur, ſtatim emori ſit neceſſe. Comprobatum id ſedecim è conſortio morte, magno reliquorum periculo.

Idem l.15. c.8. *VIII. Anda* vaſta & elegans in Braſilia arbor, ex ejusque fructu oleum elicitur quo corpora ſua barbari inungunt; Cortex in aqua maceratus, animantes omnes ſoporat.

Piſo deſimplic. facult. l.4.c.52. *IX. Tangaracæ* quæ Hiſpanis *Erva do Rato* duæ ſunt ſpecies. *Priori* folia lætè virentia, acuminata, ſesquidigitum circiter longa, & multis nervis atque venulis diſtincta; *flos* primò albicans, mox aureo colore niteſcens. *Alteri folia* longiora & triſte viridia; *flos* ſaturè purpureus & umbilicatus; *fructus* rubo ſylveſtri haud diſſimilis. Flos folium & ſemen manducata, confeſtim hominem interimunt: at radix ejus, ex vino vel alio aliquo liquore propinata, præſentiſſima eſt antidotus. Diverſam à Baxuna vide.

Thevet. Singul.c.61 *X. Arbores innominatæ* ſunt I. *Arbor fructu pilæ palmaris magnitudine*, qui quidem viſu ſpecioſus ſed venenatus. Succo imbuunt Barbari ſagittas. II. *Arbor ſucco venenato radice eſculenta*, ex qua ſcarificata ſuccus mortifer emanat; ex radice fit farinâ, qua barbari in inſulis Canibalinis utuntur. III. *Arbor in Orellana piſces ſoporans*, quæ plærumque venenata juxta domicilia plantatur. Ramuli tæ. nonnihil fracti manibus inter undas, repletis à marino æſtu elycibus, teruntur, ut ſuccus Corticis ſe diffundat. Sic piſces ſtatim ſupernatant, & manibus capiuntur. IV. *Arbor pomis venenatis in Darien*, quæ manducata in vermes abeunt. Umbra adeò lethalis, ut qui ſub ea aliquando dormierunt, turgido capite & amiſſo penitus lumine expergefacti ſint. V. *Arbor foliis & ligno venenatis in Hiſpaniola*, cujus folia, necdum attacto corpore vibices elevant ingentes, & niſi eis aquâ marinâ vel ſalivâ matutinâ obſtetur, lethalem dolorem excitant. Lignum olfactu mortiferum eſſe ajunt, nec portari à quoquam ſine vitæ periculo, niſi remedium ab odore cujusdam herbæ acceſſerit. VI. *Fruticeta in inſula S. Iohannis de portu Ricco*, quæ juxta littora naſcuntur, & poma piſcibus exitioſa, ſi in aquam decidunt, ferunt. VII. *Arbor in inſulis Canibalum* quæ fructum fert pomi viridis inſtar, quo manſo lingua hominibus ita inflatur, ut viginti quatuor horarum ſpacio nullus illius ſit uſus, nullâ impoſterum noxâ, ſponte enim tumor remittit. Eadem fortè cum Baxina vel Macanillo. Addo *Arborem ſiliquatā in Sierra Liona*, cujus fructus exitialis.

Arbores. De Laet Ind. Occid. l.17.c.14. Nieremb. H.N.l.14. c.111. De Laet Ind. Occid. l.1.c.1. Purchaſ. in Nav.

XI. Herbæ ſunt ſequentes I. *Quibei*, quæ foliis eſt aculeatis, flore violarum æmulo ſed longiore. Feris devorata præſentiſſimum adfert exitium. Provenit in inſula S. Johannis de portu divite. II. *Herba in valle Gvaxaca*, virtute mirabili. Nam ſi quis lento veneno intra annum tollere in animum inducat, ei hanc herbam jam annuo tempore decerptam exhibeat neceſſe eſt; ſin ſtatim, recentem. III. *Mio* herba in Peruvia, quæ animalia ſi attigerint enecat.

De Laet Ind. Occid. l.5.c.20.& l.10.c.28.

* *
*

Arbores Admirandæ. Vid. TAB. CXXXIII CXXXIV

CAPUT IV.

De Arboribus admirandis.

ADmirandæ plantæ sunt Arbores, Frutices, & Herbæ aliquot.

I. ARBORES sunt plures.

Ecchelens. Histor. Orient. p. 221.

I. *Arbor fructu impregnante*, quæ prodente ex authore quodam Ecchelensi, in Indica quadam insula nascitur. Svavissimus est, & si à virgine vel nupta comedatur, intumescit utero, & post biduum vel triduum ad summum, parit fœtum exanimem, nullis notis ab humano distinctum. Fides sit penes authorem.

Clus. Exot. p. 352. ex epist. ad Monardē.

II. *Arbor sanguineos sudores excitans*, qua Indus quidam in urbe Posto in curandis morbis utebatur. Illito artubus & parti affectæ succo, tectoque stragulis benè corpore, merus ex partibus inunctis manabat sanguis. Multos sanitati restituit, sed nullo modo induci potuit, ut plantam indicaret.

III. *Arbor venereos stimulos domans*, quæ materie est spongiosa, & in Peruvia crescit. Nunquam ex ea ignem struunt Indi, metu impotentiæ.

Nieremb. H.N.l.14. c.23. Gviland l. de papyro.

IV. *Arbor foliis ambulantibus Pigafettæ*, Nieremb. *Arbor frondiviva*, quæ in insula Cimbubon vicina prodit. *Folia* mori foliis similia sunt, & utraque parte binos pedes breves & acutos habent, quibus abstractis sanguis minimè fluit. Attacta vel in terram delapsa gradiuntur. Pigafetta octo dies unum in scatula habuit, quod cum tangeret circa scatulam ibat; nullaque alia re quam aëre vivere existimabatur.

Acosta H. Arom. c. 55.

V. *Arbor pudica* quæ in Malabar habetur, Turcis & Arabibus *Sulus*, Persis *Suluque* dicta, aliis *Arbor foliis tactu se contrahentibus*. Octonum pedum est proceritate; foliis polypodii, utrinque in ordinem digestis, gratissimi viroris. *Flores* sunt flavi, minoribus Caryophillis similes, sed ἄοσμα. *Nascitur* calidis & humidis locis. Natura ipsius, folia contrahere & sub tenues ramos recondere, si quis etiam maximè virentem apprehendere cupiat: subito marcida reddere, si apprehendat: sed quæ, remota manu pristino virori restituuntur. Putatur esse inter amoris illicia, reperturque gentilis Medicus, qui cervice interposita promitteret, obsequentem se ea sibi cujuscunque status redditurum fœminam, nomen modò indicaret, & foliis ex præscripto uteretur. Virginitatem ea restitui somnium est. Sortilegi in India incantamenta super ea adhibent. Plures ejus *species* dari non dubito. Nam & *Pinahuitzxichuitl*, quam quidam *Cocochi atl* vocant, ejusdem est naturæ, sed diversæ figuræ à prœterita. *Frutex* est quatuor palmos altus, cui caudices tenues & spinis pleni; *folia* in sex sinus divisa, & ad modum fasciculi florum inter se conjuncta, nonnihil raphanos resipiscentia; *flores* & *fructus* ad modum Castanearum, principio virides, postea rossi, racematim pendentes. *Nascitur* in locis calidis Teputzlan & Quauhtlæ, & in collibus Acapitzlo. *Frutex* capiti impositus somnum conciliat. Radicis succus febres tertianas sanat, & oculos inflammatos, estque utilis ad dysenteriam. Sed & *Juqueri-omnano* Brasilienſium easdem vires obtinet. Fruticis verò hujus *caules* quadrati & striati sunt, spinulisque frequentissimis flavescentibus muniuntur. Ramos habet in extremitate duplices, spinosos; *folia* bina & bina albis pilis inferius vestita, superius viridia. Ad ramulos in pediculis capitulum rotundum villosum, album, cui aliquid purpurei admixtum, quod floris loco est. Huic succedunt octo, novem, aut duodecem siliquulæ unum digitum longæ, juxta se instar rosæ in orbem positæ, longis pilis hirtis candidis vestitæ, in quibus semen. Propè ad eam accedit & illa cujus Theophrastus & Plinius meminere. Sylvestris, *inquit ipse* & circa Memphim fuit regis tam vastis arboribus, ut terni nequirent vel circumplecti, unius peculiari

Recchus R. M.N.H. l.4.c.32 Nieremb. H.N.l.15. c.7.

Marcgr. H. N.B.l.2.c.5.

Theophr. H.P.l.4.c.5. Plin. H.N. l.13.c.10.

liari miraculo, nec pomum propter uſumque aliquem, ſed eventum. Facies enim ſpinæ, folia habet ceu pennas, quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus ac poſtea renaſcuntur. Monardes duas herbas ſiccas ad ſe delatas ſcribit. *Unam* quæ ſuo ſolo ſtans ac in vigore, manu tactam ſubitò in terram quaſi mortuam decidiſſe: *alteram* in terram delapſam, collegiſſe ſe & criſpaſſe attactam.

Indiæ Occid. p. 6. Linſchott. Ind. Orient. p. 3. c. 5. Cardan. de rerum variet. l. 6. c. 22

VI. *Arbor aquam fundens* in una ex inſulis Canariis *Ferro* dicta viſitur. Tantum aquæfundit, ut incolis, armentis, & navibus ad aquandum impellentibus ſufficiat. Perpetuâ ac densâ circumveſtitur nebulâ, quæ aliquando nimio ſolis æſtu diſcuti & reſolvi videtur. Alii nubem quandam ſpiſſam circa meridiei tempus ſe de cœlo demittere, & nocte proxima una aut alterâ ante Solis ortum hora reſolvi produnt; inde tantam aquarum copiam. Benzo mediocris magnitudinis arborem eſſe, nucis juglandis folio, ſed paulò majore, muro circum lapideo ſeptam, perennesque ex foliis exſudare aquas prodidit. *Ramum*, quem Dux Wirtembergicus à Paludano accepit, ita *deſcribit Bauhinus*. *Ramus* eſt craſſitudinis vulgaris vel digiti pueruli, ſubſtantiâ lignea ſed ſatis fragili, colore ſubfuſco, & quodammodo ad ruſtum tendente: per cujus medium medulla tranſit fungoſa. *Cortex* exterior tenuis, rugoſus, multis nodulis ſcatens; cui adhæret certis quibusdam locis muſcus parvus, citrinus aut ſubviridis, ex minutiſſimis filamentis congeſtis, muſco noſtratium arborum non multum abſimilis, ſed breviſſimus. Veſtigia quoq; apparent, foliorum alternatim poſitorum. Diviſus eſt in alios, qui etiam craſſiuſculi in quaternos ferè minores ſubdividuntur. *Folia* hærent laurinis ſimilia, ſed breviora, craſſitudine alioqui pari. Juglandis foliis particularibus non malè quis comparaverit, ex quorum coſta media ſatis inſigni, alii minores nervi ſurſum verſus ſed in obliquum per folii ſubſtantiam diſſeminantur. Eadem parte adverſa inſtar foliorum Malabathri ſplendicant, averſâ nequaquam. Sed & verrucoſis quibusdam tuberculis juxta pediculos maximè & coſtam obſita ſunt. *Ramorum* extrema, Lauri Tini in morem quaſi in umbellam ceſſant: quibus *floſculi* adhærent perexigui, ſtellati, ob parvitatem ſpecialius vix deſcribendi. *Sapor* ligni nullus: Cortex nonnihil aromaticus, non ſine acrimonia & adſtrictione. *Foliorum* item aromaticus & glutinoſus; ita ut dentium attritu cum ſaliva in mucilaginem abeant. Johannes Haukins Anglus multas ſe in Gvinea vidiſſe dicit, ſed nullas quæ tam abundanter aquam ſtillarent. Sunt qui *Ombrion* ſive *Pluvialem* Plinii & Solini inſulam eſſe putant; in qua arbores ſimiles ferulæ, ex quibus aqua exprimitur; ex nigris amara, ex candidioribus, potui jucunda.

Bauh. H. P. l. 4. c. 25.

Arbores Admirandæ.

Plin. H. N. l. 6. c. 32.

VII. *Arbor foraminulenta aquoſo humore plena*, creſcit in Braſiliæ mediterraneis, juxta ſinum omnium ſanctorum locis ſiccis & inaquoſis. Vaſta eſt & patula. Ramis foramina admodum profunda inſunt, quæ æſtivis & hybernis menſibus humore aqueo limpido & ſapido replentur, qui nunquam exundat, nunquam minuitur, nec unde oriatur conſtat. Licet vel quingentis ſub ea hoſpitari & bibere, ad ſatietatem. Habetur & in Nova Hiſpania ex Magvey inciſa & excavata copioſiſſimus liquor.

De Laet Ind. Occid. l. 14. c. 8.

De Laet Ind. Occid. l. 5. c. 3.

VIII. *Ceiba* ſeu *Cerba arbor* quæ in Nicaragua habetur, tantæ craſſitudinis, ut quindecem homines amplecti non poſſint. *Ligno* eſt fungoſo ut ſuberis; *fructu* lana referto, & ſemine bombacis. Indis ſupra domicilia, quæ plures integras familias capiunt. Erat inter cæteras trifida, cujus ſinguli trunci viginti pedum ambitu cingebantur. Spatia ipſa inter truncos juxta terram totidem pedibus diſtabant; per quæ currus onuſtus duci poterat. Ubi trunci coibant, quadraginta quin-

Ind. Occid. p. 6. c. 61. & l. 4. c. 30. Bauhin. H. P. l. 4. c. 59. p. 504. ex Cardano Nieremb. H. N. l. 14. c. 115. Cieca p. 1. Chron. Peruanæ c. 12. 27. 29.

Arbores que pedum craſſitudo arboris erat.

Admirandæ. Ab ima craſſioris trunci parte ad locum ubi primò rami prodibant, pedes octoginta : ſuperior pars unde rami pendebant absque menſuræ modo. An illius altitudinis ſint, ut nulla virilis lacerti vis, domum in illis ædificatam jactu lapidis attingere poſſit, penes Martyrem qui talia prodit, fides ſit. Scripſit ſanè & Plinius tam altè arbores in India ſuis faſtigiis aſcendere, ut ſagittis ſuperari nequeant ; eſſeque ad CXIV. pedes quarundam proceritatem.

Linſchott. Ind. Orient. p.1. IX. *Arbor in ſummo cacumine tantum frondes gerens* & quidem minimas, de qua nihil habeo quod dicam, niſi quod ex ejus trunco integro Canoas Indi ſex ſtruant.

Ind. Orient. p.1.c.4. X. *Licondo* arbor tantæ magnitudinis ut ſex viri brachiis expanſis vix poſſint circumdare, & tantæ magnitudinis, ut 200. viros cum armis & remis capiat, exque ejus trunco ſcaphæ in regno Congiano conficiantur. At in China ad civitatem Sunghiang invenies arbores, quarum craſſities octoginta hominum amplexum ſuperat ; & in quarum trunci cavitate triginta octo recipiuntur.

XI. *Rattiak* arbor ex qua in Virginia lintres fabricant.

Ind. Occid. p.3.c.25. XII. XIII. *Yga* & *Yuuera* arbores in Braſilia, quas integras cortice illæſo decorticant, exque eo ignibus excalefacto, & in utroque extremo multum incurvato religatis per medium transverſis lignis ſcapham triginta armatorum capacem parant. Eſt ſcilicet Cortex pollicaris craſſitudinis, quatuor pedes latus, quadraginta longus. Ibidem lintres ſinguli ex Cortice arborum confecti, quinquaginta homines capiunt. Ex arboris verò *Yuire* vocatæ Cortice tiliæ perſimili, funes conficiuntur.

Lerius deſcript. Braſil. c.14.

Pigafetta in regni Congiani l.1. c.14. XIV. *Gelſomoro* cujus Cortex in quibusdam Indiæ locis pecunia eſt.

Purchaſ. navig. T.1. p.416. XV. *Arbor Oſtreifera* quæ in Sierra Liona provenit. Rami in mare propendent, illisque innumera oſtrea adhærent. Fit ejus & in Draci navigatione mentio. Tanta oſtreorum copia, ut folium vix cerni poſſit. Creſcunt & in Gvajana in arboribus.

Admir. Sinæ c 35. p.966. XVI. *Ciennien*, i. e. mille annorum, arbor quæ in Suchuen urbe Paoning in idoleio Kien civitatis, tantæ eſt magnitudinis, ut ſub uno ramo ducentæ oves ſtare & circumire poſſint, absque eo quod viderentur, licet ad rami initia accederes.

XVII. *Arbor cornigera* de qua ſub Acacia egimus.

Purchaſ. Navig l.9. p.1537. XVIII. *Arbor* in Sofala, quæ per totum annum arida & ἀφυλλος permanet, ſed ſi ramum etiam decennalem deciſum aquæ injeceris, ſpacio decem horarum germinat & folia viridia profert ; ſed & amittit quamprimum exemeris. Lignum hoc contuſum & in aqua maceratum, ſiſtit ſanguinem.

Purchaſ. l.c. XIX. *Matuui* arbor in Sofala, quæ ſtercus humanum adeò olet, ut vix ferri poſſit. Unde ipſi nomen. Habetur & in India.

Purchaſ. Navig l.3. p.152. XX. *Arbor in Sumatra*, quæ magnum vermem pro radice habet. Si dite ſi decerpere volueris, niſi validè teneas. Augeſcente arbore diminuitur vermis, nec citius figit radices, majorque evadit, quam totus vermis in arborem abiverit. Caudex decerptis foliis exaridus vertitur in lapidem durum & Corallo ſimilem.

Kircher. Artis Magnet l.3.p.5. p.493. XXI. *Arbor Chilenſis* cujus in foliis vermes primò naſcuntur, qui dum in terram concidunt in ſerpentes tandem mutantur, qualium tota terra plena eſt. Trahit ſcilicet per radices ad ſe ſuccum ſemine ſerpentifero fætum arbor ; qui virtute ſolis ſuccoque arboris in vermes, ac inde in ſerpentes tandem animatos degenerat.

Kircher l.c. XXII. *Arbor Philippinarum inſularum* cujus folia Orientalem plagam reſpicientia ſalutifera ſunt ; Occidentalem verò venenoſa. Diverſitas ſucci in cauſa, quem hæc & illa pars trahit. Sic quædam mala braſſicam olent, quòd illam vicinam aſpi-

aſpiciant, ejusque diurna & nocturna effluvia exhauriant, ac modo quodam imperceptibili vectore aëre imbibant. In Peruvia ea arborum proprietas eſt, ut medio anni ſpacio fructus ferant ad latus ſuum Orientale, reliquo ad Occidentale.

De Laet Ind. Occid. l.10.c.24.

XXIII. *Arbor in Hiſpaniola* quæ auri venas habet. Quacunque pateat è radice iter, *inquit Petrus Martyr*, per apertas mollesque ſcatebras ramos ad ſuperna ſupercilia montis emittit: neque unquam datur quieſcere, donec cœli auram aſſequatur. Formare ibi viſo aëris fulgore, bracteas & grumos pro fructu animadverterunt. Hæ ſunt quæ per univerſam diſſeminantur inſulam, per alluvies raptata ad ima, de natura ponderoſorum. Non autem illic procreari putant, ubi leguntur in ſicco præſertim; in fluminibus aliter. Radicem arboris aureæ tendere ad terræ centrum, inquiunt, & ibi coaleſcere: quoniamque profundius effodiatur, eò truncos reperiunt craſſiores, ſi per montis ſcatebras liceat. E ramis filo ſubtiliores aliquos captant, digitos æquantes, alios pro ſciſſurarum hiatu. Accidit & incidiſſe in cavernulas auro fultas. Per ramorum tamen aſcendentium vias, quibus repletis ex ſubſtantia trunci ſerpente, ab imo carpit ramus quâ pateat. Intercipitur ſæpe ſaxi ſoliditate, in cæteris tamen rimis nutritur ex halitu & virtute radicum. De *vitibus auriferis* dicemus alibi.

Nieremb. H.N.l.14. c.2.

XXIV. *Borachera* arbor, cujus foliorum ſuccus ex aqua ſumtus inebriat. Admirandi *floris* eſt; excedit lilium, æquat albedine. Odoriferus eſt, longus, extenſus, vacuefactus, ſine foliorum diſtinctione in extremitate.

Nieremb. H.N.l.14. c.10.

XXV. *Arbor in Orcadibus & Hibridibus inſulis anatifera*, quæ *triplex* apud Authores occurrit. Ex *unius* ligni putredine vermes & ex his Anates viventes & volantes gigni creduntur. Ex *alterius* fructibus cono pini ſimilibus, foliis involutis, anates immediatè quibus etiam in quadrageſima uti licet. *Tertia* folia ſi decidant ſuper terram in aves volantes, ſi in aquam in piſces mutari putantur, pingitque figuram Dureus. Egi de ea in Admirandis, appoſuiq; Mayeri diſquiſitionem in quâ in cauſas inquirit. Fit fortè, Kirchero conjiciente, ut, cum tractus Septentrionalis infinitis ferè Anatibus plenus ſit, innumeram ovorum multitudinem fruſtis iſtis glacialibus exponant, quæ cum glacialium undarum agitatione fracta vitellisq; diffuſis, ventorum ope, in Hebrides primùm obvias inſulas adferantur, materia ſemine anatum productivo fæta arbuſtis quibusdam, putridarumque navium fragmentis allapſa, ibi tandem ſive terræ locique, ſive inſita quadam arbuſtorum ſucco virtute, in vermes primum, deinde in alatas volucres animentur. Simile quid in China ſub Vuting ad lacum Haniao accidit. Folia cujusdam arboris in nigras mutantur aves.

Arbores Admirandæ.

Kircher. Artis Magnet. l.3. p.493.

Admir. Sinæ p.1036.

XXVI. *Arbor in Borneo inſula*, cujus folia ſi ſupra terram cadant, in vermes convertuntur. Facit ejus Fumee mentionem.

Fumee in Hiſt. gener. Ind. apud Bauhin. H. P.l.4.c.58. & 60.p.505

XXVII. *Arbor muſcarum ſplendentium*, quæ noctu examine muſcarum cingitur, quarum quæque radiantem lucem de ſe ſpargit, non aliter ac ſi plurimæ candelæ circa lucem accenſæ eſſent.

II. FRUTEX duplex eſt, *Scythicus & Antipatheticus.*

1. *Frutex Scythicus*, dicitur *Borametz*. Ex ſemine ſemini Melonis ſimillimo minus oblongo, apud Tartaros Zavolhenſes producitur. Creſcit agni figurâ ad ternum ferè pedũ altitudinem; quem pedibus, unguis, & toto capite, præterquam cornibus repræſentat. Pro cornibus *pilos* gerit, ſingularis cornu ſpecie obducitur tenuiſſimo cornu, cujus detracti uſus incolis ad tegmina. Dulcore eſt admirabili; feruntque internam pulpam gamari referre carnem; & ex vulnere manare ſanguinem. *Radicem* exertam ſurrigit ad umbilicum usque; illúdque miraculi facit magnitudinem, quod, quan-

Scalig Exerc.181.f.29

Arbores Admirandæ.

quando vicinis obsidetur herbulis, tam diu vivat quasi agnus in læto pascuo; absumtis illis contabescat & intereat. Appetitur à lupis, ab aliis bestiis quæ carnem vorant non item: quod quasi condimentum atque intritum, inquit Scaliger, ad fabulæ & agni allusionem adjunctum arbitror. Simplicem putat Kircherus plantam. Sunt Orchides & apiformes & anthopophoræ; quarum istæ hominis nudi, formam capite, brachiis, & pedibus, imò sexum mentiuntur. Est certi generis Persicum pomum, cujus extrema superficies albâ lanugine inducta, dum inciditur, liquorem sanguinis instar fundere videtur. Minuuntur circumsitæ plantæ, quod humorem illis debitum tyrannica quadam violentia ad se pertrahat.

Kircher. Artis Magnet. l. 3. p. 504. novæ edit.

Kircher. Artis Magnet. l. 3. p. 510.

II. Frutex antipatheticus in Mexicana provenit. Punico malo est non absimilis, ejusque tenerioris virgæ certa ratione sectæ partes, occulto quodam odio ita se aversantur, ut simul ne violenter quidem contineri possint, sitq; ibi passim puerorum jocus.

III. HERBÆ sunt variæ, quas per saturam recensebo.

Joseph. de bello Judaico.

I. Radix Baharas, in Judæa colore flammæ assimilis, & circa vesperam veluti jubare refulgens, quæ accedentem & evellere cupientem tam diu refugit, nec prius fugam sistit, quàm urinâ muliebri aut menstruo sanguine conspersa fuerit. Eadem fortè est cum Aglaophotide seu Cynospasto terrestri Æliani; Marmaritide Democriti; Cynocephalea & Osiritide Appionis; Moly Homeri; & Pæonia Galeni.

Nieremb. H.N.l.14. c.32.

II. Herba Peruana quæ vitam & mortem ægris indicat. Si mæsti & anxii sunt dum ramum tenent, moriuntur; si læti, sanitatem recuperant. Earundem & *Teoamatl* vitium. Nam si succum ejus evomunt ægri, signum mortis est; si non, vitam promittit.

Nieremb. H.N.l.14. c.32.

III. Cahobba herba, cujus pulveris contusi tanta vis est, ut sensum omnem sumenti illicò tollat. Tabacum putat Nierembergius.

Purchas. navig. T.3. p.1169.

IV. Herba Æthiopica à qua venenatæ cochleæ ita abhorrent, ut locum in quo crescit, homines que qui eam ferunt, fugiant: nec quicquam morsus opus si succum superfuderis.

Admir. Sinæ c.32. p.863.

V. Herba Quei in Xensi, apud Sinenses, quæ comesta citissimè tristitiam pellit, risum & lætitiam parit: potissimum quæ in monte Nieuxieu crescit.

VI. Herba Hoaco quæ apud Cin civitatem in Pochung monte, in regno Sinarum, crescit, & comesta sterilis reddere putatur.

VII. Herba Lungsin, quæ ab equis devorata, robur ac velocitatem tribuit. Nascitur in insulis sub Xantung & urbe Cincheu.

VIII. Herba mille annorum, quæ aqua macerata & epota albos crines in nigros commutat, atque ad vitam producendam conducit.

IX. Herba Pusu quæ inter medicas pro immortali habetur, quia semper virens domi asservatur.

Admir. Sinæ p.864.

X. Herba asbestos, quæ in regno Tanyn supra lapides nascitur. In ignē conjecta non exuritur, etiam diutissimè relicta. Igne scit quidem; sed educta, pristinam nigredinem recuperat, ad cinericium colorem nonnihil declinantem. Aquæ injecta in lutum abit statimque corrumpitur.

Admir. Sinæ p.865.

XI. Herba Chisung quæ in Quantung ad Kienchieu prodit. Ex ejus nodulis colligunt nautæ, quo mense & quot toto anno sint futuræ tempestates. Hoc numerus, illud geniculorum inter se distantia ostendit.

XII. Herba Tu, ex qua sub Quangsi in Chincheu incolæ pannos sericum ipsum superantes conficiunt.

Reccus R. M.N.H. L.4.c.32.

XIII. Herba sentiens, quæ ab Arbore pudica diversa, in insulis Philippinis reperitur. Producit è singulis *radicibus* decem aut duodecem *caules* rectos, pennæ gallinæ crassitie, singulis duodecem *folia* quatuor ordinibus inter se distantia intervallo sex digitorum transversorum, & similia Raphano. *Flores* cærulei linguæ passeris antequam se pandant simi-

similes, qui post in tria minora folia dividuntur. Tantopere contactu humano offenditur, ut si primoribus digitis summa plantæ folia contingas, statim quasi contristari aut alto somno opprimi videatur, caduntq; omnia si secundò attingas. Trunci contacti rumpuntur & concidunt: præcisi nigredinem contrahunt ac si exusti fuissent. Si ipsam plantam afflaveris, excutit folia & disrumpitur: non item si virga aut baculo attingas. Insipida est, & nullius in Medicina usus.

Lerius descript. Brasil. c. 15. *XIV. Pindo herba* caules aut palmarum rami ad januas ædium.

XV. Herba attractiva in insula Zeilan, quæ duo ligna in medio eorum posita conjungit. Ita verò ab ea trahuntur, ut vix violentiæ possit resisti, si ligna teneantur, etiam viginti passuum distantia. Huic similis in Bengala, quæ alia ligna non secus ac magnes ferrum sibi conjungit. Hisce adde quæ Helmontius de herba passim obvia tradit; conciliare ad aliquot dies amorem, si manu in qua contrita & detenta intepuit, alterius manum, donec intepescat detinueris, probasseque in catulo peregrino.

Kirchet. Artis Magnet. l. 3. p. 5. p. 510. edit. recent. Helmont. de magnet. vulnet. curat. p. 733.

Ind. Orient. p. 4. c. 17. *XVI. Cornu plantabile*, de quo apud Linschottanum habemus. Provenit in Goa insula, ad civitatem ejusdem nominis, juxta murorum terminos, loco ubi omnis generis pecudes mactari solēt, & cornua passim abjecta jacent. Agunt successu temporis radices, medulla quasi in plurima filamenta dissecta, protuberante, & hoc modo se terræ insinuante. *Radix* brassicę similis, aliquando duas tresve spithamas longa.

XVII. Peci fructus Sinensis, cum quo si simul cupream monetam ori immiseris, eadem qua fructum facilitate dentibus comminues, ac in pulpam comestibilem rediges. Magnitudine est Castaneæ, figurâ rotundâ pelle subtilissima pulli coloris; nucleo cui caro candidissima, plena succi, acidi saporis, nostris pomis paulò durior. *Nascitur* per totam regionem urbis Kiahing in Chekiang aquis stagnantibus. Arbores Admirandæ. Admir. Sinens. p. 881.

XVIII. Teng vimen Sinense, quod in Quangtung crescit, & à Lusitanis *Rota* appellatur. Funem à natura cōtortum dicas, quòd in maximam extendatur longitudinem, ac veluti funis per terram & montes prorepat. Spinis horridum est, *foliisq;* oblongioribus viret, vix digiti crassitię, & tamen sæpe ad integrum stadium diffunditur, tantaque per montes copiâ, ut inter se intricatæ stirpes etiam cervis impervium reddant. Parantur ex eo funes & rudentes pro navibus, licia, vittulæ tenuissimæ, storeæ, lecticæ & pulvinaria. Insula Hainan præstantissimum profert, quod *Rotam albam* appellant. Et hæc de Arboribus sufficiant. Si in tanta copia & varietate alicubi erratum est, & fortè aliquando una pro altera posita, non est quod mireris Lector. Vel tot uni plantæ à barbaris imposita nomina, eaque vel sono ipso horrida, deducere scriptorem in devia possunt. Gratia interim Tibi sanctissime JESU. Largire ut & reliqua bono humani generis, cum Tui Nominis gloria absolvam!

Admir. Sinens. p. 881. Atlas Sinensis p. 143

***

MANTISSA

ad

Hiſtoriam de Arboribus.

QUia Flora Sinenſis à Michaële Boym S. I. Presbytero edita, & ante quadriennium à nobis viſa, nunc demum ex Bibliotheca Illuſtris Baronis Noſtitzii, Ducatuum Jaurenſis & Schweinitzenſis Præfecti, literatorum patroni, à me obtineri potuit: ideò nec plantæ quæ ibi deſcribuntur, ſuis locis inſeri potuerunt. Quamvis verò quædam ex his inter noſtras Exoticas occurrent, malui tamen omnes dare, ut varietatem ſi quæ in deſcriptione & iconibus occurret, primo ſtatim intuitu, obſervare poſſis. Sunt autem traditarum ab eo arborum & fructuum undecem. 1. *Fan yay Cu.* 2. *Kiagiu.* 3. *Li-ci Lumyen.* 4. *Giambo.* 5. *Pi-pa.* 6. *Cieuko.* 7. *Po-lomie.* 8. *Su-pim.* 9. *Tata.* 10. *Duliam.* 11. *Innominatus fructus.*

I. *Fan yay Cu* fructus & arbor in India *Papaya* vocatur, à Sinis *Fanyaycu* dicitur, copioſèque in Sinarum *Haynan* Inſula progignitur, nec non in Junnan Quam-Aſy, Quam-tum Folcien, Auſtralibus Provinciis: *Arbor* ex ipſo trunco, qui poroſiſſimus eſt, multos producit fructus, ſinguli magnitudine ſuperant magnum Melonem, interiùs carnem habent rufam dulciſſimi ſaporis, adeoque mollem, ut cochleari poſſit accipi, frigidæ putantur eſſe qualitatis, pruritumque carnis, ſi multum quis de fructibus ipſis edat, compeſcere, generationique obſtare. Propullulat & ex ſeminibus ſui fructus, & ex virgultis, quæ ad radicem progerminat arbor; ſæpè videntur in eadem arbore & flores, ſimiles liliis gemmantes immaturi & virides fructus & maturi flaveſcentes; extra ordinarium habet, quòd ramos nullos gignat, ſed ſola folia in vertice, & quod ex trunco, ubi illa incipiunt, albos flores, atquè ex illis fructus producat, nullum tempus anni maturitati determinatum habet, & ea propter quolibet menſe maturi aliqui fructus poſſunt reperiri. Tamen Decembre & Januario plures ex fructibus in Indiis matureſcunt; ſi verò folium vel partem trunci terræ injicias, agit radices facilè, celeriterque in arborem magnam excreſcit. Fructus & folia arboris atque ipſa arbor onuſta fructu gratiſſimum aſpectum conciliat univerſis.

II. *Kiagiu* ſeu Kagiu apud Sinas non reperitur, verùm in Regnis qui Sinarum olim fuerant abundanter provenit: & crediderim allatum in Junnan & Quam-ſi atque Inſulis Sinicis poſſe produci. Arbor eſt magna foliis pulcherrimis & ſemper virentibus. Fructus imitatur pomum, flavum vel rubicundum, ubi matureſcit odoriferum, verùm pomi ſuccus agreſtis eſt, & caro ſi comedatur guttur mordet. Duabus vicibus apud Indos in eodem anno fructum gignit, ex flore primo ſemẽ & producto ſemine poſtea pomũ educit, quod ſtomachale & corroborativum eſt ventriculi, ſi cum

Tab: CXXXVI.

Musa ex flora sinensi.


Tab: CXXXVII
Manco. seu Manga fructus
Kiagiu. seu fructus
Kagiu Indicus
Su-pim. sinensium
Polo-mie seu Giaca Lusitanorum
Duliam seu Duriones Boÿmi.
Innominatus fructus sinensis.
Yata cum fructu.

si cum vino vel sale comedatur. Interius hic fructus nullum semen habet, sed in vertice illius ad instar nuclei prominet, quem cortex glaucus, albam carnem & solidam recondens, instar Castaneæ vel amygdalæ nucis cooperit, saporem earundem si elixetur referens. Indi & Lusitani nucleis dictis loco amygdalorum ad conficienda dulciaria interdum utuntur. Februario & Martio, Augusto & Septembremensibus matureſcit.

III. *Li-ci & Lumyen* arbores atque fructus, solum apud Sinas reperiuntur, atque non nisi in aliquot Australibus Provinciis: Li-ci fructus corticem sicut depictum vides, in modum pimiferæ arboris fructus refert, sed Lum-yen lævissimam pelliculam habet, uterque sapit fraga & uvas. Sinenses siccos fructus hyemis tempore venales deferunt in alias partes. Vinum etiam ex fructu utroque suave conficiunt. Julio & Junio mensibus matureſcunt; illorum nuclei inserviunt pro medicina: Sinenses pulverem ex illis fructum bibendum præbent ægrotis. Sic dicti fructus sint sylvestres, nucleos grandes & de subacida carne parum, si transplantati nucleos exiguos, & de carne dulci plurimùm habent. Caro est coloris unguium humanorum, ut autem pluribus diebus conserventur recentes, salita aqua depositi ex arbore asperguntur, & durant multorum dierum spacio, abstractoque cortice, recentium saporem fructuum præstant, Li-ci creditur esse fructus calidæ qualitatis, Lum-yen verò temperatæ.

IV. *Giam-bo* arbor & fructus duplicem habet speciem. Nam & rubri & albi coloris in Indiis & subflavi rosarum fragrantium redolent odorem; in Malaca, Macao, & Sinarum Insula Hiam-xan reperitur. Prior species florem purpureum, posterior alboflavum habet; Truncus & rami cinerei coloris, folia pulchertima lævia ac uno palmo longa, triumque digitorum lata sunt. Fructus ipse magnus, plane sicut pomum, frigidissimæ qualitatis, albam, subtilissimam, & spongiosam *carnem*, quæ nec prorsus dulcis, nec prorsus acida, continet. In eodem ramo flores, fructusque virides atque maturi alii simul videntur. Solent illos in principio prandii comedere; sitim nimii æstus tempore extinguunt egregiè, pro febribus & colericis morbis, ex hoc fructu *conservam* (ut vulgò vocant) præstantissimam faciunt in Indiis: loco seminis rotundum nucleum recondit interiùs; ejus caro solida viridis est cooperta pelliculâ, fructus aspectu pulcher, vel totus ruber, vel totus albus, vel partim rubeus. partim albicans. Verùm *Giambo* flavi coloris, duos nucleos, aut potiùs unum in duos distinctum recondit, & coronam malo granatorum, vel ut propriissimè loquar, rosarum, cum fragrantissimo odore refert. *Caro* illius dulcissima & porosissima est. Rubei coloris *Giambo* apud Indos Novembri & Decembri, Flavi autem, alicubi Martio, alicubi Julio mensibus producuntur.

V. *Pi-pa* arbor & fructus apud Sinenses nascitur, cum viridis, matureſcit & ad flavum colorem declinat. Nostratia pruna sapore imitatur, arbor pulcherrimis foliis & floribus conspicua, jucundum præstat aspectum. *Osſiculum* solidum & ovalis figuræ habet. Plerique colligunt fructum in Februario & Martio, dulcissimi est saporis, & pelliculam similem prunis continet.

VI. *Cieuko*, fructus Sinicè, ab Indis atq; Lusitanis Goyava nominatur, inassuetis Cimicum fætorem videtur redolere, revera tamen aromaticum acutum odorem fragrat, & ab illis ipsis quibus fætebat postea expetitur, cumque stipticus & calidus sit, sistendo fluxui ventris, & stomacho corroborando valde prodest. Ossicula lignea & plurima interius, ferè figuræ rotundæ recondit, ex quibus arbores propa-

gari possunt, quod si etiam abscissum ramum in terram defodias, idem & celeriùs obtinebis. Maximam copiam fructuum rami producunt, & folia omninò odorifera gignunt, quæ si atterantur, spirant graviùs, & pro calidis morbis medicinalia esse creduntur, vocatur à Lusitanis alio nomine Pera, quod figuram Pyri Europæi repræsentet. Apud Indos Novembre, Decembre, immò & reliquis mensibus reperiuntur, apud Sinas Macai præcipuè Junio & Julio progeneratur.

VII. *Po lo mie* à Sinis, & *Giaca* à Lusitanis vocatur fructus & arbor quæ illud admirabile habet, quod unum, duos, aut tres fructus miræ magnitudinis in trunco tantum producat. Sæpè singulis deferendis singuli homines sunt necessarii. *Cortex* fructus pungit, atque si viridibus scatereat sentibus: discrimus verò, viscum album qui cellulis reconditos favos & melleos fructus adglutinat, plurimum defert, & præcipuè ad interiorem cavitatem corticis. *Nucleus* illius (quemadmodum pictum vides) elixus Castaneam dulcem sapit. *Fructus* unus, vel, ut verius dicam, plures in uno recluso, decem seu viginti hominibus ad comedendum sufficere possunt. Figuræ est Ovalis, & magnitudine ac gravitate superat maximam Cucurbitam: Neque abs re quidam saccum repletum melleis sacculis, recondentibus nuces Castaneas appellavit. Sapore Melonem præcellit. *Caro* illa melior, quæ durior, diciturque à Lusitanis *Cocobarca*. Maturuisse fructum conjiciunt, si illius cortex sit mollis, nam si adhuc durus sit, vel in arbore illum sinunt matureſcere, vel depositi expectant cum tempore mollitiem & maturitatem. Majo & Junio sine floribus generatur.

VIII. *Su-pim*, arbor & fructus apud Sinas tantùm nascitur, est & aurei & purpurei coloris, magnus pomum excedit, *carnem* mollem & rubeam cum simili pellicula refert; *ossicula* hinc indè interiùs abscondit; cum siccatur ficubus Europæis simillimus est, & per multos annos conservatus, à Sinis Medicis sæpenumero in pharmacis adhibetur. Egregius profectò *fructus*, in Quam-tum & Junkim Regionibus Januario, Februario & Martio, sed in Xen-sy, & Honan, aliisque Septentrionalibus Junio & Julio, & Augusto matureſcit. Arbor onerata purpureis hisce pomis, gratissimum exhibet aspectum, quæ ne ab avibus decerpantur, continuis vigiliis custodiuntur.

IX. *Yata*, fructus & arbor in Indiis & potissimũ agro Malacensi reperitur, qui Sinis olim tributum pendebat, ideoque Sinicus fructus optime dici potest, & quod etiam in Sinense solum translatus uberrimè germinet; viridem corticem & piniferum habet, sed interiùs carnem liquidam nivis ad instar albam, sapore superat dulciarium, quod Lusitani appellant *mangiar Reale*: in multis cellulis *ossicula*, nigra solida recludit; alicubi Octobre & Novembre, alicubi Februario & Martio mensibus matureſcit. Quanto major fructus, tantò melior & pretiosior putatur.

X. *Duliam* arbor eadem est cum Durione Acostæ; sed icon differt.

XI. *Innominatum* vocavi fructum, inquit P. Boym, quia illius nominis Sinici non memini. Vidi illum primùm in Insula Sinarum Haynan, & postea in provincia Quam-tum. Arbor procera, *folia* maxima, quæ medium hominem contegere possunt, producit; hoc admirabile habet, quod media radice telluri inhæreat, ex alia autem parte radicis patente, *flores* rubros & simul *fructus*, similis Europæis ficubus progenerat qui cum matureſcunt, rubent paululùm; sed interior caro & sapor illorum figuram & saporem ficuum repræsentat. Julio & Augusto matureſcunt.

Claudat agmen hoc *Arbor febrifuga Peruviana*, quæ incolis *Gannana-peride*, Hispanis *Palo de Calenturas*, seu lignum febrium vocatur. Cortex illi colore ferrugineo, sapore amaro, Gentianæ non valdè dissimilis, Peruanis *China* seu febris dictus. Et hic

Bartholin. Observ. centur. 5. Hist. 50.

Tab: cxxxv.

Mespilus Sylvestris non spinosa.

Mespilus apifolia laciniata.

Fructus Baobab Alpini.

Prunus Sobestena Sylvestris.

Arbutus folio non serratis.

Sycomorus Alpini.

Azedaracth.

Eloxocbith.

Arbor febrifuga Peruviana.

hic in usu, est contra *febres intermittentes*, in pulverem redactus, venalisque Romæ apud Patres Societatis prostat. Sumitur subtilissimè tritus & per cribrum pollinarium trajectus, drachmarum duarum pondere, tribus circiter horis ante paroxysmum, in phiala vini albi generosissimi infusus. Assumitur ingruente febrili horrore, primoque paroxysmi vel levissimo indicio: committendusque æger lecto. Compertum experientiâ longâ, omnes ferè illos liberatos, qui eo purgato primum corpore usi sunt: nec ullo alio medicamento per quatuor dies ab assumtione propinato. Si recidiva subsequitur, crassioribus pulveris partibus imputandũ est. Longa ideò maceratione, 40. nempe, vel quinquaginta horarum opus, & ut per telam exprimatur. Rarò propinatur altera vel tertia vice. Potest ex eodem liquor per destillationem parari earundem virium. Vide apud Bartholinum plura.

ICONES, ex Flora Sinensi.

Fan yay Cu seu Arbor Papaya. A.
Muza ex Flora Sinensi. B.
Lici arbor cum fructu. D.
Giambo arbor cum fructu. F.
Pí-pa arbor Sinensis. I.
Cieuko, seu Lusitanorũ Goyava.
Po-lo-mie seu Gjaca Lusitanorũ.
Su-pim Sinensium. M.
Ya-ta cum fructu.
Duliam seu Duriones Boymi. O.
Innominatus fructus Sinensis. P.

De Ceraso Sinensi

Ex Atlantis Majoris Tomo Sinensi p. 119. a.

Quod Nos in ingentem sæpè perduxit admirationem, est illud, quod pinguedo in arboribus crescat, ex quâ, veluti è sevô, candelæ optimè albentes, tactæ manum non polluentes, extinctæque fœtorem non emittentes, à Sinensibus Kieuyeu vocatæ, parantur. Arbor est satis magna, pĩris nostris folia & figuram non dissimilis; album edit florem, uti cerasus; florem insequitur bacca admodùm rotunda, cerasi magnitudine, corticem tenuem & nigricantem induta; caro contenta albet, quod, baccis maturitatem adeptis, per corticem rimam concipientem videre est. Baccas has colligunt, &, si in calidâ aquâ coquantur, caro dissolvitur; extemplò tamen à refrigeratione iterum, uti sevum, congelat: Tunc residuus est nucleus, quem imponunt aquæ, uti Nos olivas, ut oleum exprimere queant, quô tamen non pro cibô, sed in lampadibus utuntur. Hybernô tempore folia hujus arboris planè, ceu cuprum, rubescunt; hæce arbores, cùm integræ sylvæ his refertæ oculis nostris sæpe sese obtulerint, rubicundâ suâ pulchritudine Nos delectaverunt. Tandem decidunt folia, præbentque, cùm pinguedinis quiddam habeant in sese, mirum quantùm laudabile vaccis & ovibus pabulum.

* *
*

INDEX
IN HISTORIAM NATURALEM
de ARBORIBUS, libris decem à JOHANNE JONSTONO Med. D. &c. comprehensam;

ubi præcipua, quæ in eis continentur, juxta seriem Alphabeti, monstrantur.

A.

A Bavo Honorati Belli Pag. 31
Abella 141
Abelicea 456. 457
Abelmoluch Maurit. Imperati 217
Abhel 332. fructus pilul. 332
Abies 327. juxta veteres descriptio 327. locus 328. Usus ibid. Differentiæ ibid. juxta Recentiores descriptio 329. locus ibid. Usus ibid.
Abies rubra Bauh. 326
prima & rubra Trag. ibid.
Dodon. ibid.
mascula Theophr. Trag. ibid.
legitima vel Mas Bellonii 329
Pilati du Chul Lugd. ibid.
Latinorum ibid.
Plinii & fœmina Theophr. ibid.
Mexicana ibid.
Abviga 149
Acaba 6
Acacalis 328
Acacia Germaniæ 77
Acacia succus 333. descriptio 333. locus 333. Usus ibid.
Acacia Ægyptiaca 333
Germanica ibid.
Acacia arbor 365. juxta veteres descriptio ibid. locus ibid. Usus ib. juxta Recentiores descriptio ib. locus 366. Usus ibid. Differentiæ ibid.
ad Acaciam Exotica relata 367.
Acacia vera, aliis Acacia Ægyptiaca, & Alexandrina 365
Acacia Schamouth, Schack Halepi Rauwolf. 365
Acacia trifolia 366
Americana Recci 367
Indica Farnesiana 366
Ακακία Officin. Constant. 365
Acacia Indica Cord. 385
Acapatli Mexican. 180. 392
Acayaiba s. Acajaiba s. Acayou 41
Acer 131. juxta Veteres descriptio 131. Usus ibid. juxta Recentiores descriptio ibid. differentiæ ibid. locus 132. Usus ibid.
Acer Plinii 132
Creticum Alp. 132
Monspessulanum Lugd. 132
Pavonaceum Bauhini 132
Acer χλωρόκαρφον Antiq. 132
Aceris species tertia, quæ Platanus aquatica 226
Acetarium totum purgans redditur à foliis sex vel octo Rosæ moschatæ 400
Achi vel Adi Canella 162
Achar condimentum 175
Acini Peruani 125
Acinaria palustris Gesn. 246
Acquajole Matth. 94
Acylaca Cretensium 206
Ἀδιάλοι palmulæ Plinio 137
Adjus Sinapeos conficiendum 122
Mamarum duritiem impediendam 118
Mensium eruptionem promovendam 107
Ventriculi dolores sacculus 347
Adrachne Theophr. 65
Adracle Cretens. 65

Ado-

Adoptiva mali Persicæ 70
Adyl palma 149
Ady palma Insulæ S. Thomæ 149
Aëromeli arboris nucis juglandis 107
Ægis Abietis 327
Pinus 318
Αἰγίλωψ Idæorum 192
Αἷμα δρακόντων Dioſc. 342
Æquum 256
Affines Piperiferæ arbori 181. deſcriptio 182. Locus 182. Uſus 182
Agalugem Arab. 460
Agallochum 459. Deſcriptio juxta veteres 459. Genera 459. 460. locus 459. 460. Uſus 459 juxta Recentiores deſcriptio 460. locus 460. Uſus 460
Agallochum præſtantiſſimum 460
Officinarum 460
ſylveſtre 461
Agaricum 198
Agiahalid 270
Agnus caſtus. v. Vitex.
Agria Anguillar. 206
Ἀγρία Theophr. 206
Agriomelea Bellon. 98
Agul & Alhagi Arab. 337. 369
Agrifolium Septentrionis 206
Ahate de Panuce ſeu Ate Panucenſis Mexic. 323
Alaternus major Dalechampii Lugdun. 260
Plinii 261. Camer. 261
prima Cluſ. 261
alter Cluſ. 262
humilior, folio loti Lobel. 262
Albanula pruna 78
Album Cinamomum 170
Albumen quercus 198
Alburnus 327
Alcanna Arabum 258
Lobelii 258
Alcanfor 343
Alcodon Luſitanorum 133
Alcorzæ paſtilli Hiſpanor. 11
Alebo Hiſpanor. 259
Alexandrina vitis 244
Aliga Vaſconum 44
Aliſier Gallorum 69
Alkarca Arab. 216
Alma Turc. 73
Almecega 311
Almendras del Peru 125
Alnus 434. deſcriptio juxta veteres 434. locus 434. Uſus 434. juxta Recentiores deſcriptio 435. Locus 435. Uſus 435
Alnus Julifera 434. 436
Alnus vulgaris 434
Altyna 124
Alypias Ætii 234
Alypon 379
Alypum Penæ 235
Monſpelienſium 235
Montis Ceti 235
Amamelides 69. juxta Veteres deſcriptio 69. locus 69. Uſus 69. juxta Recentiores deſcriptio 69. locus 69. Uſus 69
Amamelides Meſpili pomum ap. Heſychium & Euſtathium dicitur 69
Amarella & Agriotta 94
Amuſa Serap. 141
Ambare Indorum Garziæ 109
Ambares Canar. 110
Luſitan. 110
Ambæ Perſ. 72
Ambaigtinga arbor 313
Ambo Turc. 72
Ambela 129
Amberets Perſ. 110
Amboina Moluccar. Inſula 145
Ambre Caſtori 109
Ambulon Scaligeri 61
Amedanus Creſc. 436
Amerina 256. 441
Amirbaris Abenſinæ 219
Amomum 184. juxta Veteres deſcriptio 184. Locus 184. Uſus 185. juxta Recentiores deſcriptio 185. 186. 187
Amomum Officinarum nonnullarum Lobelio 179
Sperlingii 186
Bauhini odore Caryoph. 187
Amomis Cluſii 187
Amomum falſum 222
Amuſa Serap. 141
Amomum racemoſum ligni Alpini 186
Dioſcoridis 186
folioſum 186
Ammoniacum 332. deſcriptio 332. Locus 333. Uſus 333
Amygdalus 121. juxta veteres deſcriptio 121. Locus 121. Uſus 121. Fructus

ctus differentiæ 122. juxta Recentiores descriptio 122. genera 122. Usus 123
ad Amygdalum Exotica relata 123
Amygdalæ Ambrosinæ dictæ 123
Cypriæ 122
Albenses 122
Amendolagine Apulor. 122
Falcatæ Plinii 122
Naxiæ 122
Thasiæ Pl. 122
Lanuginosæ, non lanuginosæ 122
Peruanæ 125
Amygdalina pruna 78
Amygdalus granatensis 124
Amygdala petræa 270
Anacardium 156. descriptio 156. Locus 156. Usus 156
Anagyris 363. juxta Veteres descriptio 363. Locus 363. Usus 363. juxta Recentiores 364. locus 264. ad Anagyrin Exotica relata 363
Anagyris fœtida 364
non fœtida 364
Cretica Honor. Belli 364
latifolia Eystet. 364
angustifolia Eyst. 364
Anana Ovied. 5
Anapallus Bellonii Cardano 57
Andirian Rhasis 275
Anethinan 311
Anime 342. descriptio 342. locus 342. Usus 342
Orientale 342
Occidentale 342
Aniimum Amato 342
Anisum Indicum 110
Insularum Philippinar. 110
Anonymos flore Coluteæ Clus. 248
Pervincæ folio Camer. 248
Anthedon Theophr. 42. 44
Anthedonociden 42
Anthillis altera Italorum 453
Antonius Pius tabulis tiliaceis in pectore fulciebatur 211
Apeiba 9
Apaliura Græcor. 265
Apharca 261
Aphyllon Indicum Bauh. 406
Aproxis Plinii 237
Απύρηνος Theophr. 137
Aqua Napha, quæ & Angelica 22
Aqua ex baccis Rubi Idæi calculosis levamento 272
Aqua Mastichina August. 347
Aqua destillata è succo Cerasor. acid. æstuantium viscerum solatium 94
Aqua Cardiaca pretiosissima Halepi 445
Aquiceli Taurinor. 318
Aquifolium 206
Aquila brava Hisp. 461
Arazavali 129
Aracas 40
Arayhan Moriſco Hispan. 240
Araticu Bras. 31
Araboutan 456
Araboutan affinis 456. 457
Aracai-ba Bras. 32
miri 32
Araſa Brasil. 41
Arac Aqua 146
Aratiæ nigræ usus ap. Hipp. 50
Arbor Americana oxyacanthæ similis 280
Amoris 381
Arbor Benjuifera 310
Chili 312
Cornigera foliis Acaciæ 367
Coralii 382
Cuci 136
Arbor Judæ 377. 381
ignea 389
galliopifera 312
farinifera 144
dysenteriæ Acostæ 161
Goa 56
Gorifera 120
Jucaje 202
Candu 202
Cacavifera Mexic. 124
chiapensis resinam styracis instar fundens 127
Arbor Gadensis Posidonii 288
Javanensis foliis fraxini 291
fraxini folio, flore cœruleo Bauhin. 294
Arbol contra las erisipolas Lusit. 300
Arbor insana 311
liquidambar 311
leprosa Copalifera 314
foliis Cassiæ 385
floribus Cassiæ 855
fructus crepitantis 392
fabifera Javensis 394
finium regundorum Scalig. 119
Leuconifera Monard. 120
Arbor Memba Congana 202

Arbor Myrobalanifera 82. descriptio 82. locus 82. 83. usus. 83
Arbor Piperifera 176. juxta veteres descriptio 176. locus 177. Usus 177. Genera 177. juxta Recentiores descriptio 178. locus 178. Usus 178. Genera 177. 178. 179. 180. 181
Arbor Piperifera fructu rotundo nigro Calecutensis vel Quineensis 178
albo 178
fructu longo est triplex : Indica, Æthiopica, Americana 178
Indica, Javanensis & Philippina 178
Arbor piperifera Æthiopica 179
Arbor pomifera Ægypti Giraudeti 141
Arbor Socotorana Purchasii 144
sancta Acostæ 161
tinctoria Theveti 145
Arbor Novæ Angliæ baccas Alkermes dictas ferens 206
Arbor de Rayz 56
Nepal Cortesii 26. 57
Querciformis butyraceo fructu 124
Vitis & lacryma Joppe 128
peregrina ex Quinea 232
tristis Malaccensis 242
de Peru 298
Paroyso 294
balsamifera Tolutana 308
resinifera Tabascensis Laët 312
Tecomahaca 312
laccifera 313
sinus S. Augustini 313
subtilibus frondibus 314
Cypresso similis in Syria 332
Sinensis pinguedinem sebi instar ferens 42
trifolia Cord. 364
Nerio similis 389
roseo odore Bras. 408
somnifera 9
Nigritica 26
foliis ulmeis 432
Soldaniæ pini fructu 324
poma Paradisi ferens 21
poma Adami ferens 21
Arbor Thurifera 300. juxta veteres descriptio 300. locus 301. juxta Recentiores descriptio 301
Arbores lachrymiferæ veterum descriptio 309. locus 310
lachrymiferæ Recentiorũ 310
descriptio 310. locus 311
Arbores lactiferæ Cumanæ 313
Gummiferæ Novæ Hispaniæ Copal dictæ 313
lanigeræ 132
Arbores siliquatæ quædam Exoticæ 390
Arbor siliquosa juglandis folio Brasiliana lobo longissimo, Acaciæ siliquæ instar distincta 392
siliquosa ex Virginia lobo fusco scabro 393
siliquosa ex qua Gummi Animé elicitur 393
siliquosa lobo quadrangulo fusco 393
siliquosa Africana foliis ferè pyri, semine fabaceo 393
siliquosa Guineensis lobo spadiceo fuso 393
Guineensis fructu fabaceo, lobo longissimo 393
siliquosa in Sierra Liona 393
Arbor insulæ Tabago materie ligno Brasiliano simili 456
Arbor Mangua Brasil. 425
Americana foliis salicis 446
Arbor Cardiaca 463
Arbores materie nobiles 456
pigmentiferæ 456. 457
miscellæ Exoticæ 462
Novæ Hispaniæ 462
Brasilienses 464
Americanæ 463
Arbores admirandæ 468
Arbor fructu impræghante 468
sanguineos sudores excitans 468
venereos stimulos domans 468
foliis ambulãtib. Pigafettæ 468
pudicã, aliis foliis tactu se contrahentibus 468
Aquam fundens 469
foraminulenta aquoso humore 469
Ceiba seu Cerba 469
in summo cacumine tantum frondes gerens 470
Ostreifera 470

gelsomoro 470
Rattiak 470
Licondo 470
Yga & Yuvera 470
Ciennien 470
Cornigera 470
in Sofala Insula 470
Matuui in Sofala 470
in Sumatra Insula 470
Chilensis 470
Philippinarum Insularum 470
in Hispaniola auri venas habens 471
Borachera 471
in Orcadib. & Hibridibus Insulis anatifera 471
in Borneo Insula 471
muscarum splendentium 471
Arbores venenatæ 466
Arbor Baxana 467
Aguapam 467
Madiapera 467
Anda 467
Tangaraca 467
Penoabsu 466
Suchon 466
Uhebehasou 466
Macanillo 466
Arbores innominatæ 467
Arbor fructu pilæ palmaris magnitudine 467
succo venenato radice esculenta 467
in Orellana pisces soporans 467
pomis venenatis in Darien 467
foliis & ligno venenatis in Hispaniola 467
in insulis Canibalum 467
siliquata in Sierra Liona 467
Arbores innominatæ Brasil. 465
Arbor febrifuga Peruviana, incolis Gannanaperide 476
Arbores aromaticæ 158
Baccifera 210
Glandifera 190
Nucifera 106
Pomaciniferæ 1
Pomosiferæ 70
Miscellæ 423
Rhodofloræ 423
Siliquatæ 359
Arbor vitæ Bellonii, Clusii & aliorũ 282
filici similis Oviedi 282
paradisæa Lutetian. Lugd. 282
sive paradysiaca vulg. dicta odorata ad sabinam accedens Bauh. 282
Arbores baccifera exoticæ 295
Arbores quoque mero infuso enutritæ 214
Arbutus 64. juxta veteres descriptio 64. differentia 64. locus 64. usus 64. juxta Recentiores descriptio 64. locus 65. usus 65
Ad Arbutum exotica relata 65
Arbutus Theophr. 64
Arbuscula floribus rubris 408
Arceuthis 278
Archenda Ægyptior. 259
Αρχοντίξυλα Bello 360
Αρκτοστάφυλος Galeni 244
Ardefrigi Abensinæ 275
Ardtzopffen Valesian. 320
Arequiero Lusit. 151
Arecha Rom. 151
Arecca 151
Aria 68. juxta Veteres descriptio 68. juxta Recentiores 69. locus 69. usus 69
Arienæ 48
Arnato Æginet. 445
Aronia Dioscor. 42
Aroeira Lusit. 209
Arteriaca panchrestos Plin. 62
Asinina pruna 73
Asop Virginiæ 165
Aspalathus 453. descriptio juxta veteres 453. locus 453. usus 453. juxta Recentiores descriptio 454. locus 454. usus 454
Aspalathus cortice cinereo, ligno purpureo 454. colore buxi 454. albicans torulo citreo 454. rubeus 454.
Aspris Macedonum 192
Asparagus 283. juxta veteres descriptio 283. locus 283. Usus 283. 284. juxta Recentiores descriptio 284. locus 284. Usus 285
Asparagus molli folio 284
acuto folio qui Corruda 284. 285

vulga-

vulgaris 284
platycaulis 284
Asparagus ἴδιος Galeni 285
acuto folio petræus Dioſc. & Galen. 285
Aſphendamnos 132
Aſtergit Rhaſ. 294
Atitara Braſ. 390
Atle Alpin. 448
Atlyna 465
Atramitæ pagus Sabæorum 301
Auguſtana pruna 78
Aures Judæ 224
Aurantia, Aurangia, Aurea Narantia, Arangius 22
Aurantiorum vulgarium triplex genus 23
Aurantia Sinenſis 24
Auzuba Oviedi 65
Avenaria pruna 78
Avenionenſe agrum 269
Avellana urbana rotunda circa Lugd. Geſn. 112
major Lugd. Camer. 112.
Italica 112
pumila Byzant. Cluſ. 113
Byzantina Tab. & Bauh. 113
Indica C. Bauhin. 114
Indica oſſiculo trifido Joh. Bauh. 114
Indica Mehenbethene Cortuſi 114
Macedonica Cord. & Geſn. 112
Indicæ tertium genus Matth. 115
Avellana Mexiocana, cujus fructum indigenæ Cacao appellant Quiſnd. 124
Avoincilo Ananienſ 364
Ayt Turc. 182
Azarolus Cæſalp. 44
Azedaraeth, Azedarath & Azedarach Abenſ. 294 deſcriptio 294. locus 294 uſus 294
Azedarachne Bauhin. 294
Azeite à Mato Hiſpan. 298

B.

Baccæ Coculæ Elephantinæ 156
orientales & piſcatoriæ 156
Bacca nodoſa, Knotberries Anglic. 273
Bachapffel 4
Bacche Perſar. 182
Bahey 151
Bæotica myrrha 351
Bagolæ Tridentinæ 90
primum genus Cæſalp. 245
alterum genus 69
Balado vel Baladar Arab. 156
Balanus myrepſica 130
Balauſtium 28
Candidum 28
Eyſtettenſi 29
flore minore Romanum 29
Orientale Caſtori 29
Rutilum 28
Balſamodes Canella Plin. 162
Balſamum 303. juxta Veteres deſcriptio 303. locus 304. uſus 305 juxta Recentiores deſcriptio 305. locus 306. uſus 306
ad Balſamum Exotica relata 307
Balſamum Americanũ Bauhini 308
Balſamum Bauhini 308
Balſamum fructu racemoſo ex Hiſpaniola Bauhini 308
Balſamum Indicũ novũ Matth. 307
ex nova Hiſpania Lacun 307
Balſamum Peruani fructus Penæ 308
de Tolu 308
Balſamum Alpinum Geſneri 422
Bangue 178
Ban Alpinum 446
Ban ſeu Bon Ægypt. 388
Bananas Guineenſ. 141
Banana Occidentalis 143
Orientalis 143
Baobab ſive Abavi Cluſ. 31
Baracœca Ital. 74
Barca 154
Barba Jovis Geſn. 294
altera Anguill. 360
Baronius perperam murrhatum credit pro myrrhato Vino 352
Batan Mayalenſ. 29
Bdellium 354. juxta Veteres deſcriptio 354. locus 354. uſus 354. Genera 354. juxta Recentiores deſcriptio 354. differentiæ 354. uſus 355
Bedeguar officin. 402
Bedeguaris Lugd. 197
Bethaſe Arab. Abenſ. 160
Beguill fructus 7
Bell 149
Beli 9

Belenicum Aristot. 76
Bel Arabum 303
Belzoinum Officinarum 355. descriptio 355. genera 355. locus 355. Usus 355
Belzon vel Belzoin, vel Belzoinum Lugd. 355. Benzoinum Matth. 355. Benzoum Cordo 355. Benzui & Asa dulcis, Ben Judæum Ruell. 355. Bejoi Garz. 355. Benivinum Linsch. 355
Beningenion 7
Ben magnum Medicorum 113
parvum 130
Bengu 160
Bepolo Malabr. 291
Berberis 219. juxta Recentiores descriptio 219. Usus 219. locus 219.
Berberis dumetorum 219
Berberis Alpina Cretica 220
Beretinus arbor 232
Betel 172
Betella 172
Betle 172
Betre 172. descriptio 172. locus 172. Usus 172
Betula 433. juxta Veteres descriptio 433. locus 433. Usus 433. 434. juxta Recentiores descriptio 433. locus 433. usus 433. Betulæ folia 434. succus pinguis 434. liquor 434. Fungi 434
Betulus Lobel. 212
Bichenbrunner 4
Bifuri Sic. 127
Bichol del Cul Braf. 31
Bixa Oviedi 119
Blanc Duré Gall. 3
Blatterlos Holland. 406
Boabab Alpin. 31
Bodaglam Paludani 182
Bois gentill Gall. 234
Bola Arab. 350
Boleti quercin. 198
Bolumbax Paludani 25
Bolymba 25
Bombax 133
Bonduch Indor. 300
Bonnanas 143
Borametz 471
Botri 322
Bourge spine Monspel. Lob. 261
Βκμίλια Theoph. 290
Botn quibir Arab. 303
sougier Arab. 303
Brabyla pruna Theocr. 77
Brasilium Hispanor. 456
Brasma Dioscor. 181
Bravas 232
Brindoyn Linsch. 7
Brindones Garz. 7
Brotton 359. Mysiæ tractus 359. ejus campus cytiso plenus 359
Bruscus ineptè officinis 244
Bruta seu Brathys 283. juxta Veteres descriptio 283. locus 283. Usus 283. juxta Recentiores descriptio 283. locus 283. Usus 283
Bryon Plin. 193
Bubab Sini Indor. 183
Bubula Gazæ 290
Bugia 219
Bunapalla 160
Bunca 388
Buncho Abenf. 388
Buta 29
Buxus 247. juxta Veteres descriptio 247. locus 247. Usus 247. juxta Recentiores descriptio 247. locus 247. Usus 247
Buyosono 179
Buyo Mexic. 179

C.

Caaco Braf. 390
Caate 173
Cabui-lba 465
Cacao Mexic. 124
Cacalaxochitl 392. fert flores coccineos, candentes & coloris varii 392
Cachi 323
Cachrys 327. 377
Cacava centli 124
Cacavate 124
Cadegi Ind. 172
Chaleb Syrorum Gesn. 443
Chamque 175
Champidaca 30
Chamærops 140
Chamæriphes 140
Chacani 151
Chambasal 154
Chamæplatanus 214
Chamæcerasus urbana 93
Macedonica Plinii 93
Dalechampii 93

petræa 93
montana 97
dumentorum fructu gemino rubro 97
montis generosi Gesn. 95
Chamæcerasus spuria 97. juxta Recentiores descriptio 97. differentiæ 95. locus 97
Chamæacte Dios. 225
Chamælæa 234. juxta Veteres descriptio 234. Usus 234. juxta Recentiores descriptio 234. locus 234. Usus 234
ad Chamælæam exotica relata 234
Chamælæa Tricoccos 234
Chamælæa vera Camer. 234
Alpina 234
hirsuta Bauhini 234
Chamælæa tenuifolia & nigra Serap. 234
Chamælæa seu Mezereon Trag. 233
Germanica Dodon. 233
Chamædaphnes 233
Chamædaphne Theoph. 233
Chamæplatanus clynotrochos 226
Chamæplatanus 214
Champe 243
Champœca Javanorum 243
Chamæbuxus Bauhin. 248
Chamæpeuce 453
Chamæbatos Theophr. 272
Chamærubus saxatilis Gesn. 272
Chamærubus foliis Ribes 272
Chamærubus Norwegica Bauh. 272
Anglica 273
Chamæmorus Clus. 273
Chamæmorus Norwegica altera 273
Chamærubus foliis vitis 273
Chamælæagnus Dodon. 293
Charnub 365
Chamælence Cord. 373
Chamægenista 374. foliis genistæ vulgaris 374. sagittalis 374. caule foliato 374 folio articulato 374. Cretica 374 montana hispida 374
Chamæcistus 413. descriptio 413. locus 413. Usus 413
Chamaroch Pers. 5
Chambdenæ gummi 344
Chermasel Arab. 448
Cajous 157
Cajulacca mala 341
Caiveira brava Lusit. 464
Calaf Alpin. 446
Calafur Turcar. 175
Calampart 460
Calveia 37
Caleb Alpin. 446
Camarronum Rhasis 181
Camarix Decan. 5
Cambaja 147
Camphora 343. descriptio 343. locus 343. Usus 343. differentiæ 343. adulteratio 343
Camphorata 453. descriptio ap. Recent. 453. locus 453. Usus 453
Camphorata glabra 453. hirsuta 453. congener 453
Canambaja frutex 465
Canarinum piper 181
Canella 162. descriptio juxta Veteres 162. Genera 162. locus 162. juxta Recentiores descriptio 163. genera 163. 164. 165. loc° 163. Usus 163
Canna Arabum 258
Cancamum 341. descriptio 341. locus 341. Usus 341
Canime Hispan. 342
Caningæ Hisp. 165
Capita multis squamis constantia Clus. 197
Capitula squamata 198
Capparis 273. juxta Veteres descriptio 273. locus 273. usus 273. juxta Recentiores descriptio 274. locus 274. usus 274. Ad Cappares ex Exoticis relata 275
Capparis Italica Cæsalp. 274
retuso folio Lob. 274
spinosa folio acuto 274
Capparis arborescens fructu juglandis magnitudinis Bellon. 275
Leguminosa Lobel. & Taber. 275
fabago Dodon. 275
sylvestris seu fabaginea Camer. 275
Cappar Alpini 275
Capidæ Hermolai 280
Capota Herrer. 9
Caprificus 47
Capureiba 309
Capura viva Qualcebeni 344
Caphur & Capur Arabic. Garz. 343
Caphura 343
Caragna 356

Caramano 145
Carandas fructus 65
Caranna 356. descriptio 356. locus 356. usus 356
Carambola Malab. 5
Carabelli Canar. 5
Carcapuli Malab. 26
Linsch. 26
Cardamomum 187. juxta veteres descriptio 187. locus 187. Genera 187. Usus 187. juxta Neoteric. 188. locus 188. Usus 188
Carduus Indicus 57
Carpesium Cord. 179
Carrapæ 165
Carras 148
Carpinus 212
Carpobalsamum 304
Carpata Bras. 217
Caraben 341
Carpheoton 348
Carpinas Theoph. Lonic. 387
Carpinus nigra Castori 432
Carpinus 212
Caryinon oleum 350
Caryophyllum 173 juxta veteres descriptio 173. locus 173. usus 173. juxta Recentiores descript. 174. Genera 174. locus 175. usus 175
Caryophyllis affines 176
Caryophyllus albus spurius 176
Caryoces 149
Caryoslo Lusit. 149
Caseus ex lacte amygdalino quomodo fiat 123
Cassia vide Canella.
Cassia nigra 382. descriptio 382. locus 382. usus 382
Cassiæ pulpa c. sacch. Candi & liquiritia secretum in renum vitiis 382
In Cassia exhibenda Cautiones observandæ 384
Cassia fistula non purgans Bras. 384
Insulæ Tabago 384
affinis 384
Cassianus Bassus Palmæ amores elegantissimè describit 135
Castanea 117. juxta Veteres descriptio 117. locus 117. usus 117. Fructus nomina 117. juxta Recentiores descriptio 117. differentiæ 117. 118. locus 118. usus 118
ad Castaneam Exotica relata 119
Castanea Angliæ olim familiaris 121
Catalonica pruna 78
Cataputia major Fragos. 216
Cate Garz. 268
Wormii 268
Cate succus arborum 268. 270
Catuli 107
Caucalis 352
Cauda vulpina Turcarum Bellon. 429
Caunama 178
Cavizatare Goënf. 242
Cæduæ Palmarum sylvæ 135
Cæcas arbor 137
Ceanothus spina vel asper Gesn. 220
levis 221
levis sylvestris 221
Ceanothus ribes acinis nigris Dodon. 221
Cedrus 277. juxta veteres descriptio 277. locus 277. usus 277. juxta Recentiores descriptio 277. locus 277. usus 277
Cedrus conifera 314. juxta veteres descriptio 314. locus 315. usus 315. juxta Recentiores descriptio 315. locus 316. usus 316
Cedri Novæ Hispaniæ 316
in Regno Granatorum 316
Cumana 316
Huiquano provincia Sinensi 316
Cedrus conifera foliis laricis Bauh. 315
major Matth. 315
Hebræor. & sacrar. literar. 315
Cedrus Libani & Palæstinæ præcelsa 315
Cedrus major Dios. Camer. 332
Cefaglione 140
Centromyrine Theophr. Anguill. 244
Celastrus 262. juxta veteres descriptio 262. locus 262. usus 262. juxta Recentiores descriptio 262
Celastrus mas Cæsalp. 261
fœmina Theoph. Lugd. 262
Celte Alve vel Elvo Gall. 320
Cepæa Dios. 275.
Cerasus 91. juxta veteres descriptio 91. locus 91. usus 91. 92. Differentiæ 92. Fructuum genera 92. juxta Recentiores descriptio 92.
Gene-

Genera 94. differentiæ 92. locus 92. usus 92. Cetaso affinis 93. locus 93. usus 94. ad Cerasum Exotica relata 95
Cerasorum genera Plinii 92
Cerasus laurifolia 92
Cerasa Amarella, Agriotta 94
Ceratum nobile adversus vulnera & hæmorrhoidum fluxum 356
Ceratonia 381
Ceratia agrestis 381
Ceratium Monococcum Bauh. 385
Cercis Theoph. 379. 437. 478
siliquata 381
Cerosugaro Matth. 201
Cereus Peruvianus 57
Cergacos Lusit. 409
Ceratum stomachale ex Ladano 410
Ceruach Sclav. 205
Cerris Plinii minore glande Lobel. 193
Cerrus Ægylops Clus. 193
Certus Latinorum 193
Cervi spina 266
Ceyba Oviedi 133
Checaninum 152
Cheruach Maced. 205
Chiapensis palma 144
Chicocapotes 9
China seu febris Peruan. 476
Chuate Panuc. 309
Chittagema, Cattagnuma, Chittajaman 338
Chermes Arabicum 341
Chocolaten 124
Chrysobalanus Galeni 158
Cibage 324
Cicadæ lachrymam Mannæ exugentes 336
Kizi 215
Cicuko 475
Cinnamomum 167. descriptio juxta veteres 167. locus 167. usus 168. Genera 169. 170
Cinnamomi veri raritas, ne quidem in thesauris Regum semper legitimum 170
Cinnamomum Garziæ 163
Zeilense Linsch. 163
Cinnamomum Caryapon Plinii 158
Cinnabari 342
Cinnabaris Indica Plinii 342
Cinesias Poeta Phillyreus ab Aristophane dictus & cur? 211
Citiboa 180
Cirmulo 320
Cistus 408. juxta veteres descriptio 408. Genera 408. usus 408. juxta Recentiores descriptio 408. locus 408
Citria malus. vide Malum Citrium.
Citri Elæosaccharum 11
Citrii Mali Magisterium seu quinta Essentia 11
Citrium malum monstrosum Stutgardianum 12
belluatum 12
Cucurbitinum 12
Citrum, Citrus, Cedrus, Cedromela, Citrangula Monard. 10. 11
Citrus Atlantica Plinii 281
Cneoron 237. juxta veteres descriptio 237. juxta Recentiores descriptio 237. locus 238
Coatlis 291
Cobban Ind. 73
Coccali 329
Coca Peruvianorum 242
Coca occidentalis Fragos. 242
Coco de Levante 156
Coculus Officinarum 156
Cocconilea 293. juxta veteres descriptio 293. locus 293. usus 293. juxta Recentiores descriptio 293. locus 294. usus 294. ad Cocconileam exotica relata 294
Coccus sive palma nucifera 145
Coccus 198. 204
Coccus infectorius 204
Indica 145
Cocculæ Orientales Doam Sames in Ægypto 156
Coccognidium 234. 235
Cocoichne Jæusial Indi 145
Cocobarca Lus. 476
Cochilia de Guigne 115
Cochine 6
Cochinilla Hisp. 57
Colutea 377. juxta veteres descriptio 377. juxta Recentiores descriptio 377. locus 377
Comalamasa 147
Comacum Theoph. 158
Comanda giura Marggr. 390
Connarus 86
Confectio alkermes 204
Contra lippitudinem certum experimentum 350

Con-

Contra rabidorum canũ morſus 118
Conus 315. 317. 320. 326. 329
Convolvulus rectus Creticus 238
Copra nux 147
Coris 449
Corculum 303
Corneolo 94
Corni arboris contactu à rabido olim demorſos, in rabiem iterum agi 88
Cornus 87. juxta veteres deſcriptio 87. locus 87 uſus 87. juxta Recentiores deſcriptio 88. locus 88. differentiæ 88. uſus 88.
ad Cornum Exotica relata 89
Cornu plantabile 473
Corſion Strabonis 183
Cortex Eriophorus Cluſii 167
Cortex Winteranus 235
Cortex Xylocaſſiæ facie Lob. 101
Cortex arboris Ulmo ſimilis ad Catarrhos 432
Cortex Cluſii ex radice 166
Cortices Cherleri albi 166
Cortuda Plinii 285
Cor Pinus 318
Coryli virga vel caudice ſerpentes ictum obtorpeſcere, emori tandem obſervatum 111
Corylus perſimilis alno Lob. 111
Corylus avellana Turn. 112
Cotinos 254
Cotinus Plinii 293
Cotinus Coriaria 293
Cotonaſter 98. juxta veteres deſcriptio 98. differentiæ 98
Cratægus Theophr. 42. 436
Creſpinus Matth. 219
Criſpina uva Cord. 220
Cubebæ 183. juxta Recentiores deſcriptio 183. locus 184. uſus 184. Cubebis affines 184. deſcriptio 184. locus 184
Cuciofera 151
Cuci 151
Cuculi fructus ſolani furioſi in Ægypto 156
Cupreſſus 330. juxta veteres deſcriptio 330. locus 330. uſus 330. juxta Recentiores deſcriptio 331 locus 331. uſus 332
Curaqua 456
Curcas Americ. 216
Curcas Cayrenſium 217
Cura Bram. 26
Cyanus arborea Cretenſis 98
fruticoſa Candiæ 98
Cydanago 98
Cydonium Bengalenſe Garz. 9
Cypariſſus 330
Cyprus 257
Cytinus 28. 63
Cytiſus 359. juxta veteres deſcriptio 359. locus 359. uſus 359. juxta Recentiores deſcriptio 360. locus 360. uſus 360
Cytiſus argenteus 374
Cytiſus defectum lactis in hominibus & animantibus ſupplet 359

D.

Dactylus 134. 138
Daphnoides 233
Darach Perſ. 145
Daracht Arab. 143
Darandanæ Hiſp. 26
Darſini Arab. 145
Decoctum ficuum adverſus tormina & Nephritidem 52
Delphinium Dioſcor. 379
Demeſſile Balſami 304
de Maidua genus vaſorum fictilium 375
Dentatus Caryophyllus aromaticus 176
Deſtillatum ex Nucleis Ceraſor. cum Melon. pulpa & ſaccharo 92
Diacaryon 108
Dialacca Officinarum 341
Diamoron offic. 63
Dioſcoridis Thymiama 127
Dora 303
Dotem filiæ plantari antiqui quid appellent 331
Dourez Pharmacopœus Monſpelii optimum Ladanum ſe confeciſſe notat 420
Draco arbor 288. deſcriptio 288. locus 288. uſus 288
Draconi affines 288
Dracunculus 288
Draconis oculus 232
Duriacon Linſch. 29
Durianus 29
Duliam 476
Dulciarium ſeu Mangiar Reale Luſ. 476

Durio Acoſtæ 29
Duo floſculorũ veſtigia Dodon. 97

E.

Ebenus 425. juxta veteres deſcriptio 425. locus 425. uſus 425. Genera 425. juxta Recentiores 426
Ebenus Cretica 360
Ebenum picis modo nigrum 424
Ebrietatem arcent amygdalæ amaræ præmanſæ 122
Ebulus 224. 225. deſcriptio 225. 226. locus 226. uſus 226
Ebuli radicis Jus in Vino decoctum potui hydropicis apud Æginetam datur 224
Ebuli & Sambuci alterum genus 225
Edulium ex carne cydoniorum cum melle 8
Elæagnon Theophr. Lob. 256
Elæagnus lacus Orchomenii Theophraſt. Bellon. 293.
Elæagnus Cord. 293
Theophr. 441. 445
Elæomeli Lobelii 338
Electuarium contra Vomitum & fluxum 350
ſcorbutum præſentiſſimum remedium 273
dyſentericis convenientiſſimum 88
adverſus ſputum ſanguinis & tuſſim 118
Elhanne Arab, Bauh. 258
Elkarie 388
Eltepa Hiſp. 408
Embamma Turcarum 292
Emplaſtrum Diaſycomoru Æginetæ 61
Melinum 344
Emulſio ardorem Urinæ vehementer reſtinguens 118
Enzanas Hiſp. 193
Enzanda Pigafettæ 57
Epimelis Dioſc. 42
altera Lugd. 98
Ergaſima 352
Erica 449. juxta veteres deſcriptio 449. locus 449. uſus 449. juxta Recentiores deſcriptio 449. locus 449. uſus 449
Ermelinus 91
Evonymus 387. juxta veteres deſcriptio 387. locus 387. uſus 387. juxta Recent. 387. locus 388. uſus 388
Ex Pateris, quæ fiunt ex Cortice ſuberis ſubtili hecticis hauſtus utiliter propinantur 200
Excrementum bombycinum ſalicis 442
Roſæ æmulum ſalicis 442
Exotica Myrtus Plinii 241

F.

Faba inverſa Trag. 364
Fabago Belgarum Lugd. 275. 381
Fagaræ Abenſinæ 184
Fagus 207. juxta veteres deſcriptio 207. locus 208. uſus 208. iuxta Recentiores 208
Fagus ſepium Bauhini 212
Fagulus herbariorum 212
Fan yay Cu 472
Farfarus antiquorum 437
Farina Nachani 268
Farnia Cæſalp. 193
Feinſterling 4
Ferula Trag. 373
Fer Perſ. 446
Ferruminatrix Indor. 57
Ficus 46. iuxta veteres deſcriptio 46. differentiæ 46. genera 48. 49. locus 46. 47. uſus 47. iuxta Recẽtiores deſcriptio 51. Differentiæ 51. 52. locus 52. uſus 51. 52
ad Ficum exotica relata 53
Ficus infernalis Hiſp. 216
Fifil Arabum 178
Filfel 151
Fislas Alepenſium 128
Flatus potenter diſcutiens 108
Flavum granum 269
Flos acidus Quineenſ. 181
orbicularis 226
Floribundio 243
Flores Exotici 243
Flores Balſami 306
Flores Benzoni in diſpnœa laudatiſſimi 355
Flos tinctorius Bauh. 373
auriculæ 382
Flor de la Oreia Hiſpan. 408
Flores arboris Yolloxochitl 408
Cacaloxochitl 408
Fœlien Jav. 160
Folium Balſami 304

Indum 172
Folium prægrande coriaceum ex Indiis 289
Folium thuris è Florida 301
Folliculorum Ulmi liquor præstans 432
Formicarum alatarum stercus 341
Formicæ fulvæ nigricantes & tenues 368
Fragre Serapionis 184
Frangula 97. Dodon. 436
Fraxinus 289. juxta veteres descriptio 289. Genera 289. locus 289. usus 289. juxta Recentiores descriptio 290. usus 290
Fraxinũ Homeri præconio & Achillis hasta nobilitatam dixit Plinius 290
Fraxini umbram fugiunt serpentes 290
Fraxini fructus ornoglossum, lingua avis, passeris, anseris dicitur 290
Fraxini Manna 290
Cornu Cervinum 290
lachryma 290
ex Fraxino singulare contra Calculum Experimentum 290
Fraxinus sylvestris Bauhini 291
ad Fraxinum Exotica relata 291
Frisimeleca succo hypocistidis usus in fluxionibus mulierum calidis 409
Fructus Exotici rotundi 99
Fructus Exotici diversarum figurarum 103
Fructus Tithymali paralii 156
Exoticus caryophylli odore 176
Fructu rotundo caryophyllus aromaticus 176
Fructus fuscus forma caryoph. aromat. majoris 176
Fructus Clusii Walachrensis 187
Balsami Robin. 195
Orellanæ materie intus instar Gallarum 195
Fructus Mangas Recheadas & Mangas in Achar 74
bravas 74
Matas 74
Fructus elixus Castaneæ Græcis olim pro pane, hocque nutriti pueri 117
Fructus Indicus Sanparanta 300
Fructus Balsami 304
Fructus pineos nucleos duros referens 324
Fructus Exoticus pinei coni facie 324
Fructus Nerii siliquæ figura 390
Fructus Indicus Tamarindi seminis facie Bauh. 387
Fructus primꝰ innominatus Margg. 392
secundus innominatus Margg. 392
Fructus Ogot 394
Fructus siliquati 394
siliquosus Orucoria dictus 395
Fructus Quercinus seu Agaricũ 198
Fructus duo in Persia 463
Fructus & Gummata tingentia Guajanæ 459
Frutex Antipatheticus 472
Scythicus 471
Frutices Americani 463
innominati Brasil. 465
Fungi seu ὄμφαλοι 107
Fungus orientalis 155
Fusanus Cresc. 387
Fusterna 327
du Fustet 294

G.

Gaguey Ovied. 56
Gagel Germanorum Lob. 293. 442
Galla 191
Galatensia pruna Clus. 78
Galbulus Cupressi Varron. 330
Garb Arab. Ibens. 446
Garab Mauror. Lugd. 446
Garcapuli Canar. 26
Gemetz Maurit. 133
Genista spartium 368. descriptio 368. Locus 369
Gepalu 323
Germen Mosyliticum 162
Giaca Lusit. 476
Giam-ba 475
Gigartus 228
Giradal 154
Glans Indica magna subrotunda Plateri 195
Glans Unguentaria 130. juxta veteres descript. 130. locus 130. Genera fructus 130. juxta Recentiores descriptio 130. locus 131. usus 131
Glans Unguentaria siliquata 131

Glebæ ſanguinis Draconis 288
ex Glomis cynorrhodi ſ. roſæ ſylveſtris Arcanum ſ. Spiritus ad calculos renum 402
Gluten Romanum 346
Gluten Albotin Abenſ. 345
Alimbat, Alimbar & Alinbath 345
Gola Nigritarum 110
Gonandina Braſ. 312
Goſſypium 132. juxta veteres deſcriptio 132. locus 132. juxta Recentiores deſcriptio 133. locus 133. uſus 133. differentiæ 132
Goſſy¦ium in Aceto 30
Graciles admodum nuces avellanæ Bauhin. 112
Granum Aneſcen Abenſinæ 179
Grana en pax Hiſp. 57
Granum regium majus Meſ. 216
Granum Gnidium 234. 235
Karmeſinum 241
Granum viride Arab. 303
Granata 28
Græca pruna Camer. 78
Groſſularia 220. juxta Recentiores deſcriptio 220. locus 220. Uſus 220
Grüblinger Oepffel 4
Grüninger Oepffel 4
Guavas 110
Guanavanus 155
Guajava 155
Guamochea Barb. 382
Guajabo Americ. Guajavas, Guyabo, Guajavos, Guajaba 30
Guabam 33
Guanavanifera arbor Bauh. 40
Guanabanus 29 Ovied. 30
Guajacum Patavinum Fallopii 91
Guajacana 91
Guajacum lignum 425. deſcriptio 425. locus 425. uſus 426
Guajacum magna matrice 425. propemodum ſine matrice 425. foliis lentiſci 425. Orientale 425
Guajaci fructus ſeu nucleus 426. Gayco, Gayacana & Guayacca 425
Guinea Ceraſa vulg. Gallic. 94
Guindola 94
Guiraparíba 424
Gummi quid? 332. 340
Gummi de Goa, Gummi Gith & Gemin, Gutta Gambæ, Gummi Indicum, 339. deſcriptio 339. locus 339. uſus 339
Gummi Arabicum 340. deſcriptio 340. locus 340. uſus 340
Gummi Anime 341
Gummi Juniperi 344. deſcriptio 344. locus 344. uſus 344
Ceraſorum 344. 92. 94
Caryophyllorum 175
Mali Armeniacæ 75
Ulmi 344
pruni ſylveſtris 76
Sambuci 224
Gummi Elemi Officinarum 356
deſcriptio 356. uſus 356
Gummi Olle 124
Holli dictum 312
Gummi minus uſitata 345
Guzarat Trevida Perſ. 299
Gyraſole Ital. 216

H.

Habzeli Serapion. 179
Haberſchlehen 77
Hacchis Indor. 268
Hadhadh ſuccus Arab. 269
Halimus 97
Halimus Lacun. 257
Haliptheos 193
Hamama Ægypt. 186
Harb Turc. 110
Harar Arab. 280
Haud Arab. 460
Haur Arab. 437
Hæmodori quoddam genus 373
Härtling im Wald 3
Härtlingapffel 3
Haßlecher 4
Hebulben Turcar. 128. 129
Hedera regens Plinii Cæſalp. 206
Heil ſive Hil Serap. 187
Heiningsapffel 4
Heydniſch Wundkraut 4
Heyl Arab. Cord. 188
Helbane Arab. 188
Helenium Cratevæ 411
Helianthe Plinii 413
Heliocallis 413
Helioſacte ſylveſtris Euboica 225
Hemeris Judæorum 192
Herba terribilis Narbon. 235
Mala Varica Luſ. 26
Herba attractiva 473

Herba asbestos 472. Æthiopica 472. Cahobba 472. Chifung 472. Hoaco 472. in valle Guaxaca 467. Lungsin 472. Mille annorum 472. Pusu 472. Quei 472. Quibei 467. sentiens 472. Yu 472.
Hibocouchu 145
Hippoglossum Valentinum 235
Hippomanes Cratevæ 156
Hipponerantzium 25
Hispanica pruna 78
Hoaxacan 426
Hortus Materea propè Cairum alit Basamum 305
Hypericum frutescens 79
Hyphear 203
Hypomelides Palladii 42
Hypospartium 372
Hypocistis omnium elegantissima in Hispania à Clusio visa 409
à pharmacopœis adservatur 409
Hypocistis succus basis Avisoni Anodyni 409
Hypocistis Officinarum 409
succedaneum 409
Hypospartium 372
Hysgen 204
Hütlingsapffel 4

I.

Jaaca 154
Jaca Ind. or. 154
minor 154
Jaca major 29
Jaifol Band. 160
Jambach 427
Jambolonæ fructus 65
Jamboli Malab. & Canar. 73
Jambos Lus. 73
Jaracanda 427. ligno nigro 427. albo 427
Jasminum 427. descriptio Arab. & Rec. 427. locus 428. usus 428. Genera 428
Jasminum cœruleum Mauritanorum 429
Jasminum Arabicum Clusii 430
Brasilianum 429
Jasme 427
Jatitara Bras. 390
Ἰδαιὰ ῥίζα Dioscor. 244
Idæa radix Dioscor. Bauh. 246
Jeniparanduba Lus. 6
Ilatrum Cæsalp. 260
Ilatrum folio ad Ilicem accedente Cæsalp. 262
Ilex 203. juxta veteres descriptio 203. juxta Recentiores 204. Genera 204. locus 204. 205. usus 205
Ilex aculeata cocciglandifera Dioscor. κόκκῳ βαφικὴ 204
Illitus capitis dolori, præsertim in febre 122
Indica Sassafragia Capivacc. 215
Indica radix quæ Sassafras Codronch. 218
Innominatus fructus 476
Insectum Salicis 443
Insula Formosa 425
Pico 425
S. Dominici 425
Jovis barba 380
Jovis barbæ species Bellonii 436
Jujuba vide Ziziphum.
Jujuba sylvestris Cæs. 264
Juliana pruna 78
Juliana Plinii 94
Juli 107. 111. 198. 208. 322. 326
Juniperus 278. juxta veteres descriptio 278. locus 278. usus 278. juxta Recentiores descriptio 278. locus 279. usus 279
Jusculum Maniar blanco Hisp. dictum 5
Juppenschwenckherapffel 4

K.

Karumsel Arab. 175
Kesmesen vulgare ad oculi morbos remedium Constant. 382
Kernapffel 4
Kiam Giu 474
Kiati Malaii 194
Kikaion Jonæ Arab. 216
Κίνακες Dioscor. 342
Kismisen Syr. 382
Knotberries Anglic. 273
Κόμμι ἐκ τῆς ἀκάνθης Dioscor. 340
Kohlrosen 399
Kornapffel in Zell 3
Kreißling 4

L.

Laburnum Camer. & Bauhin. 364
Latifolium Lugd. 364

Lac Amygdalarum chalybeatum astrictorium proruentis alvi 123
Lacte amygdalino cum Aqua Cardibenedicti extracto infantes sustentari possunt 123
Lacca Officinarum 341. descriptio 341. locus 341. usus 341. Naturalis 342
factitia 342
Lachryma quid 322. quomodo differat à Resina & Gummi 332
Lachryma abietis 327
Juniperi 279
Lachrymæ rubea seu sanguis Draconis 288
Lachryma lentisci Peruanæ 298
Lachryma Balsami 304. color albus 306. Turbidum 306. leve, mediũ crassescens 306. Ejus collectio 304. Probatio 304. Adulteratio 304
Ladanum 417. Varium 417. Cypriũ, Arabicum, Syrum, Africum, Factitium, Terrenum 417. Usus 417. Colligendi modus 419
Lanata tubera Plinii 86
Langstiel vocat. pyra 40
Lapides in Quercubus 198
Lapidum in India occidentali resina 357
Larix 324. juxta veteres descriptio 324. locus 325. usus 325. juxta Recentiores descriptio 325. locus 325. usus 325
Laurus 227. juxta veteres descriptio 227. locus 227. usus 227. 228. juxta Recentiores descriptio 229. locus 229. usus 229
Laureola 233. juxta veteres descriptio 233. locus 233. usus 233. juxta Recentiores descriptio 233. locus 233. usus 233. 234
Lauchoapffel 4
Lectirota 131
Lechyas fructus Chinensis 82
Ledum Alpinum 422
Silesiacum Clus. 421
Lentago Cæsalp. 229
Italorum Cost. 230
Lentiscus 297. juxta veteres descriptio 297. locus 297. usus 297. juxta Recentiores descriptio 298. locus 298. usus 298
Lentiscus vulgaris 298. Peruana 298. Brasiliensis 298
ad Lentiscum Exotica alia spectantia 299
Lethalium Venenorum vires retundere Cydonia, præsertim Veratri observatum fuit 9
Letterhout Holland. 458
Leycrapffel 4
Libri Numæ reperti integri post annos 535. quod Cedrato liquore imbuti fuissent 351
Lichen marinus 58
Lici & Lumien 475
Lignum Aquilæ Lusit. 127
Lignum aromaticum Monard. 165
Lignum ligno Monardis simile Clusii 165
Lignum S. Crucis 199
Lignum Brasilianum fomitis vicem præbens 203
Javanense fungosum 203
Anisi Goropii 218
Bauhini 218
floridum 218
Sassepes Camer. 218
Sinense Cam. 218
Visci Quercini 199
Lignum sempervivum 268
Nephriticum 291. Usus 291
Bezoardicum Cherleri 291
Lignum Balsami 305
Desiderii 312
Rhodium Bello 360
Lignum picè nigrius 424
Ligna durissima aliquot 425
Lignum Mangles 425
de Cochi 425
Mega 425
Iberæ purerunæ arboris 425
Angelinæ arboris 425
Arboris μυρσινοειδοῦς 425
Teixo 425
Lignum Aquilinum Pigafettæ 456
Moluccẽse Acost. & Lugd. 458
Pavanum 458
Lignum è Siam 458
Cocogola 458
Sapou 458
Sambarane 458
ex freto Magellanico medulla flavescente 458
Brasilio simile cœruleo tingens 458
Ligna pretiosissima ex Havana & Insula Cuba 459

Lignum Calamba Linsch. 460
Colambo 460
Calambes sive Aloës 460
Lignum Aloës 460
paradisi 460
S. Crucis 460
Lignum febrium Hispanor. 476
sanctum 426
Americanum rubrum 454
Sanguinho 454
Brasilianum ut charta candidum 454
Violaceum 454
Foxo 454
Caoba 455
Aspalathi nomine ex Belgio Wormio transmissum 455
Ligneum ferrum Lusit. 425
Ligustrum 257. juxta veteres descriptio 257. locus 257. usus 257. juxta Recentiores descriptio 257. locus 257. usus 257
Lima quid 20
Limæ 13. 16
Limer Hisp. 16
Limon a malus, vide Malus Limonia.
Limonia Mortelleti 17
Lingua sanguinea & ossea 89
Linum 235
Linternum 260
Linckhcrapffel 4
Liquidambar 353. descriptio 353. locus 353. usus 354. oleum 354
Liquor à peste præservans 108
Liquor melleus 198
Lixivium ex cineribus ligni arboris Nucis juglandis ad furfuroſum caput commendabile 107
Locus Malsaigne circa montem du Pre in Burgundia pinus sylvestris ferax 320
Lonchitis Dioſc. 268
Longa vita Lob. 179
Lotus 89. juxta veteres descriptio 89. Genera 89. locus 89. usus 90. Differentiæ 90. juxta Recentiores descriptio 90. differentiæ 90. locus 90
Lucma Hisp. 27
Lumia quid 19
Lungyen fructus Sinensis 232
Lycium 267. juxta veteres descriptio 267. locus 267. usus 267. juxta Recentiores descriptio 268. locus 268. Vires 268
Lycostaphylon fœmina 226
Lycostaphylos mascula Cord. 226

M.

Macahelaf aqua Ægyptiorum præstantissima 446
Macer 161. juxta Veteres descriptio 161. locus 161. usus 161. juxta Recentiores descriptio 161. locus 161. usus 161
Macis 160. descriptio 160. locus 160. usus 160
Macim omnium aromatum principatum obtinere credidit Scaliger 160
Macaleb Lugdun. Serapion. 259
Magma expressionis amygd. amarar. gallinas & vulpeculas interficit 123
Magisterium contra Calculos 402
Mahaleb 93
Mahalebum Serap. Bauh. 259
Malabathrum 170. juxta veteres descriptio 170. locus 171. Vires 171. differentiæ 171. Genera 171. juxta Recentiores descriptio 172. locus 172. usus 172
Malagueta Hispan. 189
Mala Americana 7
Guianensia 7
Malus 1. juxta veteres descriptio 1. Genera 2. locus 1. usus 1. juxta Recentiores descriptio 2. Genera 2. usus 2
ad Malum ἐξωφίτους dictam Exotica relata 5
Malus Armeniaca 74. juxta veteres descriptio 74. locus 74. usus 74. juxta Recentiores descriptio 74. locus 75. usus 75
ad Malum Armeniacã relata 75
Malum Assyrium 19
Malus Aurantia 22. descriptio 22. locus 22. usus 22. 23
ad Malum Aurantiam Exotica spectantia 26
Malus aurea Dodonæi 29
Malus Citria 10. juxta veteres descriptio 10. locus 10. usus 10. juxta Recentiores descriptio 10. locus 10. usus 11. Genera 11

ad Malum Citrium Exotica relata 12
Malum Citrium Mazzacanum Cretenſ. 12
Malus Cydonia 8. juxta veteres deſcriptio 8. locus 8. uſus 8. Differentię 8. juxta Recentiores deſcriptio 8. locus 8. uſus 8
ad Cydoniam malum exotica relata 9
Malus Limonia 13. deſcriptio 13. locus 13. differentia 13. uſus 13
Malo Limonio congeneres 13
Malus Medica vide Malus Citria.
Malus Nuci Perſica 72
Malus Perſica 70. juxta veteres deſcriptio 70. locus 70. uſus 70. juxta Recentiores deſcriptio 71. differentiæ 71. 72. locus 72. uſus 72
ad Malum Perſicam Exotica relata 72
Malva Indica 406
Japonica 406
Mangas Canar. 72
bravos 72
Mangifera arbor 72
Mangu Ferdinand. de Lopez 57
Mangue Vereadeiro Luſit. 464
Manga Scalig. 72
Mangalam fructus 96
Manay Hiſpan. 76
Manigoy pulmentum 80
Maniar blanco condimentum Hiſp. 30. 40
Manna 333. juxta veteres deſcriptio 333. locus 334. uſus 334 juxta Recentiores deſcriptio 334. locus 334. 335. uſus 335
Manna Officinarum 334. 335. Laricea 334. Calabrina 334. Montis Apennini 334. 337. Germanica 334. Gallica 334. Brigantina 335. Liquida 335. ſicca 335. candida, liveſcens 335
Manna arborea Mont. 335
Manna Tartariſata 336
fraxinea 336. ornea 336. frondacea 336. Corporis ſeu ligni 336. Terræ 336. Granata 336. Maſtichina 337. optima 337. Adulterata 337
Manna Perſica 337
Syriaca 337
Armeniaca 338
Amyntha 338
Iſraëlitarum 338
Polonica 338
Mannæ factitiæ quoddam genus 337
Manna thuris 349
Manſamillia fructus 82
Manza, Muſa, Maum 140
Margarita 141
Margarides ſeu Margaritides palmulæ 137
Maragnanæ inſulæ palmæ 144. 150
Martii panes 123
Maſſiniana pruna Cæſ. 78
Muſcus arboris pruni 77
Maſtiche, hodie Maſtix 346. Deſcriptio 347. locus 347. Genera 347. uſus 347
ex Maſtiche Chia tributum penditur Turcæ quotannis IV. M. aureor. 347
Materia fragilis & vitrea Nov. Hiſp. 332
Matis Indorum cinericii coloris 300
Matherea Ægypti 61
Maußbirnen 38
Medicina ſanguinis coccinea 291
Medicamentum ad robur cõciliandum exoluto ventriculo 8
ad pulſus in paroxyſmis febrium 108
Medulla larici adnaſcens 325
Μελανίφλοιος Plin. 441
Mel Cydrium Hipp. 334
Roſcidum 333
Mens Bellunenſ. 164
Meraſia vulg. Gallor. 94
Meſpilus 42. juxta veteres deſcriptio 42. genera 42. locus 43. uſus 43. juxta Recentiores deſcriptio 43. Genera 43. differentiæ 43. uſus 44. locus 44
ad Meſpilum exotica relata 45
Metallum Italorum 69
Meylinapffel 4
Micæ ταβαΐται 338
Microſphærum 172
Mierda-Cruz 236
Mignol liquor Palmæ vini Andegavenſis colore 139
Milax Cretenſ. 206
Milium Indicum 300
Molle, Mollis, Molys & Muelle 298

Montanum Cinamomum 169
Moraciæ & Moracillæ à Hermolao dictæ 108
Moria & Moriabin Arab. & Turc. 299
Moringa 298
Moroficus 61
Morus 62. juxta veteres descriptio 62. locus 62. usus 62. juxta Recentiores descriptio 63. locus 63. usus 63
Exotica ad Morum relata 63
Morus Officinarum Celso 63
Mori unam arborem Bataviæ sufficere dixit quidam Medicus 63
Mori pilulæ 270
Mosylum Cinamomum 169
Mugum Ananiens. 319
Mumetz Arabum 61
Mungo Garziæ 164
Murina spina Lob. 244
Muscus arboris pruni 77
Muscus capillaceus Ilicis, 207
Muza Arab. 28
Mype 146
Myrica 447. juxta veteres descriptio 447. locus 447. usus 447. juxta Recentiores descriptio 447. locus 447. usus 447. 448.
Myrica circa Monspelium 448
Myrobalani Indæ 82. Clus. Nigræ Mes. 22. Citrinæ 83. Chebulæ 83. Emblicæ 83
Myrobalani Bellericæ 84
Myrrha 350. descriptio 350. differentiæ & genera 351 usus 351
Myrrhæ vitium Opocalpasum 351. hujus usu ex insciti aquidam mortui 351
Myrrham vulgarem malè Brasla-volus officinarũ Bdelliũ putat 352
Myrrham Troglodyticam petperam Langius & Cæsalpinus Benzoinum esse arbitrantur 352. Nec melius sentiunt illi, qui Stacten vel Styracem liquidam, vel Balsamum Americanum esse opinantur 352
Myrtacantha 244
Myrtella 240
Myrtillus 244. 245
Germanica Lugd. 245
Grandis Trago 245
exiguus Trago 245
Myrtogenista 248
Myrtus 238. juxta veteres descriptio 238. locus 238. usus 238. juxta Recentiores descriptio 240. locus 240. usus 240
Myxaria duplicia 85
Myxus alba Gesn. 294

N.

Nabeca 90
Nambu guacu 217
Naves Tonæ vocatæ 425
Nhamdi Bras. 180
Nhamdu 180
Narcaphton Dioscor. 127
Nargel 146
Narthe Theoph. 127
Naxalu Brachm. 146
Nebulam & Albuginem dispellens 112
Negundo Malab. 182
Nepa Theoph. 370
Bauhini 371
Nerantia 22
Neregil Serap. 145
Nerion 389. juxta veteres descriptio 389. locus 389. Vires 389 juxta Recentiores descriptio 389. locus 389
Nextalpe 234
Nigrum Cinnamomum 170
Nigra Rosa apud Indos 173
Nobile remedium contra defluxiones externum 356
Noche Malabar. 182
Nodi seu Verrucæ 198
Novum Mannæ genus in Persia circa Halepum & in Mesopotamia grani Coriandri modo 369
Nucamentum salicis 442
Nucula Taphet Saxoniæ 157. descriptio 157
Nucchti 57
Nucamenta 107. 327
Nuci pruna Plinii 74
Nuces exoticæ 155
Nucum Pinearum quatuor genera apud Plinium 318
Nuclei juglandium nucum à jejuno manducati, rabiosi canis morsui imponũtur præsenti remedio 107
Nuces juglandes geminæ 108
Nux Avellana 110. juxta vereres descriptio 110. locus 111. usus 111. differen-

ferentiæ 110. fructus nomina 111. juxta Recentiores descriptio 111. differentiæ 111. locus 112. usus 112
ad Nucem avellanam exotica relata 113
Nuces Avellanæ Augusto largiter voratæ, dysenteriam excitant 112
Nux Juglans 106. juxta veteres descriptio 106. locus 106. usus 107. differentiæ 107. 108. juxta Recentiores descriptio 107. locus 107. usus 107. 108
ex Nucibus Mithridatis antidotum celebre contra Venena 107
ad Nucem juglandem Exotica relata 109
Nux metella 153
Nux metel oculata officin. 156. descriptio 156
Nux metel communis 156
Nux juglans fructu serotino ostento proxima 108
Nux catharctica Marggr. 109
Nux moschata 158. descriptio juxta Recentiores 158. differentiæ 158. locus 159. 160. usus 159. 160
Nux moschata si nimium sumatur, caroticũ quid inducere potest 159
Nux aromatites Garz. 160
Nucum myristicarum flos 160
Nux Vesicaria 128
Unguentaria 131

O.

Ocelli Gesn. 97
Offæ Neapolitanor. ex Cerasis 92
Olea 249. juxta veteres descriptio 249. Radix 249. Caudex 249. materies 249. Medulla 249. Rami 249. Folia 249. Flores 249. Fructus 249. Succus quod est oleum 249. Collectio 249. Pressura 250. Tortivum 250. Omphacinum 250. Recens 250. Vetustum 250. Cibarium candidũ 250. Samicum 250. Caricum 250. Thurium 250. Sabinum 250. Sycioniũ 250. Amurca 250. Amicitia magna cum myrto 250. Firmissima advivendũ 250. Morbi 250. locus 250. usus 251
Oleæ & olivarum genera apud Veteres 252. juxta Recentiores descriptio 254. locus 254. Olivarum varietates 254
Olea Bohemica 87
Olea sylvestris septentrion. 87
Olivellæ 255
Oleaster 255
Olea sylvestris 254
ad Oleam Exotica relata 255
Oleaster Germanicus Cord. & Bauhin. 264
Oleum amygdal. dulcium recent. expr. πολυχρηστον est in constipata alvo, dolorib. calculi & renum, tussi sicca & aliis 123
Oleum Balaninum nunquam senescit vel rancidum evadit 131
Oleum Nucis moschatæ expressum 160
Macis expressum & ejus vires 160
Oleum ex nucleis Cerasor. 92
Oleum ficus infernalis N.H. 216
Oleum flavum resinæ laricæ in ulcerib. sanandis cõmodissimũ 346
Oleum ex Mastiche 347
styracinum 353
Oleum ad Ventris puerorum dolorem sedandum 353
Ben Juini duplex 355
Oleum ex floribus Syringæ Arabicę ad plurimos usus 430
Oleander sylvestris Abensinæ Myconi 237
Olibanum Officinarum vide Thus.
Opobalsamum 304. 306
Opobalsamum concretum Lob. 307
solidum Bauhini 307
Opocalpasum 351
Opulus 131. montanus 132. campestris veterum 132. Ruellii 226
Columell. 88
Opuntia Loniceri 57
marina de Bry 58
Osteocollos 58
Oricella Theveti 373
Ornus Pandectar. 208
Tragi 212
Bellonii 291
Ornus 66
Orucoria Clus. 395
Ostria 212. juxta veteres descriptio 212. juxta Recentiores descriptio 212. locus 213. usus 213
Ostrys Theoph. 212. 430
Ova formicarum 368
Oxycoccum Clus. 246

Oxyarceuthis Lobel. 280
Oxymyrſine Anguill. 244

P.

Pacoury fructus 80
Pacal Indorum 432
Pacayer 110
Padus Theoph. 93
Pala marina Bar. 237
Palæ 48
Palam Bellonii 57
Palatium leporis Cæſ. 285
Palla Band. 158
Palma 134. juxta veteres deſcriptio 134. differentiæ 134. locus 135. uſus 135. fructus 136. 137. juxta Recentiores deſcriptio 138. differentiæ 138. 139. 140. 144. uſus 138. 139. 140. 141
Palma Nucifera 145. Genera 145. deſcriptio 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. uſus 145. 146. 147
Palmæ Indicæ fructus affines 152
Palma Conifera & affines 153. deſcriptio 153. 154. 155
Palmitæ 140
Palmites 140
Palmæ Americanæ 144
Palmapinus 153
Palmitas 154
Palma aculeata 206
Palma Chriſti 216
Palma Plinii 385
Palma aut Palum ſanctum Lob. 472
Palmæ ſanctæ ſimilis arbor Bauh. 427
Palo de Calenturas Hiſp. 476
Pala d' Agula ſeu d' Aguilla 460
Paltifera arbor 40
Pan amorello Luſit. 465
Panaſu Canar. 154
Panax Arab. 154
Panax Chironium Dioſc. 413
Panis pro hecticis & conſumptis 123
Pao d'arco Luſ. 464
Pao de Lacra Luſ. 311
Pao de Braſil. 368
Pao di ferro 425
Paſſieni Criſpi amor in Morum 62
Pavana Moluccenſis 456
Peci fructus Sinenſis 473
Pediculi Elephantis 156
Peltæ Plin. 48
Peplios Lutetian. Bauh. 275
Peplium Dioſc. 379
Perdignere Hiſp. 414
Pera Luſit. 476
Perennen 411
Perſea 75. juxta veteres deſcriptio 75. locus 75. uſus 75. juxta Recentiores deſcriptio 75. locus 75. uſus 76
Perſicum moſchatum 71
Perſicus præcox 75
Petroceraſum 93
Phaſelus Rom. 216
Philyca Dalechampii Tab. 259
Philyra 261. juxta veteres deſcriptio 261. juxta Recentiores deſcriptio 261. locus 261. uſus 261
Philyrea 259. juxta veteres deſcriptio 259. uſus 259. juxta Recent. deſcriptio 259. locus 259
Exotica huc relata 261
Philippina arbor piperifera 179
Photel 141
Phœnicobalanus Trall. 82
Phtirophoron Græc. 326
Phixymilon Æſchyl. 141
Pilulæ lanatæ 197
capillatæ 197
Μαχαιροειδεῖς 197
folioſæ 197
Aquoſæ 197
Pilul. in alis ramorum Bauh. 197
è foliis convolutis Bauh. 197
Aſininæ Trag. 197
Pilul. ad urgentes Catarrhos Wieri 353
ſcabræ ſalicis 443
Pimenta del Rabo Luſit. 181
Pimento dos Indios Luſit. 180
Pimpinellus Coccus 206
Pinam 151
Pinhones Luſit. 109
Pinas totius mundi poma ſuperant 7
Pinipinubi liquor purgans 6
Pinpinil Indis 179
Pinaſter 318. 319
Hiſpanicus Cluſ. 321
Pindo 473
Pinei nuclei Indici Fragoſ. 323
Pinnores de Maluco 323
Pinus 316. juxta veteres deſcriptio 317. locus 317. uſus 317. differentiæ 317. juxta Recentiores deſcriptio 318. locus 319. uſus 319

Pinus ſativa Tab. 318. ſylveſtris montana 319 ſylveſtris Mugo Gerh. 319. Pinus tubulus Lugd. 319
Pinus maritima Theophr. Lob. 321 major Gerh. 321. minor Cluſ. 322
Pinus Idæa Theoph. 321
Pinus Indica occidentalis 323
orientalis 323
pro Pino malè tribulo vel tibulo accipitur 327
Pipa 475
Piper Alpinũ majus Geſn. 234. montanum Geſn. 233. piperella 222
Pira Timinere 456. 458
Piſtacia 127. juxta veteres deſcriptio 127. locus 127. uſus 127. juxta Recentiores deſcriptio 128. differẽtiæ 128. locus 128. uſus 128. ad Piſtaciam exotica relata 129
Piſtachium Anguillar. 128
Pix 357. deſcriptio 357. Brutia 357. Lycia, Idæa, Pieria, Neriſia, Naricia, Palimpiſſa, Nematurica 358. Arida 358. Raſilis ſeu Rabulana 358. Corticata Allobr. 358. Zopiſſa 358. Apochyma 358
Pix Cedria dicta 315
Pix pinus 317
Plane Gallis 98
Planta Peruana, viſco ſimilis Taber. 200
Planta ignea 231
in montib. Siſef. Camer. 233
Planta ſpinoſa mannam reſipiens Bauh. 369
Platanus 213. juxta veteres deſcriptio 213. locus 213 uſus 214. juxta Recentiores deſcriptio 214. locus 215. uſus 215
Platanus vulgaris 214
Indica 215
Platanus miræ magnitudinis 214. in Lycia, in Lydia 214. Veliterni 214. Cortinæ in Inſula Creta 214
miræ altitudinis in monte Atho 215. item Antiochiæ 215
Platea πλάτις Dioſc. 162
Plinius manifeſtè Ciſtum cum Ciſſo hedera confundit 408
Poaz 151
Pocula Thericlea ex Terebintho 302
Polomie 476
Polytricha Bellon. 295
Polvame Indorum 218
Pomum Cervinum 80
Poma de Coquo 194
Poma Sodomæ & Gomorrhæ 7
Poma Nicaraguæ Benzoni 7
Hiaci 7
Diuretica 7
Pomum Adami 19
Poma Aurantia Nana Eyſtet. 24
Pomum Sucu Sinenſium 33
Pontica nux in Corylo vulgari Cord. 112
Ponzires Cæſalp. 12
Populus 436. juxta veteres deſcriptio 436. locus 436. uſus 437. juxta Recentiores deſcriptio 436. locus 438. uſus 438
Populi novi orbis Bauhin. 439
Portulaca 64
Pothon Theoph. 428
Potulaca 64
Præcotia 74. 77
Prunus 76. juxta veteres deſcriptio 76. differentiæ 76. locus 76. uſus 76. juxta Recentiores deſcriptio 76. 77. genera prunorum 77. ad Prunum exotica relata 78
Prunus Sebeſtena 85. juxta veteres deſcriptio 85. differentiæ 85. locus 85. uſus 85. juxta Recentiores deſcriptio 85. differentiæ 85. locus 85. uſus 85
Prunus Sebeſtena in Galliæ Narbonenſis urbecula Maſſilargo aliquando floruit 85
Pruna Damaſcena 76
Iberica 76
Prunus myrobalanus rotundus Eyſtet. 77
Prunum inſanum 82
Prunus Sebeſtina Syriaca 85
Italica 85
Pſeudo Caſſia Dioſc. 162
Pſeudo Sycomorus Matth. 61
Pſeudo Amomum 222
Pſeudochamæbuxus Eyſt. 248
Pſeudoliguſtrum 93
Pſeudoagnus 93
Pſeudoſycomorus Matth. Tabern. Eyſt. 294
Pſeudociſtus Iedum Alpini 422
Pſeudocytiſus Cord. 363
Pſeudoſantalum rubrum Braſil. 456
Creticum 456. 457

Pul Decan. 242
Pulvis ad Vertiginem 184
Amomi, Ovidio 185
Cyprius Monspel. 195
Ducis 163
contra febres intermittentes 476
è floribus liguſtri Ægyptiaci cum ſucco Citri ad tingendos capillos 258
foliorum liguſtri Ægyptiaci anguſtifolii ad tincturas flavas 259
ſarcoticus 350
contra alvi profluvium & hypercatharſin 347
Pumilio mas cornus 88
Punica malus 27. juxta veteres deſcriptio 27. locus 28. uſus 28. Differentiæ 27. 28. juxta Recentiores deſcriptio 28 differentiæ 28. 29. locus 29. uſus 29
ad malum Punicam exotica relata 29
Punica malus ſativa 28. ſylveſtris 29. pleniflora 29. Apyrenos 29. fructu maximo granis aureis 29
Pupillæ Geſneri 97
Purgativa de Santo Domingo Mexic. 323
Puſtech Serap. 128
Pyrus 33. juxta veteres deſcriptio 33. locus 33. Genera 33. uſus 33. juxta Recentiores deſcriptio 34. Genera 35. locus 34. 35. 36. 37. 38. uſus 34. 35
ad Pyrum exotica relata 40
Pyrus Cervina Italor. 69
Pyraſter Idæus 69
Pyracantha 45
Pyri radix à muliere portata impedit conceptum, ſi Alberto fides 35
Pyrum Vino injectum, fundum petere ſi aqua dilutum eſt, ſupernatare, ſi meracum fuerit, ex Gratarolo 35
Pytahaja 31
Pyxacantha Dodon. 268

Q.

Quadratoria Gazæ 388
Quercus 190. juxta veteres deſcriptio 190. Genera 190. differentiæ 190. locus 190. 191. juxta Recentiores deſcriptio 191. 192. 193. genera 191. locus 192. uſus 192
ad Quercũ Exotica relata 194
Quercuum excrementa 195. deſcriptio 195. in genere 195. in ſpecie 196
Quercus placida Gazæ 192
Quercus ſtupendæ altitudinis in Gallia 192
craſſitiei Baſileæ 192

R.

Radicis Ruſci in proliciendo ſero in aſciticis inſignis virtus 244
Radix Baharas 472
Radices Metl 291
Raggariæ 255
Ramus Nili Calig vocatus 269
Rapum geniſtæ 372
Regiæ palmulæ 137
Regius caryophyllus Worm. 176
Regiæ olivæ 255
Renib. calculoſis auxilium 291
Rerfe aromatici Abenſ. 165
Reſina quid 332. 345
Reſina Cupreſſi 330. 350
Reſinæ populi nigræ 436
Reſina quomodo à gumi differat 345
liquida 345
ſicca 345
Reſinæ liquidæ 345
Reſina laricea 346. deſcriptio 346. locus 346. uſus 346
Reſina lentiſſima vide Maſtiche.
Reſina Cedri 350. deſcriptio 350. lauri 350
Reſinæ novi Orbis 357
Abjegna Indica 357
Carthaginenſis 357
ambræ facie 357
Copal dicta 357
Reſinæ ſiccæ 357
Reſina Græcis ξυλοβάλσαμον 357
Strobilina 357
Abjetina 357
Rex florum Sinenſium 407
Rhamnus 263. juxta veteres deſcriptio 263. uſus 263. juxta Recentiores deſcriptio 264. 265. 266. locus 264. 266. uſus 264. 265. 266. 267

Rhododaphne Gesn. 389
Rhus arbuscula 291. juxta veteres descriptio 291. locus 292. usus 292. juxta Recentiores descriptio 292. locus 292. usus 292
Ribesium 220. juxta Recentiores descriptio 220 locus 220. usus 220
Ribes Officinarum 221
Arabum 221
congener planta 221
Ricinus 215. juxta veteres descriptio 215. locus 215. usus 215. juxta Recentiores descriptio 216. locus 216. usus 216
Ricinus Americanus 216
Ricinum stirpem illam esse, quam Deus Jonæ pro umbraculo paraverat, quidam volunt 216
Robur 190. 193
Robur secundum Clusii 193. tertiũ Clusii 194. quartum Clusii 194. quintum 194. sextum 194
Rocella Cardani 220
Rondeletii prædiũ vulgò Teral 412
Ros Libani Græcis 334
Rosalo & Rosa 294
Rosa 396. juxta veteres descriptio 396. usus 397. differentiæ & genera 397. juxta Recentiores descriptio 398. locus 398. usus 398
Rosa sativa, rubra 398. cum differentiis 399. purpurea 399. Damasc. Gesn. 399. Ulmens. 399. Versicolor 399. multiplex 399. alba 400. moschata 400. spinis carens 401. subviridis 401. folio subrotundo & crispo 402
Exotica, Hierichuntina 405. Sinensis 405. Memphitica 405. Affines exoticæ 405. 407
Rosa Mariæ 405. Rosa Hierosolymitana 405. descriptio 406. duplex Cordo 406. locus 406. usus 406. sylvestris Rauw. 406. Rosæ Hierichuntæ exiccatæ umilis 406 locus 406
Rosa Sinensis 406. descriptio 406. Genus 407. locus 406
Rosa Memphitica 407
Rosella Lusitan. 409
Rota alba 473
Lusitan. 472
Rotharling vom Walde 4
Roth Buchapffel 4
Rother Weitlingapffel 4
Rothe bruch 248
Rubus 270. juxta veteres descriptio 270. locus 270. usus 270. juxta Recentiores descriptio 271. locus 271. usus 271
Rubi mora Plin. 271
Rubus major fructu nigro Bauh. 271
Rubus Idæus 271. spinosus, lævis, fructu albo seu Leucocarpos 271
Rubus III. montib. proprius Cæsalp. 271
Rubi facie senticosa planta Lob. 272
Rubo Idæo affinis chamęmorus 173
Rumbotinus 131
Ruscus 243. juxta veteres descriptio 243. locus 243. usus 243. juxta Recentiores descriptio 244. locus 244. usus 244
Ruscus sylvestris 206

S.

Saba regio thurifera 301
Sabina 275. juxta veteres descriptio 275. usus 275. juxta Neotericos descriptio 276. locus 276. usus 276. diversitas 276
Sabina major Monsp. 277
Sabin 348
Sabota 348
Sabota caput regni 301
Saccolaa 188
Sacoule Abens. 188
Saffaf Syr. Rauw. 445
Sagiar el Selichet Arab. 382
Sagge, Sagu 145
Sagadinum balsamum Galeni 305
Salix 439. juxta veteres descriptio 439. Genera 439. locus 439. usus 439. juxta Recentiores descriptio 440. locus 440. Genera 440. usus 440
Salix exotica 445
Syriaca folio oleaginoso argenteo 445
Arabica foliis Atriplicis 446
Ægyptia florib. globulosis 446
Brasilienses 446
Salix exotica Garb incolis Rauw. 446
Salix Amerina 87
Amerina Matthiol. 256
Salicornia 280

Samaca 12
Sambac Arab. Alpin. 430
Sambucus 223. juxta veteres descriptio 223. locus 223. usus 223. juxta Recentiores descriptio 223. locus 224. usus 224
Samolus Plinii 246
Sanctæ Crucis de la Sierra 145
Sandalides 137
Sandarax Serap. 344
Sanguis 89
Sanguis Draconis 288
Sanguis Draconis officin. 342
Sanguis Draconis 342. descriptio 342. locus 342. usus 342
Santalum 455. descriptio 455. locus 455. genera 455. usus 456
Santalum album 455. pallidum 455. rubrum 456. Cinericeum 456. Chilense 456
Santalus adulterina Cretica Joh. Bauhin. 457
Sant Ægypt. 365
Sapinus vel Sappinus 326. 327
Sapinea 327
Sapinen 328
Saponarii globuli 114
Sarcocolla 341. descriptio 341. locus 341. usus 341
Sarichatum Plinii 127
Sassafras 218. juxta Recentiores descriptio 218. locus 218. usus 218
Satanea sive Satania Theoph. 43
Anguillar. 44
Scapus 200
Scarlatini panni 205
Schamapffel 4
Schang Javan. 178
Scheiblingapffel 3
Schenna Græc. 258
Scoletidoton 205
Scopa regia 244
Plinii 376
Scorpius primus Tab. 368. 370. secundus Clusii 369. 370. Tertius Tab. 369. Quartus Tab. 369.
Scorpius Theoph. 371
Schinotroges & Schinotrectæ 298
Schlitro Cret. 435
Schœnus quot stadia contineat 301
Schwaden 338
Seitaragi Indi Arab. 176
Seitzling 4
Seyapffel 4
Selago Plinii 453
Semen spadiceum dentatum Tamarindis simile 387
Semina Balsami 306
Semen arboris cucurbitinæ Recci 323
Seminis genus Visa dictum 337
Sempervivum marinum Monsp. 280
Sena Cordo 377
Senna 379. descriptio 379. locus 379. usus 379
Sennæ foliorum usus frequentior quàm folliculorum 379
è foliis Senæ Syrup. præstantissimus & gratissimus 379
è foliis Sennæ pulvis purgans 379
è sennæ foliis infuso Brassavolus felicissimè usus est 379
è sennæ Italicæ foliis virentibus & rosarum diluto syrup. largè satis purgãs Matthiol. 380
Sentis Canis Brunfels. 402
Septalii experimentum ad immodicos menses sistendos 23
Sericum Galeni 86
Serpillum acinarium Gesn. 246
Sesamoides majus Scaligeri Tab. 236
Sesamoides majus Dalechampii 236
Sesfefua Arab. 87
Sessæ 133
Sessiles pilulæ quercus Lugd. 197
Setim Lusit. 27
Si empræ enxutæ Hispan. 236
Siger Arabum 174
Indi 145
Siler Plinii Cæsalp. 387. arbor Anguill. 443
Siliqua 380. juxta veteres descriptio 380. locus 380. usus 380. juxta Recentiores descriptio 381. locus 381. usus 381
Siliqua sylvestris vulgaris 381. siliquastrum 381. siliqua fatua Bellon. 381. Indica 382. spinosa 382. Indica arboris Coralii similis 382. Novæ Galæciæ 382. sylvestri similis 382. Sisime 382
ad Siliquam Exoticum relatum 382
Siliqua Ægyptia 382
Indica Veterum 382

Siliqua Arabica Bauh. 385
Siliqua thymiamatis odore Cherleri 395
parva Indica semine oblongo, nigro 395
Singularia de Sorbo 67
Siriken 175
Siracost Arab. 333
Siri gata gamber Ind. 152
Sirifole Indor. 9
Smilax Arcad. 203
Smilax Arcadum glandifera Lugd. 207
Soccolaa Abens. 187
Soccolaa quibir Abens. 187
Soccola 188
Solani furiosi fructus 156
Sorbus 66. juxta veteres descriptio 66. genera 66. differentiæ 66. juxta Recentiores descriptio 66. genera 66. locus 66. usus 67
Spalatrone 366.
Spartium 375. juxta veteres descriptio 375. usus 375. juxta Recentiores descriptio 375. locus 375. usus 375
Spicatus caryophyllus 176
Spinus Virgilii 76
Spina acida Dodon. 219
Spini vineta Ruell. 219
Spina cervina quorundam Lob. 261
Spina Judaica Cresc. 265
infectoria Clus. 266
alba Lonic. 266
merlo Castori 266
Spina infectoria pumila prior Clus. 267
altera Cl. 268
Spina Acaciæ Dios. prima Lob. 365
Spiræa 446. descriptio 446. 447
Spiræa Theoph. Dalech. 213
Spiritus ex cerasis nigris ad Epilepsiam & aphoniam 92
Spiritus resinæ lariceæ calculosis solatium 346
Splangnos 195
Splagnos Plin. 195
Splanchnon Lugd. 195
Spodia Theoph. 76
Spongiola Rosæ 402
Spongiola Bedeguaris 402
Spongiosa corpora Nucum, Græcis Τονθοι 106
Squammæ foliorum quercus 198
Stacte 350
Staphylodendron Plinii 128
Στάφυλοδένδρος 76
Stelis Plinii seu Viscum Abietis 329
Stomatice panchrestos 62
Storax Officinarum 352. 353
Strobilus 317
Strebling 4
Styrax succus concretus 352. descriptio 352. differentiæ 352. usus 352
Styrax liquida 352
Hispanum Actuar. 353
Styrax optimus, Pamphylius in calamis, Calamites dictus, tantumque tempore Galeni à vulgari distabat, quantum à Vino, quod in tabernis venditur Falernum 352
Styrax vermicularis 353
Styrax modicè sumptus confert capiti, immodicè aggravat & dementat 353
Styrax arbor 120. juxta veteres descriptio 126. locus 126. juxta Recentiores descriptio 126. differentiæ 126. locus 126
Styrax folio mali Cotonei 126
Aceris 126
rubra Officinarum 127
Sub Arbore Nucis juglandis recumbentibus Spiritus caryoticus obest 106
suberella Cæsalp. 201
suberi quercus 201
Suber 202. juxta veteres descriptio 202. juxta Recentiores descriptio 202
Exotica huc relata 202
Suber Aquitanicum Clus. 202
Suberifera latifolia Ilex Lob. 202
Succi Exotici laxativi 338
Succi inspissati 332
Sudore manantia 80
Sura liquor inebrians 146
Surdæ nuces Cæsalp. 108
Sumach Arabum 292
angustifolium Bauh. 292
Suppary 151
Surpim 476
Syagri palmula 137
Syanke Javan. 175
Sycomorus 60. juxta veteres descriptio 60. locus 60. usus 60. juxta Recentiores descriptio 61. differentiæ 61. locus 61. usus 61

ad Sycomorum Exotica relata 61
Sycomorus Ruellii 131
Sycamine Theophr. 61
Sycomorus Giumez 61
Græcorum 61
Sylva d' Agoa 391
Sylvestris Asparagus Plin. 285
Syriacus Ricinus 216
Syringa 429. descriptio 429. locus 429. usus 429
Syringa cœrulea 429. Arabica foliis Arantii 430. alba 430. lutea americana 430. albæ affinis 430
Syringa cœrulea Lusitanica Lob. & Eyst. 429
Arabum Alpin. 430
Italica Lob. & Eyst. 430
Syrupus ex fructu baccarum rubi Idæi Cordi corroborando in febribus excellentissimus 272
Syrup. de cichorio c. rhabarb. 384
diasereos 384
Rosar. solut. 384

T.

Tac Rauwolf. 332
Tacamahaca 356. descriptio 356. locus 356. usus 356
Tacum Celtarum 350
Tajer Burgund. 320
Talisafar Abens. 161
Tamar Lusit. 139
Tamalapatra Indian. 172
Tamarindus 385. descriptio 385. locus 385. 386. usus 387. differentiæ 385
Tamarindus Arabica unde 385
Tamarindorum pulpa 386
usus ad biliosos humores detrudendos 386
ex Tamarindis potus paratur Hollandica cerevisia salubrior 386
Tamarindus Americana 386
Brasilienſis & Mexicana 386
Tamarix vide Myrica.
Tame Pers. 299
Tameaxos 269
Tamoxo Hisp. 268
Tamujos Hisp. 269
Tarentinæ sive Terentinæ nuces 107
Tarton raire Massil. Lob. 236
Tataton 203
Ταυροκέφαλον Theoph. 195
Taxus 286. juxta veteres descriptio 286. locus 286. juxta Recentiores descriptio 286. locus 287. usus 287
de Taxi Veneno in diversa abeunt authores 286
Taxus in Anglia arbor frequentissima 287
è Taxo Columna in pago zu baurn supra Acronium lacum 287
Taxa gummi 332
Tæda Brunf. 319
Tæda Tabern. 322
Tæda seu Pseudopinus Gerh. 322
Tæda Plinii Cæsalp. 326
Tegmame Ital. 127
Tehoaxin Terent. 368
Telephium Dioscor. & Plinii Colum. 275. 411
Tembul Abens. 172
Tembur 172
Tengamarau Indor. 145
Teng vimen Sinense 473
Terebinthus 302. juxta veteres descriptio 302. locus 302. usus 302. juxta Recentiores descriptio 302. locus 303. usus 303
Terebinthina vera 345. descriptio 345. locus 346. differentiæ 346. usus 346
Terebinthina Officinarum Germaniæ 346
Tetiebeeren 273
Thus 347. descriptio 347. juxta Veteres. locus 348. Genera & Differentiæ 348. usus 349. juxta Recentiores 349. locus 349. usus 350
Thymælæa 235. juxta veteres descriptio 235. locus 235. usus 235. juxta Recentiores descriptio 235. locus 235. usus 235
Tilia 210. descriptio juxta veteres 210. locus 210. usus 211. juxta Recentiores descriptio 211. locus 211. usus 212
Tilia creditur supra centum annos vivere 211
ad tiliam exotica relata 212
Tricoccos Plin. 44
Tryphilus parva medicamentum 84
Tubera Plinii 61. 294
Turionum Rusci in aperiendis obstructionibus egregia vis 244

V.

Vaccinia nigra Dod. & Lob. 244
Vermiculati panni 205
Veſiculæ Orni adnatæ liquorem continentes in Mannam poſtea abeuntes 334
Viburnum 213. deſcriptio veterum 213. Recentiorum 213. locus 213. uſus 213
Vinum contra varios fluxus 88
Vinum Uraca totius Indiæ unicum 146
Vini condimentum ad diuturnitatem 160
Vina myrrhata apud Veteres 351
Viſcum 199. deſcriptio Veterũ 199. locus 199. uſus 199. Recentiorum 199. uſus 200
Vitis Idæa 244. deſcriptio Veterum 244. locus 244. uſus 244. Recentiorum 245. locus 244. uſus 244
Vitex 256. deſcriptio Veterum 256. locus 256. uſus 256. Recent. 256. locus 257. uſus 257
Vitricis nomen 443
Ulex Plinii 371
Ulmus 431. juxta veteres deſcriptio 431. locus 431. uſus 431. Recent. 431. locus 431. uſus 432
ad Ulmum exotica ſpectantia 432
Umbra Juniperi Virgilio noxia putatur 278
Unguentum ex Maſtiche 347
valens in ambuſtionib. 224
Ægirinum 437

W.

Wameabec 7
Weinapffel 4
Wegdorn 266
Woltebeeren 273

X.

Xabra Rhaſis 181
Xara Hiſp. 418
Xyloaloë ſylveſtris 461

Y.

Yerva tora Hiſp. 372
Turmera Hiſp. 412

Z.

Zabolo 9
Zaccon Caſtoris in planicie Hierichuntis non longe ab ædib. Zacchei creſcens 79
Zenigolæ Patav. 441
Ziziphum 85. Veterum deſcriptio 85. uſus 85. 86. differentiæ 86
Zizipho affines 86. Recentiorũ 86. locus 87. uſus 86. 87
Zurumbeth Serapion. 445.

FINIS.

Admonitio ad Bibliopegum, quo loco quævis tabula sit inserenda.

TABULA	pag.
I.	1
II.	2
III.	3
IV.	4
V.	8
VI.	10
VII.	13
VIII.	13
IX.	13
X.	16
XI.	17
XII. XIII.	19
XIV.	22
XV.	22
XVI.	22
XVII.	22
XVIII.	27
XIX.	29
XX.	33
XXI.	33
XXII.	42
XXIII.	45
XXIV.	46
XXV.	53
XXVI.	60
XXVII.	62
XXVIII.	66
XXIX.	76
XXX.	78
XXXI.	82
XXXII.	85
XXXIII.	91
XXXIV.	95
XXXV.	97
XXXVI.	99
XXXVII.	99
XXXVIII.	106
XXXIX.	110
XL.	117
XLI.	121
XLII.	126
XLIII.	127
XLIV.	132
XLV.	140
XLVI.	145
XLVII.	145
XLVIII.	153
XLIX.	155
L.	158
LI.	158
LII.	173
LIII.	161
LIV.	171
LV.	173
LVI.	177

TAB.	pag.
LVII.	181
LVIII.	184
LIX.	190
LX.	194
LXI.	195
LXII.	199
LXIII.	202
LXIV.	210
LXV.	218
LXVI.	223
LXVII.	227
LXVIII.	231
LXIX.	234
LXX.	237
LXXI.	242
LXXII.	247
LXXIII.	249
LXXIV.	259
LXXV.	263
LXXVI.	267
LXXVII.	270
LXXVIII.	273
LXXIX.	277
LXXX.	283
LXXXI.	288
LXXXII.	295
LXXXIII.	295
LXXXIV.	297
LXXXV.	302
LXXXVI.	307
LXXXVII.	310
LXXXVIII.	313
LXXXIX.	318
XC.	322
XCI.	326
XCII.	330
XCIII.	359
XCIV.	363
XCV.	365
XCVI.	367
XCVII.	368
XCVIII.	370
XCIX.	372
C.	377
CI.	379
CII.	380
CIII.	385
CIV.	389
CV.	390
CVI.	390
CVII.	396
CVIII.	396
CIX.	396
CX.	396
CXI.	396

TAB.	pag.
CXII.	396
CXIII.	408
CXIV.	408
CXV.	413
CXVI.	413
CXVII.	413
CXVIII.	417
CXIX.	417
CXX.	417
CXXI.	425
CXXII.	429
CXXIII.	434
CXXIV.	439

TAB.	pag.
CXXV.	439
CXXVI.	439
CXXVII.	449
CXXVIII.	449
CXXIX.	453
CXXX.	459
CXXXI.	462
CXXXII.	462
CXXXIII.	462
CXXXIV.	462
CXXXV.	476
CXXXVI.	474
CXXXVII.	474

Jonstoni

1662